37
12 E
14
HAG 71

Digitized by Google

DE SANCTITATE
AC MAGNIFICENTIA
B. LAURENTII
LEVITAE ET MARTYRIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE SANCTITATE
AC MAGNIFICENTIA
B. LAURENTII
LEVITAE ET MARTYRIS.

Digitized by Google

Digitized by Google


SANCTVS LAVRENTIVS MARTYR
Ecclesiæ Romanæ præcipuus post Apostolorum Principes
Patronus vitæ puritate, Martyrii laurea, Miraculorum gloria
toto terrarum Orbe Celeberrimus.

DE SANCTITATE
AC MAGNIFICENTIA
B. LAURENTII
LEVITAE ET MARTYRIS
OPUS TRIPARTITUM
AC IN SEPTEM DISTRIBUTUM LIBROS

Commentaria ſive pias Expoſitiones continens in ejuſdem Sacratiſſimi Martyris Acta, ejuſque virtutes una cum peramplo de ipſius Gloria poſthuma Tractatu.

Variis ſparſim inſtructum Diſſertationibus, juxta exigentiam rerum controverſarum, quibus ea, quæ vel obſervationum defectu, vel temporum injuria, vel etiam criticorum obtrectatione notabiliter infuſeabantur, deſiderato a piis, cordatiſque viris, doctrinarum lumine perfunduntur.

A U C T O R E

FRATRE IGNATIO COMO

L I L Y B O E T A N O

ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

Adjectis in calce Operis nonnullis veterum Patrum anecdotis ad ejuſdem Sancti Levitæ laudem pertinentibus, ineditoque triplici Sacrorum Hymnorum Poemate, quod idem Auctor in illius honorem cecinit.

Sanctitas, & Magnificentia in ſanctificatione ejus.

Romana Eccleſia in Miſſarum Introitu pro ejuſdem die feſto.

ROMAE M.DCC.LXXI.
EX TYPOGRAPHIA SALOMONIANA

SUPERIORIBUS ANNUENTIBUS.

Digitized by Google

S. LAURENTIO MARTYRI

BEATORUM LEVITARUM S. R. E. PRINCIPI

A C

EXERCITUS IN COCCINEIS REGIS DOMINI SIGNIFERO.

FRATER IGNATIUS COMO LILYBOETANUS

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

GESTA, Virtutes, poſthumamque Nominis Tui Gloriam celebraturus, o Eccleſiæ Catholicæ, ex gentium multitudine collectæ, immortalis Heros, præcipuumque decus & ornamentum, qui communi Sanctorum Patrum calculo inter purpuratos Chriſti Milites Dux maximus ſalutaris,

Digitized by Google

taris, cuinam æquius quam Tibimet hoc oportebat inſcriptum iri opus, cujus in tuendis doctrinis aut certis, aut problemati obnoxiis Tua maxime intereſt? Id ſane præſens expetebat liber: Id meus erga Te deſiderabat amor: Idque perpetuum jus in me Tuum ſine ulla prorſus indulgentia (ut Ipſe noſti melius) exigebat.

II. *Et unum quidem horum facillime cunctis perſpicuum erit, ea nimirum ratione, quia plura continet codex iſte ſive ad illuſtranda Tuæ Vitæ geſta, ſive ad explanandas debitas iiſdem geſtis laudes, quæ nonniſi plauſibilibus ex conjecturis, aut minime ſpernendis congruentiis erui valuere vel ob membranarum id genus, temporum proceſſu, jacturam, vel ob nimiam dicendi brevitatem ſcriptorum veterum, vix conciſe narrantium Sanctorum Martyrum paſſiones, omiſſis ceteris ſanctimoniæ notis, ad eorundem vitæ curriculum pertinentibus, quarum, ad Te ſpectantium, cognitionem, ex multiplici librorum collatione, labore haud levi mecum res perpendendo, aſſequi vix mihi datum tandem fuit. Novimus autem argumentorum ejuſmodi juratos hodie hoſtes eſſe, quotquot præcipue omnis æquitatis deprehenduntur oſores, qui virga cenſoria abutentes, damnant, quicquid aperte declaratum minime inveniunt in antiquis codicibus, qualibet rei probabilitate in facti materie procul excluſa, ſpecioſo nimirum colore ſervandi certitudinem hiſtoriarum inconcuſſam. Quaſi aliter fieri neutiquam poſſit, ut a*

pro-

probabilibus certa ſegregentur, niſi compreſſis, ſepultiſque ſilentio cunctis opinationibus, etiam laude dignis: vel ſi de iſtis quippiam agunt ſeveri quidam critici, ut viris doctis faciant ſatis, innato tamen contradictionis ſpiritu (atque utinam non ut doctiores videantur) eas refellere cito feſtinant, omnem ut in illis adimant, ſi quam merentur, fidem. Secuſque facientes propriis in commentariis Philoſophos Theologoſque, iidem caſtigatores rigidi, vel in uno ſtantes pede, damnare præſumunt; quanquam vanis ducti rationum momentis. Ex adverſo nihilominus compertum habemus, laudatorum contemplantium ſtudia judicio ſapientiſſimorum æque ac Sanctiſſimorum Virorum fuiſſe perenniter commendata. Veruntamen ultra hujuſmodi exempla, conſultius mihi viſum eſt ad potiſſimum iſtius operis munimentum Te, Martyrem, non minus ſapientia quam fortitudine inexpugnabilem, cæleſtem invocare Mecœnatem; quo ſecurius in lucem prodire opus idem poſſet, valido nempe Tuo ſuffultum patrocinio: cujus cauſſa præſentis Tu voluminis famam (ſi forte naſutis a cenſoribus diſtringi contingeret) pari, qua polles, ſapientia & potentia vindicares, ac detrectatorum id genus hominum ora concluderes.

III. *Acceſſit ad me præterea incitamentum alterum dicandi hunc Tibi codicem, mei nimirum erga Te amoris, quem ferme a teneris concepi unguiculis, quemque auctum poſtmodum animadverti, perlectis dignis de Te Sanctorum Patrum teſtimoniis.*

Is pla-

Is plane amor calcaria currenti mihi addidit, queis velocius advolarem ad ſiſtendum ipſum Tibi opus. Et mirum ſane, quantum vis amoris amantem impellat, ne hic ſterilis quoquo modo in ſua dilectione videatur. Nihilque verecundius eidem eſt, quod deteſtetur, quam in dilecti conſpectu manibus apparere vacuis. Hinc fit, modos ut omnes quærat oſtendendi ſe illi, quem diligit, ex corde munificum. Abſit, ut coram eo demonſtrare ſe velit habentem manus in ſinu: ſicut de tenaci, & ad largiendum pigro in Charitibus inquit Theocritus. Nihilo tamen ſecius, ut verum fatear, doni hujus exiguitas obſiſtebat mihi, ne munigerulam Tibi manum tenderem, Tua, Martyr excelſe, conſiderata Magnitudine ac Majeſtate; timens, ne arrogantiæ tribueretur mihi, quod Heroi tam Magno munus tam exiguum obtulerim. Sed neſcio, quæ vox ad interiorem cordis mei aurem intonuit, me reprehendens, ac dicens: Cave, ne parvum dixeris, quod ſua vel tenuitate magna complectitur almi Levitæ facinora. Quare animoſior factus, inſtigante adhuc amore, qui Platonis documento in Trimegiſtro confidentiam ad quidvis audendum ſubminiſtrat, mea ſenſi magis quam prius incenſa viſcera ad perficiendum, quod exſequi præoptaveram. Eoque maxime, quod illa etiam in poſitione imparilitatis doni, animadverterim, fore neutiquam abſtinendum ab hujuſmodi oblatione, quam æſtimatione dignam efficeret non tam rei conditio, quam datoris animus: cujus in offerendo hilaritatem

tem

tem præſertim reſpicit Donatarii excellentia ; ut æqui, bonique faciat munus oblatum, qualecunque demum illud fuerit.

IV. *Arctius denique his omnibus ad id obſequii Tibi ſolvendum me compulit jus in me Tuum, Præſtantiſſime Levitarum, ex eo videlicet ortum, quod ego, valde licet immeritus, multam apud Te gratiam meis in neceſſitatibus ſim conſequutus. Quocirca tenebar omnino reddere Gratificanti grates. Gratiarum ſiquidem horti, quemadmodum docet Ariſtides, immortales ſunt: adeo ut quicquid beneficentiæ conferatur, nulla in ſuſceptore valeat excuſabili oblivione deleri, quin is, ſuas juxta vires, rependat debitas vices. Quam ob rem memor tot beneficiorum, queis per omnem ætatem me devinctum a Te ſenſi; merito judicavi, nulla mihi lege relaxatum iri poſſe, quominus ſicut me, ita & quæ mea ſunt (ſi vere mea, & non Tua potius dici queant) Tibi ſiſterem conſecrata.*

V. *Quæ quum ita ſint; cerne, Martyr ampliſſime, quot nominibus præſentia Tibi vota dicentur: quæ Te Beatum prædicant: Felicem me declarant, tali ac tanto munerandi Te inſignitum honore. Tuum igitur ſit, maxime ignium Victor, viva Divini amoris Imago, ea peramanter excipere, potenter defendere, benigne fovere, meque, illa deferentem, in peculiarem Tuam novo beneficio adſcribere clientelam. Quo beatius nihil obtingere mihi poterit: Dum omni demiſſione animi ſacris*

Tuis

Tuis provolutus pedibus, inſtantiſſime obſecro, enixeque ut exaudiar, precor; plene confidens, quod a me taliter exoratus, ea, quæ humillime poſtulavi, meis neutiquam eris negaturus optatis; blandus ac dives quum ſis in omnes, qui invocant Te: atque, ut cum Divina loquar ſcriptura, factus a Domino, quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ, *videaris poſitus* in ſuperbiam (*ſive, ut legunt alii, in Magnificentiam*) ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem *per univerſum fidelem terrarum orbem: qui perpetuo experitur Tuam in Divinis impertiendis muneribus inenarrabilem largitatem: qua & perſpecta, æquum eſt, ut a cunctis mortalibus exalteris in terris; & ab immortalibus beatis ſpiritibus altius atque altius in ſuperna curia glorificeris æternum*.

AD

AD LECTOREM

PRAEFATIO.

LAude quum dignum ſemper fuerit, Dei enarrare gloriam in omnibus Sanctis ejus, *in quibus*, ut Leo magnus inquit Serm. unic. de S. Laur., *nobis & præſidium conſtituit*, *& exemplum*, inde horum in honorem factum eſt, ut complura exierint in lucem pro temporum varietate volumina magno cum Chriſtianæ Reipublicæ emolumento. Nihil enim exemplo eſt aptius, ut Fideles Chriſti ſanctis moribus informentur; quodque certe minime perficitur, niſi propoſitis Sanctorum virtutibus, unde illorum corda exardeſcant ad æmulanda chariſmata meliora. Quocirca conati ſunt multi complurium Sanctorum, ac eorum præcipue, quos per anni circulum Dei veneratur Eccleſia, edere acta. Sed quia præ laudandorum multitudine tempus Scriptores defeciſſet, niſi brevitati ſtuduiſſent; opus eis fuit, multa conciſe ſcribere; ac multa etiam intacta ſilentio præterire. Quare magis illorum mihi arriſit ſtudium, quo de ſanctitate alicujus, Beatorum faſtis adſcripti, ſeorſum plenum ediderint, ut fieri potuit, tractatum; ita ut nihil fere de illius geſtis dotibuſque diſquirendum ultra ſupereſſet. Quandoquidem ii ſunt, qui propius finem attingere videntur, imbuendi videlicet hominis ad perfectum cognitione ſingularum virtutum, pertinentium ſpeciali quodam modo ad propoſitum ſibi ſacrum venerationis objectum, quod homo ſenſatus, devotionis percitus ſtimulo, in omnibus actis ſuis imitari deſiderat. Compertum eſt enim, opprimi lectoris ſenſum in varia diſtentum objecta, quantumlibet ſancta; ac vice verſa in unum, a ſe delectum, applicatum, recolligi, ac magis intendi; quo valeat, Dei favente gratia, illius imitari virtutes, iiſque adverſa vitia exſecrari. Maxime quum in uno eodemque Exemplari tot ſint ornamenta virtutum, quot ad perficiendum hominem Dei, ſecundum peculiarem vocationem ſuam, accomodata eſſe dignoſcit, immo etiam cumulate, ac affluenter parata ſibi deprehendit.

Quid porro de Sanctorum auxilio, & tutela, noſtris devincienda obſequiis, dicam? ſalubre quidem eſſe ſcimus, omnes amicos Dei ſimul colere, ipſorumque præſidia una ſimul implorare. Nihilo tamen ſecius experimento eſt, humanæ creaturæ limitatum cor libentius ad horum aliquem ſingulari ferri devotionis affectu, quem certum ſibi Patronum apud Deum adoptet, juxta illud beati Job monitum cap.v. ℣.1. *Ad aliquem Sanctorum convertere*; cujus præſidiis perfrui mereatur: illorum videlicet inſtar, qui ſimiliter digni ſunt habiti retroactis ſæculis a ſe cultis protegi Sanctis, in urgentibus animæ, vel corporis neceſſitatibus: uti docent innumera id genus exempla.

Hinc plerumque contigit, ut eruditorum complures pro ſuo quique ſtudio, ac pietate ſategerint peculiaria typis opuſcula commiitere, queis iſtius, aut illius Sancti abſolutam ingererent notitiam menti lectorum, qua incenderentur ad hujuſmodi particularem, ratione habita, cultum; ut poſſint aliquando exorati Patroni apud Deum experiri ſuffragia. Quemdmodum,

digna: quibus fieri ſatis poſſit iis, qui uberem tanti Herois notitiam aſſequi amant: atque illis potiſſimum, quorum eſt, ſpeciali quodam titulo fovere in populis cultum ejuſdem, hac noſtra ætate miſerrime frigeſcentem, non ſine gravi jactura cæleſtium benedictionum, queis vetuſti fideles, in illius ferventes obſequiis, frui largiſſime promeruere.

Ea propter etiam poſt commentarium in Martyris Acta, placuit alterum de ipſius Virtutibus adjicere, quo adminiſtretur minus eruditis materies ad contexenda ejuſdem Sanctiſſimi Divinitatis Teſtis præconia: copioſumque de Gloria ejus poſthuma tractatum edidimus; ne quid opportunitatis deeſſet verbi Dei miniſtris, quo commode poſſint juxta ſermonis indigentiam aptare quippiam per anni circulum ad refricandam in auditoribus ſancti Levitæ memoriam. Quei nam devotionis ardor in iſtis ſperari unquam poterit, ſi vix die feſto triumphi levitici aliquid de illius geſtis, animique dotibus, Oratores diſſerant; altumque deinceps per totius anni ſpatia ſilentium hac in re teneant? Novimus, quibuſdam in locis laudabilem eſſe conſuetudinem frequentandi beatum Martyrem ſingulis quartis feriis cujuslibet hebdomadæ; convenienteſque fideles in Eccleſiam, vel ædiculam, aut ſacellum ſub ejus nomine dicatum, recitare ſacram decadem orationum Dominicalium, totidemque ſalutationum Angelicarum, adjecto iis ſingulis *Gloria Patri &c.* (veluti ſic canentes, in myſterio ad ſonum pſalterii decem chordarum: de quo alibi dicendum erit) ac in fine decadis concludere preces cum hymno, vel antiphona, & oratione, inſtituta ab Eccleſia Romana pro octavarum ejus die Divinis in officiis. Tum aptum foret tempus, quo ſacer miniſter brevi ſermone quippiam de mirabilibus ejuſdem Martyris enarraret ad confovendum devotionis conceptæ ignem, ne, ſuccedente oblivionis frigore, aliquando reſtinguatur. Uſus autem ejuſmodi decadis inde ortum ſumſit, quod juxta doctrinam Innocentii Papæ III., ac S. Vincentii Ferrerii, paſſus ſit Martyr pro Chriſto decem tormentorum genera: ut infra videbimus: Dies vero quartæ feriæ delecta eſt, quod ea luce beatam efflaverit animam. Ceterum nonnulli quotidie per totum annum prædictas recitant private orationes: & ubi commode perſolvi non poſſunt publice in Eccleſia relata feriæ quartæ die; ad libitum directoris ſtatui poterit dies altera pro loci, ac temporis opportunitate.

Felices denique jure optimo pronuntiamus eos, qui præpotentem hunc Martyrem dignis ore & opere proſequuntur honoribus, & obſequiis. Venerabilis etenim Rupertus, Tuiti quondam Abbas, lib. VI. De Oper. Spir. Sanc. cap. 17. de iis tantum agens, qui ore, vel calamo ejus præconia texunt, aſſeveranter ait: *Si Spiritus Domini in corde noſtro impreſſerit, ut ſenſibiliter de illo quippiam vel breviter digne valeamus eloqui, non dubium eſt, quia reſpondebit; & illa dilectione, qua fortis in morte, & fortior morte, non potuit ignibus exſuperari, nobis parvulis cum oſculo ſancto hilariter arridebit.* Quid felicitatis obventurum non erit iis, qui non lingua ſolum vel calamo, ſed opere quoque gloriam ejus promovere ardenti ſtudio curabunt? v. g. qui dona offerent nomini ejus, qui ſtatuas erigent, qui aras, qui ſacella, qui templa extruent (quodque altius eſt) qui ſanctis moribus per imitationem virtutum ejus vivam in ſe ipſis imaginem illius præ ſe ferre contendent? Iſti profecto ad ſupereffluentem menſuram Laurentium remuneratorem ſentient in præſenti ſæculo, donec ad optatam perveniant felicitatem in futuro.

FRATER DOMINICUS ANDREAS ROSSI DE PISAURO

Art., & Sac. Theol. Doct. totius Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium poſt eumdem Seraphicum Patriarcham Miniſter Generalis LXXXVIII.

CUM Opus, cui titulus: *De Sanctitate, & Magnificentia S. Laurentii Levitæ, & Martyris*: a Patre Mag. Ignatio Como, noſtri ejuſdem Ordinis Diffinitore perpetuo compoſitum duo Ordinis noſtri Theologi juſſu noſtro recognoverint, & in lucem ædi poſſe teſtati fuerint; facultatem impertimur; ut Typis tradatur, ſi iis, ad quos attinet, ita videbitur.

In quorum &c. Datum Romæ apud SS. XII. Apoſtolos hac die 21. Julii 1769.

Fr. Dominicus Andreas Roſſi Miniſter Generalis Ordinis.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. Jordani Patriarca Antioch. Viceſg.

ADPROBATIONES

OPus elaboratiſſimum, & omnigena eruditione refertum, inſcriptum *De Sanctitate & Magnificentia Sancti Laurentii Levitæ, & Martyris, Auctore Fr. Ignatio Como*: mandatis obtemperans Reverendiſſimi Patris Thomæ Auguſtini Ricchini Sacr. Pal. Ap. Magiſtri, attento animo luſtravi, in quo, cum nihil in eo datum ſit reperiri vel a Fide diſſonum, vel bonis moribus adverſum, ideo ad augendam, fovendamque in Chriſti fidelibus devotionem erga S. Levitam, invictiſſimumque Martyrem, exiſtimo publica luce poſſe frui, dummodo ii, ad quos ſpectat, ita judicent.

Romæ ex Collegio S. Thomæ Aquinatis apud SS. Vincentium, & Anaſtaſium in Trivio die 13. Februarii 1770.

Franciſcus Maria Cavalli C. R. M., ac Sacr. Rit. Conſultor.

LIbrum *De Sanctitate, & Magnificentia Sancti Laurentii Levitæ, & Martyris*, compoſitum a Cl. Viro P. Fr. Ignatio Como, Ordinis Minorum Conventualium Theologo, attente perlegi, ut juſſis parerem Reverendiſſimi P. M. S. P. A. Nihil autem offendi, quod fidei, morumque honeſtati repugnet. Quinimmo in eo ardens apparet pientiſſimi Auctoris ſtudium in illuſtranda Chriſti Martyris invictiſſimi Gloria - Nullum enim videtur pene reliquiſſe vetus, aut recens monumentum, peculiari conſideratione dignum, quod in ſanctiſſimi Levitæ præconium cedere prudenter exiſtimaverit. Myſticæ porro (quas in Acta, & fulgentiſſimas tanti Herois virtutes addidit) commentationes ad ipſius devotionem pios fideles ſummopere valent incitare. Quare laudatiſſimum librum numeris omnibus abſolutum, poſſe arbitror publica luce donari, ſi eidem videbitur Reverendiſſimo P. M. S. P. A.

Dabam Romæ ex Ara Cæli quinto Nonas Martii 1770.

Frater Ambroſius Erba de Mediolano O. M. O. Sacr. Rit. Conſultor.

IMPRIMATUR,

Fr. Th. Aug. Ricchini Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IN-

I N D E X
LIBRORUM ET CAPITUM
QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

P A R S P R I M A.

Commentaria ſuper geſta S. Laurentii Levitæ, & Martyris. pag. 1.

LIBER PRIMUS.

Commentariorum in ejuſdem Acta. ibid.

CAP. I. *Ex qua gentium natione in lucem prodierit S. Laurentius. Quorundam recentiorum placitum refellitur: eorumque objecta contra vetuſtum, univerſalemque theſim diluuntur.* ibid.

CAP. II. *De peculiari loco, unde Sanctus vel Oriundus, vel ubi etiam natus ſit. Urbium, Scriptorumque diſceptationes breviter referuntur. Adhærendum eſſe cenſetur vetuſtis monumentis Cathedralium Eccleſiarum Urbis Jacenſis, & Oſcenſis. Argumenta ex adverſo profligantur, vindicaturque prædictarum venerabilium Eccleſiarum auctoritas. Hiſtorica de Sanctis ipſius Parentibus eruditio; horumque ſanguinis claritas adſtruitur: nec non tempus circiter nativitatis ejuſdem ſacratiſſimi Martyris e ſcriptis S. Petri Chryſologi quodammodo conjicitur. Aliæ item notabiles circumſtantiæ ad præfatam nativitatem pertinentes obſervantur, una cum mirabilibus quibuſdam ſignis.* 11

CAP. III. *De Sacramento Baptiſmi, Chriſmatis, & Euchariſtiæ eidem Infanti collatis. De Cæleſtibus gratiæ donis ab eo receptis, juxta Concilii Tridentini, Theologorumque complurium doctrinam, quid pie ſuſtineri liceat, aperitur. Educatio ipſius ſub teneris annis in patria. Hiſpanorum Scriptorum relationes circa beati Sixti acceſſum in Hiſpaniam, ejuſque cum Adoleſcente Laurentio receſſum in Italiam examinantur. Quidque in tanta Hiſtoricorum varietate magis fundatum ac veriſimile cenſeatur, expenditur.* 23

CAP. IV. *De Adventu Sancti Laurentii ad Urbem. Mira quædam Divina præludia eorum, quæ futura erant triumphi virtute novi hujus Incolæ ibidem, exhibita circa tempus adventus ejus eo loci. Secunda illic educatio ejus. Tamaii perſuaſio, reſpectu ipſius Leviticæ Ordinationis apud Cæſaraugustam, retunditur. Hæc, ſuademur, Romæ acta fuerit a S. Lucio Papa & Martyre, poſtquam ſub Pontifice Sancto Fabiano fuiſſet initiatus Acolythus, & Subdiaconus. Portenta, quæ contigerunt paullo poſt ejus ſuſceptum Diaconatus ordinem, in præſagium, quod magnus iſte Levites ſuis ignibus incenſurus erat diaboli regnum. Expenduntur ad illuſtrationem actorum Sancti Laurentii, quæ pro tempore munia eſſent ſeptem Epiſcopalium Levitarum; & quid peculiare iſtis Romæ. Quomodo in omnibus ad ſuum ſpectantibus officium ſeſe geſſerit noſter almus Diaconus ſive tranquillis, ſive turbatis diebus, nempe vel pacis, vel perſecutionis, aut peſtilentiæ, & famis. An Philippum Imperatorem ad Chriſti fidem converterit. Corporea Sancti Levitæ ſpecies teſtimoniis complurium Patrum, & ex geſtis Sancti Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis oſtenditur. Breviter agitur de Leviticis antiquis ſacris veſtibus &c.* pag. 29

CAP. V. *Præficitur S. R. E. Archidiaconus. Qualis, quantaque fuerit iſtius Dignitas eo temporis, quæque munia ejus. Regionariæ primæ hujus Diaconiæ titulus quinam tunc eſſet, accommodatis teſtimoniis, ut Bollandiſtæ cupiunt, exploratur. Admirabilis & prorſus Angelica ejuſdem Officii, a Beatiſſimo noſtro Juvene ſuſcepti, adminiſtratio. Divina ſapientia ſub antiqua Eccleſiæ conſuetudine in thurificatione altaris, Levitæ manu peracta ſemel in anno, decem circiter ſæculorum ſpatio, mirifice indicaſſe videtur, aut fortaſſe aliquando tum futuram noſtri Martyris paſſionem; aut jam actam decoraſſe. An is exercuerit prædicationis munus: & num iſtud inter ceteras martyrii ejus cau-*

cauſas recenſendum ſit? Scrupulus Maurinorum Patrum, ac Lovanienſium Cenſorum judicium ſuper ſermonem incipientem : Cum omnes, *ſemper Auguſtino attributum, reiiciuntur Prudentii teſtimonio, aliiſque monumentis: pariterque removetur difficultas altera circa verbum, quod Sanctus coronam Martyrii tempore pacis invenerit : atque ita in ſalvo ponitur, quod juvantibus ejus meritis, innumeri alii eandem martyrii gratiam ſint aſſequuti.* pag.45

LIBER SECUNDUS.

Commentariorum in ejuſdem Sancti Acta. 61

CAP. I. *De excitata in Romanam Eccleſiam Valeriani perſecutione. Temporum ratio ſtatuitur, compluribus Chronographorum rejectis placitis. Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum corpora lucem vident: Quamque id ceſſerit honori Sancti Laurentii, demonſtratur. Sixtus Pontifex capitur: eique occurrit prima vice Levita ſanctiſſimus. Manuſcripti Fuldenſis auctoritas adverſus Schelestratium propagnatur.* ibid.

CAP. II. *Sanctus Archilevita Eccleſiæ theſauros diſtribuit, & mirabilia operatur. Num in ſuam miſerit patriam Calicem illam, in quo Chriſtus Dominus poſt Cœnam ultimam vinum in ſuum convertit ſanguinem. Occurrit iterum ſummo Sacerdoti ad necem pertracto, & a militibus comprehenditur. Recentiorum doctorum oppoſitio circa determinatum Sixtini martyrii locum contra Fuldenſis ac Trevirenſis MS. narrationem infirmatur. Quid de aliorum Martyrum ſocietate in paſſione Sixti tenendum videtur.* 70

CAP. III. *S. Laurentius ad Imperatorium tribunal ducitur. Nova quorundam adſertio, quod Valerianus per id temporis abſens ab Urbe fuerit reprobatur. Sanctus manibus Præfecti traditur. Quis tum Urbis Præfectus fuerit: in quo Hiſtorici alucinati ſunt: magis illi, qui vel ſolum Imperatorem, vel ſolum Præfectum Sancti martyrio præſediſſe dixerunt. Multa Sanctus Levita in carcere patrat miracula. Alia Ejuſdem geſta, nec non ſæviſſimi plures, quos paſſus eſt, cruciatus diligenter exponuntur, nonnullis conſiderationibus adjectis uſque ad vocem e cælo delapſam tempore paſſionis ejus.* pag.81

CAP. IV. *Abſolvuntur cetera perhorrenda ſupplicia, quæ paſſus eſt Levita beatus. Romanus interim miles ad Chriſti fidem convertitur; & a ſancto Diacono baptizatus, martyrio coronatur. Miris ſplendoribus refulget S. Laurentii facies, dum uritur in craticula. Incomparabilis ejus in tormentis ſerenitas, qua ignes urentes ſpernit, & cum tyranno ludit. Varia contemplatu digna expenduntur; nec non Decas inſtrumentorum ſupplicii, qua Martyr ampliſſimus vexatus eſt, partite dinumeratur, ac myſtica conſideratione illuſtratur.* 93

CAP. V. *Orat Deum pro Urbis converſione, quam per Conſtantinum Imperatorem plene ſequuturam prophetizat. Quare hiſtoricorum acta cum Sanctæ Birgittæ revelatione ſuper poſtrema B. Martyris verba minime conſonare videntur? Eorundem conciliatio exhibetur: ſimul & expenditur ejus in Cœlum tranſitus. Imperator Valerianus cum Urbis præfecto, & militibus confuſus e martyrii loco diſcedit. Martyris corpus in craticula relictum, ſepulturæ traditur. Horribiles nocturnæ voces Romæ audiuntur: quidque indicaverint. Pro Martyris nece Valerianus turpiſſimas luit pœnas. Romanum interea ſcinditur Imperium. Chriſtiana Religio futuræ tum ſtabilis tranquillitatis ſpecimen prægustat. Firma Eccleſiæ pax num præcipue tribuenda ſit Laurentii martyrio: & an merito P. Fabrius prædicet, Martyrem noſtrum cunctas hæreſes enervare ac diſperdere ab univerſa Chriſti Eccleſia.* 106

PARS SECUNDA

Commentaria, ſive piæ expoſitiones in virtutes S. Laurentii Levitæ, & Martyris. 119

LIBER PRIMUS.

Super virtutes ejuſdem Theologicas. ibid.

CAP. I. *De Fide S. Laurentii Martyris.* ibid.

CAP. II. *De Spe S. Laurentii Martyris.* 127

CAP. III. *De Sancti Laurentii Martyris Caritate.* 133

LIBER

Liber Secundus.

Expoſitionnm in Virtutes S. Laurentii Cardinales. pag. 142

CAP. I. *De Prudentia. Quæ hæc ſit: quotque in partes dividatur; quarum potiores, juxta Sanctum Auguſtinum, conſiderantur, nimirum Memoria, Intelligentia, & Providentia: in qnibus oſtenditur, quam heroice ſeſe B. Laurentins exercuerit. Prout in Scripturis ſanctis eadem Cardinalis virtus cum Sapientia & Scientia confnnditur, mira, quæ in eodem laudato Subjecto eſt operata, peculiari quadam excellentia prædita, perpenſis circumſtantiis, relevantur.* ibid.

CAP. II. *De Temperantia, ejuſque partibus, ideſt, Continentia, Sobrietate, Clementia, Modeſtia, & Humilitate, queis Levita ſanctiſſimus ornatus fuit.* 155

CAP. III. *De virtnte Juſtitiæ; prout hæc, ſive ſtricte, ſive minus in rigore ſumta, dicitur Cardinalis: & primo ut reſpicit Deum, ſecundo creatùras juris capaces. Habita ratione ad Deum, nt Religionem præ ſe fert, expenditur, quam in S. Laurentio perfecta per partes ſingulas extiterit. Reſpectu vero Creaturarum copiam agendi offert de Obedientia, Æqualitate ſeu Æquitate, Utilitate, ac Miſericordia ejuſdem beati Levitæ.* 269

CAP. IV. *De beati Martyris Fortitudine. Quæ ſit hæc virtus, quantique momenti. Influxum in eam habuerint cum Theologicæ, tnm Cardinales ceteræ tres virtutes, ut in Sancto Laurentio ad perfectionis maximum perveniret, ſingillatim oſtenditur. Item de ipſius Fortitudinis partibus, nimirum de Securitate, Patientia, Conſtantia, Perſeverantia, Magnanimitate, ac Magnificentia, quæ in eodem Archilevita beatiſſimo refulſerunt.* 184

PARS TERTIA.

De gloria poſthuma S. Laurentii Martyris. 205

Liber Primus.

Gloriæ Poſthumæ S. Laurentii Martyris. ibid.

CAP. I. *De univerſali annuo feſtivo cultu beatiſſimo eidem Martyri, & præſertim Romæ, impenſo die x. Augnſti: necnon de nonnullis miraculis eodem die feſto quotannis contingentibus varia per Orbis loca.* ibid.

CAP. II. *Quibns præmiis, gratiis, & favoribus e cælo affecti fuerint Laurentiani Feſti obſervatores, quibuſque pœnis mulctati tranſgreſſores.* 213

CAP. III. *De monumentis perpetui Laurentiani cultus Romæ præſtiti, quæ ad ſacroſanctam Patriarchalem ejuſdem Martyris Baſilicam pertinent.* 222

CAP. IV. *De ceteris S. Laurentii Martyris in Urbe Templis, ac de ipſius tandem Oratorio, quod vulgo dicitur Sancta Sanctorum.* 231

Liber Secundus.

Gloriæ poſthumæ S. Laurentii Martyris. 242

CAP. I. *De Cathedralibus per Orbem Eccleſiis ejus ſub Titulo conſecratis.* ibid.

CAP. II. *De Fanis Abbatialibus ſub ipſius beatiſſimi Martyris invocatione; ac Patrocinio erectis.* 263

CAP. III. *De Imperialibus, vel Regalibus Baſilicis eidem Archilevitæ Martyri cum in Oriente, tnm in Occidente dedicatis.* 279

CAP. IV. *De aliis S. Laurentii Martyris Eccleſiis, Sacellis, & Oratoriis a compluribus Dei ſervis (qui hodie Chriſti fidelium venerationi ſuper altaria expoſiti ſunt) vel erectis, vel reſtauratis, aut cultis, dum iidem clari ſanctitate Viri mortalem iſtam ducebant vitam, a primis incipiendo poſt Martyris triumphum ſæculis uſque ad ſalutis humanæ decimum, illuſtrioribus adjectis per ſæcula ſingula ſcriptoribus, qui ſuis elogiis gloriam ipſius Levitæ Sanctiſſimi promnlgarunt, non omiſſis viris ſanctis, qui eidem Martyri fuerunt per imitationem peculiariter addicti, vel qui Romæ Patriarchalis ejus Eccleſiæ limina viſitarnnt, venerantes ſepulcrum ejus glorioſum.* 291

CAP. V. *Sequitur præcedentis Capitis argumentnm a ſæculo* XI. *ad* XVII. 302

Liber Tertius.

De Gloria poſthuma S. Laurentii M. 317

CAP. I. *De ſacris inſignioribus ejuſdem pretioſiſſimi Martyris Reliquiis, ubi in primis Diſſerta-*

ſertatio inſtituitur de ipſius Capitis conditorio, poſtquam breviter actum erit de glorioſo ejus corporis ſepulcro. pag. 317

CAP. II. *De Apparitionibus ejuſdem ſanctiſſimi Martyris: Nec non de iſtius valida apud Deum interceſſione pro clientibus ſuis etiam defunctis, piacularibuſque flammis addictis.* 332

CAP. III. *De ceteris Sancti Laurentii Mirabilibus, quorum vel nihil egimus in præſentis operis decurſu, vel ſolum obiter quicquam tetigimus, diſtincta eorum narratione in hunc locum rejecta, digreſſionis tum longioris vitandæ cauſa in materie, quæ minime ad inſtitutum eo loci pertinebat.* pag. 346

CAP. IV. *De Anecdotis veterum Patrum ſermonibus, Sanctum Laurentium tangentibus, qui hodie primam lucem prælo vident.* 360

PARS

PARS PRIMA

COMMENTARIA SUPER GESTA S. LAURENTII

LEVITÆ, ET MARTYRIS.

LIBER PRIMUS

COMMENTARIORUM IN EJUSDEM ACTA.

CAPUT I.

Ex qua gentium natione in lucem prodierit S. Laurentius. Quorundam recentiorum placitum refellitur: eorumque objecta contra vetuſtam, univerſalemque theſim diluuntur.

BOllandiani Patres in noſtri Sanctiſſimi Martyris actis die x. Auguſti §.10. Comment. Præv. n.106. „ Communis (inquiunt) eſt fidelium vel totius, vel potioris „ ſaltem partis Eccleſiæ ſenſus, Sanctum Laurentium hauſiſſe primam in Hiſpania lucem, „ conſtanſque eſt de ea re traditio, quocunque „ demum ſæculo propagari cœperit. Cumque „ aliunde nulla ratio ſolida, auctoritas nulla „ vel ex Patribus, vel ex ejus actis, vel ex „ Eccleſiaſticis monumentis adeo efficax hactenus proferatur, quæ communem illum ſenſum, ac traditiooem apertæ ſalſitatis convincere, ejuſdemque ſtabilem poſſeſſionem a „ ſua dimovere ſede, nedum ſuoditus convellere potuerit; ſupereſt, ut ea apud nos, ſicut „ reſedit hactenus, ita porro reſidere pergat; „ nullaque ſciolorum recentiorum, ſi quæ ſint, „ argumenta fallacia eum alumnum e natali „ Hiſpaniæ gremio eripiant; tametſi non habeamus in promptu, quæ vellemus antiquiſſima (ideſt primorum a die paſſionis Martyris ſæculorum ante ſalutis reparatæ nonum) teſtimonia, quibus Hiſpanorum traditioni, ac poſſeſſioni patrocinemur. Sed jam „ inde a ſæculo nono Sanctum pro Hiſpano „ habitum inveoimus in Adonis Martyrologio, „ ubi ſic Martyr loquens adducitur: *Quantum* „ *ad genus, Hiſpanus ſum, eruditus, & nutritus Romæ.*

2. Adverſus laudatam fidelium pene omnium traditionem inſurrexere diebus noſtris quidam artis critices profeſſores, qui, vindicato a pulvere quodam Codice Veronenſi, ſub nomine Sacrameotarii S. Leonis Papæ, hunc in medium protulerunt, habentem in XII. præfatione Miſſæ feſtivitatis S. Laureotii ſequentia verba: *Vere dignum* &c. *Quamvis enim Sanctorum tuorum, propagante te, Domine, clara ſit gloria, de beati tamen ſolemnitate Laurentii peculiarius præ cæteris Roma lætatur, cujus naſcendo civis, ſacer Miniſter, & dicatum nomini tuo munus eſt proprium.* Hinc illam conſecutiooem intulere: Dum ergo S. Laureotius Romanæ Urbis *naſcendo civis* dictus eſt, jam patet, eum Romæ, non in Hiſpania fuiſſe natum.

3. Cootra oppoſitores iſtos cl. Franciſcus Pereſius opuſculum edidit, cui titulus: *Damaſus & Laurentius Hiſpanis aſſerti, & vindicati.* Ubi ſolide oſteodit, prolatum Sacramentarii teſtimonium commode intelligi poſſe de jure municipali, non de patrio in rigore: quemadmodum priori ſenſu loquutus eſt Paulus Apoſtolus ad Tribunum (jam admooitum a Centurione verbis illis de eo: *Hic homo civis Romanus eſt*) Iorerrogatus eoim a relato Tribuno in Act. Apoſt. cap. XII. 27. *Dic mihi, ſi tu*

Romanus es? Adfirmavit, dicens, *etiam*. Ut autem adjecit Tribunus. *Ego multa ſumma civilitatem hanc conſecutus ſum. Paulus ait: Ego autem natus*. Gaudebant etenim homines Tarſi nati civilitate Romana, haud ſecus ac ſi Romæ nati forent, Plinio, ac Dione teſtibus: ſicut & Tirinus ex Baronio in hunc Actorum locum advertit. Iccirco recte Paulus, licet Tarſenſis, dicere Tribuno potuit: *Natus ſum Civis Romanus*. Et quia (ſubdit idem Pereſius) ſive Oſcæ, ſive Valentiæ, ſive Cordubæ Laurentius natus fuerat, omnes hæ Urbes Romanorum Coloniæ, & municipia erant (ut habet Plinius apud cl. Antonium Auguſtinum Dial. vi. vii. viii.) merito Sanctus Levita in Sacramentario producto appellari potuit: *Naſcendo Civis Romanus*. Magis, quod lege Caracallæ, ii, qui ingenui nati eſſent in Orbe Romano (cujuſmodi conditionis natum eſſe Sanctum Laurentium apud Hiſpanos in confeſſo eſt) Cives Romani reputabantur, juxta Novell. Juſtin. 78. cap.5. apud Heinecc Append. lib. I. Antiquit. Rom. Juriſprud. illuſtr. §. 20. Ex quo manifeſte conficitur, univerſalis ſententia de Laurentii ſolo natali, nimirum, quod Hiſpania fuerit, virtute Veronenſis Codicis nil omnino detrimenti patiatur. Multis præterea rationum momentis idem Auctor comprobat, citatum Sacramentarium eſſe minime S. Leonis opus; vel ſi tale, ut a quibuſdam creditur, certe diverſis laciniis turpiter depravatum fuiſſe. Inſuper alia multa profert, ad illuſtrandam veritatem communis ſententiæ, venerabilis antiquitatis monumenta: quæ ſi pius lector noſſe cupit, Auctorem ipſum adire in ſuo poterit opere, ne nos actum agere videamur: quum præſentis noſtri ſit inſtitui dumtaxat ea expromere documenta, quæ laudatum fugerunt Pereſium in ejuſdem cauſſæ propugnationem.

4. Et primum quidem adducere convenit Sancti Maximi Taurinenſis Epiſcopi teſtimonium ex homilia quarta, in Natali S. Laurentii habita, erutum. Fuit enim Sanctus hic Pater Leoni Magno coævus: relataque homilia M. S. reperitur in codice XXXIX. pag. 169. max. membran. fol. plut. XVII. Bibliothecæ Mediceæ: ac judicio Antiquariorum, exaratus codex, ſive tranſcriptus ex vetuſtiori creditur circa finem ſæculi XIII. vel initium XIV. Eamque integram dabimus cum aliis Anecdotis in fine hujus Operis, contenti modo teſtimonium afferre, quod ad præſentem facit cauſſam. Ait ergo loc. cit. Maximus: *Quamvis Fratres cariſſimi, Beati Laurentii paſſionem, quæ in præſenti die perfidiæ ſæculi triumphavit, univerſus nobiſcum ſtupeat mundus: præcipuo tamen gaudio virtutem nutriti ſui Eccleſia Romana miratur. Debet enim gaudere præ cæteris, quæ tanto nobilitata ſanguine, peculiarem quodam modo indigenæ Martyris poſſidet dignitatem*. Dum vero Sanctus Antiſtes non abſolute *indigenam Romanæ Eccleſiæ* appellat Laurentium, ſed *quodam modo*, indigenam, ob diuturnum ejus inibi incolatum ab initio adoleſcentiæ ſuæ; ibidemque *nutritum* unice teſtatur; jam Eum extra Urbem in aliena terra natum eſſe declarat. Aliunde ſi Romam excipimus ea pro re, de qua contentio eſt, nullum quum ſit, aut fuerit Regnum, niſi tellus Hiſpaniæ, quæ ſibi vindicet Laurentianum ortum, conſequens eſt, pro Hiſpanis hac in materie Sancti Maximi ſtetiſſe mentem.

5. Eandem tenemur concluſionem trahere ex iis, quæ legimus in pervetuſto Romanæ Eccleſiæ antiphonario, a S. Gregorio Papa diſpoſito, ac opera Ven. Card. Thomaſii in lucem edito 1686. In feſto nanque S. Laurentii pro ſecunda antiphona tertii nocturni hæc leguntur verba: *Eruditus, vel nutritus Romanus: & a cunabulis Chriſti ſum ſervus*. Tyrannum ſic adloquutus eſt Martyr. Ubi particula *vel* non eſt disjunctiva, ſed copulativa; ita ut ſenſus ſit: Eruditus & nutritus Romanus. Sic Livius lib. I. Hiſtor. cap. 42. Scribit: *Hunc ordinem ex cenſu adſcripſit vel paci decorum, vel bello*. Sic quoque Virgilius lib. 2. Æneid. ℣. 769. *Silvius Æneas pariter pietate, vel armis*. Unde a Gregorio ſcribente: *Eruditus, vel nutritus*, non diſcordat Ado, quum ait: *Eruditus, & nutritus, Romanus, & a cunabulis Chriſtianus*. Quod autem is præmiſit: *Quantum ad genus Hiſpanus ſum*: (Quod Gregorius in Antiphonario ſubticuit) inde proceſſit; quia nimirum iſte brevitati antiphonæ ſtudere debuit, ut mos erat, eſtque in eccleſiaſticis officiis; ille vero conſulere tenebatur hiſtoricæ integritati. Cæterum in adverſariorum poſitione, quod Martyr Romæ natus eſſet, non erat, cur S. Pontifex Gregorius Magnus vocabulum *nutritus* adductæ insereret antiphonæ; omitteretque præſtans alterum, nempe *natus*, dicendo V. G. *Romæ natus & eruditus, & a Cunabulis Chriſti ſum ſervus*. Ubi enim quis naſcitur, & eruditur; ibi profectò intelligitur enutritus. Vir autem ſapientiſſimus, ſuæque patriæ amantiſſimus, qualis fuit ipſe Gregorius ortu Romanus, quique honorem ſuæ Urbis habuit cordi; quei fieri poterat, ut magni Herois Laurentii eam nutricem, & non potius genitricem appellaret? Nonne injuriæ vertitur matri, quæ ſupra modum laudabilem peperit filium, ac nutrivit, ſi tantum nuncupetur glorioſi germinis nutrix, non item genitrix? Et indubitanter. Quandoquidem talis laudator nedum graviter in a ſe texta laude deficeret; verum etiam ſic deficiendo, quod eſt præſtantius, negare videretur.

tur. Hinc Hieronymus lib. I. Comment. in Matth. cap. 2. ſuper illa verba, de S. Joſeph dicta: *Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus, & receſſit in Ægyptum*: ſapienter adnotavit, ſcribens, quod Evangeliſta non *dixit, accepit filium ſuum, & uxorem ſuam, ſed puerum & matrem ejus, quaſi nutritius, non maritus*. Plane a contrario, ſi Laurentius reapſe Romæ fuiſſet natus, & genitus; proculdubio ſanctus Gregorius tantummodo dicens eum Romæ nutritum, majorem tacendo laudem Urbis, honori patriæ detraxiſſet, quaſi hæc nutritia, non mater extitiſſet tanti filii; neque aliter Mariæ honori detraheret, qui eam dumtaxat Chriſti nutricem diceret, non item & Matrem. Porro quam a noſtro eliminandum ſit ſenſu, quod magnus Pontifex ea in re ſic notabiliter deficere voluerit; ſentiendum ſupereſt, ſecundum ipſius ſententiam, alibi quam Romæ natus fuerit Laurentius.

6. Sed neque ſilendum eſſe reor, quod ex producta S. Gregorii antiphona non parum augeatur ſuſpicio ſupradicti Codicis Veronenſis, nimirum præterquam quod minime lædat theſim noſtram (ut paullo ante viſum eſt) adhuc tamen minus credibile apparet, ſit S. Leonis magni opus ea ſaltim in parte, ſive in præfatione, quam in nos adverſarii opponunt. Quandoquidem oporteret iſtos ſuſtinere, vel Sanctum Gregorium eam præfationem ignoraſſe; vel illam intellexiſſe juxta ſenſum a nobis expoſitum de jure municipii. Si hoc ſecundum concedunt, jam reſponſionem noſtram confirmatam tenent: Si vero primum amplectuntur, temeritatis & impudentiæ notam effugere nullatenus queunt. Nam quonam modo fieri unquam potuit, ut eruditiſſimus ille vir, ac peculiariter in ſacris Romanæ Eccleſiæ libris verſatiſſimus, eam ignoraverit præfationem; quum teſte Walfrido, antiquiora correxerit Eccleſiæ Romanæ ſacramentaria, divinumque auxerit officium, ut docet lectionarium ejus die Martii XII. Dum autem compertum habemus, ſanctum Doctorem ſuo in antiphonario ſcripſiſſe neutiquam, eſſe Laurentium Romæ natum, ſed tantummodo Romæ nutritum, & eruditum; conſectarium eſt, aut eam eruditionem reſpuerit tanquam adulterinam, ſanctique Leonis minime fetum eſſe, aut Gregorianis diebus nullatenus extitiſſe. Quocirca non me pœnitet, quod ſciſcitanti olim Benedicto XIV. fel. record., quid de hac quorundam recentiorum opinione ſentirem: Romæ ne, an vero extra Sanctus iſte natus fuerit? Extemplo reſponderim. Cavendum exiſtimo, Pater ſancte, ab intemperantibus ætatis noſtræ criticis, a quibus ſi ſtaret Eccleſiaſticæ traditionis ſumma, fere omnia, quæ a majoribus noſtris accepimus, jam ſuſque deque forent. Tum ſapientiſſimus ille Pontifex ſubdidit: Ita ſane. Sed tempus eſt, ut ad alia perluſtranda documenta tendamus.

7. S. Ado Viennenſis Antiſtes, qui nono floruit ſæculo, in ſuo Martyrologio Sanctum Levitam interrogationi tyrannicæ ſic reſpondentem adducit: *Quantum ad genus, Hiſpanus ſum*. Ægre talia noſtri audiunt Critici, quaſi minime ex authenticis extracta, ſed ex apocryphis Charthophilaciis eruta, commentitiis accenſent. Idque ut novitatis amantibus perſuaſum faciant; corrupta, inquiunt, fuiſſe ſancti Laurentii acta, multiſque commixta nugis; ut illa, quæ refert Surius de expeditione Decii in Perſas; nec non de prævio Sanctorum Abdon & Sennen certamine ad beati Papæ Sixti paſſionem; ac de morte intempeſtiva ejuſdem Decii, Præfectique Valeriani ob illatam Laurentio necem, aliiſque hujuſmodi. Verum quid iſta ad infirmandum Adonianum Martyrologium, ubi unum ſi excipimus erratum Chronici, nihil de ipſis invenitur inſomniis? Temporis rationem Scriptores veteres inexploratam habuere: Sanctum Sixtum, Laurentium, Feliciſſimum, & Agapitum cum aliis Clericis paſſos ſub Decio putarunt, Euſebiani Chronici mendo præoccupati, ut Pereſius advertit; quod & infecit librum Pontif. Rom., (opus Damaſo Papæ attributum, qui Pontifex non multo poſt Euſebium vixit) infecitque vetuſtiſſimos alios Vaticani Codices, quanquam non omnes omnino, quos tranſcriptos credimus errore purgatos X., vel XI. ſeculo, quum oriri cepit Chronologicæ ſcientiæ lumen. Quo deſtituti Gregorius in antiphonario ad Galliarum Eccleſiam directo, & Beda in ſerm. Sancti Laurentii in idem impegerunt erratum. Vide in oper. S. Greg. editionis Maurinæ. Sub die XIII. Auguſti in feſto S. Hippolyti Martyris, quem Gregorius refert a Decio requiſitum de humato S. Laurentii corpore, nimirum poſt dies tres ex quo deceſſerat Levita beatus. Unde colligitur, ipſius Gregorii mentem Euſebiani Chronici errore pariter laboraſſe, ne verbum faciamus de prioribus Patribus, qui Gregorium præceſſerunt. Iſti namque licet eximantur ab ejuſmodi nævo, quandoquidem minime declaraverint tyranni nomen, ſub quo Sanctus fecerit martyrium; revera tamen utrum ſenſerint ſub perſecutoris nomine Valerianum, & non Decium, quis novit? Ponamus, fortaſse intellexerint Decium: Numquid ea propter apud nos minoris momenti eſſe deberent, quam modo ſunt in iis, quæ narrant de ſubſtantia Laurentiani Martyrii? Hanc apage fallaciam, ut ab ignota temporis differentia, quæ facto

 appo-

apponitur , eo quod vera jodicetur ; fiat tranſitus ad factum ipſum in ſubſtantia labefactandum . Jam nonnulli ſenſere Scriptores, Chriſtum Dominum Crucis ſubiiſſe tormentum quarto ſuæ prædicationis anno, alii quinto , alii ſexto: neque propierea auſus eſt aliquis inde inferre , eos corrupiſſe acta Dominicæ paſſionis : ſed ſolummodo, quod obſcurum remanſerit eertum illius tempus . Haud aliter ſincere tradiderunt Martyris acta Patres , qui ſuppreſſo Tyranni nomine , & qui ſub Decio ea geſta fuiſſe ſcripſerunt , quantavis laboraverint obſcuritate Chronici . Veniamus ad ſineeritatem & ſimplicitatem Adonis in ſcriptis ſuis . In laudato ſiquidem Martyrologio ſub die ſeconda Auguſti ſcribit : IV. *nonas Auguſti Natale S. Stephani Papæ & Martyris ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus* . En heic inadvertenter nos erudit , haud ſub Decio, ſed ſub Valeriano Sanctum noſtrum feciſſe martyrium . Incontroverſum eſt enim, Pontificem Stephanum paſſum fuiſſe ante ſucceſſorem ſuum Sixtum . Præter dubium quoque eſt , regnaverir Decius ante Valerianum & Gallienum . Quomodo ergo fieri potuit , ſi temporis epocha illuxiſſet Adoni , ut is diceret, Stephanum ſub Valeriano paſſum ; ſucceſſorem vero Stephani Sixtum ſub Decio , qui Cæſar præceſſerar Valerianum ? An ſemetipſum ſic aperte jugulare voluit , ſciens Chronici veritatem ? Abſit : ſed ea fideliter tranſcripſit , quæ in vetuſtiſſimis monumentis invenit , vel nullo Chronologiæ ordine , vel falſo ſignata . Tam longe eſt , ut a ſe comminiſci voluerit verba illa S. Laurentii Martyris ad tyrannum : *Quantum ad genus* , *Hiſpanus ſum* : quaſi non invenerit ea vetuſtioribus in eodieibus ; quos hodie in pulverem redactos eredimus . Quare de Chronici errato cum Baronio concludimus in notis ad Rom. Martyrol. x. Auguſti lit. *6*. *Ejus rei auctor videtur Euſebius* , *qui cæteris errandi fuit occaſio*, *dum in Chronico Laurentium paſſum in perſecutione Decii teſtatur*. *Licet verius ſit*, *ea non ab Euſebio ſcripta*, *ſed ab alio aliquo ſuperaddita* : nam *qua ratione ab anno Domini* 254. *ſub Decio potuit poſuiſſe martyrium S. Laurentii*, *ſi poſt annos quatuor Sixti Papæ ponit ingreſſum ?* Unum volo, heie lector advertat (ſi arridet ſibi Baronii placitum , nempe quod aliena manu error irrepſerit in ſcripta Euſebii) id nimirum non multo poſt mortem ejuſdem Euſebii corrigiſſe ; dum notum eſt , mendum illud ante Gregorii Magni tempora invaluerit Romanis in tabulis : immo & in parte prima libri geſt. Pontif. , qui ſi fetus non eſt Damaſi Papæ , certe alterius Pontificis , Damaſo proximi , eſſe cenſetur : ut in laudato Pereſii opuſculo videre licet .

8. Periere , inquiunt , primigenia Sancti Laurentii acta , in quibus nullus deprehendebatur erroris nævus : iccirco ſatis nobis erir , fidem dare Patribus , non quibuſeunque, ſed iis tantum , qui vieiniores fuerunt rempori paſſionis S. Laurentii , puta , quarto, vel quinto ſæculo Dominicæ ſalutis . Plane ſi de membranis illis ſermo eſt , quæ a Romanis notariis perſequutorum tempore fuerunt exaratæ, nil moramur admittere , vel in pulverem eas abiiſſe, vel Diocletianeo incendio eonflagraſſe . At quod ex iiſdem nihil exſcriptum remanſerir, nihilque ad manus pervenerit poſteriorum Patrum , & præſertim Pontificum Romanorum ; id demum adſertionis nullatenus poteſt effugere notam inſolentiæ , temeritatis, & audaciæ : Certum omnino quum ſit , multos , multoſque Martyres ad ſanguinem uſque decertaſſe , ne proderent Religionis hoſtibus ſacros libros . Quod ſi privati fideles id præſtitere , quanto magis publici Eccleſiæ Romanæ miniſtri , ne videlicet domus Dei, talem tantamque pateretur jacturam , & expoliationem ſpiritualium bonorum , exemplorumque Chriſtianæ eonſtantiæ, ſibi relictorum ad ædificationem poſteritatis ? Profecto non aliunde, quam ex monumentis id genus ſuperſtitibus eomponi poruit breve illud Eccleſiæ antiphonarium , quod poſtea Gregorius auxit , Patreſque Sanctorum homilias ediderunt , non modo qui quarto, vel quinto ſæculo floruere ; ſed & qui ſeptimo , octavo , aut nono lucubrationes ſuas perſecere ; ac ſubſequenter ex iſtis alii docti & ſancti viri eruditionem omnem hauſerunt , quantumvis in hos & illos garriant intemperantes Critici propter unum , quod inveniunt, erratum eirca temporis rationem. Si erravere , inſurgit adverſarius, in uno , qualem ſibi fidem vindicare valebunt in cæteris ? Veruntamen adverſator imprudens , opus eſt , ut prius oſtendat, evincatque in exteras eorum eruditiones irrepſiſſe falſitates , quas poſteriores ebiberint Patres ; uti nos probavimus , unde Chronologiæ mendum irrepſerit ; quod vel innocenter adoptarunr in ſcriptis ſuis de Sancto Laurentio; ac poſtea licebit illi tranſire ad alia eorum teſtimonia infirmanda ; niſi velit impudenter aſſere , quod marte proprio cuderint fabuloſa eomplurima : a qua propoſitione eunctorum fidelium piæ aures abhorrent . Væ Sanctorum Patrum ſcriptis, ſi valerer noſtri oppoſitoris illatio ex uno deprehenſo errato : quum ſola divina Scriptura ſit , quæ omnem penitus ignorat errorem . Hine autem excurrere ad detrahendam illis fidem in cæteris, quæ adſtruunt, idque abſque graviſſimo ac maniſeſto rationis fundamento , inſolentiſſimæ veſaniæ foret . Atque ut ad noſtrum redeamus Adonem ; quid de iſtius Martyrologio ſcribat eruditiſſimus Dumeſ-

Digitized by Google

meſoillus, univerſitatis Argeotoratenſis Cancellarius, in opere de Doctrina, & Diſcipl. Eccleſ. lubet attendere. Lib. enim 38. num. 28. ſic habet: *Ado Viennenſis, qui hanc ſedem per ſexdecim annos adminiſtravit, vir fuit doctrina, & pietate celeberrimus: Martyrologium ſcripſit nec dum Epiſcopuc. Quinquennio enim Romæ exacto, Ravennam devenit. Hic quendam libellum, a fratre religioſo præſtitum, tranſcripſit, ad deſcribendac Sanctorum Paſſiones, ideſt Martyrologium. In eo igitur conficiendo uſus eſt & alio vetuſtiore, quod Romæ Aquilejam tranſmiſſum, & Ravennæ a quodom monacho ſibi præſtitum mutuo ad deſcribendum acceperat. Iſtud cum Adonis Martyrologio publici juric fecit Noſweidus, & ipſum Romanum vetus eſſe, de quo Gregoriuc Magnus in Epiſtola ad Eulogium opinatus eſt.*

9. Reponent forte Critici, dicentes: Ado ſcripſit Martyrum acta, quæ non ita io Romaoo Martyrologio legebantur; io quo (ut ſcribit Gregorius ad Eulogium Alexandrinum epiſt. 29. lib. 7. Ind. 1.) *non indicabatur quis, qualiter ſic paſſus, ſed tantum locuc, & dies paſſionis*. Ita ſane. Verum idem Gregorius loco citato innuit, aliud fuiſſe Romæ volumen, in quo fuſius ſignata eraot, quæ ſummatim, paucisque verbis laudato in Martyrologio indicabantur: ut ex illis patet ejuſdem Sancti Doctoris verbis: *Non tamen eodem volumine, quis, qualiter ſit paſſuc indicabatur*. Quibos ſignificavit, diverſo io volumine talia diffuſe contineri. Ex hoc altero indubitanter Sanctus Ado accepit, quod fuſe de Sancto Laurentio, aliiſque de Sanctis in ſuo Martyrologio adnotavit. Quod & clarius ad rem noſtram innoteſcit, ſi advertimus membrum alterum ejuſdem Laurentianæ reſponſionis. Ubi enim ait: *Quantum ad genuc Hiſpanus ſum:* ſtatim addidit: *Eruditus, & nutrituc Romanus, & a Cunabulic Chriſtianus*: Unde conficitur, ex uoo eodem authentico vaticano codice, ex quo poſteriora hæc tranſcripſit Ado verba, priora ſimiliter exſcripſerit, propter *notam* ſermonis identitatem, quam in vetuſto Romano Antiphonario reperimus ſecundum poſterius membrum, non aliunde, quam ex præſato Codice fuſiore Gregorii manu decerptum.

10. Satis erit, ajuot Oppoſitores, ſi fidem demus Patribus quarti, & quinti ſæculi, uti Laurentianæ paſſionis tempori vicinioribus. Neque advertunt, quod antiquiſſimum illud volumen, extans olim Vaticano in tabulario, qoodque hodie cenſetur in pulverem converſum, vetuſtate ſua Patres ipſos quarti, & quinti ſæculi præceſſerit. Si debemus iſtis præſtare fidem, quid ni potiori jure præſato Eccleſiæ Romanæ ioſtrumeoto, unde Ado verbum illud extraxit: *Quantum ad genuc, Hiſpanuc ſum:* Quomodocunque demum Cbrooici error irrepſerit? De hoc plane volumioe (Sanctorum Martyrum Romæ, alibique paſſorum actis referto) Gelaſius Pontifex, qui ſæculo v. floruit, loquitur, quum inquit in Concilio Romano: *Geſta Sanctorum Martyrum ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in S. R. E. non leguntur*. Aderant nempe acta illa, ſed noo legebantur; oon qoidem ex cauſſa, quod Romana non eſſent authentica; ſed quia complura Sanctorum geſta diverſarum Eccleſiarum io orbe ratione moltiplici peccabant: quemadmodum ipſe Pontifex ibidem ſe explicat, ſubdens: *Quia eorum, qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus, aut idiotis ſuperflua, & minuc apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur: ſicut cujuſdam Quirici & Julittæ, ſicut & Georgii, aliorumque hujuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ. Propter quod (ut dictum eſt) ne vel levic ſubſannandi oriretur occaſio, in Sancta Romana Eccleſia non leguntur*. Vides, Gelaſium minime reprobare volomen illud ſecundum eam partem, quæ acta Martyrum continebat Romæ paſſorum? Beoe autem ſecundum alteram, contineotem exemplaria geſtorum, ſive paſſiooalium, inter quæ multa erant ab infidelibus, aut idiotis, aut hæreticis exarata, Romamque tranſmiſſa diverſarum Eccleſiarum nomine; quibus ne Romana Eccleſia prejudicium aliquod ioferre videretur, ſi acta Martyrum legeret, qui Romæ paſſi erant, non item aliorum, qui alibi locorum feciſſent martyrium, ceoſuit aotiquitus abſtinendum a lectione hujuſmodi actorum: ſicque tolleretur da medio ſubſannatioois occaſio, ac cæterarum Eccleſiarum vitaretur offenſio.

11. Ex eadem porro Gelaſii doctrina colligimus, quam authentica in relato volumine habita fuerint acta Sancti Levitæ: Nam quum tanta cautione ſe geſſerit Romana Eccleſia, ut non legeret publice geſta Sanctorum; adhuc tamen ex noſtri Martyris actis peculiare compoſuerit, recitaverit, immo, & cecinerit officium pro ipſius Martyris ſolemnitate. Cujus rei teſtimonium eſt ipſum reſponſoriale, atque antiphooatium vetuſtiſſimum Romanum, quod poſtea Gregorius auxit, quodque *non* ex fonte alio, quam ex relatis actis deſumi potuit. Quandoquidem ea refert S. Laureotii geſta, quæ nec ab Ambroſio, neque a Prudentio, *n*eque ab Augoſtino, neque a Leone Magno, vel a Maximo, aut Petro Cbryſologo (qui ſunt Patres quarti, & quinti ſæculi) commemorantur. Uti ſunt, quæ referuntur de illuminatione cæcorum. de converſione Lucilli ad fidem, de apparitione Ange-

Digitized by Google

Angeli extergentis plagas corporis S. Levitæ, atque id genus alia, quæ ibidem leguntur. Hæc quidem omoia Gelaſii judicio non erant ſubleſtæ fidei, quominus in Romaoa Eccleſia legerentur; étiam ſi ponamus, quod chronici error invaſerit præſatum volumen, unde facta illa eruta fuere. Quod mibi haud minus veriſimile videtur: dum Gregorius, qui altero ſæcnlo a Gelaſio floruit, non a Patribus, ſed a Vaticani tabulario accipete potuit materiem, qua divinum ampliavit officium. In ſuo autem Reſponſoriali, ad Gallos dato, ut jam diximus, Hippolytum ſub Decio paſſum commemorat.

12. At noſtri Critici detrahere non verentur auctoritati Gregotii, Bedæ, atque Adonis, ne dicam Pontificum Romanorum, qui Sanctum Gregorium præceſſerunt, quique vetuſto uſi fuerant Reſponſoriali Romano; dumtaxat per ſas, neſaſque ſuſtineant ridiculum illud, quod aſſumuot principium, nimirum fidem non mereri opus, in quo vel unum deprehenditur erratum. Quodque a ſeculis unice tribuebatur mentienti; jam affigunt innocenter erranti. Si res ita ſe haberet, omnia hominum ſcripta, ſpiritu Dei minime ioſpirata, igni protious tradenda forent, quum vix reperiatur opus humanum, in quo ne vel unus deprehendatur error. Incaſſum igitur adlaboravit anoalium parens in tot voluminibus exarandis: nolla ei fides aòhibenda foret, quia compertum eſt a poſterioribus Chronologis pluries in ratione temporum defeciſſe. Quid, quod ipſi recentiores Chronologi, multo jam acuto ſuæ ſcientiæ lumine, adhuc tamen ſibi invicem contradicunt; adeo ut quot capita, tot ſint altematim diſcrepantes ſententiæ? Tranſire ne iccirco licebit ad neganda hiſtoricorum omnium ſacta, qoia nimirum unus eorum ſub tali, alter ſub diverſo tempore ſucceſſum collocavit? Ita plane ridendos ſe produnt, quotquot infirmare conantur Martyris acta ex eo videlicet, quod in iis inveniunt per errorem ſupputatam temporum rationem.

13. Audi modo unum ex iſtis, recentiorem, nempe quendam Anonymum in ſuo, quod Romæ nuper edidit opuſculo ſermone italico, cui titulus: *Memorie di S. Lorenzo Martire*. Pagina enim tertia, cenſura Baronii, Ruinarti, ac Tillemootii, ſuper acta Suriana & aliorum de Sancto Laurentio abutens (quandoquidem hæc multis ſcatent falſis) ſic ad philoſophandum tranſit: *I di lui atti, che ora abbiamo, dal Ven. Cardinal Baronio, e da molti altri eruditi, e pii ſcrittori, vengono ſtimati e dimoſtrati apocriſi, o poco ſinceri; onde non può uno ſervirſene prudentemente. Ma a dir vero, poſſiamo chiamarci paghi, e contenti di ciò, che ſi raccoglie di ſicuro da' mentovati Santi Padri, l' autorità de' quali dee perſuadere, anzi convincere qualunque animo, tanto quanto ragionevole, sì perchè fiorirono sì vicino a que' tempi, e nella ſoſtanza. convengono mirabilmente; onde incapaci d'ingannare, e sì dotti, e' guardinghi nel racconto de' ſatti, e dotati di sì alto diſcernimento, onde difficilmente poteano reſtare ingannati*. Optimum ſane Patrum elogium. Dolemus tamen, quod reſtrictum nimis invenimus, ſcilicet ad Patres vicioiores tempori paſſionis Sancti Laureotii, puta, qui flotuerunt quarto, vel quinto ſæculo, non item extenſum ad poſteriores alios, qui nono ſaltim ſæculo vixerunt. Cur autem id facere detrectaverit, ſatis oſtendit, quum pag. 4. num. 2. ſubnectit dicens: *Gli atti ſummentovati portano, che S. Lorenzo di naſcita foſſe Spagnuolo*. Id Anonymus audire æquo animo oon patitur: propterea poſteriorum Patrum ſcripta faſcem in unum damnat, quoties illud in eis offendit verbum: *Quantum ad genus, Hiſpanus ſum:* aut quid ſimile cauſſæ ſuæ noxium.

14. Male quoque apud illud audiant, neceſſe eſt, vetuſta Romanæ Eccleſiæ volumina, quæ ante Gregorium extitere, quæque ab eodem Gregorio reſormata dignoſcuntur. In iis enim antiphonariis, & reſponſorialibus, ut ſupra tetigimus, ſolum reperimus, Laurentium Romæ fuiſſe nutritum, & eruditum: ubi ratio poſcebat in adverſarii poſitione, reticere potius vocabulum *Nutritus*, quam dictionem *Natus*. Sed iſta diſſimulat eruditus recentior: atque ad Patres nos provocat, diebus Laurentianæ paſſionis propinquiores; ſciens hos oullum habuiſſe verbum de ipſius ſolo natali. Cenſorem etenim latebat homilia IV. Sancti Maximi Taurinenſis, cujus teſtimonium de aliena ab urbe terra nativitatis Sancti Laurentii ſupra produximus. Patres, inquit, viciniores temporibus S. Laurentii conveniunt mirabiliter in ſubſtantia ipſius actorum. Inoffenſe quidem. Neque ab iiſdem Patribus diſcordant, qui juxta univerſalem traditionem Sanctum fuiſſe Hiſpanum affirmant: Quis enim veterum id unquam negavit? An error Chronici, qui in poſterioribus detectus eſt membranis, ſubſtantiam inficit facti? Iocapaces, ait, fuere illi primævi ſallendi alios, utpote qui erant veritatis amantes. Huic & nos verbo ſubſcribimus. Vel ſi aliquando humanæ conditionis defectu in erratum aliquod inciderunt, id præter eorum eveniſſe intentionem, & voluntatem, neutiquam diffitemur. Sed quid propterea? abſtinendum ne forte eſt a lectione poſteriorum Patrum V. G. S. Gregorii Magoi, Venerabilis Bedæ presbyteri, Sancti Adonis, & cæterorum hujuſmodi, quaſi minus ac illi fuerint veritatis amatores, capaceſque decipiendi fide-

delium ſimplicitatem, aut hebetes ingenio?

15. Accedamus ad ſecundæ, & tertiæ claſſis Auctores, qui non in unum, ſed in plura impegerunt falſa. Multa utique ſunt, quæ Baronius caſtigat in Surio ſub notis ad Martyrol. Rom. x. Auguſti. Modeſte tamen ſubdit: *Hoc idcirco diximus, ut ſciat prudens lector illa a germanis Sancti Laurentii actis ſeparare*. Vera enim permixta falſis Suriano in codice reperta ſunt: neque hac ex cauſa purpuratus ille ſapiens abſtinendum duxit a Surii lectione, vel conſultos nos fecit, ne illius hiſtorici eruditionibus ullatenus uteremur; ſed ut ab apocryphis, & veritati contrariis caveremus. Novit enim vir doctiſſimus diſcrimen ponere inter ſpuria, quæ bona fide pius hauſit Surius; & ſincera, quæ permixte idem auctor extraxit ab antiquo codice. Sequutus eſt autem eruditus Baronius illud Dei monitum per os Iſaiæ prolatum cap.15. ℣.19. *Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris*. Quod ſequi dedignatur noſter Anonymus, inquiens: Prudenter actis hujuſmodi vel unus uti nequit. Et ſatis cuique debet eſſe, ſi Patrum utamur ſcriptis, & quidem Patrum, qui vixerunt proxime temporibus Laurentianis. Hinc ipſum quoque Baronium tacite cum aliis hiſtoricis carpit; quia Hiſpanum Laurentium profert ex rebus geſtis S. Damaſi. Et mirum valde, quod Ruinartium pro ſe citet, dum Maurinus idem Doctor in admonitione ad acta S. Laurentii ſincera num.1. & 2. poſt recitata Patrum antiquiorum nomina, ſubjungit: *His adjungi poſſunt Gregorius Magnus, Fortunatus Gregorius Turonenſis, & innumeri alii Auctores, quos enumerare prolixius eſſet. Hi ſunt indubitatæ fidei teſtes, & omni exceptione majores*. Commendatque Sanctos Hippolitum & Romanum, innixus auctoritati reſponſorialis libri S. Gregorii, qui uſque ad initia ſæculi ſeptimi vixit, ut dictum eſt, a Chronologiæ nævo non immunis, ſicut & Ado. Cujus rei & ſi conſcius idem Ruinartius, haud iccirco poſteriores ſapientes rejicit a catalogo teſtium indubitatæ fidei. Quos dum innumeros eſſe conteſtatur, extra omnem dubitationem iis accenſendum judicat Adonem, Sanctitatis gloria præſtantem. Id pro eodem Adone, ut ſupra vidimus, Bollandiſtarum Collegium præſtitit, dicens: *Ex his* (nempe Adonis verbis in perſona S. Laurentii prolatis: Quantum ad genus Hiſpanus ſum) *potiſſimum Sanctum Laurentium Hiſpanis dedimus in Commentario*. Hæc invenire licet apud eoſdem Bollandianos ſub die x. Aug. in notis appoſitis ad recitata ibidem Adonis verba poſt Commentarium prævium. Sed ne inſtitutum prætergredi videamur; oportet attendere, quomodo novus Cenſor recentiores impetat, tamquam ſubleſtæ fidei Hiſtoricos circa Martyris acta. Imperturbato nam inquit ore quarta in pagina num.2. *Alcuni moderni ſi luſingano di ſapere in fino i nomi dei di lui genitori, benchè in aſſegnarne la patria non vadino molto di accordo*. Producitque, in ordine ad primum ſuæ propoſitionis membrum, Baronii teſtimonium in notis ad Martyrol. Rom. die 1. Maii. Verum audire fas eſt, quid ibidem ſcribat annalium parens: ait enim lit. e. *In Flore Sanctorum Hiſp. ex vet. monumentis Oſcenſis Eccleſiæ leguntur, hi parentes fuiſſe S. Laurentii Martyris*. Nimirum *Orentius* & *Patientia*. Noſtrum non eſt impræſentiarum hanc movere controverſiam, quam proprio examinandam loco reſervamus: ſed notamus hominis in loquendo libertatem, ſive licentiam, minime dubitantis adfirmare, quaſi recentiorum doctorum ſit commentum, ſibique blandiantur poſtremis hiſce temporibus noſſe genitorum Laurentii nomina; nec non in tantæ rei confirmationem adjicere Baronii teſtimonium, perinde ac ſi iſtud Anonymi ejuſdem corroboret adſertionem, quam propria fictione componit; quum ex adverſo ejus redarguat falſitatem. Manifeſte ſiquidem Baronius inquit, notitias illas in veteribus reperiri, ac legi monumentis Oſcenſis Eccleſiæ, certaſque apud Hiſpanos ab antiquis diebus fuiſſe coram doctis, indoctiſque: Quomodo noſter audet Criticus, quaſi fretus auctoritate Baronii, nonniſi paucis tribuere hiſtoricis recentioribus eam nominum notitiam, quam levitatis, nulliuſque fidei ſugillat, ridendamque prodit? Verum qui auctoritatem antiquorum extenuare conatur, eam traducens veluti placitum noviſſimorum hominum, ut iſtis debitam fidem adimat, magis ridendum ſe tradit.

16. Poſthæc ad primæva, de quibus ſupra egit, revertitur tempora, queis præcipue Laurentiani Scriptores floruerunt, ad deturbandam nimirum Hiſpaniam ab immemoriali poſſeſſione cunarum Levitæ Sanctiſſimi, pag.5. dicens: *veramente fa meraviglia, che Prudenzio Spagnuolo alcerto, il quale non molto dopo quella ſtagione sì a lungo, e sì preciſamente verſeggiò ſulle azioni del Santo, non accennò punto di ciò* (nempe ſuper Martyris ortum in Hiſpania) *come per altro non manca di fare, quando canta le geſta di altri Martiri, che furono Spagnuoli*. Evidentiſſimis Pereſius ſuo in opuſculo momentis oſtendit falſitatem propoſitionis Gallonii, aſſerentis morem fuiſſe Prudentii in poematis, quæ cecinit pro Sanctis Hiſpanis, indicare locum nativitatis eorum. Idque vel raro egit, urgente neceſſitate diſtinguendi laudatum unum ſubjectum ab altero propter nominis unitatem, qua confundebantur. Quamobrem ſupervacue Anonymus Vallicellanum

Digitized by Google

num citat codicem ejuſdem Gallonii H.22. p.265. ad confirmandum colon illud ſuæ periodi, nimirum: *Prudenzio non accennò punto di ciò, come per altro non manca di fare, quando canta le geſta di altri Martiri, che veramente furono Spagnuoli*. Verum eſt, quod Prudentius in S. Laur. Periſteph. nihil meminit eorum, quæ ad ipſius Sancti natalem in hoc mundo pertinebant: at purum, putumque figmentum eſt, quod in Sanctis cæteris Hiſpanis mos illi fuerit contrarius: ſicut legenti Vatem ſanctum facile patere poterit. Pauca ſuperaddemus & nos.

17. Sagitta hæc, quam Anonymus jaculari ſtuduit adverſus eos, qui ſuſtinent univerſaliter, Sanctum in Hiſpania natum, in ipſum redit ſagittarium. Veraciter namque admirationem affert, quod Prudentius, qui ſe totum effudit in dicendis Romanæ Civitatis laudibus; quia hæc theatrum extitit triumphorum tanti Martyris, ne vel unum facere voluerit laudis verbum, quod ipſamet Urbs talem genuerit Heroem, juxta ipſius jaculatoris poſitionem. Vel ſi argumentum a ſilentio petitum elumbe eſt; validum ſane habita ratione ad eum, qui magni fecit illud, merito reputamus. Ultra in Anonymum iccirco inſurgimus. Poeta Sanctus ſtropha nona hymni ſui celebrare propoſuit Laurentianæ paſſionis ordinem; & plura quidem narrat Sancti geſta, quæ iſtius paſſionem præceſſerunt. Ubi autem devenit ad exponenda ſupplicia, quæ illi tyrannus intulit, ſolum explicat ſuccenſum lignorum rogum, quem conſcendere Barbarus Laurentium juſſit: nil meminit de torſionibus præviis, nil de flagellis, nil de ſcorpionibus, nil de plumbatis, nil de equuleo, nil de ore lapidibus quaſſato, quid plura? nil de potiſſimo martyrii inſtrumento, quale fuit caminum ferreum, ſeu craticula, ſuper quam exuſtus paſſionem abſolvit. Numquid reapſe nihil horum perpeſſus eſt Martyr? Reor, a Prudentii ſilentio id inferret Anonymus, niſi animadverteret obſtare ſibi auctoritatem Patrum quarti, & quinti ſæcoli, ex quibus ſatis erit adducere Sanctum Leonem magnum Serm. unic. de S. Laur. ita docentem: *Fremit ergo prædo fruſtratus..... & ſolidiſſimam illam levitici animi fortitudinem diris parat urgere ſuppliciis: quorum ubi prima nihil obtinent, vehementiora ſuccedunt. Laceros artus, & multa verberum ſectione conſciſſos ſubjecto præcipit igne torreri, ut per cratem ferream &c.* Noſque reſumimus, demant Critici flammam ignis, horum omnium nil omnino Prudentius commemoratus eſt: quei ergo ab ipſius ſilentio, negare contendunt Martyris ortum in Hiſpania, de quo nec agere ſomniavit, minuſque de loci nativitatis ejus circumſtantia?

18. Age mittamus has nenias, quas nobis adverſarii cudere ſtudent; perſuaſum quum ſit doctis & indoctis, præcones Verbi Dei ſacris ſuis in elogiis, uti experimento eſt diebus etiam noſtris, licet nonnulla Sanctorum, de quibus agunt, intexant acta; non tamen omnia, quæ ab hiſtoricis debito narrantur ordine, in proprium ſermonem inſarciunt; ſed iis dumtaxat utuntur, quæ ad ſuam ſpectant inventionem. Ita & non aliter Sancti Oratores & Vates in ſuis de Sancto Laurentio ſermonibus, ac poematis ſeſe geſſerunt. Sciebant enim, in Eccleſia non deeſſe Martyris acta cum cæteris Sanctorum, ut ſupra vidimus a num.10. ad 12., quanquam hæc, Gelaſio teſte, publice in Eccleſiæ Romanæ Conventu non legerentur gravibus ex cauſſis num.11. relatis. In privatorum etiam hominum manibus illorum exemplaria veriſimiliter extiterint, nemo ſapiens, ac prudens in dubium verter. Ibi erat copia legendi ex integro hiſtoriam noſtri Sancti, non in uno, vel altero ſermone acervatim audiendam.

19. Bollandiſtæ §.XII. Commentarii prævii explanatam hactenus de S. Laurentii geſtis difficultatem ſibi objectant, ſed rem in ambiguo linquunt, dicentes: „ Ad primæva & genuina
„ Sancti acta quod attinet, ſuſpicari quiſquam
„ poſſet, num extiterint ſæculo V., quia Pa-
„ tres quidam, quorum de Martyre noſtro pro-
„ duximus fragmenta §.IV., utuntur verbis *Tra-*
„ *ditur*, & *Narratur*, tacite quodammodo in-
„ dicantes ſua ſe non ex ſcriptis actis, ſed ex
„ traditione, & aliorum narratione accepiſſe.
„ Sanctus quippe Auguſtinus ibidem num. 37.
„ *Opes*, ait, *Eccleſiæ ab illo perſecutore quæ-*
„ *rebantur, ſicut traditur*. Et loco cit. n.35.
„ dicit S. Maximus Taurinenſis: *Venerabilis*
„ *Xiſtus ita illum* (S. Laurentium) *Spiritu*
„ *præſcientiæ compellaſſe narratur*. Sed ſu-
„ ſpicionis iſtius ratio vi iſtorum verborum ut
„ ſic haud videtur ſatis fundata: nam cum
„ alibi Patres iſti, uti, & Prudentius §. illo
„ a nobis citati loquantur de Sancto affirman-
„ tiſſime; cur duas iſtas SS. Auguſtini, & Ma-
„ ximi expoſitiones non liceat interpretari,
„ quaſi dixerint, *ſcripto traditur*, *ſcripto nar-*
„ *ratur*? Dixi vi iſtorum verborum. Etenim
„ an ſcriptis ex actis, eorumve fragmentis ſua
„ prompſerint Patres, an ex ſola aliorum re-
„ latione, ac traditione non ſcripta, quis cer-
„ to definiat? Sed fac, eos ſua hauſiſſe e ſo-
„ la traditione; enim vero venerabilis & pre-
„ tioſa nobis illa maxime eſſe debet, ac ſum-
„ mam fidem conciliare. Nam S. Ambroſius,
„ & Prudentius floruere ſæculo Martyris paſ-
„ ſioni proximo æræ Chriſtianæ IV. Quinto au-
„ tem hoc ſubſecuti ſunt Sancti Auguſtinus,
„ Pe-

Digitized by Google

„ Petrus Chryſologus , Leo PP. , Maximus „ Taurineoſis; ea , quæ de S. Laurentio didi- „ cerant , maxime opportuna offerri cenſentes, „ ut populum inſtruereot , & ad virtutem in- „ citareot , & religionem Catholicam extolle- „ rent &c. „ . Hactenus laudati Scriptores.

20. Veruntamen horum pace Doctorum, ubi ajunt : *An ſcriptis ex actis eorumque fragmentis ſua de S. Laurentio prompſerint Patres, an ex ſola aliorum relatione ac traditione* non *ſcripta, quis certo definiat?* Non ſatis hiſce ſenſis adquieſcere valemus, ſi ſub illo adverbio *certo* non de phyſica, ſed de morali certitudine intelligunt loqui, quæ omnem prudentem excludere poteſt, ac debet dubitationem : quemadmodum certo extitiſſe ſcripta Sancti Laurentii acta id temporis, nos mordicus ſuſtinemus, ſaltim in aliquo ſincero compendio ; ea in poſitione nimirum, quod primigenia Diocletianeo cooflagraverint incendio, omninoque perierit Eccleſiæ Romanæ tabularium, cuſtoditum, ac in pretio habitum a ſummis Pontificibus ſuper omnes opes pretioſiſſimas. Quod vix permitti gratis poteſt; oe verbum faciamus de cæteris id genus exemplaribus in manibus peculiarum fidelium exiſtentibus. Communis eſt namque hiſtoricorum adſertio, Sanctorum Martyrum geſta legi publice cooſueviſſe in Eccleſiis ab antiquis diebus, Urbe Roma excepta, ut teſtatur Gelaſius; qui tamen non refragatur, acta Martyrum cuſtodita ibidem fuiſſe, quanquam eo loci non legerentor. Exemplaria igitur illorum multa per Orbem extabant; quanto magis Sancti Laurentii geſta præ ceteris illuſtriora, de quo Martyre univerſa Eccleſia Chriſti peculiare feſtum agebat, cuique ab ipſius pene triumphi die cultum ſolemniter, diſtincteque ſemper impendit, uti proprio videbimus loco? Quid? quod Prudentius & Ambroſius Martyris noſtri verba ſive ad Beatum Sixtum, ſive ad tyrannum habita tam ſubtili ac diſtincta narratiooe producunt, ut certum moraliter habeatur, id præſtare neutiquam potuiſſe, niſi ea in authenticis legiſſent prius libris. Floruerunt enim poſt centum & quadraginta circiter annos a Martyris ætate: notitia vero, quæ ore tenus accipitur ab hominibus, quantum detrimenti decurſu temporum patiatur (præſertim ubi non agitur de brevi aliqua retinenda memoriter ſententia, ſed de longiori conſtructione ſermonum) quis igoorat? Vel quis fideliter mihi vel ad verbum recitare queat prolatam retro ſæculo viri quantumvis celebris haud brevem locutionem ſine ullo membranæ ſcriptæ beneficio? Quid? quod in vetuſtiſſimo Reſponſoriali Romano minute deſcribuntur facta, dictaque Sancti Levitæ cum Lucillo, Hippolyto, Romano &c., de quibus actis Patres illius ævi nil omnino dixerunt? Numquid Romana Eccleſia in humanis rebus hiſtoricis nude loquentium ori ſeſe commiſit, & noo potius fidem ſuam bonis firmiſque tabulis commendavit? Noo enim pura traditio (quæ ſecundum Theologos a ſcripto diſtinguitur, quia dumtaxat ore tenetur) ſummæ auctoritatis agnoſcitur, niſi in iis, quæ ad fidem & mores ſpectant, propter peculiarem Divini Spiritus adſiſtentiam, qua ſuam Deus regit Eccleſiam : ceterum paſſionalibus in relationibus Sanctorum Martyrum defectibilis plane cenſetur, ſi ſolidis deſtituta ceroitur monimentis.* Quum itaque Patres, & ipſa Romana Eccleſia io divinis officiis tam aſſeveranter, tamque ſubtiliter noſtri Martyris geſta deſcripſerint; non niſi ea ex authenticis fideque dignis membranis eruere potuerunt. Secus eorum de illis prædicatio infirma fuiſſet, quæ labili bominum memoriæ iſtorumque in verbis defectioni proxime poneretur innixa. Quod credere factum, penitus abſurdom foret. Et ideo conſtans ratio eſt, quæ certo moraliter definiat, Sanctos illos Doctores fideliter populis annuntiaſſe ſuis in ſermooibus, ſuiſque in operibus tranſcripſiſſe Laurentiana geſta, quæ ſcripto tradebantur, quæ ſcripto narrabaotur.

21. Quod ſi præfracte quis perſuaſum ſibi vult, Auguſtinum & Maximum pura traditione ſuas de Sancto promſiſſe homilias, quod dixerint, *Traditur*, *Narratur*, adeo ut nulla Martyris habueriot ad manos acta; claudicabit procul dubio ejus illatio, quod ita quoque contigerit Ambroſio, Leoni Magno, Petro Chryſologo, ipſique Romanæ Eccleſiæ in Laurentianis componendis laudibus ſub eadem temporum ætate, in quorum omnium monumentis nuſquam ea leguntur verba *Traditur*, *Narratur*. Nimiſque fallax deprehenditur argumentum adverſarii ab inſufficienti partium enumeratione procedens. Ex productis interim maoifeſtis rationibus non videmus, unde oriri potuit in Bollandianis Patribus prudens dubium, ut a duobus exemplis tranſitum ad eam facerent propoſitionem univerſalem, nimirum: *An ſcriptis ex actis ſua prompſerint Patres, an ex ſola aliorum relatione ac traditione non ſcripta, ecquir certo definiat?* Definient, reſpondemus, quotquot prudentes mature conſiderabunt rei circumſtantias a nobis expoſitas, quæ moralem facti certitudinem inducunt, nulla ex adverſo exurgente ſolida ratione, propter quam talis definitio queat io dubium revocari. Longe abſit, ut ignotorum nobis hominum ori, facile defectibili præ calamo, fides actorum Martyris innixa fuerit, quantumvis pretioſam Bollandiſtæ prædicent traditionem hujuſmodi, quæ vulgi demum, non Patrum foret. Quis

B enim

enim non dignoſcet, rimam inde inſulſis aperiri Criticis noſtri temporis, dicendi videlicet, ſinceros utique fuiſſe ſuis in ſcriptis Patres: quæ de S. Laurentio acceperunt oretenus, adnotarunt: at ſi traditio ipſa per ora diverſorum tranſiens (nihil quum ſit facilius, quam lapſus in verbis) immutationem non modicam paſſa fuerit, priuſquam ad eorum perveniret aures, quis novit? Et licet valde pii fuerint ac ſinceri primitivæ Eccleſiæ fideles, humanæ tamen conditionis defectibus erant obnoxii. Quocirca non ſine gravi ratione cum Romani Pontifices, tum alii Eccleſiarum Præſules magnam adhibuere curam in Martyrum paſſionibus notariorum calamo deſcribendis. Neque poſt excitatas in ſacros libros Diocletianeas flammas (queis non exigua remanſerunt abſumta volumina) ſanctiſſimæ Religionis amatores omiſere, juxta eruditionem, quam ex iiſdem hauſerant codicibus, iterum vel compendiaria ſanctorum acta ſuis conſignare ſcriptis; aut ex manentibus reſiduis illa tranſcribere, ut in primævis jacebant. Quanto igitur magis id, ſentiendum erit, præſtitiſſe, ubi ſermo erat de reparanda jactura geſtorum noſtri clariſſimi Martyris, adeo in univerſa Eccleſia culti. Id profecto evincunt ſcripta Prudentii, Ambroſii, Leonis, ceterorumque pene Patrum, & præſertim Gelaſii teſtimonium, ac Reſponſoriale Romanum, quod Sancti Gregorii Magni tempora præceſſit; quibus poſtmodum acceſſerunt ſcripta ejuſdem Gregorii, Venerabilis Bedæ, Sancti Adoris, aliorumque graviſſimorum Auctorum, qui a Ruinarto appellantur, *indubitatæ fidei teſtes*.

22. Hos inter unum ſilentio minime prætereundum ducimos, ſive communi citatione confundendum, emunctiſſimæ naris virum, poſtremiſque licet ſæculis ſancto cum Thoma Aquinate Doctorem Eccleſiæ ſalutatum, Sanctum ſcilicet Bonaventuram, in cujus ſermone de Sancto Laurentio nihil habetur, quod detrectare valeant critici, ratione ad Chronicum habita. Nam circa Martyris tortorem Seraphicus ſe geſſit Doctor inſtar Patrum quarti & quinti ſeculi, ſuppreſſo nimirum perſecutoris nomine. Hoc autem de noſtro Sancto Archilevita teſtimonium ponit: *Mundum cum ſuo flore contempſit, Patriam & omnia dereliquit*. Nuſquam legimus, ſanctiſſimum Juvenem ex die, quo Romam pervenit, inde pedem extuliſſe, minuſque Urbem reliquiſſe. Sed, ut Sanctus inquit Gregorius, *Romæ nutritus, & eruditur:* ſubditque Chryſologus, *in ipſo capite gentium, ideſt in ipſa Urbe Romana Diaconus miniſtravit, & in ipſo juventutis ſuæ flore decorem juventutis ſuæ ſanguine purpuravit:* Hinc inferimus, Sancti Bonaventuræ mentem circa patriam ejuſdem Martyris neutiquam ſtetiſſe pro Urbe, quam nullatenus noſter Sanctus dereliquit; ſed pro altera civitate, quam deſeruit; ſeſeque inde contulit Romam. Patrium vero ejus locum, unde ille diſceſſit, & Romam petiit, nullum quum in orbe ſit Regnum, quod ſibi arroget, ut ſupra vidimus, præter Hiſpanicum communi Scriptorum ſuffragio: Huic igitur Sanctus Bonaventura gloriam cunarum Martyris judicat eſſe tribuendam.

23. Dicant modo recentiores Critici, unde Sanctus hic Doctor Eccleſiæ citatam hauſerit doctrinam? Ex incontaminatis ne vetuſtis codicibus, qui vel hodie non extant, vel pugnant cum blattis ac tineis; an vero ex corruptis fontibus ſecundum Chronicum, puta, Adonis, aliorumque ſubſequentium? Si primis adhæſit, jam non eſt, quod contra opponant. Si ſecundis, iterum interrogamus; unde habent, quod ex vitiatis, & non ex illibatis actis doctrinam hanc ſuxerit? Caveant interea, ne reſpondeant per illud idem, quod ponitur in controverſia; nimirum negando ulla fuiſſe XIII. ſæculo Sancti Laurentii acta incorrupta, turpiter ſic peccantes contra logicas inſtitutiones. Non enim in toto Bonaventuræ ſermone inveniri quicquam poteſt, quod ſapiat erratum Chronologicæ corruptionis. Abſurda eſſet autem conjectatio, quæ traheretur ex eo, nimirum quod ſincera Martyris acta temporibus noſtris incomperta ſint: unde ſimiliter audacter definiant, nec ſæculo XIII. ullum hujuſmodi Codicem extitiſſe, ac Seraphico Doctori patuiſſe (loquimur non de primigeniis actis, ſed ut minus de compendiariis ſupra expoſitis) abſurda, dico iterum, foret illatio, qua rei evaderent, illaque digni ſententia, quam in ſua Catholica Judas Apoſtolus profert adverſus incredulos, dicens: *Quæcunque ignorant, blaſphemant*. Cæterum ſi adverſariis lubet ita ſentire; diſcant ſaltim a viro tam eximio reſpuere in corruptis fontibus, quæ merito vitiata cenſentur: Complecti vero, quæ ſincera judicanda ſunt: inter quæ acri accenſenda eſt Sancti Bonaventuræ judicio veritas de Hiſpanico almi Levitæ genere, ac patria; uti etiam docuit Sanctus Maximus Taurinenſis homilia IV., declarans eum haud Romæ natum: quemadmodum & implicite ſenſit Magnus Gregorius, ſolum expendens, illum *Romæ* dumtaxat *eruditum & nutritum* fuiſſe.

24. Hoc itaque jacto (ſatis firmo ex iis, quæ & laudatus Pereſius, noſque addidimus, graviſſimis monumentis) actorum Martyris principe fundamento, quod ipſius reſpicit nationem; non eſt, ut ſuſpicemur, Romam dolere, quæ veritatem noſſe amat, haud fallaciis blandiri. Regina enim quum ſit Urbium, honor ejus judicium diligit, quo cuique, quod ſuum

ſuum eſt, tribuatur; adeo ab ea procul eſt, ut alterius invideat felicitati: aut fluctuare velit, & circumferri omni verbo oovæ doctrinæ, quin potius id odit, execraturque, gaudens unice veritate. Et licet actum fuerir de cunis illios, qui inter Sanctos omnes ex gentium Eccleſia procreatos, velut ſol inter ſtellas, efſulſit, ab Oriente ad Occidentem uſque, ſanctitatis ſuæ radios diffundens; libeoter tamen Urbs Orbis gloriam Originis ejus Hiſpaniæ cedit; dum ſplendoris meridiem in ſe tenet illius auctæ conſumatæque virtutis. Quare tranquilla nobis oria facit, ad progrediendum ulterius in diſquiſitionem in primis loci peculiaris, ubi Heros hic præcellus primo lucem vidit. Quandoquidem obtinendæ ſcientiæ gratia poſterioris hujus articuli, ſtabilitam hactenus præmiſimus theſim, qua de communi nationis Ibericæ ſolo ad peculiarem deſcenderemus locum, ubi vitam is eſt feliciter auſpicatus.

CAPUT II.

De peculiari loco, unde Sanctus vel Oriundus, vel ubi etiam natus ſit. Urbium, Scriptorumque diſceptationes breviter referuntur. Adhærendum eſſe cenſetur vetuſtis monumentis Cathedralium Eccleſiarum Urbis Jaccenſis, & Oſcenſis. Argumenta ex adverſo profligantur, vindicaturque prædictarum venerabilium Eccleſiarum auctoritas. Hiſtorica de Sanctis ipſius Parentibus eruditio; horumque ſanguinis claritas adſtruitur: nec non tempus circiter nativitatis ejuſdem ſacratiſſimi Martyris e ſcriptis S. Petri Chryſologi quodammodo coniicitur. Aliæ item notabiles circumſtantiæ ad præfatam nativitatem pertinentes obſervantur, una cum mirabilibus quibuſdam ſignis.

POſito, ut ſupra diximus, primario præſentis Operis fundamento, ideſt deliberato nationis genere noſtri Martyris, inquirendum ſe nobis offert, quonam Hiſpaniæ loco natus ipſe ſit: vel ex quo ſaltem oriundus; ne videlicet laus celeberrimi hujus Viri ex ipſius petita origine deliteſcat; ſed potius, quo fieri poterit, ſolidis illuſtretur argumentis, juxta illud Ambroſii in cap. 1. Lucæ: *Doces nos Scriptura Divina, non ſolum mores in iis, qui prædicabiles ſunt, ſed etiam Parentes oportere laudari, ut veluti traſmiſſa puritatis hæreditas, & in iis, quos volumus laudare, præcellat... Sic Sancti Samuel mater Anna laudatur: Sic Iſaac a Parentibus nobilitatem accepit*: Sic pariter in ejuſdem Lucæ Evangelio Genitorum Joannis Baptiſtæ Sanctitas, & ſplendor fanguinis commendatur. Haud ſecus mentis eſt noſtræ, quam in eo, quem laudamus oſtendere, non ſolum magnus fuerit moribus, miraculis magnus, magnus munere ac paſſione, verum etiam Parenrum ſanctirate, generiſque præſtantia magnus. Hæc illi debita ne denegetur gloria (recitatis prius variis de ipſius peculiari loco natali opinionibus) ad originem ejuſdem illuſtris Pueri elucidandam intendemus animum: quod magis orget; ut io faciem Eccleſiarum honor & ſplendor natalium ejus effulgeat, quo in hunc mundum veniens, condecoratus apparoit.

2. „ Magna contentio (Bollandiſtæ inquiunt §. XI. num. 1. & ſeq.) inter Hiſpanos eſt circa locum, quo natus ſir Levita ſanctiſſimus, quem Oſcenſes ſuum affirmant, Valentini ſibi vindicant, repetunt Cordubenſes, ſed horum nulli authentica promunt documenta; queis certam ſibi noſtram conciliant fidem. „ Pereſius patria, ut fertur, Valentinus, in poſteriori parte ſui laudati Opuſculi cap. 7. pag. 14. *Hanc*, ait, *diſputationem miſſam facimus, quod vel tractata, niteſcere poſſit, deſperemus*. Coniicimus, ſic ſcripſerit, intelligens, qood niteſcere non poterat diſſertario in favorem ſuorum concivium Valentinorum; quibus cavit præjudicium inferre, Sanctum Oſcenſibus dando. At id mioime curavit S. Vincentios Ferrerius Serm. de S. Laur. qui licet parria Valentinus, nibilominus aperte ſcripſit, Laurentium Oſcæ natum. Elapſo ſæculo XVII. ſtererunt pro Valentinis Baleſter Archidiaconus Saguntinus; pro Cordubenſibus Franciſcus Carillus; pro Oſcenſibus Joſephus Dormerius, prius Oſcenſis, dein Cæſarauguſtanus Archidiaconus; qui anoo Dom. 1663. in lucem opus emiſit Cæſarauguſtæ ſub titulo: *S. Laurentius defenſus in ſemper victrice, & nobiliſſima civitate Oſcenſi &c.* Huic reſpondit Carillus anno 1676., quem confutavit Joannes de *Aguas*, Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ Canonicus, & examinator Synodalis poſt ratio-

ratiocinationem Hiſtorico-Eccleſiaſticam in favorem traditionis Oſcenſium anno 1677. Partium momenta Bollandiani Cenſores examinarunt currente ſæculo XVIII., qui, ut ajunt, humaniſſimis licet exorati litteris Illuſtriſſimi Senatus Cordubenſis in commendationem propriæ cauſſæ, nec non quibuſdam ad ſe tranſmiſſis e Corduba documentis inſtructi, rem tamen in medio reliquere; quod fundamenta, inquiunt, neutiquam habuerint, perpenſis ſingulis, quibus uni potius, quam alteri locorum, eadem in cauſſa confligentium, deferre valerent.

3. Sed quicquid modo ſit de natali Sancti noſtri loco, de quo poſtea magis opportune dicendum occurret; unum in luſtratis a nobis de hac re Bollandiſtarum paginis invenimus, quod ſpecialem ſibi poſtulat attentionem; nimirum cum in ſermonis eorum initio, tum in progreſſu, tum etiam prope finem, repetitum verbum illud, quod poſtremo, num. 110. ſcribunt: *Manemus in illa ſententia, incompertum eſſe hactenus, quo Hiſpaniæ loco in lucem is prodierit*, ideſt, S. Laurentius. De jure autem iſtius Originis ne verbum quidem unquam faciunt. Quin immo nec ipſas inter ſe pugnantes Hiſpaniæ Urbes hac in materie invicem decertare videmus; dum una Oſcenſis Civitas non ſolum Martyris ortum in ſuo diſtrictu eveniſſe pronuntiat; ſed parentes etiam ejus Oſcæ Patricios fuiſſe indigitat. Quod poſterius complures Valentini confirmant, aſſerentes Sancti nativitatem fortuito accidiſſe Valentiæ; ubi genitores ejus ex Oſca venientes, morabantur; quum tempus impletum eſſet Matri filium pariendi. Neque in Cordubenſium membranis quicquam legimus, quod lædat commemoratam Martyris ex Oſca originem. Novam hanc controverſiam ab iiſdem Bollandiſtis, oblique excitam intelligimus, quum §. VIII. Comment. præv. dicunt, non ſatis apparere, Sanctos Orentium & Patientiam fuiſſe genitores S. Laurentii: poſtquam monumenta proferunt Oſcenſis & Jaccenſis Eccleſiæ, eandem Sancti originem conteſtantia. Num autem horum adverſantium judicium ſit ſequendum, ex eorundem pateat ſcriptis.

4. Hæc enim ſunt, quæ promunt, inſtrumenta, quæque deinde eludere conantur. Numero ſiquidem 78. & 79. „ *Alfonſus*, in„ quiunt, *Villegas* in ſuo flore Sanctorum ſub „ finem dicit: „ *De SS. Orentio & Patientia Sancti Laurentii Martyris parentibus legit Oſcenſis Eccleſia die 1. Maii*. „ Præmiſerat „ autem iſta. „ *De S. Orentio Confeſſore Sancti Laurentii Martyris fratre legit Eccleſia Oſcenſis die* XV. *Martii*. „ Joannes de Aguas „ exhibet. „ *Proprium Sanctorum Diœceſis Oſcenſis Apoſtolicæ Sedis auctoritate, juſſuque DD. Fr. Berengarii a Bardaxi bon. mem. Oſcen. Epiſc. in lucem editum atque ex mandato Illuſtriſſ. Adm. & Reverendiſſ. DD. Franciſci Navarro de Engui, nunc*, ait, *eandem Eccleſiam gubernantis, recognitum, ſit Oſcæ* M.DC.LXX. *vulgatum*. „ Deinde pag. 244. Inter feſtivita„ tes, quæ in Oſcenſi Diœceſi celebrantur die „ 1. Maji hæc occurrunt: „ *Orentii Confeſſoris, & Patientiæ nec Virg. nec Mart. Dup. 2. Claſſis transferuntur in duos priores dies feſt. 9. lectionum non impeditos*. „ Et pag. 245. „ fatetur tres dictos Sanctos non habere ibi„ dem lectiones hiſtoricas a Sancta Sede appro„ batas, ſed in earum defectu ad antiquiſſi„ mam, uti vocat, traditionem de illorum „ patria Oſcenſi civitate, vel in ejuſdem Diœ„ ceſi roborandam, affert antiquas lectiones „ breviarii manuſcripti, ac primitivi Sanctæ „ Jaccenſis Eccleſiæ (ad novem leucas ab Oſca „ diſtantis) quæ ſic ſonant. „ Lectio I. *Vir fuit vitæ venerabilis ſimplex rectus, ac timens Deum, Orentius nomine. Hic civis Oſcenſis ſecundo milliario ab Urbe, in loco qui dicitur Loret domicilium poſſidebat*. Lectio II. *Qui cum eſſet nobilis, & temporalibus abundaret, uxorem duxit nobilem nomine Patientiam, ex qua in primo juventutis ſuæ flore uno ortu duos genuit filios, unum Laurentium, & alium Orentium*. Lectio III. *Quos ab infantia timere Deum docuit, proceſſo vero tempore cum ad diſcretionis annos perveniſſent pueri, in civitate iſta eos tradidit imbuendos*. „ Tamajus „ ad diem 1. Maji de S. Orentio hæc refert „ pag. 34. Tutelaris pro pluvia conſequenda „ ſterilitatis tempore apud Celtiberos conſigna„ tur, uti liquet ex Collecta, quam antiqua „ breviaria referunt Oſcenſia, & Montis Arago„ num, hujuſmodi: „ *Miſericors, & miſerator, Domine Deus, qui Beatum Orentium Confeſſorem tuum, civem, & Procerem Oſcenſem ſpeciali dono Patronum pluviæ in terris conſtituiſti &c.* „ Nec non meminit etiam epiſto„ læ Urbis Cæſarauguſtanæ ad civitatem Oſcen„ ſem, anno 1446. ſcriptæ, qua promittit „ Cæſarauguſta lampadis lychnum argenteum „ coram ſanctis Corporibus Orentii, & Patien„ tiæ perpetuo lucentis appendere, ex Andre„ ſii vindiciis S. Laurentii, quas citat cap. 6. „ fol. 116. „ Adducunt tandem iidem Bollandiani auctores, Clementis VII. pſeudo Pontificis, Avenione ſedentis tempore ſchiſmatis, Chartam exaratam extare, in qua leguntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam prædictorum Sanctorum, ubi eorum Corpora prope Oſcam requieſcunt. Audi nunc ipſorum Bollandiſtarum ex his judicium: *Ex his itaque*, ajunt, *Conficitur, Sanctos ipſos ab immemorabili tempore ante decretum Urbani PP. VIII. publice pro talibus habi-*

habitos fuiſſe, ac proin legitime conſtare de publico eorum cultu, qualeſcunque demum fuerint. Ideſt, ſive Parentes, ſive non Parentes extiterint S. Laurentii. Pulchre ſatis. Sed paulliſper ſuſtineant boni Patres, noſtrum ut ex iiſdem tabulis producamus argumentum.

5. Relata Jaccenſis Eccleſiæ documenta duo nobis exhibent, nimirum, & quod Orentius & Patientia Proceres Oſcenſes duos habuerint filios Laurentium, & Orentium: & quod ipſi Conjuges uti Sancti perpetuo a fidelibus culti fuerint, ac immemorabili officii recitatione celebrati: ſi ergo illorum auctoritate monumentorum conficitur, quod uti Sancti ab immemorabili recogniti ſunt; conficitur quoque ex iiſdem vetuſtiſſimis libris, eos fuiſſe Sanctorum Laurentii & Orentii genitores. Et ſi fidem ſibi conciliare merentur circa primum; hanc quoque vindicare ſibi debent circa ſecundum; eadem quum pro utriſque articulis pugnet auctoritas. Vel ſi ſubleſtæ fidei cenſentur circa ſecundum, quid ni circa primum, nulla dum præ altero produci poſſit exceptio? Cenſores propterea eorundem librorum, qui in uno eodemque Codice Jaccenſis Eccleſiæ duo legunt, nempe quod præfati Sancti fuerint venerabilis vitæ; & quod Laurentium genuerunt, horum unum complectentes, alterum detrectantes, merito perſtringuntur argumento Virginis & Martyris Margaritæ, ſic Olibrium Præſidem compellantis, ac dicentis: *Quum in iiſdem Chriſtianorum libris legatur pœna Chriſti, Chriſtique gloria, quæ verecundia eſt, ut unum credatis, alterum reſpuatis*.

6. Reſpondet ſuis cum Collegis Henſchenius cit. §.VII. num.86. inquiens: *Auctoritatem Oſcenſis Eccleſiæ multo potiorem nos duceremus præ reliquis Scriptoribus, a Tamayo citatis, ſi ex ſimilibus fabuloſis auctoribus ipſæ illius lectiones depromptæ non fuiſſent*. Paullo enim ſupra idem Henſchenius præmiſerat, eaſdem lectiones ſcatere fabulis Pſeudolucii Dextri, & Juliani Perez. Verum ſapientes Patres falſa penitus poſitione laborant: nec profecto habent, quo comprobare valeant ejuſmodi corruptionem Oſcenſium inſtrumentorum. Ut enim eam probare poſſent, neceſſe foret oſtendere Oſcenſe lectionarium vetuſtum, eadem continens, quæ Jaccenſe, fuerit exaratum poſt corruptos Codices Pſeudolucii Dextri & Juliani Perez: quod nullatenus valent. Quei nam fieri poterat, opus illud Oſcenſe ac Jaccenſe ex vitiatis Dextri vel Perez libris corruptum depromtumque fuerit; quum non unius Tamaji opinione, ſed complurium clariſſimorum virorum judicio longe ante, & valde quidem longe manuſcriptum videatur, quam Dextri, & Perez documenta falſarentur? Ne ſolum dicam, ante typographiæ inventionem qualitercumque elaboratum; ſed ut teſtatur Joannes de Aguas ab exordiis illarum Eccleſiarum: Quanquam intelligere id velimus de priſcis temporibus, queis poſt Maurorum expulſionem illæ refloruerint. Nam ſemper eidem operi favebit præſumtio, quod ex vetuſtiori alio, ſaltim circa doctrinæ ſubſtantiam exſcriptum fuerit. Proſtat autem Collectio maxima Conciliorum omnium Hiſpaniæ, notis Emi Card. De Auguirre illuſtrata, & a Catalano recenter typis Romæ edita, ubi num.X. ſuper Concilium Barcinonenſe, celebratum anno Chriſti 599. ſic legitur: *Fuiſſe Chronica, nomine Lucii Dextri, Luitprandi, Helecæ, ac Juliani Perez ab eodem fabularum Architecto obſtruſa* (Nempe a Ficulneo, qui hiſpanice *Higueras* cognominatur) *quibus fœdavit apud imperitos hiſtoriam, ante germanam & puram rerum Hiſpaniæ*. Suum ejuſdem Soc. Jeſu Higueram defendit Matthæus Aymerichus Hiſpanus in Diatriba Chronologico-Hiſtorica, Opus, cui titulus: *Nomina & Acta Epiſcoporum Barcinonenſium*. Editum Barcinone anno M.D.CC.LX., rem ſic exponens §.III. *Optabant Hiſtorici noſtrates, quo plus luminis accenderent Hiſpaniarum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quam ob repetitas barbararum gentium incurſiones obſcuratam nimium cernebant, manuſcripta nonnullorum priſci ævi auctorum ... quo fieri poſſe confidebant, ut lites quamplurimæ ab exteris Hiſpaniæ genti intentatæ dirimerentur ... Sed ecce tibi, dum Dextri ſcripta vehementius deſiderabantur, exemplar Chronici Fl. Lucii Dextri ad Patrem Hieronymum Higueram ex Fuldenſi exemplari deſcriptum a P. Torralba, in Weſtphalia commorante, ut ferebat fama, mittitur ad annum Chriſti 1594. Spargitur illico per Hiſpaniam diu expetitum Dextri Chronicon &c.* Et §.IX. idem Aymerichus addit: *Apparuerunt ſub idem tempus Chronica alia, antiquorum hiſtoricorum nominibus inſcripta* (quorum ſupra meminit De Auguirre) *quibus ea, quæ in Dextri Chronico legebantur, & parum probabantur, confirmarentur*. Quum igitur ſuppoſititia hujuſmodi Chronica non prius apparuerint in Hiſpania quam anno Chriſti 1594. ſive circa finem ſæculi XVI., Hiſpano Aymericho teſte; jam non eſt, unde argumentari Bollandiſtæ poſſint, quod auctoritas decidat Oſcenſis, & Jaccenſis Eccleſiæ, quaſi harum Cathedralium libri reſperſi fuerint confictis Chronicorum fabulis Pſeudolucii & Juliani, dum integri & intacti ſua in vetuſtate conſiſtunt. Adnotat inſuper idem Aymericus §.III., quod lectis in Hiſpania iiſdem novis apographis vitiatorum operum, in Weſtphalia exiſtentium, *Tanta animorum contentione per integrum fere ſæculum* (nem-

pe

pe xvii.) *a Criticis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus diſceptatum eſt, ut rudis plane ſit in hiſtoria oporteat, qui aliquid de his litibus non legerit, vel audierit*. Quomodo non magis hebes ingenio cenſendus ſit, qui hæc legens, vel audiens, perſuaſum ſibi faciat, in tanta litium flamma, dum a viris clariſſimis ſpuria Chronica deriderentur, Præſules laudatarum Cathedralium Eccleſiarum paſſi fuerint, ut vetuſta illa monumenta publica novis talibus fabulis conſpurcarentur?

7. Objectant Bollandiani Scriptores cit. §. num. 89. Vetuſta documenta Oſcenſis Eccleſiæ contaminata reperiri ex iis, quæ refert Baronius ſub die 1. Maji in notis ad Martyrol. Rom. lit. *e.*, ubi de Sanctis Orentio & Patientia inquit: *In flore Sanctorum Hiſp.*, *& vetuſtis monumentis Oſcenis Eccleſiæ leguntur hi Parentes fuiſſe S. Laurentii Martyris*. Ex quibus verbis Sollerius ſic argumentatur: Romanum Martyrologium prædictis Sanctis titulum tribuit *Martyrum*; error, qui ex inſtrumentis Oſcenſis Eccleſiæ in Romanum ipſum irrepſit Martyrologium. Veruntamen toto errat Cœlo. Concedimus nanque, Sanctos relatos dicendos eſſe *Confeſſores*; quanquam eos Pſeudolucius dixerit *Martyres*: cui fortaſſe adhærens aliquis, eam tranſmiſit fabellam ad Urbem, dum ibi novum conficeretur Martyrologium (quod ſub Gregorio XIII. editum fuit) tranſmiſit quis, inquam, non ex Hiſpania quidem, quo loci non adhuc apparuerat Pſeudolucius; ſed vel ex Weſphalicis membranis, vel aliunde corruptis codicibus erutam. Neque unquam Baronius in notis ait, præfatum titulum *Martyrum* ex documentis Oſcenſis Eccleſiæ laudatis ſanctis adjectum fuiſſe Martyrologio Romano; ſed unice inquit, ex Oſcenſibus hiſce tabulis compertum eſſe, quod ii fuerint parentes S. Laurentii. Suas porro notas ad Romanum Martyrologium appoſuit Baronius ſub Pontificatu Sixti quinti, cui opus a ſe editum inſcripſit, intacto remanente eodem Eccleſiæ Romanæ libro. Quei ergo Sollerius erratum illud attribuit Oſcenſibus chartis? magis, quod auctor ipſe fatetur, ex ſibi notis documentis Oſcenſis Eccleſiæ commemoratos Sanctos prædicari Confeſſores? Vide, quot laqueis ſeſe irretiantur adverſarii, dum infirmare ſtudent auctoritatem Oſcenſis Eccleſiæ. Sed ut perſiſtamus in terminis defenſionis librorum ejuſdem Cathedralis, ſic pergimus: Tantum abeſt a veritate, quod prædicti Oſcenſes Codices indicatum errorem contineant; quin potius ex adverſo conſtet, Tamajo arma dederint, queis pugnaret contra ipſum opus, a ſe putatum germanum Flavii Lucii Dextri; quod animadverterit Pſeudolucium adſtruere, relatos Sanctos fuiſſe Martyres. En Tamaji verba ſub die 1. Maji ſuo in Hiſpanico Martyrologio: *Pro contraria opinione*, (nimirum adverſus Pſeudodextrum, a ſe putatum germanum) *ſtat univerſalis Hiſpaniæ traditio*; *maxime Oſcenſium & Aragonenſium Eccleſiarum Scriptorum, in quorum authographis nihil de paſſione; ideoque illos Confeſſores appellitant vetuſta, & recentiora breviaria: quibus adhærent Ambroſius Morales, Joannes Mariet, Didacus de Aynſa, Lanuzza, & Joannes Franciſcus Andreſius*. Videant ex his Bollandiſtæ, quanti fecerit Tamajus Cathedralis Oſcenſis Eccleſiæ membranas, ut eas præferre non dubitaverit auctoritati, quam eſſe putabat veri Lucii Dextri, qui ſæculo iv. cum S. Hieronymo floruit. Certe ille ſcrutator ocularis tabularum præfatæ Eccleſiæ ſi vel quippiam invenite in una vel altera potuiſſet, Sanctos eoſdem titulo Martyrii donatos, haud tam facile Pſeudolucium Dextrum, a ſe cultum tanquam verum, hac in re contemſiſſet: ſed potius membranas Oſcenſes uti diſcordes inter ſe inconſtantiæ redarguiſſet. Dum autem nihil ejuſmodi egit, ſupereſt concludendum; Sollerius cum ſuis ſupervacue ſuſpicatus ſit, mendum Romani Martyrologii hauſtum fuiſse ab Oſcenſis Eccleſiæ monumentis: quod neque Baronius aſſeruit, neque Hiſpanica traditio, aut publica illius gentis ſcripta propinare tum noſtris Italis potuerunt.

8. Contradicunt oppoſitores, manuſcripta laudata referre, Sanctos eoſdem Conjuges uno partu duos habuiſſe filios; unum, quem vocarunt Laurentium, alterum Orentium. Poſteriorem Hiſpani volunt fuiſſe Auſcienſem Epiſcopum in Gallia. At juxta emendatiorem temporum rationem Monachorum Sancti Mauri in *Gallia Chriſtiana*, in ſerie Archiepiſcoporum Auſcientium, ſolum legitur, Orentius creatus Epiſcopus anno Chriſti 323. vixeritque ad annum 364. Porro Sanctus Laurentius, ſecundum recentiores Chronologos, coronam accepit Martyrii anno 258., maturæ quum eſſet ætatis (ajunt Bollandiſtæ annorum circiter quadraginta, nimirum ut cano Orentio annos addant) ſicque fit, ejus Frater gemellus vixerit annos fere 150. Bolus neutiquam deglutiendus a viro prudente, niſi de hac re digna teſtimonia proferantur. Verum eruditos oramus Patres, ne in unum miſceant, quæ dictæ Cathedrales Eccleſiæ in vetuſtis ſuis docent libris de conſpicuis iſtis natis gemellis; quorumque librorum veritati adſtipulatur etiam antiquum breviarium Eccleſiæ Montis Aragonum, affirmans Orentium gemellum fuiſse fratrem S. Laurentii; non inquam, hæc miſceant cum vocibus recentiorum Hiſpanorum, & quorumdam exterorum, quos Tamajus affert ſub xv. Martii. Quid enim ad cauſſam veterum mo-

monimentorum relatarum Eccleſiarum cum privatis hominum ſcriptis, vaniſque credulitatibus turbarum? Producant Oppoſitores, ſi quid habent objectionis ex laudatarum Eccleſiarum inſtrumentis authenticis, quo ſignificetur noſtri Orentii Epiſcopatus Auſcienſis. Nam Alfonſus Villegas de hoc gemello S. Laurentii Fratre ſolum ſcribit: *De Sancto Orentio Confeſſore S. Laurentii fratre legit Eccleſia Oſcenſis* xv. *Martii*: Nude *Sanctum Confeſſorem* eum appellat, non Pontificem declarat. Sed neque ipſi Bollandiani Doctores fragmentum ullum Oſcenſis, vel Jaccenſis Eccleſiæ depromunt, quo earum manuſcripta deprehendantur infecta hujuſmodi ſuſpecta doctrina de Orentiano Auſcienſi Epiſcopatu. Qua igitur oris tranquillitate ac confidentia detrahi poteſt allatorum inſtrumentorum fidei; quia nimirum popularis invaluit perſuaſio, quod Sancti noſtri Frater gubernacula tenuerit Auſcienſis Eccleſiæ in Gallia? Miramur ſane graviſſimos viros, qui paſſim in eorum ſcriptis dedignantur admittere traditionem ullam humanam niſi hæc ſolidis vetuſtis fulciatur inſtrumentis manuſcriptorum, modò velle carpere auctoritatem vetuſtorum Codicum vi cujuſque recentis opinionis, vulgatæ in populis, nullis innixæ fundamentis; unde imprudens aliquod proceſſir factum, infra narrandum.

9. Argumentum autem pro librorum Eccleſiaſticorum Oſcenſium immunitate ab hujuſmodi mendo minime contemnendum nobis porrigit citatus Tamajus in Hiſpano ſuo Martyrologio, loco nuper allato, ubi refellere ſatagens Andream Suaſſay, Pariſienſis Urbis tum Vicarium Generalem (negantem in Galliis unquam Epiſcopum fuiſſe S. Laurentii fratrem) non Oſcenſe, non Jaccenſe, non Montis-Aragonum documentum profert in comprobationem pernegatæ ſibi doctrinæ de illius in Gallia Epiſcopatu; quanquam vetuſtos illos codices, vel horum apographa præ manibus haberet; ſed unice confugit ad, probatum ſibi, Lucium Dextrum, alioſque hujus furfuris Scriprores, anilibus refertos fabulis. (Vir enim erat ſtudioſus quidem, ſed valde ſimplex, & credulus.) Quod autem ad rem noſtram amplius conſideratione dignum eſt; quum Tamajus ipſe ſuper factam a ſe interrogationem per epiſtolam ad doctiſſimum Suaſſayum in materie, de qua agimus, eam reſponſionem a viro illo clariſſimo retuliſſet, nimirum: *Ecquid apud exteros venamini, quod forte inter patrios fines poſſidetis?... Sicubi certe inveſtigandus eſt Sancti Laurentii Frater, haud melius, quam ubi ipſe natus eſt*. Iſtud, inquam, accipiens reſponſum Tamajus, veterum tabularum inveſtigator, eruere haud valens publicum aliquod teſtimonium ex documentis Cathedralis Eccleſiæ Oſcenſis, ad quandam privatam inſcriptionem Martini Alapartil ſeſe convertit, ſcilicet ad Epigraphen, quam is poſuerat ſub Sanctæ Patientiæ Simulacro ann. 1435. hæc habentem: *Patientia Genitrix S. Laurentii M., & Orentii Archiepiſcopi Auxitani*. Tanta fuit penuria ſuffragiorum Oſcenſis Eccleſiæ, quam perpeſſus eſt vir bonus in mala ſua cauſſa ad oſtentionem, quod Orentius, Laurentii frater, Archiepiſcopus fuerit Auſcienſis.

10. Sed pone gratis, error iſte in membranis Oſcenſis Eccleſiæ aliquando irrepſerit; eo ne detecto abroganda eſſet fides illis in ceteris, quæ ipſa docet de Parentibus S. Laurentii, deque iſtius Fratre gemello? At ſi licet negare facti ſubſtantiam ob ſuperveniens qualitatis erratum, uti eſt illud, fuerit, vel ne Orentius Epiſcopus Auſcitanus, jam nulla fere, vel admodum pauca forent, quæ humana cenſerentur fide digna: quum vix geſta narrantur ab hiſtoricis ſine ulla invicem diſcrepantia. Hos duos Sanctos Patientiæ filios gemellos Sancta Oſcenſis veneratur Eccleſia: Horum alter fuerit, vel ne Auſcienſis Antiſtes, quid ſuperveniens eſt; minime concutiens, præcipuam hiſtoriæ veritatem, quæ unius & alterius Orentii actorum confuſione potuit infucari, non item evacuari. Nulla eſt lis inter Scriptores de hoc Sancto Orentio, Laurentii fratre; quanquam multi pro eo ſteterint ſenſu ob Chronologiæ defectum, nimirum quod is fuerit Confeſſor & Pontifex Auſcienſis; etiam priuſquam apparerent Pſeudolucii Dextri Chronica: Nam Petrus Auguſtinus Oſcenſis Præſul, qui vixit anteqnam ſuppoſititium opus illud in Hiſpania tranſmitteretur, quique acta Sanctorum conjugum Orentii & Patientiæ e variis Collegit Scriptoribus, & in unum digeſſit, *Filium Orentium* Auſcienſem fuiſſe antiſtitem adfirmavit. Veruntamen, ut nos erudit Sapientiſſimus Pontifex Romanus, Benedictus XIV. lib. 3. de Beat. & Canoniz. Servorum Dei Cap. 9. Quæſt. v. Quando Scriptores conveniunt in hiſtoriæ ſubſtantia, etiamſi aliis in adjectis inter ſe diſcrepent, non eſt eis deneganda fides. Sic eruditiſſimus ille prænotatus Suaſſayus doctam reſpuens fabulam Auſcitani Epiſcopatus noſtri Sancti Orentii, hunc non item negare auſus eſt Sanctæ Patientiæ ſanctum filium: Quare prudenter dixit, memoriam ejus requirendam eſſe inter Patrios fines.

11. Invaluit non diffitemur, poſtremis hiſce ſæculis apud Hiſpanos illa ſallacia de proprii S. Orentii Epiſcopatu in Galliis. Hinc inſtitere apud Henricum Galliæ Regem, ut ſibi concederet partem oſſium Orientii Auſcienſis Præſulis: Quas obtentas pompa quidem magna in Oſcam tranſtulere anno Chriſti 1609. Hujuſque

juſque translationis memoriam quotannis Eccleſia Oſcenſis celebrat die 26. Septembris. Donandum eſt tamen eis, ſi deperditis propter Maurorum irruptionem vetuſtis primitivis tabulis actorum S. Orentii Confeſſoris Oſcenſis, immo & Sepulcrali quoque iſtius memoria deleta ob diuturnum eorundem Saracenorum incolatum ibidem ad quatuor & amplius ſæcula, ſuperſtiteque ob nominum affinitatem æquivoco, quale intervenit inter *Orentium* & *Orientium*, perſuaſum ſibi fecerint, ſuum Orentium Oſcenſem non eſſe alterum ab Orientio Auſcienſe. Verum perſpecta rei veritate, quod unus cum altero confundi non debet; non ideo quia illi confuderint; traditio venerabilis de ſuo peculiari S. Confeſſore Sancti Laurentii fratre poterit unquam excidere, ſive ad fabulas amandari poſt quindecim ſæcula non intermiſſi cultus; menteque ſe imbecillos oſtendunt, qui de hoc principali articulo meliora præ immemoriali adducta ab Hiſpanis traditione teſtimonia quærunt: Sicut advertit ſupralaudatus Aymerichus part. 3. Diatribæ Chronologico-Hiſtoricæ §. VIII. & IX. ubi de vetuſtis requiſitis tabulis præter communem id genos traditionem pro adſertione Sancti Severi Epiſcopi Barcinonenſis & Martyris, inquit: *Si opus eſſent documenta hujuſmodi, nec poſſent vindicare Barcinonenſes ſanctam Eulaliam ab Emeritenſi diſtinctam;* nec *Gerundenſes Sanctum Narciſſum diſtinctum a Hieroſolymitano, & eundem cum Auguſtano;* nec *S. Felicem S. Cucuphatis ſocium, nec urbes aliæ Hiſpaniæ certos & indubitatos Divos, quos colunt, quorum poſt Arabum incurſionem nulla reliqua fuerunt monumenta coæva nec coævis proxima. Quid? Multo minus poſſent civitates aliæ extra Hiſpaniam, quæ Arabum tyrannidem expertæ non ſunt, Sanctos alios indubitatos ſibi aſſerere, quum documentis careant illiuſmodi ob varios caſus ... quicquid ſit de circumſtantiis, quæ nihil obeſſe poſſunt dictæ traditioni.* Vana itaque perſuaſione ducti poſtremorum Sæculorum Hiſpani Scriptores, Oſcenſi Orentio attribuere acta Orientii Auſcienſis; quod illa Orentii Confeſsoris non Pontificis in Hiſpania perierint: quemadmodum duabus Eulaliis Emeritenſi & Barcinonenſi contigit, teſte Pereſio in ſuis notis ad vindicatos Hiſpanis Laurentium & Damaſum Cap. VIII. pag. 136.

12. Reliquum eſt, Colligamus in unum cuncta, quæ ſparſim deprehendimus inter Oſcenſem & Auſcienſem Sanctos, diſcrimina. Is Orientius, ille Orentius eſt appellatus: unus tertio floruit ſæculo, alter quarto: Primus ſimplex Confeſsor, ſecundus Pontifex & Confeſsor: Hic in breviario Albigenſi & M.S. Toloſano natus legitur Ducis Urgelenſis in ſecundo matris partu, fratremque habuit primogenitum, qui paternæ ſucceſſit hæreditati: ille cum Laurentio gemellus eſt editus ex Orentio & Patientia Oſcæ proceribus: Iſte in Aragoniæ Regno, ille in principatu Catalaoniæ ortus: Hujus Corpus in Galliis requieſcit, alterius autem in incognito terræ propriæ fortaſse loco, haud longe ab Oſca. Sicut de nonnullis aliis Sanctorum corporibos in compluribus mundi partibus ſcimus ignota eſse hactenus illorum quietis loca: quorumque nulla erat cognitio ad longa tempora, Deus tandem per Angelos ſuos, aut per miracula revelavit. Hæc omnia ſi perpendiſsent Hiſtorici ſive Hiſpani, ſive exteri; non in eam declinaſsent opinionem, qua Sanctos utroſque in unum confudiſsent. Idque mali commune eſt, quod errantibus doctioribus, vulgus, novitatis amans, facile cum illis menda deglutiat, & quaſi certe vera complectatur.

13. Diximus, pone gratis, error attributi Epiſcopatus Auſcienſis Orentio fratri S. Laurentii obrepſerit in ſacris libris Oſcenſis Eccleſiæ (quod nondum ab adverſariis probatum vidimus) ideo ne fas erit oppoſitoribus noſtris anſam arripere detrahendi auctoritati eorundem Codicum in ceteris, quæ in illis continentur? Abeat argumentationis id genus pernicioſus abuſus. Animadvertimus jam, Sanctos Orentium & Patientiam neutiquam ſuiſse Martyres, undecunque demum in Martyrologium Romanum adſertio irrepſit oppoſita: nec propterea licitum quis ſibi facit, addubitare de Sanctorum eorundem exiſtentia, quod falſum titulum ſine ullo dolo fuerit illis appoſitum: minuſque fas erit, arroganter contemnere auctoritatem ejuſdem ſacri libri in reliquis narrationibus ejus. Convenit utique fidem adimere ab iis, quæ aperte falſitatis convincuntur: ſed quis ex Catholicis notam temeritatis effugeret, ſi a certis deprehenſis mendis advolaret in detrectationem eorum, quæ nullo apparent infecta nœvo, ſicque ſuperbe derogare præſumeret fidei librorum univerſalis Eccleſiæ? Nonne abyſsus iſta abyſsum alteram invocaret? Compertum erratum utique ab iis, ad quos attinet, eſt caſtigandum: non autem fallacibus inde ſuſpicionibus eſt ulterius progrediendum; ne confectaria fluant abſurda, quæ nec contra libros proprios contorta noſtri volunt oppoſitores. Noſque fidem fidei habeamus oportet, ſi nolumus omnis humana rideatur auctoritas; humanum quum ſit in aliquo vel præter mentem deficere.

14. Explorato itaque pro Oſcenſibus originis jure, Sanctom reſpiciente Laurentium; ad alterum accedimus controverſiæ caput, videlicet in diſquiſitionem loci, ubi Heros hic inclytus reapſe natus ſit. Partium rationes obſervavimus a Bollandiſtis expoſitas cum Oſcæ,

tum

tum Valentiæ, tum Cordubæ, nullamqne, ut cupiebamus, invenire ibidem potuimus tranſcriptam aliquam publicam vetuſtamque Eccleſiarum tabulam, de hac re opportunum teſtimonium perbibentem; quamquam in Jaccenſi Lectionario natum ex Orentio & Patientia noſtrum Sanctum legerimus; quod nec Valentini, ut ſupra notavimus, factum negant. Tamajo nihilominus hac in parte gratias habemus, qui ſuo in Martyrologio Hiſpanico ſub die xv. Martii tranſcribit nobis venerabile monumentum antiquum Cathédralis Eccleſiæ Oſcenſis; cujus rei meminit Villegas coram Bollandiſtis; teſtimonio minime producto. En Auctographi verba ſub die commemorata: *Orentius Oſcæ natus ex Patre Orentio, Matre Patientia, Sancti Laurentii frater gemellus*. Adſertioni huic concordat etiam altera vetuſti breviarii Eccleſiæ Montis-Aragonum: Dum vero Eccleſiæ laudatæ ab immemorabili legebant, Sanctum Orentium non ſolum genitum ex præſignatis Sanctis Parentibus, ſed eum quoque *natum Oſcæ*; conſequens eſt etiam, Laurentium (uno eodemque partu cum illo natum) Oſcæ pariter in lucem editum fuiſse; nec ſolummodo ab eadem urbe originem traxiſse: quod ſupra ſtatuimus.

15. Contradicentes interim Civitates examinent, ſi paris auctoritatis tabulas pro ſe teneant, quales hocce in negotio exhibet Oſcenſis Eccleſia; ne multum laboris incaſſum impendant in inquiſitione codicum privatorum hominum, nuda verba ex adverſo dantium. Vox quippe ad noſtras pervenit aures, dicens, Nil ejuſmodi ſolidæ auctoritatis in ceteris præter Oſcam Urbibus pro ſibi vindicanda Sancti Laurentii nativitate compertum eſſe. Et quamvis Carillus Cordubenſis in ſuæ urbis gratiam narret, ibi extare annoſum quoddam breviarium, *Teſtimonium*, ut ait, *continens nativitatis Sancti Laurentii Cordubæ*. Addatque, opus illud exaratum, juxta cujuſdam religioſi ex ordine S. Dominici judicium, anno Domini octingenteſimo (neſcimus ſub qua differentia annorum ſæculi noni) Bollandiſtæ tamen relatum a Carillo exſibilant inſtrumentum, uti nulla gravi auctoritate conteſtatum, nec recognitum quidem ab ipſa Cordubenſi Eccleſia; ſed unice gratis ab homine ignoto definitum adeo vetuſtum. Quid? ſi nos adjicimus, ingemuiſſe id temporis Urbem illam ſub immani Saracenorum jugo, paucos poſt annos ab elapſo ſæculo ſeptimo, nimirum anno 713. eam ſubjugantium; & uſque ad ſæculum tertiumdecimum poſſidentium. Inſuper & initio ſæculi noni, quo ſcriptum ponitur commemoratum breviarium, ingentem Cordubæ Martyrum meſſem actam fuiſſe Maurorum eorundem falce ob interdicta omnino Chriſtianæ Religionis exercitia Regis Mauri juſſu, minime a fidelibus Chriſti ſervato; quantumvis impius princeps præſens illic ſederet, conſtituiſſetque Cordubam ſui Regni caput. Hinc dominantium perfidorum odium ibidem exarſit ad conſumtionem uſque univerſorum, qui Chriſti nomine illic gloriabantur, ad annum nempe Domini 938., nullo remanente veſtigio Sanctiſſimæ Religionis. Nec refert, quod legatur, paſſi fuerint Cordubæ ducenti alii Dei teſtes anno 975. Nam ii non Cives Cordubenſes fuere, ſed fideles alii ex vaſtata ſeptimacenſi Civitate Cordubam captivi ducti a Mauris; ubi poſt biennalem carcerem, quum a profeſſione veræ fidei abduci minime potuiſſent, gladio ab illis barbaris trucidati ſunt. Manet iccirco firmum, quod ſummum paſſa fuit, exitium Cordubenſis Eccleſia ſub Maurorum tyrannide; nec reſloreſcere amplius potuit uſque ad ſeculum XIII., anno videlicet 1227., quo Ferdinandus Rex Caſtellæ, & Legionis ea ex urbe Saracenos deturbans, diſperſoſque oriundos ad civitatem incolendam invitans, rurſus Eccleſiam ibi conſtituit. Spondanum conſule ad annos citatos. Simulque intellige, quam elumbis Fidei ſit commemoratum breviarium, quod nobis Carillus obtrudit, compactum eo nimirum tempore, quo in dies deficiebat Cordubenſis Eccleſia, quæque tandem omnino defecit, fidelibus huc illuc diſperſis, aut jugulatis.

16. Hæc autem inſtantia retorqueri neutiquam poteſt contra libros Oſcenſis Eccleſiæ. Nam Oſca licet ſæculo VIII., quo & Corduba, fuerit a Mauris capta, & ab eiſdem credita Abatbauro præfecto cum Saracenorum præſidio; numquam tamen vetita ibi fuit Chriſtiana profeſſio, ut liquet ex Marca Hiſpanica lib. 3. cap. 2. num. 4. Unde nec ulli ibidem leguntur affecti Martyrio. Docetque Brizius, quod copioſa Oſcentium multitudo, barbaris ad Oſcæ urbem appropinquantibus, timore correpta aufugit ad ſpeluncas, & cavernas prope Fanum Sancti Joannis Pinnatenſis, in quo iiſdem profugis ſacra myſteria ab Eccleſiaſticis Miniſtris diſpenſabantur, certe non ſine libris ex Oſcenſi Eccleſia illuc delatis. Unde nulli mirum eſſe poteſt, ſi præfati Codices, vel a primævis exſcripti ſeculo XI., intacti permanſerint; donec Petrus Aragoniæ Rex, Mauris ſubactis, Oſcenſes profugos in patriam revocavit. Quapropter merito eadem inſtrumenta (miſſo quod primigenia non ſint) a primævis exſcripta cenſentur, ac digna, quæ ſibi communem concilient venerationem. His æquo animo conſideratis, mirum nobis eſt, quonam modo Bollandiani Doctores æqualia æſtimare voluerint decertantium Hiſpanicarum Urbium jura, Eccleſiaſticis non ſatis examinatis tabulis publicis ex

parte Oſcæ. Fortaſſe quia (ut nonnulli ſuſpicantur) iidem Patres ab Illmo Cordubenſi Senatu exorati in patrocinium jurium Cordubæ, ut ipſi referunt, datis ad ſe literis v.Dec.1732. diſplicentiam creare noluerint protectionem imploranti. Ceterum quicquid de hac re ſit; Oſcæ ſatis erit, quod præter propria & aliarum Eccleſiarum vetera inſtrumenta in ſuæ cauſſæ favorem producta, univerſalis Hiſpaniæ traditio ſibi accedat, Sanctum Laurentium ſuum natum aſſeverans. Ubi æmulæ civitates communi hujuſmodi ſunt deſtitutæ ſuffragio, ipſæque ſolum de ſe ipſis teſtimonium perhibent: teſtimonium earum num verum ſit, judicent Sapientes.

17. Apud eoſdem Bollandianos §.xi. exagitatum conſpicimus cl. Dormerum, jura Oſcenſium defendentem; quod vetuſta peculiarium auctorum manuſcripta ſibi deficiant ob præſignificatam Maurorum devaſtationem in Hiſpaniæ actam Regno. Qui auctor poſtquam in eorundem Oſcenſium favorem adducit communem Hiſpanorum ſenſum, acceptaſque a majoribus hæreditarias notitias ac traditiones, ſalvis perantiquis ejuſdem Oſcenſis Eccleſiæ libris ſupra indicatis, in alterum deſcendit articulum ad primi confirmationem, indigitans id loci in Oſcæ diſtrictu, ubi Puer noſter egregius natus eſt. Scribit enim pag. 11. *In æde de Loreto a Sancti Laurentii parentibus inhabitata, & in qua idem Sanctus primum ſpirare cæperit, erectam fuiſſe Confraternitatem ad augendum ejuſdem cultum*. Citatque membraneum Codicem, in quo adnotatur. *Confratria iſta fuit incæpta anno Domini* 1250. Tum idem Dormerius ſubdit: *Unde infertur omni cum evidentia, quanto ante iſtius Confraternitatis inſtitutionem præceſſerit notitia, quod ibidem natus fuerit Sanctus Laurentius, quum ideo ædificata eſſet Eccleſia, nomini ejus dedicata, quo cum fundata fuit. Quodque propria originis ignoratio magis faveat antiquitati ejus; quum excedat omnes, quotquot conſervari poſſunt, memorias, quæ in omnibus recognoſcatur non jam ædificata dumtaxat, ſed antiqua.*

18. Audiamus nunc, quid contra opponunt Bollandiſtæ. Ajunt enim: „ Ut argumentum iſtud vim haberet, probare debebat „ Domerus illam particulam cauſſalem, uti „ vocant *Ideo*. Quod quia non facit, argumen„tum enerve eſt. Unde enim novit ædem „ iſtam, adde etiam confraternitatem, propter „ Sancti natalem potius, quam ob alium titu„lum, ut puta, ob ſingularem erga eum pie„tatem, publicæ venerationis augmentum &c.? „ Immo vero hunc titulum ibidem deſignat „ ipſemet, dum allegat Confraternitatem, „ quæ conduceret ad maximam obſervationem „ cultus ejus. „ Hi docti Patres ludum videntur facere Dormerio, diſſimulantes iſtius præmiſſa verba ad ſupra ſcriptum argumentum, nimirum quod univerſali Hiſpanorum traditione conſtaret (demtis urbibus æmulis) Lauretanam illam domum fuiſſe determinatum Oſcæ locum, quo Sanctus natus eſt; propterea Domus eadem in Eccleſiam converſa fuerit, Sanctique Laurentii nomine inſignita, ad ejuſdem ibi augendum cultum. Cui templo acceſſit multo poſt Confraternitas ad majorem Sanctuarii ſplendorem, nempe anno 1250. Duplicem adſignavit Auctor cauſſam illius ſacri ædificii, moralem unam, in traditione Hiſpanica univerſali conſiſtentem, cujus vi moti ſunt fideles ad conſtruendum ibi templum, Sancti Laurentii nomine conſecratum; finalem alteram, videlicet ut eo loci S. Laurentii cultus incrementum exciperet, quo is natus fuerat. Non eſt autem philoſophi opponere in Dormerii argumentum deſignatam a ſe finalem ædificii cauſſam, quaſi excludentem alteram moralem, quam ante præmiſerat.

19. Non probat, inquiunt, Dormerus, quod communi traditione Hiſpanorum id loci ſit, ubi Sanctus primum aerem reſpiravit. Neque advertunt Oppoſitores, eundem Scriptorem cum una vel altera Hiſpaniæ urbe, adverſaria huic themati, ſuam inſtituiſſe decertationem, adverſus quas civitates, nempe Cordubam & Valentiam, univerſalem illam Hiſpanicam traditionem objeciſſe, illic notam lippis ac tonſoribus; ut non eſſet opus rationibus comprobare, quod experimento ſatis ſuperque compertum erat. Minuſque teſtimoniales ea de re Codices allegare; quum proteſtatus fuerat, vetuſta id genus teſtimonia in barbarorum irruptione periiſſe. In quo igitur eruditus vir ille defecit, ſi non ulterius particulam illam cauſſalem *Ideo* probavit, quæ abundanter experimento notæ traditionis cernebatur illuſtrata? An ipſa oris traditio, Hiſpanis omnibus manifeſta, ineluctabilis non eſt dicenda probatio? Veruntamen non ignoramus, quam vellent Dormerii oppoſitores probationem traditionis, nimirum eam, quam dumtaxat recognoſcunt erutam a coævis, vel proxime coævis ſcriptis, quum probanda facta contigerunt. Sed audiant, quid alter ſuæ Societatis Theologus, alibi citatus Matthæus Aymerichus de hoc petendi ſcribit jure §. viii. contra Majanſium, in Sancti Severi Barcinonenſis cauſſa requirentem id genus monumenta, ſuumque promentem argumentum ex præfatorum inſtrumentorum defectu. *Ex regula*, inquit, *nonageſima in omnibus quidem, maxime tamen in jure æquitas ſpectanda eſt. In Hiſpania noſtra exigui aut nullius roboris eſt argumentum, quum ſcripta fere omnia ab Arabibus*

bibus incenſa & vaſtata fuerint, uti conſtat ex variis documentis allatis in Marca Hiſpanica. Haud ergo Dormerii argumentum eſt enerve, immo potius adverſariorum jus, animo præſumtum, æquitatis minus amicum agnoſcitur.

22. Hæc dicta voluimus Dormerii gratia, ſe Hiſpanorum traditione tutantis: quum ceteroqui ad evincendum moraliter adſertionis articulum circa locum nativitatis Sancti Laurentii determinatum, manifeſta non deſint indicia, quæ ſufficienter ſuadere poſſunt quemlibet prudentem virum de facti ejuſmodi veritate, importunoſque repellere adverſarios. Orentium enim & Patientiam cives fuiſſe Oſcenſes, & conjuges, habitaſſeque in prædio, quod *Loret* Hiſpanice nuncupatur, a nemine Scriptorum novimus controverſum; ubi & eorum corpora in hodiernum uſque requieſcunt diem. Eoſdem item Sanctos non permanſiſſe Virgines in dubium minime revocatur. Unde officium divinum pro Sancta Patientia conceſſum ab Apoſtolica Sancta Sede, præſcriptum eſt *de communi nec Virg. nec Mart.* Filios iccirco procreaſſe, ſtante communi traditione propriæ Nationis, haud videtur ambigendum. Cultos ambos perpetuo fuiſſe, ac præſertim eo loci, quo cæleſtem duxerunt vitam, quoque ſupremum clauſerunt diem, refragatur nemo. Cauſſam quare Oſcenſium ſtudio Lauretana illa domus in Eccleſiam converſa fuerit, nulli melius quam ipſi norunt, qui eam a ſuis patribus didicerunt; ipſi teſtantur, nimirum, ut illuſtrior ſanctorum Conjugum memoria extaret. Nomen denique, quod fundatores impoſuerunt ſacro eidem templo, illud fuerit *Sancti Laurentii*, nullus vel contradictionis ſpiritu abreptus negat. Queis poſitis, cuinam prudenti viro in mentem cadere unquam poteſt, ſanctificationis ille locus Orentii & Patientiæ (domicilium olim prædictorum Sanctorum, ac poſt eorundem mortem etiam ſepulcrum) fuerit ab Oſcenſibus in templum converſus ſub invocatione Sancti Laurentii Martyris, haud concivis, haud ibidem nati, haud filii eorundem ſanctorum Conjugum, poſthabitis iſtorum nominibus, quorum venerationi civitas ipſa ſingulari jure addicta erat? Quid, amabo Adverſarios, Sanctis conterraneis reſultaſſet honoris, & gloriæ ex invocatione Sancti Laurentii ſuper illud templum, admiſſa hypotheſi, quod Sanctus iſte, quantumvis celebris, ad eos minime pertinniſſet? Depreſſio potius, quam exaltatio gloriæ Beatorum Concivium hujuſmodi templi erectio deprehenderetur, in Sancti Laurentii cultum præcipue facta, ſi is neutiquam eorundem partus fuiſſet habitus. Dum vero certum tenere cogimur, Oſcenſes ad clarificandam Orentii & Patientiæ memoriam commemoratum fanum illic poſuiſſe, & quia eorum domus, eorum habitatio ibidem fuit, ubi & eorundem oſſa ab initio ad præſentem uſque diem requieſcunt; conſectarium evidens eſt, eam ædificaverint Eccleſiam ſub glorioſo nomine Levitæ ſanctiſſimi, quia ſcilicet magis in Parentum honorem gloria redibat filii, univerſo in orbe celeberrimi, eodem peculiari nati loco, quam ſi propriis laudatorum Sanctorum nominibus ſacra domus eadem inſignita præcipue foret. Quod enim a Valentinis audivi, forte contigerit ut Sanctus Valentiæ naſceretur; nimirum quod Parentes profugi abirent e domo propria, ut perſecutionem Imperatoris Romani, illic excitam, declinarent, aperte commentum convincitur falſitatis; dum nullos comperimus in Oſca Martyres unquam effectos: quare præſumtione juris ibi natus credi filius debet, ubi perpetua fuit Parentum ejus manſio apud Oſcam in prædio Lauretano. Non ergo *Magno hiatu*, ſicut Bollandiſtæ ſcribunt, adfirmavit Dormerus, quod Lauretana illa Confraternitas, *Ideo* inſtituta fuit, quia illic Sanctus Laurentius in lucem eſt editus; ſed maturis, gravibus, ſolidiſque rationibus eandem veritatem illuſtravit. Quemadmodum rationaliter Oſcenſes, experimento docti, repetunt cauſſalem illam particulam, dicentes: *Ideo* illuc advenarum populorum viſitantium ſit concurſus; *Ideo* Rex Catholicus Philippus hujus nominis II. vetuſta demolita Eccleſia, novum, ac nobile illic conſtruxit templum, regalique magnificentia dotavit una cum adnexo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Cœnobio; quia nimirum maximus Chriſtianæ Religionis Heros ibi natus eſt. Ut non ſit opus in demonſtratione hujus adſertionis diutius immorari; quaſi pilus, ſoli oppoſitus, grandem facere nobis poſſit ſui corporis umbram.

23. Porro quod ad ſanguinis ſplendorem attinet inclyti noſtri Parvuli, ortu ejus præoſtenſo ex Orentio & Patientia nobiliſſimæ Oſcenſis Urbis Proceribus, meridiana luce clarius demonſtratum fuiſſe dignoſcitur. Eo vel magis, quod Urbes aliæ, ſibi Sanctum Laurentium repetentes, conſona voce proclamant, eum fuiſſe nobiliſſimo ſatum ſanguine, ut advertit cl. Pereſius cit. Opuſculo vindiciarum &c. Multo ante Sanctus Vincentius Ferrerius ſerm. de S. Laur. ſcripſit: *Fuit de Oſca natus, de magno genere, & in domibus Magnorum enutritus*. Quod & innuere videtur S. Bonaventura, ſerm. de eodem ſcribens: *Mundum cum ſuo flore contempſit Patriam & omnia dereliquit*. Cui concordat Sanctus Patriarcha Venetus, Laurentius Juſtinianus, dicens: *Non eſt ſecutus terrenarum facultatum opulentiam*. Prius his omnibus Sanctus Ado Viennenſis in Martyro-

tyrologio interrogantis tyranni Verba referens, Laurentio facta, ſcripſit: *Dic nobis generoſitatem tuam*. Vocabulum *Generoſitas*, ajunt latioæ linguæ Interpretes, in ſignificatione proſapiæ, *magnitudinem indicat generis*. Nobilitatem quocirca ſanguinis Beati Levitæ, quam Rex inimicus eidem quadam animi præſumtione attribuere non renuit, amici non deoegeot. Id autem dico, quandoquidem facetus noſter Anonymus, ut Sanctum Romæ natum adſtrueret, poſtquam num.11. non erubuit ludibrio habere Doctores recentiores, quod hi videlicet ſibi blandiantur tenere ſcientiam nomioum Genitorum illuſtrium Sancti Martyris, inquiens: *Alcuni moderni ſi luſingano di ſapere i nomi de' di lui genitori Spagnuoli*. Perinde ac ſi nulla extarent vetuſtiſſima de bac re monomenta, immemorabiliſque totius Hiſpaniæ traditio; addit num.3. *Circa la di lui condizione baſterà il dire con S. Pier Griſologo, ch'egli era quanto povero de' beni del Mondo, altrettanto ricco de' beni del Cielo; o foſſe ciò per volontaria elezione, o inſieme per eſſere noto di poveri genitori*. Non dubitat relinquere in medio, utrum nec ne S. Laurentius obſcura, ignobili, ac miſerrima ſit ſtirpe natos; dummodo eum Romæ ortum venditet, Idque ridiculum magis eſt, quod ad ſuæ propoſitionis honeſtatem S. Pettum Chryſologum præmittit, quaſi aditum is ſibi faciat, quo ſuſpicari cum fundamine valeat obſcuritatem Parentum ejuſdem Martyris; quum Sanctus Pater nihil hujuſmodi, ne per ſomnium quidem, adſeruerit. En Petri Chryſologi teſtimonium integrum, quod noſter Anonymus truncum profert. *Quoniam erat Archidiaconus, apud illum eſſe credebantur Opes Eccleſiæ.. erat autem Sanctus Laurentius pauper opibus, Dives moribus*. Certe, quum perſecutor (de quo Chryſologus loquitur) credebat, opes Eccleſiæ apud Miniſtrum eſſe, jam hæ diſpetſæ fuerant in manus pauperum, ſecundum Beati Sixti mandatum; immo & dum apud illum ante diſperſionem erant, animo ab eodem contemnebantur. Pauper Laurentius erat Spiritu, dum adminiſtrabat opulentiſſimas Eccleſiæ facultates: pauper autem ſimul corpore & ſpiritu, poſtquam eas diſperſit, deditque pauperibus. Unde tima heic, ut adlegatæ Chryſologi auctoritatis vi poſſit in dubium verti, utrumne ex divitibus, aut egenis parentibus magnus Levita ſit ortus? Immo Doctor laudatus aperte, ac promte affirmans, eum fuiſſe Archidiaconum Romanæ Eccleſiæ (in cujus Miniſtri manibus erant omnes temporales divitiæ Domus Dei) ſuæ mentis cooceptum ſatis aperuit, quum ait, *erat pauper opibus*; nam prius ſcripſerat de perſequutore? *Amabat apud eum, quod ille contemnebat*: Quo intelligeremus de ſpirituali paupertate ſe habere ſermonem. Abeat iccirco ſuſpicio vana de mente Anonymi, quæ ſuſpicantem provocat ad dandas gerras.

22. Eruditiſſimus Suaſſayus, non multo ante laudatus, in reſponſione ad Tamajum de Orentii (fratris gemelli noſtri Sancti) loco nativitatis differens, ac generis nobilitate, inquit, eum editum fuiſſe Oſcæ, Proconſulis filium; quo ſignificavit, utriuſque nati Patrem fuiſſe non modo proſapiæ claritate, ſed etiam proconſulari dignitate altius fulgentem. Unde autem id eruditionis excerpſerit, quæ viro tam cordato digna eſſet, incompertum habemus. Eccleſiaſticæ nam tabulæ, quas exſcriptas perſpeximus, ſolum adſerunt, eundem Genitorem cum Matre Filiorum Oſcæ nobilem ac Procerem fuiſſe. Forte nos latent monumenta, ex quibus ille ſapiens prolatam eruditionem extraxit: Nobiſque ſatis eſt, illuſtrem Puerum clara progenie natum oſtendiſſe utraque ex parte Parentum.

23. Reliquum eſt, videamus, quo circiter temporis natus ſit ſingularis hic Parvulus, totius Eccleſiæ gentium ſupremum decus & ornamentum, ſeu firmamentum Chriſtianæ gentis, ſtabilimentum fidelis populi. Omnes equidem auctores, qui de eo ſcripſerunt, teſtantur, juvenili ætate martyrii palma fuiſſe donatum circa Domini annum 260. Verum, quia docente Varrone (quem ſequuti ſunt communiter ſcriptores com ante, tum poſt Chriſti adventum) ætas juventutis hominis extenditur ab anno vitæ triceſimo, terminaturque ad quadrageſimum; minus clare poſſemus hinc eruere nativitatis Laurentianæ determinatum qualitercunque tempus, adſignato etiam certo paſſionis ejus anno, niſi peculiarem haberemus præmonſtratorem ſupra laudatum Petrum Chryſologum, qui ſuo in ſermone Sanctum, non utcunque *in juventute*, martyrio affectum pronuntiat, ſed preſſe addit, *in ipſo juventutis flore*. Flos autem heic accipitur per ſimilitudinem, non per proprietatem; nimirum, ut advertit Lauretus Abbas Guixolenſis in Silv. Aleg., quia ſicut flos præcedit fructum & ſemina plantarum, ita transfertur a Sanctis Patribus ad ſignificandas rerum vel permanentium, vel ſuccedanearum primitias. Sic Ambroſius ſerm. 6. in pſal.118., Origenes Hom. iii. in cant.4., Gregorius Magnus in Ezech. hom.15., Hieronymus in Iſa. 17., immo & Chriſti Eccleſia Sanctos Innocentes vocat *flores Martyrum*; quia primitiæ fuerunt eorum, qui pro Deo ſanguinem fudere, & quidem io primitiis totius ætatis humanæ; unde canit de iiſdem, quod in ipſo limine lucis, ideſt a bimatu & iofra, perſequutor eos ſuſtulit, velut turbo naſcentes roſas,

ſas. Quare habita ratione ad quamlibet hominis ætatem v. g. pueritiam, adoleſcentiam, juventutem, &c., unius cujuſque iſtarum anni primi jure optimo appellantur *flos*, *& primitiæ* vel pueritiæ, vel adoleſcientiæ, vel juventutis &c. Hoc plane ſenſu loquutus eſt laudatus Petrus Chryſologus, quum de Sancto inquit Lautentio: *In ipſo juventutis flore decorem juventutis ſuæ ſanguine purpuravit*. Nimirum in primis juventutis ſuæ annis ſanguinem pro Chriſto fudit. Primi porro anni cujuſque ætatis hominis &c. ſecundum Arithmeticos in generali conſideratione numerorum, biennio & triennio circiter finem accipiunt: Sicut in omni numerorum ſerie primi numeri binario & ternario conſtant, perficiuntque primitias cujuslibet rei, ut ſupra notavimus. Nam poſt unitatem (quæ non eſt numerus, ſed principium, ſive initium numeri, conſiſtentis in collectione plurium unitatum) venit binarius, qui eſt primus numerus parium; dein ternarius, primus imparium: præter quas numerorum ſimplicium primitias aliæ non inveniuntur, niſi ad compoſitos numeros accedamus: puta 11. 12. 13. &c. (ſalva obſervantia gradus unius, vel alterius ætatis, unde hæc incipiat, & ubi definat). Ex quibus colligimus, primos juventutis annos, juxta Varronis calculum, eſſe 31. 32. & 33. atque ita ii dicendi ſunt *flos & primitiæ juventutis*, quo in flore Laurentius triumphavit, ut infra patebit, anno Chriſti biſcenteſimo quinquageſimo nono. Subtrahe modo ex annis iſtis triginta tres vitæ Sancti ejuſdem; ſupereſt annus biſcenteſimus viceſimus ſextus a nativitate Chriſti Domini; hinc ſequitur, eum circiter fuiſſe annum, quo natus fuerit Sanctus Laurentius: neque alia clarior & firmior de hac re notitia inveniri poteſt propter univerſale hiſtoricorum & Chronographorum ſilentium hocce in negotio.

24. Valde autem obſervatu digna cenſentur, quæ ſuperna divini conſilii diſpenſatione geſta pie creduntur in honorem tanti Pueri memorato ſub tempore nativitatis ejus, dicente Bernardo homilia 2. ſuper Miſſus eſt: *In omnibus operationibus ſuis Deus quaſdam rerum, vel temporum congruentias, propter ordinis pulchritudinem ſervare conſuevit*. Quum enim mundo Laurentium dedit, id temporis elegit, quo pontificaretur Sanctus Urbanus. Sedit nanque is in Petri ſolio ab anno 223., vel ut alii referunt, a 224. ad 230. vel 231. De hoc autem Pontifice primum legitur in vetuſtiſſimo Pontiſ. libro: *Hic fecit miniſteria ſacra omnia argentea*: Sic Deus tum præparans Eccleſiæ pretioſa vaſa, quorum cauſſa cuſtodiæ, ac tranſmiſſionis eorum in cæleſtes theſauros per manus pauperum, ipſe, qui naſcebatur, Puer, aliquando factus ærarii Præſul, ſumma erat martyrii laurea coronandus. Hunc etiam Mundi creator naſci diſpoſuit, Alexandro Severo Cæſare imperante, qui ſalutatus Romanorum Princeps anno Chriſti 222. ſceptrumque tenens uſque ad 235., filius Mammeæ, Chriſtianis valde propenſæ, ut notat Euſebius lib. 6. Hiſt. cap. 15., inter ſui lararii idola, quæ matutinis colebat horis, Chriſti ſimulacrum voluit collocatum: cogitabatque templum eidem erigere; quod & perfeciſſet, ni vano perculſus timore idolatrarum Sacerdotum, adfirmantium ex reſponſis dæmonum, omnem idolorum cultum periturum, ſi quod moliebatur mente, in effectum reduceret; atque ita offenſam & iram ſuorum deorum foret incurſurus; a propoſito, deterritus, abſtinuit: quemadmodum ex Lampridio narrat Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 1. Jan. lit. g. & in Annal. ad annum Chriſti 224., ubi etiam num. IV. refert, Imperatorem eundem litem, ortam inter gentiles popinarios & Chriſtianos ſuper proprietatem meritoriæ tabernæ, diremiſſe pro ſecundis, reſcribens: *Melius eſſe, ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur*. Hoc fuit primum intra Urbis mænia templum vero Numini dedicatum: Quæ omnia nos conſideramus veluti tum futurorum præludia, a ſupremo rerum moderatore volita circa tempus nativitatis electi Pueri ſui; cujus præſertim paſſionis olim triumpho Imperatores, Reges, & Principes terræ ad lucem Fidei venientes, inflammari debebant in exaltationem, & ampliationem Divini cultus, incipiendo a dominante Urbe, conſtructis undique per orbem terrarum ſacris ædificiis, uti ſuis in tractatibus de S. Laurentio non obſcure Prudentius, Auguſtinus, & Maximus indicarunt.

25. Per eadem magni hujus Infantis aut orti, aut proxime orituri, tempora nedum reſponſa dederunt dæmones de ſequuturo idolatricæ ſuperſtitionis exitio, ſicut paullo ſupra notavimus; ſed etiam, ut ex Agatio & Lampridio ſcribit Hieronymus de Bardis in ſuis tabulis Chronologicis ad annum quintum Imperii Alexandri Severi, dæmoniorum princeps in jovis ſtatua nonnullam plagam accepit. Accuratius alii Chronographi rem actam ad annum quartum Imperii ejuſdem Alexandri referunt: qui annus reſpondet bis centeſimo viceſimo ſexto Chriſti Domini, quo circiter poſuimus natum celeberrimum Infantem noſtrum. Ceterum qualitercumque ſit recta temporum ratio, quæ lædere nunquam potuit circumſtantiam propinquitatis facti ad ortum hujus illuſtris Pueri, ipſum, quod contigit, ſucceſſum ſic narrant hiſtorici, Petr. de Nat. lib. 4. cap. 150. Sur. tom. 7. 14. oct. Pancir. in Theſ. abſc. Urb.

Reg. 3

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Reg. 3. Eccl.xiv. Ex. Adonis Martyrol.10. Maji, nimirum : Miſſo divinitus incendio , pars capitolii concremata eſt . Ea re permoti aruſpices & Sacerdotes idolorum , ad Imperatorem venerunt , ut iratos Deos (quemadmodum ei perſuadebant) ſacrificiis & odoribus placare curaret . Annuit Princeps petitioni eorum . Illi vero die jovis mane , aere mire ſereno fanum jovis Capitolini ingreſſi , inter ſacrificia (erant enim Sacerdotes quatuor numero) fulmine cælitus intorto , miſerrime ſunt extincti , nec non aureæ jovis ſtatuæ ſiniſtra , eodem tacta fulmine , liqueſacta eſt , atque ipſius idoli ara incendio conſumta . Sed & nubilus repente , ac tenebricoſus aer exortus, Romanam plebem extra Urbis muros in effuſam compulit fugam , animoſque omnium ingenti terrore complevit . Nempe in præſagium eorum , quæ futura tum erant , quum laudatus Infantulus , juvenis factus , juxta Prudentii doctrinam , admirabili ſuo triumpho erat diabolum perfoſſurus, cultumque deorum turpium una cum eorum templis & aris everſurus . Lege ſtrophem 1. 125. 127. ac 128. cum ſequentibus in Laurentiano ejuſdem ſacri Vatis Periſtephano . Jam tum quodammodo præſignatum etiam intelligimus, futurum fuiſſe , ut Levita beatiſſimus in tota ſua paſſione non in aliud alterius idoli , quam in jovis templum adducendus eſſet ad huic falſo numini ſacrificandum ; quod riſui ac deſpectui aliquando habens , de fuſtibus , laminiſque ardentibus , atque plumbatis mortalibus triumphare debebat : Ubi & clarificandus erat voce delapſa de Cælo, qua roboraretur ad majora pro Chriſto ſuſtinenda certamina ; quibus exantlatis , ille princeps tenebrarum ex Urbe foras longe pellendus erat . Vide cap. III. lib.2. a num.21. ad 28., quo loci hæc fuſe deſcribuntur . Denique juxta Calmetium & Lengletium in ſuis mappis Chronographicis Chriſti annus 226. ſignatur uti reſtitutionis Monarchiæ Perſarum, cujus aliquando Princeps Sapor, hujus nominis primus , ſumturus erat de Martyris interſectore vindictam , ut ſuo videbimus loco . Ex præmiſſis autem , explanatiſque ſignis conjici poterit, quam magnus coram Domino fuerit Puer ipſe , qui naſcebatur ; dum tam mirabiliter Dei manus a nativitatis ejus exordiis cum ipſo fuit ; ut præſignificationibus hujoſmodi magnitudinem ipſius voluerit honeſtatam . Quemadmodnm & ſignis aliis condecoraſſe acta ejus , propriis videbimus locis cum in adoleſcentia , tum in juventute , tum etiam in paſſione , ac potiſſimum poſt ejus mortem; adeo ut ſpeciali quadam excellentia Virum hunc ad gloriæ Dei manifeſtationem creatum fuiſſe, ſentire cogamur : ſicut modo cogimur de eodem tropologice intelligere Iſajæ verba , multis ſæculis antequam naſceretur, prolata cap.XLIII., ubi Propheta poſtquam verſ.2. Dominum ita loquentem ad eum adducit : *Cum ambulaveris in igne non combureris* : verſ.7. de eodem addit : *In gloriam meam creavi eum , formavi eum , feci eum* .

26. Et Apoſtolus quidem ad Romanos III. v.29. inquit : *An Judæorum Deus tantum ? Nonne & gentium ? Immo & gentium* . Idem autem omnium Creator Dominus jam exaltaverat ex judæorum ſemine progenitum , *ſummum* inter Apoſtolos Petrum , *ſummum* inter Doctores Paulum ; reliquum erat , tertium ſaltim eveheret ex gentium prognatum ſemine , *ſummum* nempe inter Martyres , ne ipſius Dei juſtitia , ſive juſtificatio, ſecundum potiſſimum incrementum in hominibus exercita , alligata videretur quodamodo legi Moyſis , & Judæis , gentibus prorſus excluſis . Magis , quod congruum erat honori Eccleſiæ gentium ſic adimplere ternarium ſummorum virorum , qui in binario cernebatur inchoatus . Perfectus enim numerus ſecundum Arithmeticos ternarius eſt ; in ſe principium , medium , & finem complectens , juxta illud effatum , *tria ſunt omne* . Dei autem quum perfecta ſint opera (quam perfectionem ſignat ternarius, qui primus imparium, nullam aliam æqualem partium in ſe ipſo ſectionem admittit præter unitatem) æquum & conveniens plane fuit , ut idem Deus binis *ſummis* , in diverſo genere , tertium pariter *ſummum* adderet , Levitam ideſt Laurentium , ex multitudine gentium prælectum; inter omnes Martyres , teſte Ruperto & Juſtiniano , utique *ſummum* . De quo in Miſſali Mozarabico legitur, *fuiſſe quidem in doctrina Apoſtolorum ſupparem , ſed in Domini confeſſione non imparem :* Ne fortaſſe venientes aliquando ad Eccleſiam gentium Judæi , gloriarentur ſuper gentes , quaſi hæ nunquam habuerint in viris ſanctis, ex ſuo procreatis ſemine , hominem in culmine poſitum ſanctitatis , uti fuere Apoſtolorum Principes, judaica ex ſtirpe orti . Allatam Miſſalis Mozarabici doctrinam ſequutus ſapiens ille Monachus Michael Capuanus , vetuſtiſſimum quum deprehendiſſet opus muſivum in ſanctuario Sancti Priſci , tres exprimens ejuſdem gloriæ conſortes , nimirum Petrum , Paulum , & Laurentium , memorabilem illam ſcriptis mandavit ſententiam : *Petrus & Paulus Romanæ Urbis lumina , quibus additur Laurentius , & ipſe Romanæ Urbis maximum lumen* . Huc etiam videtur adludere cæmeteriale illud vitrum , quod ante Conſtantini dies elaboratum creditur, poſtremiſque inventum temporibus , ubi depictus Martyr cernitur , in gloriæ ſedens lectiſternio , medius inter Apoſtolos Petrum , & Paulum . Super omnes vero Laurentianas magnitudines

conſi-

conſideratu dignum æſtimo, quod apud laudatores ejus Patres complurimas inveniamus propbetias, & figuras Teſtamenti veteris ac novi expoſitas, tanquam in eodem admirabili Sancto completas, atque adeo copioſe, adeo examuſſim, ut nihil ſupra. Quare mirari nemo debet, ſi Virum taliter divinis eloquiis præſignatum, ac prophetice declaratum ſuis in actis; ſignis cæleſtibus vel etiam elementorum motu prædicabimus exornatum, minime piis gravibuſque deſtituti conjecturis; ita ut videatur, non ſit inventus ſimilis illi in gloria Sanctorum.

27. Liceat demum mihi, præſens abſolvere caput, converſo ad feliciſſimos tantæ Prolis Parentes, tantæ, inquam, Prolis, quæ Leonis Magoi meruit ſibi præconia cum *Levitæ caſtiſſimi*, tum *immaculati Præſulis*; Voſque ſic adloqui, Genitores optimos, dicens: O beatum par (ut cum Epiphanio loquar) Orenti ac Patientia, profecto ex ventris veſtri ftuctu immaculati agnoſcimini quemadmodum Chriſtus quodam loco dixit: *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*. Ut Deo gratum erat, ac dignum eo, qui a vobis ortus eſt, vitæ veſtræ rationes inſtituiſtis. Caſte enim ac ſancte munere veſtro functi, virginitatis theſaurum produxiſtis. Aut ſi parum veſtris meritis dictum eſt, majora ex Gregorio ſuperaddam. Eum enim puritatis, & ſanctitatis theſaurom produxiſtis, io quo nedum *non eſt inventa iniquitas*, juxta Davidis oraculum, verum etiam factus ipſe quaſi agnus ſine macula, ac Oſtia viva & ſaocta, dum aliquando in craticula ureretur, immaculatum Deo ſe obtulit ſacrificium in odorem ſuavitatis. Sacrificium, quod lætitia cælum implevit, mærore tartarum, Divinique amoris igne terram inflammavit. Ad cujus fidei lumen ambulantes, quotquot peregrinantur a Domino, ad incorruptibilem perveniunt lucem beatitatis æternæ.

CAPUT III.

De Sacramento Baptiſmi, Chriſmatis, & Euchariſtiæ eidem Infanti collatis. De Cæleſtibus gratiæ donis ab eo receptis, juxta Concilii Tridentini, Theologorumque complurium doctrinam, quid pie ſuſtineri liceat, aperitur. Educatio ipſius ſub teneris annis in patria. Hiſpanorum Scriptorum relationes circa beati Sixti acceſſum in Hiſpaniam, ejuſque cum Adoleſcente Laurentio receſſum in Italiam examinantur. Quidque in tanta Hiſtoricorum varietate magis fundatum ac veriſimile cenſeatur, expenditur.

NON defuere, nec deſunt in hodiernum uſque diem viri tum ſanguioe, tum eruditione clari, natione Hiſpani, qui referunt ex ſuorum traditione majorum, Sanctam Patientiam (dum hæc portaret in utero infantem Laurentium) miris nonnumquam ſplendoribus irradiare viſam fuiſſe: ſed quicquid de hac re ſit; vel etiam quicquid ex facto ejuſmodi (poſita veritate) conjici poſſet, prætermiſſo; unum certi habemus ex Adone io actis ejus, nempe, quod natus Puer brevi a nativitate iotervallo temporis, in ipſis cunis per Sacramenti baptiſmatis ablutionem Chriſto Domino fuerit dedicatus: quam regeneratioois gratiam; juxta communem SS. Patrum doctrinam numquam amiſit, ſemper Sanctus, ſemper innocens ad ultimum uſque vitæ ſpiraculum perſeverans.

2. Probabile autem exiſtimamus, ſacro huic Infanti præter vitalem illam lotionem, Chriſmatis etiam & Euchariſtiæ Sacramenta collata fuerint. Notum eſt enim eruditis, viguiſſe id temporis in Eccleſia Occidentali & Orientali uſum conferendi baptizatis parvulis ſtatim, & nonnumquam eodem die, tria hæc Sacramenta, ſi fuiſſet Epiſcopus ſalutari eos tingens aqua; licet illud altaris tantum ſub vini ſpecie ptopinaretur eiſdem. Qui uſus a primis inceptus Eccleſiæ ſæculis, ad decimum uſque tertium in Occidente permanſit. Sublatus deinceps; quia poſteriora duo relata Sacramenta ex una parte non erant ioſaotibus neceſſaria; & ex altera noonulla ſequebantur incommoda in adminiſtratione ſanguinis Chriſti, maxime ob periculum effuſioois ipſius. Quod Sacramentum ſnb vini ſpecie non una tantum vice pueris propinabatnr, ſed pluries, antequam ad diſcretionis perveniſſent annos: ſicut cum alii Doctoribus Du-meſnillus advertit ad annum Chriſti 250. Libro ſiquidem *6.* §. 47. Eccleſ. Diſcipl. epiſtolam exhibet Sancti Cypriani 20., Pamel.15., ubi legitur de quadam inſantula, cui, nutricis infidelis opera, matre inſcia, quum porrectus fuiſſet cibus de immolatis idolorum, eam poſtea mater geſtans in ſinu; ut ſacris adſtitit myſteriis, Diaconus de more accedens ad miniſtrandum etiam parvulæ de Sancto Calicis liquore, renuebat illa Chriſti ſangui-

Digitized by Google

ſanguinis quicquam ſumere, quem tandem Miniſter vi ejus in os infudit. Ut vero puella ſacramentum deglutivit, ſuperveniente vomitu, *ſanctificatus*, inquit Cyprianus, *in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit*. Subdit idem Du-Meſnillus: *Parvulis Euchariſtia poſt ſacrificium etiam ſub una vini ſpecie miniſtrabatur primis Eccleſiæ ſæculis*. In antiquiſſimo item Ordine Romano dicitur, quod ſi præſens adeſſet Epiſcopus, parvulis dandus foret ordinatim una die Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia. Id Hiſpanicis in Eccleſiis, Romanam perpetuo imitantibus, ſervatum fuiſſe, non videtur ambigendum. Ceterum quomodocumque res hæc ſe habuerit, utrum necne uno eodemque die beatiſſimus noſter Infans tribus hiſce Sacramentis donatus fuerit; certum habere debemus, in ipſius infantia duo quoque poſteriora recepiſse: ac Sanctorum maxime cura Parentum pluries dominicum ſumſiſſe ſanguinem. Unde valeamus eruere, quam affluenter gratiæ donis a ſuæ vitæ exordiis ditatus fuerit. Nam & ſi virtute Sacramentorum, in ſe inſpecta, ſuſcipientibus æque diſpoſitis æqualis gratia conferatur; ex ſpeciali tamen Dei benevolentia (ut Sanctus Bonaventura in 4. ſent. diſt. 4. q. 3., & Scotus ibidem q. 7. docet) major uni præ altero poteſt concedi. Quod de infantibus, ad illorum ſuſceptionem æque ſe habentibus, maxime adſerere licet. Hanc iccirco gratiam, quæ inæqualis appellatur, Sacratiſſimo noſtro Infanti Deus abundanter in ipſis ſuſceptis Sacramentis conferre voluerit, nonnulla congruentiæ ratione exponendam, clarificandamque ducimus.

3. Et quidem de menſura gratiæ, qua in ſuſceptione Sacramentorum vel primum juſtificatur homo, vel qui juſtificatus eſt, adhuc amplius juſtificatur (ut evenit in Sacramentis, quæ iterari poſsunt) communiter Tridentinum Concilium intelligi poſse videtur, quum ſeſſione VI. Cap. VII. inquit: *Juſti nominamur, & ſumus, juſtitiam in nobis recipientes, unuſquiſque ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, pro ut vult, & ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem ..... Id tamen fit, dum ſanctiſſimæ paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti merito per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui juſtificantur &c.* Queis edocemur præter *inſtrumentalem*, (ut ajunt Philoſophi) cauſſam, quæ ipſum eſt Sacramentum; concurrere *efficientem*, nempe Deum; *meritoriam*, ideſt Dominicam paſſionem; *formalem*, videlicet *juſtitiam*, quam in ſe recipit ſubjectum, ut juſtus homo fiat. De menſura vero gratiæ conferendæ Scotus ſupra citatus loquens reſpectu ad cauſſam efficientem, hæc habet: *Quia Deus prædeſtinavit diverſos electos ad diverſos gradus gloriæ, & hoc ante determinationem ad tantam, vel tantam gratiam conferendam.... poſſet in determinando veritatem hujus ſigni velle conferre majorem* (gratiam) *illi, quem prædeſtinavit ad majorem gloriam.* Habita vero ratione ad meritoriam paſſionis Chriſti, ita diſserit: *Quia Chriſtus ponitur communiter noſſe omnia, quæ Deus novit, & per conſequens novit electos, & ad quem gradum gloriæ fuerint electi, potuit pro prædeſtinato ad majorem gloriam plenius offerre paſſionem ſuam, ut ei conferretur gratia proportionata*. De diſpoſitione denique ex parte ſubjecti gratiam ſuſcipientis, cujus rei eſt incapax parvulus, eam repetit a parentibus offerentibus, vel ab adſiſtentibus & Miniſtris, exemplum adducens Sancti Nicolai: cui parentes dicuntur tantam in baptiſmo gratiam meruiſse, ut ab incunabulis didicerit jejunare &c. Hanc porro gratiæ inæqualitatem, quam in ſuſceptione Sacramentorum ſubtilis Doctor poſſibilem agnovit, Tridentinum Concilium, poſteriori tempore celebratum, reapſe dari dogmatizavit cit. ſeſs. VI. cap. VII., ubi non ait, baptizatos recipere gratiam ſive juſtitiam ſecundum menſuram æqualem (quæ Sacramentis reſpondet ex opere operato) ſed inquit: *ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, pro ut vult*. Sic reſpiciens ad cauſſam liberam efficientem Deum, qui ultra determinatum Sacramentorum effectum, majorem vel minorem conferre ſibi placet juſtificationis gratiam ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, juxta quod prædeſtinavit electos ad gradus gloriæ diverſos, ſimulque conſiderata ſuſcipientium diverſa diſpoſitione; quæ licet in parvulis locum non habeat, quum actus proprios habere nequeant; ſuppleri tamen poteſt ſecundum Scoti doctrinam, pietate parentum, aliorumque adſiſtentium.

4. Quibus perpenſis, in noſtrum intendimus beatum Parvulum, dicentes: Quem ad agenda magnalia prædeſtinaverat Deus, ad mira pro ejus honore ſuſtinenda certamina, atque ad ſublime ſupra modum gloriæ pondus in Cælis; cuique, minime apto ad ſe actis propriis diſponendum pro Sacramentorum receptione, adſiſtentia non deerat Sanctorum Parentum, qui merere valerent, ipſi Puero ampliora gratiæ dona; quomodo perſuaſum nobis eſse poterit, noluiſse Deum illi ſecundum exuberantem menſuram tum conferre theſauros ſuæ gratiæ ac donorum? Hodie cognoſcimus ex Sanctis Patribus, quanta Sanctum noſtrum gloria maneat in Cælis; cujus natalitia (ut phraſi loquar Chryſoſtomi) *taliter celebrantur in terris*: ſive, ut Auguſtini utar verbis, ſermone 103. apud Maurinos de S. Laur. *Quanta eſt gloria*

ejus

ejus apud Deum, dum tanta eſt laus ejus apud homines? Quomodo, neutiquam ſentire cogemur, ea plenitudine gratiæ ac donorum fuiſse cumulatum; quæ congruentiæ ratione potiſſimum in ſacramentis ipſis, in ipſis gratiæ inſtrumentis veriſimilius collata cenſetur? Quanquam aliter non renuamus adſerere, in totius ejus vitæ conflictu contra mundum, carnem, ac diabolum adultus victorias referens, abundanter habenti daretur amplius, quo juſtificationibus Domini magis affluerent; adeo ut pene nullus in eo videretur ejuſmodi theſaurorum finis: quemadmodum ingentis gloriæ ejus in cæleſtibus nulli a nobis mortalibus effingi queunt limites. Tali namque fini talia proportionata fuiſse conceſsa exiſtimantur media, ſicut Duns Scotus ſapientiſſime philoſophatur.

5. Tempus eſt autem, ut ad ulteriora pergamus. Ablactatus enim tenerrimus Puer, & ad primum diſcretionis ſuæ crepuſculum perventus, quam pie, quam ſancte fuerit educatus; laudatorum parentum ſuorum ſanctitas, ipſiuſque Pueri innocentia, exundans gratia, mentis capacitas, animique docilitas abunde ſignificant; ut non ſit opus calamo noſtro rem iſtam explanare. Circa vero litterarum ſtudia, queis a pueritia fuerit addictus, teſtimonium ponit Jaccenſis Eccleſiæ vetuſtum lectionarium, alibi citatum; dicens, eum in civitate Oſcenſi una cum fratre gemello fuiſſe a Genitore traditum, litteris imbuendum, nempe ut ad diſcretionis pervenit annos. Siquidem amantiſſimus æque ac ſanctiſſimus Parens paſſus eſt neutiquam Filiolum ſub annis teneris longe a ſuis oculis alibi quam in urbe propria committere primis litterarum rudimentis inſtruendum; nec aliter quam ſub optimis, probatiſque magiſtris, ipſa paterna cura ac vigilantia ſuper Prolem ſuam minime deſiſtente. Ea porro ſub educatione creſcebat Laurentius ætate, ſcientia, & gratia apud Deum & homines, incontaminatus permanens ab omni labe peccati. Cujus rei gratia, ut ſcribit Ferretius, *a puerorum etiam ludis ſemper abſtinuit*. Incompertum eſt autem nobis, quonam pueritiæ anno (quæ juxta Plinium ad duodecimum extenditur) Cæſarauguſtæ Metropolim petierit, addiſcendi cauſſa humaniores litteras: quo loci mirabiles illos in ſapientia progreſſus fecit, vel brevi temporis intercapedine; ut, referente antiquis ex codicibus Antonio Nebriſſenſi, inter illius univerſitatis contubernales doctior haberetur. Concordat huic relationi altera Sancti Vincentii Ferrerii, adnotantis ejuſdem adventum, & moram apud Cæſarauguſtam, ubi fama ipſius doctrinæ late percrebuit; ſicut videre licet in ejuſdem Ferrerii ſermone. Quaoquam nævi aliquid in adducto ſcripto reprehendant nonnulli Sapientes, de qua re proprio agendum erit loco. Nihilo ſecius eruditioni producta ſubſcribere non dubitamus; dumtaxat Laurentiana mora ibi peracta non ad tot annos protrahatur, quibus conceſſis, teſtimonium Adonis detrimentum pateretur; ſicut & alterum Gregoriani reſponſorialis. Quandoquidem iis in codicibus, omni exceptione majoribus, legitur: fuerit *Romæ eruditus, & nutritus*. His autem ſalvis exiſtentibus, nil emergit, quod traditioni Cæſarauguſtanæ prudenter opponi queat.

6. Quod autem Bollandiani adverſus Tamajum indignantur; reor, non inde procedat, quod is dixerit, Sanctum noſtrum Cæſarauguſtæ fuiſſe nutritum & eruditum qualitercunque; ſed quia conſtanter adfirmaverit, Eum ibi moram feciſſe valde notabilem, nempe uſque ad tempus, quo ibidem Diaconus initiatus fuit, & Archidiaconi officium exercuit: quæ omnia merito damnantur falſitatis. Licet præfati Bollandiani doctores iſta non ſatis explicent; ſed continuo poſt objectam difficultatem ex Adone, Tamajum præoccupent, inſurgentes: *Si reſpondeas, ac velis, & Romæ, & Cæſarauguſtæ id contigiſſe* (nimirum, quod eruditus & nutritus ibi per totam adoleſcentiam noſter Alumnus fuerit) *reſponſum proba, aut voluntatem improba*. Quæ reprehenſio poſitionem noſtram minime lædit; quemadmodum nec teſtimonium Jaccenſis Eccleſiæ, quod Oſcæ Sanctus Puer nutritus, & eruditus primum fuit; ac deinde circa pueritiæ fines, & adoleſcentiæ initia in Cæſarauguſtana Univerſitate humaniores didicerit litteras, puta, ad quinquennium. Nulla enim ex adverſo ratione concluditur, quod ex Hiſpania Puer Sanctus Romam translatus fuerit, pannis vel infantiæ involutus, aut Parentum adhuc egens auxilio. Neque ullatenus conſtat, Genitores ejus una cum ipſo lactente Romam contenderint. Minus, quod tenellum filium a domo nativitatis ſuæ illuc abire permiſerint; vel ipſe a Paternis aufugerit ædibus, inſciis Parentibus, aut reluctantibus; qui, Sancto Bonaventura teſte, Majoribus ſuis ſemper obediens fuit. Neque ulla nos urget neceſſitas, ut ſentiamus, Angelorum miniſterio invalidum Puerum Romam tenerrima in ætate commigraſſe, omni humano juvamine deſtitutum. Gregorii denique, & Adonis verba neutiquam adſtruunt a teneris eum unguiculis fuiſſe Romæ nutritum & eruditum; quo nulla cæteris auctoribus ſpatia faciant docendi, laudatus Puer prius Oſcæ, tenera in ætate, poſtea grandiuſculus Cæſarauguſtæ nonnullis bonis litteris imbutus fuerit. Quandoquidem etiam grammatiſtæ norunt, quod verba illa *nutriri*, & *erudiri* non ſolum conveniant ſeptenni, vel decenni parvulo; verum etiam adoleſcenti in provectiori ætate conſtitu-

ſanguinis quicquam ſumere, quem tandem Miniſter vi ejus in os infudit. Ut vero puella ſacramentum deglutivit, ſuperveniente vomitu, *ſanctificatus*, inquit Cyprianus, *in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit*. Subdit idem Du-Meſnillus: *Parvulis Eucbariſtia poſt ſacrificium etiam ſub una vini ſpecie miniſtrabatur primis Eccleſiæ ſæculis*. In antiquiſſimo item Ordine Romano dicitur, quod ſi præſens adeſſet Epiſcopus, parvulis dandus foret ordinatim una die Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia. Id Hiſpanicis in Eccleſiis, Romanam perpetuo imitantibus, ſervatum fuiſſe, non videtur ambigendum. Ceterum quomodocumque res hæc ſe habuerit, utrum necne uno eodemque die beatiſſimus noſter Infans tribus hiſce Sacramentis donatus fuerit; certum habere debemus, in ipſius infantia duo quoque poſteriora recepiſse: ac Sanctorum maxime cura Parentum pluries dominicum ſumſiſſe ſanguinem. Unde valeamus eruere, quam affluenter gratiæ donis a ſuæ vitæ exordiis ditatus fuerit. Nam & ſi virtute Sacramentorum, in ſe inſpecta, ſuſcipientibus æque diſpoſitis æqualis gratia conferatur; ex ſpeciali tamen Dei benevolentia (ut Sanctus Bonaventura in 4. ſent. diſt. 4. q. 3., & Scotus ibidem q. 7. docet) major uni præ altero poteſt concedi. Quod de infantibus, ad illorum ſuſceptionem æque ſe habentibus, maxime adſerere licet. Hanc iccirco gratiam, quæ inæqualis appellatur, Sacratiſſimo noſtro Infanti Deus abundanter in ipſis ſuſceptis Sacramentis conferre voluerit, nonnulla congruentiæ ratione exponendam, clarificandamque ducimus.

3. Et quidem de menſura gratiæ, qua in ſuſceptione Sacramentorum vel primum juſtificatur homo, vel qui juſtificatus eſt, adhuc amplius juſtificatur (ut evenit in Sacramentis, quæ iterari poſsunt) communiter Tridentinum Conciliom intelligi poſse videtur, quum ſeſſione VI. Cap. VII. inquit: *Juſti nominamur, & ſumus, juſtitiam in nobis recipientes, unuſquiſque ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, pro ut vult, & ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem..... Id tamen fit, dum ſanctiſſimæ paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti merito per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui juſtificantur &c.* Queis edocemur præter *inſtrumentalem*, (ut ajunt Philoſophi) cauſsam, quæ ipſum eſt Sacramentum; concurrere *efficientem*, nempe Deum; *meritoriam*, ideſt Dominicam paſſionem; *formalem*, videlicet *juſtitiam*, quam in ſe recipit ſubjectum, ut juſtus homo fiat. De menſura vero gratiæ conferendæ Scotus ſupra citatus loquens reſpectu ad cauſsam efficientem, hæc habet: *Quia Deus prædeſtinavit diverſos electos ad diverſos gradus gloriæ, & hoc ante determinationem ad tantam, vel tantam gratiam conferendam.... poſſet in determinando veritatem hujus ſigni velle conferre majorem* (gratiam) *illi, quem prædeſtinavit ad majorem gloriam.* Habita vero ratione ad meritoriam paſſionis Chriſti, ita diſserit: *Quia Chriſtus ponitur communiter noſſe omnia, quæ Deus novit, & per conſequens novit electos, & ad quem gradum gloriæ fuerint electi, potuit pro prædeſtinato ad majorem gloriam plenius offerre paſſionem ſuam, ut ei conferretur gratia proportionata*. De diſpoſitione denique ex parte ſubjecti gratiam ſuſcipientis, cujus rei eſt incapax parvulus, eam repetit a parentibus offerentibus, vel ab adſiſtentibus & Miniſtris, exemplum adducens Sancti Nicolai: cui parentes dicuntur tantam in baptiſmo gratiam meruiſse, ut ab incunabulis didicerit jejunare &c. Hanc porro gratiæ inæqualitatem, quam in ſuſceptione Sacramentorum ſubtilis Doctor poſſibilem agnovit, Tridentinum Concilium, poſteriori tempore celebratum, reapſe dari dogmatizavit cit. ſeſs. VI. cap. VII., ubi non ait, baptizatos recipere gratiam ſive juſtitiam ſecundum menſuram æqualem (quæ Sacramentis reſpondet ex opere operato) ſed inquit: *ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, pro ut vult*. Sic reſpiciens ad cauſsam liberam efficientem Deum, qui ultra determinatum Sacramentorum effectum, majorem vel minorem conferre ſibi placet juſtificationis gratiam ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, juxta quod prædeſtinavit electos ad gradus gloriæ diverſos, ſimulque conſiderata ſuſcipientium diverſa diſpoſitione; quæ licet in parvulis locum non habeat, quum actus proprios habere nequeant; ſuppleri tamen poteſt ſecundum Scoti doctrinam, pietate parentum, aliorumque adſiſtentium.

4. Quibus perpenſis, in noſtrum intendimus beatum Parvulum, dicentes: Quem ad agenda magnalia prædeſtinaverat Deus, ad mira pro ejus honore ſoſtinenda certamina, atque ad ſublime ſupra modum glotiæ pondus in Cælis; cuique, minime apto ad ſe actis propriis diſponendum pro Sacramentorum receptione, adſiſtentia non deerat Sanctorum Parentum, qui merere valerent, ipſi Puero ampliora gratiæ dona; quomodo perſuaſum nobis eſse poterit, noluiſse Deum illi ſecundum exuberantem menſuram tum conferre theſauros ſuæ gratiæ ac donorum? Hodie cognoſcimus ex Sanctis Patribus, quanta Sanctum noſtrum gloria maneat in Cælis; cujus natalitia (ut phraſi loqoar Chryſoſtomi) *taliter celebrantur in terris*: ſive, ut Auguſtini utar verbis, ſermone 103. apud Maurinos de S. Laur. *Quanta eſt gloria ejus*

Digitized by Google

ejus apud Deum , dum tanta eſt laus ejus apud homines ? Quomodo , neutiquam ſentire cogemur, ea plenitudine gratiæ ac donorum ſuiſse cumulatum ; quæ congruentiæ ratione potiſſimum in ſacramentis ipſis , in ipſis gratiæ inſtrumentis veriſimilius collata cenſetur ? Quanquam aliter non renuamus adſerere , in totius ejus vitæ conflictu contra mundum , carnem , ac diabolum adultus victorias referens, abundanter habenti daretur amplius , quo juſtificationibus Domini magis afflueret ; adeo ut pene nullus in eo videretur ejuſmodi theſaurorum finis : quemadmodnm ingentis gloriæ ejus in cæleſtibus nulli a nobis mortalibus effingi queunt limites . Tali namque fini talia proportionata ſuiſse conceſsa exiſtimantur media , ſicut Duns Scotus ſapientiſſime philoſophatur .

5. Tempus eſt autem, ut ad ulteriora pergamus . Ablactatus enim tenerrimus Puer , & ad primum diſcretionis ſuæ crepuſculum perventus , quam pie , quam ſancte fuerit educatus ; laudatorum parentum ſuorum ſanctitas , ipſiuſque Pueri innocentia , exundans gratia , mentis capacitas , animique docilitas abunde ſignificant ; ut non ſit opus calamo noſtro rem iſtam explanare . Circa vero litterarum ſtudia , queis a pueritia fuerir addictus , teſtimonium ponit Jaccenſis Eccleſiæ vetuſtum lectionarium , alibi citatum ; dicens , eum in civitate Oſcenſi una cum fratre gemello ſuiſſe 'a Genitore traditum , litteris imbuendum , nempe ut ad diſcretionis pervenit annos . Siquidem amantiſſimus æque ac ſanctiſſimus Parens paſſus eſt neutiquam Filiolum ſub annis teneris longe a ſuis oculis alibi quam in urbe propria committere primis litterarum rudimentis inſtruendum ; nec aliter quam ſub optimis , probatiſſque magiſtris , ipſa paterna cura ac vigilantia ſuper Prolem ſuam minime deſiſtente . Ea porro ſub educatione creſcebat Laurentius ætate , ſcientia , & gratia apud Deum & homines , incontaminatus permanens ab omni labe peccati. Cujus rei gratia , ur ſcribit Ferrerius , *a puerorum etiam ludis ſemper abſtinuit*. Incompertum eſt autem nobis , quonam pueritiæ anno (quæ juxta Plinium ad duodecimum extenditur) Cæſarauguſtæ Metropolim petierit , addiſcendi cauſſa humaniores litteras : quo loci mirabiles illos in ſapientia progreſſus fecit , vel brevi temporis intercapedine ; ut, referente antiquis ex codicibus Antonio Nebriſſenſi , inter illius univerſitatis contubernales doctior haberetur . Concordat huic relationi altera Sancti Vincentii Ferrerii , adnotantis ejuſdem adventum , & moram apud Cæſarauguſtam , ubi ſama ipſius doctrinæ late percrebuir ; ſicut videre licer in ejuſdem Ferrerii ſermone . Quanquam nævi aliquid in adducto ſcripto reprehendant nonnulli Sapientes , de qua re proprio agendnm erit loco . Nihilo ſecius eruditioni productæ ſubſcribere non dubitamus ; dumtaxat Laurentiana mora ibi peracta non ad tot annos protrahatur , quibus conceſſis , teſtimonium Adonis detrimentum pateretur ; ſicut & alterum Gregoriani reſponſorialis . Quandoquidem iis in codicibus , omni exceptione majoribus , legitur : fuerit *Romæ eruditus , & nutritus* . His autem ſalvis exiſtentibus , nil emergir , quod traditioni Cæſarauguſtanæ prudenter opponi quear.

6. Quod autem Bollandiani adverſus Tamajum indignantur ; reor , non inde procedat , quod is dixerit , Sanctum noſtrum Cæſarauguſtæ ſuiſſe nutritum & eruditum qualitercunque; ſed quia conſtanter adfirmaverit , Eum ibi moram feciſſe valde notabilem , nempe uſque ad tempus , quo ibidem Diaconus initiatus ſuit , & Archidiaconi officium exercuit : quæ omnia merito damnaotur ſalſitatis . Licet præſati Bollandiani doctores iſta non ſatis explicent ; ſed continuo poſt objectam difficultatem ex Adone , Tamajum præoccupenr , inſurgentes : *Si reſpondeas , ac velis , & Romæ , & Cæſarauguſtæ id contigiſſe* (nimirum , quod eruditus & nutritus ibi per totam adoleſcentiam noſter Alumnus fuerit) *reſponſum proba , aut voluntatem improba* . Quæ reprehenſio poſitionem noſtram minime lædit ; quemadmodum nec teſtimonium Jaccenſis Eccleſiæ , quod oſcæ Sanctus Puer nutritus, & eruditus primum ſuit ; ac deinde circa pueritiæ fines , & adoleſcentiæ initia in Cæſarauguſtana Univerſitate humaniores didicerit litteras, puta, ad quinquennium. Nulla enim ex adverſo ratione concluditur , quod ex Hiſpania Puer Sanctus Romam translatus ſuerit, pannis vel inſantiæ involutus , aut Parentum adhuc egens auxilio . Neque ullatenus conſtat , Genitores ejus una cum ipſo lactente Romam contenderint . Minus , quod tenellum filium a domo nativitatis ſuæ illuc abire permiſerint ; vel ipſe a Paternis auſugerit ædibus , inſciis Parentibus , aut reluctantibus ; qui , Sancto Bonaventura teſte , Majoribus ſuis ſemper obediens ſuit. Neque ulla nos urger neceſſitas, ut ſeotiamus, Angelorum miniſterio invalidum Puerum Romam tenerrima in ætate commigraſſe , omni humano jnvamine deſtitutum . Gregorii denique , & Adonis verba neutiquam adſtruunt a teneris eum unguiculis ſuiſſe Romæ nutritum & eruditum ; quo nulla cæteris auctoribus ſpatia ſaciant docendi , laudatus Puer prius Oſcæ, tenera in ætate , poſtea grandiuſculus Cæſarauguſtæ nonnullis bonis litteris imbutus ſuerit . Quandoquidem etiam grammatiſtæ norunt , quod verba illa *nutriri* , & *erudiri* non ſolum conveniant ſeptenni , vel decenni parvulo ; verum etiam adoleſcenti in provectiori ætate conſtitu-

Digitized by Google

to, qui V. G. in Seminario aliquo alitur, & eruditur; & quidem ſtricte loquendo, quoties is non adhuc ad perfectum corporis pervenerit incrementum; quod non perficitur niſi poſt viceſimum ætatis annum: Aut ſi lubet tenere rigidam verbi ſignificationem, ſolos lactentes parvulos reſpicientem; quis ad ejuſmodi ſenſum in rigore adligabit Adonis verbum; quod videmus minus ſtricte ab aliis auctoribus laudabiliter uſitatum? Non eſt igitur creandus ſcrupulus iis, qui non levia quædam Hiſpanorum de hac re monumenta ſequentes, Sanctum Laurentium Romam acceſſiſſe ſuadentur circa quintum decimum ætatis ſuæ annum, quo temporis adhuc natura enutriri deſiderat; ut ad ſibi debitum creſcendo perveniat augmenti terminum. Eo vel magis, quod ipſe Ado explicans, quibus in ſcientiis Romæ divinus Adoleſcens eruditus fuerit, ex iſtius ore verba illa, ad tyrannum facta, producit: *Romæ nutritus, & eruditus omnem legem ſanctam & divinam*. Vides Sanctum, mentionem ſacientem eruditionis ſuæ, quam Romæ hauſit, non de Grammaticæ Rhetoricæ, vel Philoſophiæ inſtitutionibus feciſſe ſermonem; ſed de ſacris, diviniſque ſcientiis? Narrationi huic Adonianæ luculenter quoque ſavet Sacramentarium Gregorianum (a nobis infra producendum) ubi de Sixti magiſterio in divinitate loquitur, erga Sanctum Adoleſcentem exercito. Quo intelligas, quam minus apte verbum, *nutriri Romæ*, interpretari debeat in toto rigore circa rem, de qua ſermo eſt; adeo ut ad lactentem Laurentium ſit referendum. At id vellent adverſarii, ut Hiſpanorum inconcuſſa traditio de illius in Hiſpania eruditione circa humanas litteras refellatur: quaſi Gregorius, & Ado hujuſmodi rei aliquando meminerint, dixerintque, noſter Infans Romæ fuerit ablactatus.

7. Atque hæc de Puerili Sancti Laurentii ætate, ejuſque adoleſcentiæ exordiis dixiſſe ſufficiat. Reliqua enim per id temporis geſta ejus penes auctores obſcuro ſub ſilentio deliteſcunt: perſuaſi quanquam ſimus, quod copioſiſſima gratiæ dona, quibus affluenter ditatus erat, otioſa in ſe ipſo jacere nullo pacto pertulerit. Et licet parvulus tum eſſet corpore, Spiritu tamen ſemper magnus, non dubitamus, ſemper exultaverit quaſi gigas ad currendam altiſſimæ perfectionis viam; cavens, ne in vacuum gratiam Dei exuberantem recepiſſet; vel maxima ſibi talenta contradita in terram abſconderet; quo largitoris Domini timendam indignationem incurreret. Hæc a Patribus confirmata recipimus, dum ajunt, nulla eum peccati macula unquam fuiſſe reſperſum: quod complectitur ſive commiſſionis, ſive omiſſionis reatum. Supereſt ea propter, dicamus quippiam de ipſius ex Hiſpania diſceſſu. Multitudo quippe non pauca Scriptorum Hiſpanorum id facti contigiſſe narrat, occaſione Beati Sixti, per cæſarauguſtæ Metropolim, in Aragoniæ regno ſitam, tranſeuntis; qui ſanctiſſimum videns adoleſcentem Laurentium in illa ſtudiorum univerſitate moribus & doctrina valde conſpicuum, eum, votis ſuis libentiſſime annuentem, ſecum Romam duxit. Bollandiſtæ tamen relatum ejuſmodi factum amandant ad fabulas, ubi de vita Sancti Sixti tractatum habent ſub die Auguſti ſexta §. VII. En illorum argumentum num. 68. paucis perſtrictum. Hiſpani referunt, in eorum Regnum conceſſerit Pontifex Sixtus celebrandæ Toletanæ Synodi cauſſa: e cujus abſoluti Concilii loco recedens, ac Cæſarauguſtam ingrediens, ſanctum ibi Laurentium invenit, ejuſque ſcientiæ & ſanctitatis fama permotus, eum ſibi ſocium itineris adjunxit, ut ſimul Romæ conſiderent. Auguirrius autem Cardinalis Hiſpanus tom. I. Collect. Concil. Hiſp. multis oſtendit, prædictum Concilium intra limites ſolius poſſibitatis manere; ex qua ſola poſſibilitate nonniſi temere proceditur ad factum aſſerendum: Sic & temere ſit tranſitus ad affirmandum, ajunt Bollandiani, *adventum S. Sixti in Hiſpaniam, eidem* acto Concilio *ſuperſtructum. Sane fieri nullo modo potuit, ut Sixtus ſui Pontificatus tempore tam brevi, ideſt menſium* II. *& ſub gravi, qua premebatur, ſenectute in Hiſpaniam perrexerit, ibi Concilium Toleti celebraverit, redieritque cum Laurentio Romam: vel ſi hæc intervallo tam brevi perficere datum illi fuiſſet; quid temporis tribui Laurentio poſſet, quo Romæ nutriretur, & erudiretur? Quid pro ejus promatione ad Romanum Archidiaconatum? Quidve pro commendabili exercitio illius officii, quo maximam apud Deum & homines conſequutus eſt laudem?*

8. Verum licet fere omnes Hiſpaniarum ſcriptores affirment, Sixtum Pontificem ſe in Hiſpanias contuliſſe, Sanctumque Laurentium ſibi adlegiſſe in reditu Socium; non tamen omnes conveniunt in deſignatione cauſſæ ac temporis ejuſdem itineris. Sunt plane, qui rem deſcripſerunt actam, juxta relationem Bollandiſtarum, hactenus expoſitam; cauſſam adducentes celebrandi Toletani Concilii. Alii autem etſi concedant ejus illuc adventum; negant tamen, iter peractum fuiſſe ab eodem Pontificatus ſui tempore; ſed quum eſſet ætatis mediæ, ac de primoribus Romanæ Eccleſiæ, miſſus fuerit Toletum a Pontifice uti Legatus ad inſtructionem novellarum tum Eccleſiarum. Alii demum contendunt, Hiſpaniam petiiſſe haud cauſſa Concilii, haud Pontificatus ſui diebus, haud tanquam

quam Papæ legatns, ſed dumtaxat prædicandi gratia Chriſti Evangelium illis gentibus. Ceterum facti ſubſtantia eſt, quod Sixtus eo loci advenerit, in qua omnes Hiſpani conſentiont; diſcrepant ſolummodo in deſignanda facti cauſſa. Tertia prædictarum opinionum nullis Bollandiſtarum obiectationibus videtor obnoxia: pro qua ſtare cenſentur, quotquot, nulla de Toletano Concilio habita mentione, ſcripſerunt, Sixtum Pontificem in Hiſpaniam appuliſſe, ac illam luſtraſſe regionem, quacunque demum Religionis ampliandæ, vel tuendæ cauſſa: indeque ſuo functo munere, per Cæſarauguſtam tranſiens, aſſumto viæ comite Lautentio, Romam repetiit. Vocabulum namque *Pontifex* ſine ulla temporis circumſtantia prolatum, V.G. ſine addito, *quum eſſet*, recte poteſt admittere ſenſum, ut ajunt Scholæ, *diſtractivum* ab hac vel illa differentia temporis; capax quum ſir præſentis, vel præteriti, vel futuri. Sic paſſim dicitur: Pelagius primus, vel Gregorius Magnus, Pontifices Conſtantinopolim adiere, ibique commorati ſunt; non quaſi hoc egerint, quum eſſent Pontifices, ſed antequam tales crearentur. Neque aliter aſſeritur, unum, vel alterum librum eſſe iſtius, vel alterius Pontificis fetum, quamvis hunc, vel illum Pontificatus ſui tempore minime compoſuerir, ſed priuſquam eam aſcenderet dignitatem.

9. Addit Sollerius ſuis cum ſociis loc. cit. *Rogatos volumus eruditos Hiſpanos, ut idoneo aliquo documento vetuſta nobis hoc ediſſerant.* Rogati Doctores Hiſpani, ut ex alibi dictis conjicimus, reſpondent: Vetuſta noſtra ferme omnia documenta in vaſtatione Maurorum miſerrime incendiis periere. A Patribus noſtris eam de Sixti in terram noſtram acceſſu eruditionem accepimus: *Patres noſtri narraverunt nobis*. Regulam Deuteronomii ſervamus cap.32. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi: Majores tuos, & dicens tibi:* *Nec* non Eccleſiaſtici monitum cap.8. 11. *Non ſe prætereat narratio Seniorum: ipſi enim didicerunt a patribus ſuis*. Narrationes, quæ apud Patres & Seniores noſtros in controverſiam revocantur, aut omnimodis reſpuuntur; reſpuimus, vel in controverſia, ut extant, relinquimus: quæ vero unanimi conſenſu retinentur, nos quoque firmiter retinemus. Conſtans in nobis traditio communiter viget, quod Sixtus in noſtra venerit, atque hinc Romam revertens, Laurentium ſecum duxerit. Solum novimus controverſum, quanam ex cauſſa Sixtinum iter fuerit ad nos directum. Unum, quod certi habemus, fideliter ſuſtinemus; alterum in ſua dubietate ſpatiare permittimus.

10. Quid certi eſſe poterit, Sollerius inſtat, ubi vera permixta ſunt falſis, etiam ſi reapſe ſint vera? Nihil ſane, reſumunt Hiſpani, ubi nullum in utriſque adſignari poteſt diſcrimen ab eruditis quantumvis viris. At quum firmo, prudenteque illorum judicio certa traditio ab incerta vel dubia traditione ſecerni poteſt; non ſic vera ſalſis permixta cenſenda ſuor, ut unum ab altero ſegregari nequeat. Certa traditio nationalis ea eſt, quæ communi totius nationis conſenſu ſine ulla dubitatione complectitur: incerta vero, pro qua hinc inde diſceptatur haud contemtibilibus ex utraque parte fundamentis. Primi generis eſt illa traditio acceſſus Sixti ad Iberos, ejuſque receſſus cum Laurentio. Secundi altera, quæ cauſſam reſpicit illius itineris. Alii namque dicunt, id Sixtus peregerit verbi Dei prædicandi gratia in converſionem Paganorum; alii ad inſtruendas Romanis Sacris Ritibus erectas ibidem Eccleſias; alii ad confirmandos fideles in doctrinis catholicis, eoſque præſervandos a Tertullianiſtarum tum ſuccreſcentium erroribus; alii & forte magis ſulide reſpondent: ob ignotos nobis fines. Subſtantia rei eſt, quod communi noſtratum conſenſu tenetur, tentumque perpetuo ſine ulla contradictione fuit; nempe verbum traditum de adventu Sixti in Hiſpaniam, ejuſque cum Laurentio diſceſſu. Huic verbo ſuperſtructa creditur illa vana relatio Toletani primi Concilii, ſeculo celebrati tertio.

11. Ceterum neque apud ſolos Hiſpanos hæc ab antiquis ſæculis vera traditio viguit, vigetque ad hodiernum uſque diem, quin a Scriptoribus alienæ nationis confirmatur. Quandoquidem Januenſes ab immemorabili ſuis cum hiſtoricis teſtantur, Sanctos Sixtum & Laurentium ex Hiſpania io oram liguſticam appuliſſe; ingreſſoſque urbis portam prope mare in propinquum quoddam parvum hoſpitium humaniter fuiſſe receptos. Atque ut progreſſu temporis ad civium pervenit aures, receptum olim a ſe juvenem hoſpitem ſupremam Romæ martyrii palmam ex ſæviſſimo Fidei hoſte retuliſſe, clarum illud hoſpitium in Eccleſiam converterunt, ejus dicatam nomini. De qua re ſerius dicturi ſumus in gloria poſthuma ſub capite de Eccleſiis Cathedralibus, ejuſdem Sacratiſſimi Martyris titulo inſignitis. Neque hac ſola contenti memoria, quam Sancto Laurentio excitarunt anno, ut ipſi ferunt, reparatæ ſalutis 262. ſive ab ejus paſſione certio; portam quoque, per quam beati viatores ingreſſi ſuot urbem illam, appellatam exinde voluerunt *S. Laurentii* nomine. De qua etiam loquitur S. Gregorius Papa lib.2. Dialog. cap.56. ubi horrendum narrat cujuſdam mortui tintoris exemplum circa humatum iſtius corpus *in Eccleſia S. Januarii* (librariorum error exiſtimatur, corrigendus) *Sancti Geneſii Martyris*, quam Ma-

gnus ille Pontifex *juxta portam S. Laurentii* ſitam dixit. Vide Jacobum de voragine Bergomenſem *in Suppl. Chronol.* lib. 8. ad ann. Chriſti 260. Petrum Roſſettum Gallum *in S. Laur.* Joannem Blakeum Anglum lib. *de Mund. Æt.* edit 1462. Alioſque luſtrare licet apud Auguſtinum Calcagninum Metropol. Eccl. Januen. Can. Pœniten. Tract. *de Imagine Edeſſena*. Teſtimonium etiam illuſtre hujuſmodi traditionis eſt Parochiale templum eadem in Urbe; ſub nomine Sancti Sixti Papæ & Martyris erectum, ſatiſque vetuſtum; quo Januenſium Majores excitare quoque voluerunt in poſteris memoriam appulſus ejuſdem Pontificis una cum Sancto Laurentio ad maritimam eorum oram: quemadmodum affirmant ipſimet poſteri, factorum Patrum ſuorum conſcii multo melius, quam eſſe valeant Scriptores exteri. Mirum quantum hinc roboris ſumat, quantum & luminis Hiſpanorum laudata Traditio; licet eam pauci adverſarii vellicare conentur; ubi ex oppoſito in illius veritatis defenſionem tot adſunt teſtes vel ex auditu, quot ſunt januæ concives, atque in iis etiam viri cum dignitate, tum doctrina, prudentia, & generis claritate conſpicui; deceptioni vulgi haud facile obnoxii.

12. Objiciet aliquis, citatos pro Januenſi traditione ſcriptores errore celebrati Toletani Concilii ſæculo tertio laboraſſe. Ita plane; ſicut & olim complures, Scientiæ Chronologicæ lumine deſtituti, putarunt, Sanctos Sixtum & Laurentium ſub Decio abſolviſſe martyrium. Unum & alterum mendum ſubſtantiæ hiſtorici facti ſuperſtructum fuit: & quemadmodum illud poſterius non infirmat ejuſdem facti ſubſtantiam, nempe quod Sixtus & Laurentius Martyres fuerint; licet non ſub Decio, ſed altero imperante tyranno: ſic erratum de celebrato Toletano Concilio ſæculo tertio non inficit veritatem itineris Sixtini verſus Hiſpaniam, quanquam altera (quæcunque illa fuerit). occaſione res evenerit.

13. Longe diſparia, reponet, ſunt momenta, quæ militant pro una, & quæ pro altera adſertione. Sic profecto: ſed neque argumentum noſtrum intendit æqualem adſtruere in utriſque articulis certitudinem, quæ aliter atque aliter a diverſis progreditur monumentis. Solum contendimus reprobare tranſitum, qui fit ex una falſitate comperta in eodem ſcripto, ad alteram minime deprehenſam, & quidem in rebus nullum habentibus invicem neceſſarium gluten; ſicut ſe habent invicem iter Sixti in Hiſpaniam, & celebratum Concilium Toletanum: quaſi celebrationis iſtius veritate cadente, ruerit pariter itineris memorati veritas: Perinde ac ſi nulla altera ſuppetere potuerit Sixto itinerandi cauſſa Hiſpaniam verſus; licet ſcriptores, Chronologiæ expertes, fuiſſe crediderint eam, quam expoſuere; quamque fortaſſe hauſerunt ex aliqua particulari traditione corrupta, vel etiam vitiato codice. Ceterum ſemel non conſtet, ſcriptores dolo malo voluiſſe lectorem decipere, vel in una ſuorum voluminum narratione, aut adſertione (qua in poſitione dignum foret iis adimere fidem in univerſis, quæ narrant, vel afferunt) indubitanter ipſe lector gravem illis irrogaret injuriam, ſi, vel uno errore detecto, in quod vel ex inſcitia, vel ex inadvertentia, vel ex alia innocenti cauſſa lapſi ſunt, cunctis eorum voluminibus detraheret, tanquam nullius fidei. Nec reputatur niſi fallax illud argumentum: Erravit is auctor in uno; igitur erravit in ceteris. Indignum ſiquidem eſt gravi homine ita vagati, & exilire ſermone, uti hodierni nonnulli amant Critici; quorum modeſtiores ii ſunt, qui aliqua falſitate comperta, & ſi reliquum facti non omnino damnent; ſine ulteriori tamen fundamento inſimulare falſi vel ſuſpicando non deſinunt. Unde tantum abſurdi ſequitur, ut humana pene omnia documenta ſcriptorum in dubium audeant revocare, non ſine graviſſimo totius Eccleſiæ ſcandalo, ac detrimento; nullus quum, ut pluries diximus, ſit fere hominis liber, quantumvis ſancti, quantumvis docti, in quo nævus aliquis erroris non appareat, aut falſi.

14. Atque hæc ſatis dicta ſint, ad vitæ noſtri Martyris primitias pertinentia: quæ, ut fieri potuit, illuſtranda ſuſcepimus, tot quum eſſent ambagibus involuta, ſcriptorumque oppugnationibus divexata; ut facile dixeris, hodiernum Criticorum ſtudium eo collineare, quo veterum Sanctorum actis denſiores creet tenebras præ umbris, queis illa obfuſcavit antiquitas. Præſtat igitur, animo intendamus eum in locum, quo Laurentium divinis præordinationibus anteibant & honor ſummi Diaconatus, & incomparabilis gloria paſſionis.

CAPUT

CAPUT IV.

De Adventu Sancti Laurentii ad Urbem. Mira quædam divina præludia eorum, quæ futura erant triumphi virtute novi hujus Incolæ ibidem, exhibita circa tempus adventus ejus eo loci. Secunda illic educatio ejus. Tamaii perſuaſio, reſpectu ipſius Leviticæ Ordinationis apud Cæſarauguſtam, retunditur. Hæc, ſuademur, Romæ acta fuerit a Sancto Lucio Papa & Martyre, poſtquam ſub Pontifice Sancto Fabiano fuiſſet initiatus Acolythus, & Subdiaconus. Portenta, quæ contigerunt paullo poſt ejus ſuſceptum Diaconatus ordinem, in præſagium, quod magnus iſte Levites ſuis ignibus incenſurus erat diaboli regnum. Expenduntur ad illuſtrationem actorum Sancti Laurentii, quæ pro tempore munia eſſent ſeptem Epiſcopalium Levitarum; & quid peculiare iſtis Romæ. Quomodo in omnibus ad ſuum ſpectantibus officium ſeſe geſſerit noſter almus Diaconus ſive tranquillis, ſive turbatis diebus, nempe vel pacis, vel perſecutionis, aut peſtilentiæ, & famis. An Philippum Imperatorem ad Chriſti fidem converterit. Corporea Sancti Levitæ ſpecies teſtimoniis complurium Patrum, & ex geſtis Sancti Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis oſtenditur. Breviter agitur de Leviticis antiquis ſacris veſtibus &c.

SAnctum Laurentium Romam perveniſſe ſub initiis adoleſcentiæ ſuæ, jam Gregorii & Adonis calculo firmatum aſpeximus: quibus conſonat Dionyſius Carthuſianus Serm. v. de S. Laur. inquiens: *Sanctus Sixtus adoleſcentem Laurentium, omni morum probitate conſpicuum, atque in actibus virtuoſis præclarum, ſibi conjunxit*. Porro quod addit: *Et ſuum Archidiaconum fecit*: non ad adoleſcentiæ, ſed ad juventutis ipſius tempora referendum eſt: nimirum quum poſtea perſectæ jam eſſet ætatis, & per inferiores ad ſuperiores tranſiſſet ordinum gradus, ſervatis de more antiquo ſtatutis inter unum & alterum ordinem interſtitiis, donec initiatus Diaconus inveniretur (uti ſuo videbimus loco) ac Sixtus ipſe ſummus fuiſſet Puntiſex renuntiatus. Hæc Dionyſius non diſtinxit, ſicut nec cæteri vetuſtiores Patres; quia non hiſtorici, ſed oratoris munus obibant; cui multa, inter ſe juxta ordinem hiſtoriæ diſſita, in unum ſimul congerere licet. Senſus itaque hiſtoricus hic eſſe debet, nimirum: *Sixtus*, quaſi parcns, curator, & Magiſter, adoleſcentem Laurentium *ſibi conjunxit*, ideſt in ſua recepit, nutrivit, ac in Sacris ſcientiis crudivit. Juvenem vero ſactum, Levitamque conſecratum, & ipſe tandem ſenex, maximus inauguratus Pontiſex, *ſuum Archidiaconum fecit*. De adoleſcentiæ itaque tempore hujus tam præclari Diſcipnli, ac de iis, quæ tali ſuh ætatc geſta fuerint, præſenti capite agendum eſt nobis. Ætas hæc hominis communiter illis circumſcribitur annis, qui numerantur a quintodecimo ad triceſimum. Quamobrem ſicut capite II., Petri Chryſologi teſtimonio ducti, natum Laurentium ſignificavimus circa Chriſti annum biſcentenſimum viceſimumſextum; ita nunc Romani Reſponſorialis, necnon Adonis, aliorumque Scriptorum documentis inhærentes, quibus cæleſtis homo aſſeritur, *Romæ nutritus, & eruditus*, totam fere adoleſcentiam ejus ibidem exactam affirmamus; nempe a ſexto decimo ſuæ vitæ anno, qui reſpondit biſcenteſimo quadrageſimo ſecundo Chriſti Domini, ad uſque biſcenteſimum quinquageſimum ſextum, qui ſuit ætatis Laurentii triceſimus. Adnotato autem anno 242. Dei Eccleſia ſumma fruebatur pace, Gordiano juniore Imperii gubernacula tenente ab anno 238. ad 244. Navis vero Petri clavum Sancto Fabiano dirigente, qui tantæ ſanctitudinis vir ſuit, ut Spiritu Sancto præmonſtrante ſub viſibilis Columbæ ſpecie, ſuper caput ejus inſidentis, Pontiſex maximus eligi meruerit anno Domini 239. Rexitque Dei Eccleſiam uſque ad annum 251. juxta probatiſſimum, quod ſequimur, Du-meſnilli Chronicum, conſentiente Petavio in Chronologica tabula Pontificum Romanorum; quanquam non item circa tempus collati eidem Pontificii, quod ponit ad annum 236. Ceterum decens ſuit, ut in terra Sanctæ Eccleſiæ pax eſſet; quum illuc veniret Adoleſcentulus ille, qui, velut Angelus pacis, banc aliquando evangelizare futuram, ſtabilem, atque firmam populo Dei, miſſus ſuerat: ſicut ioſra videbimus.

2. Quod autem in Chronographis legimus ad annum Chriſti 242. (quo circiter ponimus, beatiſſimum adoleſcentem noſtrum Romam ex Hiſpania perveniſſe) terra inſolitis ſuerit concuſſa motibus, ac conſequenter idola ſuis eum delubris contremuerint; illud nobis indicare voluiſſe videtur, nimirum novi hujus in carne An-

Digitized by Google

Angeli in Urbem adventum quodammodo contigiſſe in ſimilitudinem illius, de quo in Evangelio reperimus ſcriptum Matth. xxviii. 2. *Ecce terremotus factus eſt magnus*, *Angelus enim Domini deſcendit de Cœlo*: Niſi etiam factum ſit, ut idola contremiſcerent, accedente Laurentio ad Imperii caput, adhuc paſſim infidelitatis tenebris involutum, nempe ad ſimilitudinem ſimulacrorum illorum, de quibus Iſaias cap. 19. ℣. 1. vaticinatus fuerat, dicens: *Ecce Dominus ingredietur Ægyptum*, *& commovebuntur ſimulacra Ægypti a facie ejus*. Nam & Ægyptus interpretatur *tenebræ*, typus præſertim Urbis Romæ, infidelium Imperatorum tempore, idololatriæ tenebris occupatæ: Quæque Urbs etiam *Ægyptus* dici poterat, prout quoque iſtud vocabulum ſonat *tribulans*, *vel ad anguſtiam redigens*: nullibi enim Chriſti fideles, veri Iſraelitæ ſecundum Apoſtolum, altius afflicti, atque ad anguſtiam redacti ſunt, quam in ea civitate, quæ cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſerviebat erroribus. Merito iccirco, adveniente illuc beatiſſimo Chriſti adoleſcente, illius contremuere idola, quæ virtute triumphi Levitici aliquando deturbari debebant ab aris ac templis, conteri ac frangi, immo & ipſa fana ſubverti, & incendi. Adi Prudentium in Periſteph. ſtroph. 2. 3. & 128. Novimus Baronium poſuiſſe hunc terremotum ad annum Chriſti 243. e contrario Pagium ad 241. At exploratum omnibus quum ſit, rem contigiſſe ante Gordiani expeditionem ad bellum Perſicum, anno ſcilicet quinto Imperii ejus, nec non ipſius conſulatus ſecundo cum Claudio Pompejano, nos ſequentes alibi laudatam Haloandricam conſulum ſeriem, ubi iidem adſignantur conſules anno 242. recte concludimus anno iſto terremotum accidiſſe. Quamquam ſi aliter res foret, vel juxta Baronium, vel Pagium; adhuc ſubſiſteret allata pia noſtra expoſitio; ſatis dum nobis eſt, quod circa id temporis factum evenerit: quemadmodum poſuimus Sancti ad Urbem adventum circa annum eundem.

3. Sub eodem item anno 242. Spondanus ex Baronio adnotat numer. prim. *In Eccleſia pax fuit tranquilliſſima*. Et num. 3. addit: *Pace Eccleſiæ bene uſi ſunt Eccleſiarum Præſides*, *chriſtianam religionem propagare*, *propagatamque illuſtrare Ædificiis pro viribus ſtuduerunt*. *Nam*, *ut cæteros taceam*, *qui in ſuis paræciis id præſtitiſſe reperiuntur*, *habet liber de Rom. Pont. Fabianum Papam multa ædificia in cæmeteriis Romæ fieri juſſiſſe*: *quippe quæ in cryptis arenariis ſubtus terram latebant ſepulcbra Sanctorum Martyrum*, *in quibus ſynaxes a fidelibus baberi conſueviſſe vidimus*, *erectis deſuper ædificiis*, *reddita ſunt clara*, *& conſpicua*. Quid profecto pax hæc, & publica ſacrorum ædificiorum erectio tempore Laurentiani adventus in Urbem indicare voluere; niſi quod idem Divinus Adoleſcens eſſet Angelus veræ pacis; cujus mirifice paſſionis virtute ſolidam Eccleſia conſequutura erat pacem; & conſtruenda ritu Chriſtiano forent templa, in perpetuum duratura? Ita ſane; nam & iſtorum illa fuere præludia, quæ non multo poſt ſub Diocletiani perſecutione, velut umbræ, quæ tranſeunt, diſparuere, ædificiis illis funditus everſis, chriſtiana tranquillitate ſublata: ubi ex adverſo, quæ futura proſpera ſanctiſſimæ religioni Angelus noſter nuntiavit, ſtabilia manſere a ſæculo iv. ad hæc uſque tempora, ſicut videmus adhuc ſub oculis noſtris. Laudatum vide Prudentium a ſtrophe 119. ad 121.

4. Quantum porro ipſe Adoleſcens ingenuus Sixtina ſub educatione profecerit in ſpiritu & litteris; quum non minus pietatis ardore, quam acumine ſplenderet ingenii; conjici poteſt ex muniis, ad quæ, vocante Deo, eſt deinde feliciter ſublimatus. Dignus plane tanto Doctore Diſcipulus, qui quum Magiſtri ſui doctrinam & opera ſequeretur, meruit hæres eſſe dignitatis illius; quum ea relicta, Præceptor ipſe Cathedram Romanam aſcendit. Dixi, Laurentium dignum tanto Doctore; quandoquidem Sixtus in celebri Athenarum univerſitate illuſtris Philoſophus, gentium ſuperſtitione rejecta, omnigena ſacræ ſcientiæ eruditione ita refulſit, talique vitæ ſanctitate præcelluit; ut a Pontifice Stephano Archidiaconatu Romano donari promeruerit; & poſt illius mortem Sacerdotii ejus dignitate veſtiri. Lege Hierolex. Dominici Marci verb. *Archidiaconus*. Omnem vero ſacram eruditionem ſuam Laurentius a Sixto hauſerit; ipſemet teſtatus eſt apud Ambroſium lib. 1. Off. cap. 41. Pontificem eumdem alloquens, ac dicens: *Et nunc*, *Pater*, *offer filium*, *quem erudiſti*. Explicavit autem, de qua eruditione intellexerit ad Sixtum loqui; quum poſtea tyranno ait: *Romæ nutritus & eruditus omnem legem ſanctam*, *& divinam*. Plures quidem filios erudivit idem Sixtus cum divinis litteris, tum Eccleſiaſticis legibus; ſed præ omnibus eum, de quo loquimur, quem ab ipſius adoleſcentia inſtruendum peculiariter aſſumſit, ac numeris omnibus ſacra imbuit ſcientia. Nam quod in Gregorii ſacramentario ſub Præfatione Miſſæ pro die feſto Sancti Sixti legimus, nempe: *Vere dignum* . . . *& in die feſtivitatis hodiernæ*, *qua beatus Sixtus pariter Sacerdos*, *& Martyr devotum tibi ſanguinem exultanter effudit*. *Qui ad eandem gloriam promerendam doctrinæ ſuæ filios incitavit*, *& quos erudiebat hortatu*, *prævenîebat exemplo*: Manifeſtum eſt, eum dumtaxat

xat habere ſenſum , ideſt , quod prædicationibus & exhortarionibus ſuis incitaverit elericos auditores ad ſubeundum pro Chriſto martyrium , cujus rei dedit exemplom , præveniendo illos in paſſionibus perſerendis . At ubi ſermo eſt de cura Laurentianæ inſtructionis , ab eodem Sixto adhibita , tempus eerte diuturnum inſumtum fuiſſe concludit ; ut omni ſapientia & doctrina ſacra Adoleſcentulum ſuum erudiret , informaret , atque perficeret ; quo poſſet is laudabiliter collata ſibi Eccleſiaſtica exercere munia . Supereſt icciroo ſentiamus , ſpatio circiter annorum ſeptem Sanctiſſimus Adoleſeens in ſcbola eruditionis omnigenæ illius magni Magiſtri , maxime vero interiori Spiritus Sancti magiſterio omni ſapientia & ſcientia repletus fuerit . Maturæ vero jam quum eſſet ætatis , annorum videlicet XXIII. currente reparatæ ſalutis anno CCXLIX. videtur , agente Sixto apud Fabianum Pontificem , Subdiaconatus ordinem ſuſceperit : niſi forte id evenerit anno ætatis XX., juxta morem illorum temporum : uti liquet ex decretali Siricii Papæ ad Himerium, ſecundum Pithæi correct. in jus canon.

5. Egregie ideoque ſalluntur, qui putant, laudatum bune Magiſtrum & Doctorem , ingraveſcentibus ſenectutis ſuæ annis , Sanctum noſtrum Alumnum erudiendum excepiſſe ; effingentes, Sixtum in decrepita ætare hinc ad Dominum migraſſe ; nulla quum id ſolida ratione convincatur : quin potius , ſi ſtare velimus verbis orls ipſius , ab Ambroſio , & Adone relatis, vix comperiemus eum ſupra ſexagenarium ex humanis deceſſiſſe ; qui Laurentio , ſibi obviam venienti paſſionis ſuæ tempore, illa protulit verba : *Nos quaſi ſenes levioris pugnæ curſum recipimus : te autem quaſi juvenem manet glorioſior de tyranno triumphus*. De ſua ætate decrepita heic nullum eſt verbum , ſed unice de ſenectute . Quid , ſi particulam *quaſi* adjectam vocabulo *ſenes* , ſic intellectam acciperemus , uti additam alteri vocabulo *juvenem* , nimirum ad indicandum heic primordia juventutis ; illic vero initia ſenectutis ? non enim dicta particula ſemper ſonat , ac altera , *perinde ac ſi* ; ſed , quemadmodum (ut advertunt ſuper cap. I. Evangelii Joannis Chryſoſtomus , Theophilactus , & Euthimius in expoſitione illius ſententiæ Ṽ. *Vidimus gloriam ejus gloriam* quaſi *unigeniti a Patre*) optime hæc particula , *quaſi*, ſenſum reddit , veluti ſi diceretur, *talem* , *qualis decet &c.* ſic ad rem noſtram referre poteſt eam ſignificantiam , ideſt: *Nos levioris pugnæ curſum talem recipimus*, *qualis ſenem decet* : *te autem talem*, *ſuſtinere oportet luctam* , *qualis decet Juvenem* ; ita ut in utroque comparato veritas juventutis eirca unum , & ſenectutis circa alterum agnoſcatur . Unde mirum ſit nemini , quod dixerimus, particulam , *quaſi* eo loci concipi poſſe aptatam ſubjectis in una , vel altera ætate *jam poſitis* , minime . *Illam non ingreſſis* : ne ſorte contra noſmet ipſos pugnare videamur , qui ſupra deliberavimus , imbecillis haud ducti rationibus , Sanctum Archidiaconum noſtrum circa triceſimum tertium ſuæ vitæ annum triumphorum ſuorum metam attigiſſe , ſive tertium ſuæ juventutis . Haud aliter ſine reprehenſione de incepta jam ſenectute Sixti ſentire poſſimus verbum ; niſi obſtet annoſum aliquod documentum , probans eum ſuiſſe longioris ætatis, quod hactenus nos later. Sed qualitercunque ſe res habuerit , illud certum tenere debemus , Sanctum nempe Pontificem erudire neutiquam potuiſſe beatiſſimum Auditorem ſuum in ultimis propriæ ſenectutis annis ; quum ingentes ſummi Archidiaconatus ſuſceperat curas ; erudire, inquam , eum neutiquam potuiſſe Theologicis , Canonieiſque exercitationibus : minuſque dum Pontificem agerer , univerſalis Eccleſiæ diſtentus occupationibus , ea præſertim tempeſtate Sacerdotii ſui , qua , ut multi ſcribunt, Sabellii hæreſis ſuborta eſt , primumque a Sixto damnata ; nec non , qua vigebat adhuc magna illa controverſia de validitate Baptiſmi , hæreticorum manu collati , ſub deceſſore Stephano inchoata , nec dum eompreſſa ; donec ejuſdem beati Sixti ſolicitudine tot poſt litteras ultro , citroque datas inter ſe & Dionyſium Patriarcham Alexandrinum , Eccleſiæ Romanæ dogma ab Africanis receptum ſuir . Unde Auctor vetuſti Kalendarii Carthaginienſis inquir : *Sixti memoria præ Sanctis Stephano , & Cornelio inde forſan apud Africanos pretioſa fuerit* ; *quod is controverſiam de Baptiſmo hæreticorum compoſuerit* . Vid. Bolland. ad diem VI. Auguſti , in Act. S. Sixt. a num. 17. ad 20. Magis autem theſis noſtra confirmatur , quories animadverterimus , concedendum ſuiſſe Laurentio tempus, qoo non jam Diſcipuli, ſed Magiſtri ſuſceperir munia, ideſt , Regionarii Diaconatus , ac poſtmodum Archidiaconatus : quæ omnia , ut minus , ad ſexennium extendi debenr, ſicut videbimus, quum de iis agendis occaſio ſe nobis offeret ; Sanctus vero Levita non pluſquam dies tres ſupervixerit Sixto , exploratiſſimum eſt . Per id ergo ſexennii ſpatium fieri potuit ante Sixti mortem , ut refertus apparerer omni ſapientia & ſcientia , qua , teſte Auguſtino ſerm. *Cum omnes* , & plebem fidelium erudiret , & errores æthnicorum manieſeſta caſtigatione convinceret .

6. Sed priuſquam ad hæc majora geſtorum noſtri Martyris tranſeamus ; æquum eſt , omne dubium e noſtris propulſemus animis circa ſuſceptos inferiores ordines ab eodem , antequam

quam ſuerit Diaconus conſecratus. Fuiſſe nanque in uſu poſitam collationem minorum ordinum a primis Eccleſiæ ſæculis perſpicuum ſit ex Ignatii Epiſcopi littera ad Antiochenos, ubi mentio fir de Exorciſtis, Lectoribus, & Oſtiariis, qui vocantur ibidem *Janitores*: De Acolythis autem qnantumvis Ignatius non egerir; præter dubium eſt, eos in Eccleſia extitiſſe, ot liquet ex epiſtola 65. Sancti Cypriani, & ex altera S. Cornelii Papæ ad Fab. Antioch. apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 43. Is enim Pontiſex, qui Romæ ſedebat anno Domini 252. ſcribit, ſuiſſe ibidem: *Presbiteros quidem quatuor & quadraginta, ſeptem autem Diaconos, totidem Subdiaconos, Acolythos duos & quadraginta, Exorciſtas & Lectores cum Oſtiariis quinquaginta duos*, neque diu poſt, Cajus Pontiſex, qoi claves tenuit Petri anno 283. horum graduum hierarchiam confirmavit, uti vetuſtam, & probatam in Eccleſia. Unde ex Pagio ad annum Chriſti 278. Sandinus in Vit. Pont. ſcribit: *Ab eo* (idcſt Cajo) *confirmatum dicitur Eccleſiæ vetus inſtitutum, ut clerici per ſeptem Ordinum gradus documentum ſui dantes, tenderent ad Epiſcopatum*. Quod vero ſpectat ad beatiſſimum Adoleſcentem noſtrum, non reluctamur admittere eum Hiſpanis ſcriptoribus, eum initiatum ſuiſſe in ſua pueritia, (quæ ad quintum decimum vitæ annum extenditur, juxta laudatum alibi Varronem) quibuſdam minoribus ex enumeratis Eccleſiæ ordinibus a Cæſarauguſtano Antiſtite; ut in ſuo Martyrologio Hiſpanico Tamajus refert. Siquidem veriſimile apparet, Puerum Dei amore ſemper accenſum, magnoque gratiæ lumine illuſtratum, Eccleſiæ ſervitio ab annis teneris ſe mancipare voluiſſe, puta, Oſtiariatu, & Lectoratu, vel etiam in exordiis adoleſcentiæ Exorciſtatu; non item, reor, Acolythatu, qui ordo ex Siricii, ut conſtat, Decretali, non conſerebatur, niſi poſt biennium a die collati Exurciſtatus. Et quia ſub Adoleſcentiæ initio tenemur ponere Laurentii ab Hiſpania diſceſſum, ut Gregoriani Reſponſorialis, & Adoniani Martyrologii ſequamur doctrinam (majoris nobis ponderis præ Hiſpanorum ſcriptis) Concedere neutiquam poſſumus, Sanctum Adoleſcentem Cæſarauguſtæ commoraſſe ad annum uſque decimum ſeptimum. Tam longe abeſt, ut ſentire velimus eum citato Tamajo, eodem loci & Subdiaconum, & Diaconum inſtitutum ſuiſſe, immo & Archidiaconatus officio functum eſſe. Id enim non aliud ſoret, niſi omnem evertere hiſtoriæ veritatem. Nam in poſitione iſta oporterer admittere, Sanctum Laurentium Romam acceſſiſſe poſt exactum triceſimum ætatis ſuæ annum; quod a cordatis ejus vitæ ſcriptoribus omnino alienum eſt.

7. Satius iccirco ducimus, ne latum quidem diſcedere unguem ab inſtructione laudati Siricii circa ordinationis tempora: nimirum circa annum ætats XVII. Sanctus noſter fuerit acolythatu initiatus, ſervatiſque interſtiis, non ut modo ſunt, ſed longioribus ut eo temporis erant, nempe ad viceſimum vel ultra vitæ annum, Subdiaconus inauguratus ſit. Magis quod XX. annorum numerus præfixus reperitur in præfata Siricii Decretali; ante quod tempus oportebat Clericos in inſeriorum ordinum gradibus exerceri. Quot autem poſt Siricii tempora mutationes factæ ſuerint circa ætatem initiandorum Clericorum, videre licet in part. I. Decreti Diſt. 77. in Clement. lib. I. de ætat. & qual. & ord. Præf., quum rem noſtram minimè tangant. Pro qua ex dictis conficitur, quod Sanctus Adoleſcens ſub Fabiano Pontifice Acolythatus & Subdiaconatus characterem acceperit. Annus enim viceſimus tertius ætatis Sancti Laurentii, juxta calculum a nobis expoſitum, reſpondit anno Chriſti CCXLIX., Pontificatus autem S. Fabiani X. Imperii vero Philippi anno V. Poſſet demum hic quæri, quo in officio Subdiaconalis ordinis a Pontifice deſtinatus fuerit magnus hic Adoleſcens? At petitioni ejuſmodi haud facile ſatisſacere valemus; quum res in obſcuris penitus lateat. Conjicere dumtaxat poſſumus veriſimiliter, ſi non eo temporis (quo laudatum ſuſcepit noſter candidatus ordinem) vacaverit locus inter ſeptem occupari ſolita a Pontificiis Subdiaconis, primus vacans Laurentio tum Subdiacono ceſſerit. Movemur autem ad id ſentiendum: quia nimirum ſeptem circiter annorum ſpatio, quo rum Sanctus noſter Romæ conſederat, nullo negotio innoteſcere Pontificii potuit meritum ſanctitatis & Sapientiæ ejus, ut ad eam proveheretur dignitatem; tanto magis; qood Sixtus tum unus ex primoribus Romanæ Eccleſiæ vel expedite ponere illum potuit uti digniorem ſub conſideratione Sanctiſſimi Romani Antiſtitis Fabiani. Quid antem reapſe factum ſit; novit ille, per quem facta ſunt omnia; dum nobis ad id dignoſcendum deſunt congrua documenta: deeſt quoque vel pura traditio, quæ ore tenus accipitur; ideo a conjecturali ſtatu hac in re minime ducimus recedendnm. Dictum eſt, *inter ſeptem loca occupari ſolita a Pontificiis Subdiaconis*. Per ea nam tempora, Cornelii Papæ teſtimonio, ſeptem ſolummodo erant Diaconi Romani Pontificis, *totidemque Subdiaconi*. Quod vero traditur in Hierolex a Carolo Macri, ſuiſſe olim Romæ Subdiaconos unum ſupra viginti, nempe ſeptem Regionarios, ſive Stationarios, ſeptem Palatinos ſive Baſilicarios, & ſeptem alios, qui conſtitnebant Collegium, quod appellabatur Schola cantorum, qui canebant,

bant, quando Pontifex celebrabat, id, inquam, referendum eſt ad ſæculum quartum, vel potius quintum, In vetuſto autem quodam Vaticano Codice ſolum de iis extat memoria ſub XI. Eccleſiæ ſæculo. Vid. Baron. ad annum Chriſti 1057. num. 22.

6. Quod deinde pertinet ad initiationem noſtri ſanctiſſimi Subdiaconi in Diaconum, ut quippiam dicamus, haud parum luminis afferre videtur nobis Aquiſgranenſe Concilium, anno ſalutis 816. celebratum lib. I. de Inſtit. Canon. num. 6. ubi legitur: *Diaconorum ordo a tribu Levi accepit exordium ... A vigintiquinque annis & ſupra in tabernaculo ſervire ipſis mandatum eſt. Quam regulam Sancti Patres, & in novo teſtamento conſtituerunt.* Unde infertur, ab exordiis Eccleſiæ Chriſti mordicus priſcos Patres hanc regulam tenuiſſe, nihil quum heic Concilium excipiat. Neque in alium abiit ſenſum Carthaginienſe III., actum ſæculo IV. ideſt, an. 397., ſtatuens Cap. *Placuit*; *ut ante vigintiquinque annos ne Diaconi ordinentur*. Hanc igitur conſuetudinem tenuerit Romana Eccleſia ceterarum Magiſtra Eccleſiarum, nullatenus ambigendum videtur: quocirca in ordinatione noſtri Levitæ morem ejuſmodi ſervaſſe, perſuaſum habemus. Non enim officit dubium, quod oriri poſſet ex conſideratione meriti amplioris ordinandi ſubjecti; quo celerius aſſumi potuerit, quam poſtulaverit ætas. Non, inquam, id officit. Nam quemadmodum Fabiani Papæ ſanctione anno 245, juxta Petri Pithæi editionem, Decret. I. Part. diſt. 78. conſtitutum fuit: *Si quis triginta ætatis ſuæ annos non impleverit, nullo modo Presbiter ordinetur, etiamſi valde ſit doctus*: Ita eadem quum recurrat pro Levitis ratio (quæ anima legis eſt) proportione ſervata, quantumvis Subdiaconus valde dignus quiſque inveniretur ulteriori gradu, ad Leviticum certe Ordinem præſumitur, neutiquam eo temporis admitteretur; ſi nondum juxta Sanctorum Patrum ſtatuta, eſſet ætatis XXV. annorum. Porro quum ex firmata poſitione noſtra, Laurentius ad annum XXV. minime pervenerit, niſi currente ſalutis CCLI., ſub cujus initiis Fabianus ad cæleſtem tranſiit Sedem, ſecundum Du-meſnilli Chronicum (quod fere ſemper hiſce in actis ſequimur) vacaveritque Romana Cathedra ad menſes ſexdecim, neque alia ordinatio per id temporis in toto anni circulo fieret, niſi ea, quæ menſe Decembri tenebatur, uti communiter teſtantur auctores cum Amalario lib. 2. de Eccleſ. Off. cap. I. tom. XIV. Biblioth. PP. evidenter hinc liquet, anno commemorato mortis Fabiani, quæ contigit XIII. Kal. Febr. beatum Subdiaconum neutiquam ordinari potuiſſe in Levitam. Quare ſupereſt, inveſtigemus, quid circa rem illam ſic dilatam factum ſit.

7. Et quidem ſcimus, ſcriptores paſſim confundere Leviticam ejus ordinationem cum ipſius provectione ad Romanum Archidiaconatum: quocirca eum ponunt a Sixto Pontifice Levitam conſecratum; veruntamen nullo ſolido innixi fundamento. Notum eſt etenim *Archidiaconi* vocabulum nomen eſſe officii, & dignitatis; non ordinis, & characteris, quos eadem dignitas prius collatos requirit in miniſtro; ut poſſit is ſuo Præſuli de more proxime ad aram miniſtrare. Et quamvis uno eodemque die Laurentio potuiſſet Sixtus Ordinem prius, dein officium conferre, quei tamen nobis perſuaſum facient, ita rem eveniſſe? Quin potius ſcientibus, Sixtum creatum Pontificem die 24. Auguſti, conſtantemque morem Eccleſiæ Romanæ ſupra notatum conſecrandi aræ miniſtros ſemel in anno menſe Decembri; patet, id fieri nequiviſſe, niſi pervento jam ſolito Ordinationis tempore, nuper explicato. Sicque Pontifici opus fuerit ad menſes ferme quatuor deſtitutum iri Laurentio in celebrandis ſacris myſteriis; quod opponitur Adonis actis. Deinde jam Sanctus a primis pueritiæ ſuæ annis ſe divinis obſequiis mancipaverat; jam minores ſuſceperat ordines: poniturque veriſimiliter, anno ætatis ſuæ XXIII. Subdiaconatus ordine (qui tum nec ſacer erat) fuerit circiter initiatus: Docet autem nos Titus Livius: *Antiquis in rebus, ſi quæ ſimilia veris ſunt, pro veris accipiuntur*. Quum igitur Apoſtolicæ Sanctiones præſcripſerint annum vitæ XXV. pro ſuſceptione ordinis Diaconatus; quid cauſſæ intercedere potuit, quominus anno jam expleto XXV. nequiverit noſter beatus Subdiaconus conſecrari Levita, prout inſtituta Patrum concedebant? An ejus deferbuit ardor ad ſe arctius conjungendum Deo per ſolemne caſtitatis votum, Diaconatui tum adnexum; non item, ut modo, Subdiaconatui? Quodque amplius eſt, non ad unum vel alterum, ſed ad ſeptem annos, quot nimirum intercurrunt ab ætatis viceſimo quinto ad triceſimum ſecundum, ſive ab anno Chriſti CCLI. ad CCLVIII., quo Sixtus, ut infra notabimus, fuit ad Pontificatus apicem evectus? Nonne fidelium mens refugit talia de noſtro Adoleſcente Sanctiſſimo ſuſpicari?

8. Neſcio, ſi ad ejuſmodi ſtatuendam in Sancto moram, comminiſci quis velit, dicens: Fortaſſe per illud temporis intervallum non fuerit oblata ſibi copia ſuſcipiendi laudatum ordinem: vel etiam: Non vacaverit locus aliquis inter ſeptem a Diaconis occupatos. Una & altera prorſus futilis excuſatio; contra quas pugnant Eccleſiaſtici annales. Miſſo namque brevi & laborioſo Cornelii Pontificatu, pro quo apud ſcriptores nullum reperio actæ ordinatio-

Digitized by Google

nis verbum; ſane Lucio, io Sanctam Sedem ſuccedenti, alii tres, alii duas (quibus poſtremis adhæreo) ordinationes peractas tribuunt menſe Decembri; io quibus creavit Presbyteros IV., Diaconos IV., & Epiſcopos VII., quandoquidem vixit is Pontiſex, juxta plures Chronographos a die 19. Novembris anni 253. ad 4. Martii 255. Hunc proxime ſequutus eſt Stephanus, implens Petri Cathedram ad annos tres. Et is quoque duas ſimiliter habuit ordioationes, in quibus ſacravit Presbyteros ſex, Diaconos quinque, Epiſcopos tres. Quater igitur noſtro Subdiacono ſe obtulit occaſio Leviticum ſuſcipiendi Ordinem: quomodo prudenter opinari fas eſt, quod nulla ordinationis facta ſit copia ſeptem annorum ſpatio? Nec minus eſt futilis, ut dicebamus, excuſatio altera, quæ cauſſam nullateous lædit noſtram. Non enim heic agimus de Regionaria Laurentii dignitate, ſed de mera ipſius ordinatione in Levitam, quam ponebat Regionaria eadem dignitas, officium præ ſe ſerens, non ordinis characterem. Quod autem ſeribit Cornelius Pontiſex in epiſtola ad Fab. Antioch. ſeptem Romæ per ea tempora ſuiſſe Diaconos, totidemque Subdiaconos, intelligendum id eſt de iis, qui erant in officio adſiſtentiæ apud ſummum Pontiſicem, ſive de Regionariis; præter quos alii erant, & in magno quidem numero, ſimiliter Diaconi initiati; ex quibus deſtinabantur ad aſſiſtendom ceteris Presbyteris, qui a ſecundi ſæculi temporibus diſpoſitione Pontificis Evariſti præſidebant Romanæ Urbis Paræciis: qnique tandem in Concilio ſecundo Romano, ſæculo quarto ſub Silveſtro, cap.6. appellati ſunt *Cardinales*. Ubi etiam ſancitum apparet, ne pro qualibet Parochiali Eccleſia minus quam duo Diaconi deſignarentur. Quocirca nihil noſtra intereſt dubium, utrum nec ne Eccleſiam regente Lucio, primamque ordinationem tenente, locus aliqois vacaverit ex ſeptem Regionalium Levitarum, in quem, nuper tum initiatus, Laurentius Levita ſuffectus ſit. Nobis ſatis nunc eſt, quod Sanctus noſter, tunc exiſtens in ætate circiter XXVII. annorum, & ſecundum ſtatutum Eccleſiæ a ſuis exordiis, ætas requiſita ad ſacrum ſuſcipiendum Diaconatus ordinem, eſſet annorum XXV., certum ut moraliter habeamus (conſiderato ejuſdem Candidati ardore, quo is flagrabat ad Dei obſequium & ſervitutem, nec non ſuorum præſtantia morum ac ſcientiarum.) Levitico ſuerit charactere donatus. Illud etiam perſuaſum habere debemus, (perpenſa tanti viri ſama cum apud Lucium, tum apud Romanum Clerum) ſi ordinationis ejus tempore nullus ſorte ſeptem Diaconorum inventus ſuerit locus vacuus, in quem novus Levita ſubrogaretur, indubitaoter io prima id contigerit vacatione, teſtante Hieronymo, quod nemo per id temgoris Archidiaconus aſſumeretur, niſi eſſet ex ſeptem Levitarom cœtu: *Tract. de ſept. Ordin. Eccleſ.* ejuſque verba inſra recitare oportebit. Impoſſibile ceteroqui erat, ut hanc magnam Deus lucernam accendens in Romana Eccleſia, poneret eam ſub modio; ſed potius ſupra candelabrum; ut luceret omnibus, qui io ea magna eſſent domo.

9. Ceterum ex iis, quæ de Sancto Laureotio in veterum Patrum lectione didicimus, nullum huic theſi noſtræ obſtare poſſe videtur teſtimonium; quum ſolum dicant, beatus idem juveois Sixto Pontifice Diaconatus, ſive Archidiaconatus ſungeretur officio, non item initiatus eſſet Diaconus. Adnotavit utique Sanctus Vincentius Ferrerius inter recentiores ſcribens, quod idem *Pontifex fecit eum Diaconum Cardinalem* (nempe primarium, ſeu Archidiaconum, uti veteres ſcripſerunt Patres; neque propterea intellexit, quod Sixtus ei contulerit Diaconatus ordinem, uti clarum eſt ex iis, quæ ſtatim ſubjicit, dicens: *Licet nondum iſtud officium vocaretur iſto nomine Cardinalis*. Quibus maniſeſte mentem aperuit ſuam, nimirum loqui prius voluiſſe non de ordine, ſed de ordinis officio, cui honor adnexus erat; quem hodie ſibi vindicat primus Diaconus Cardinalis, adſiſtendi videlicet proxime celebranti ſummo Pontifici. Similiter intelligi oportet illud Ambroſii in libro Officiorum cap.42., noſtri Sancti ore prolatum ad Sixtum: *Cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem* (legunt alii, *conſecrationem*) quæ lectio ad idem redit. In adminiſtratione ſiquidem corporis vel ſanguinis Domini Sacrificium latius, completur; quandoquidem eadem victima, ſive conſideretur miniſter eam portigens ori fidelium, ſive fideles, eam ſumentes, quodammodo in Dei laudem offertur, cooſecratur, & deſtruitur; dum ejuſmodi actis mors noſtri Redemtoris exprimitur ratione ſpecierum, tendentium ad conſummationem. Unde Apoſtolus 1. Corinthiorum XI. ita nos inſtruit, ſcribens: *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & Calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat*. Pulchre Cornelius a Lapide in Caput XII. Cor. verſ.18. ſuper illa verba ejuſdem Pauli. *Nonne qui edunt hoſtias, participes, ſunt altaris:* ſic Apoſtoli ſenſum exponit, perinde ac ſi dicat: *Videte, o Chriſtiani Corinthii, carnales Iſraelitas: nonne ipſi, dum comedunt hoſtias Deo oblatas, cenſentur eſſe participes Sacrificii in altari Deo oblati, & conſummare ipſum Sacrificium, ac per hoc quodammodo ſacrificare? Quaſi dicat: Eodem modo, qui comedunt de pane Eucbariſtico*, parti-

participes ſunt Sacrificii Eucbariſtici . Hoc plane ſenſu verbum *Conſecratio* in relato Sancti Ambroſii Codice (ut nonnulli viri graves & eruditi legunt) ſumi debet reſpectu miniſtri, ſacramentum altaris porrigentis; nimirum quia iſti commiſſum erat miniſterium explicatæ hactenus conſecrationis, admovendo nimirum ori fidelium Dominicum ſanguinem manibus ſuis; quæ operatio tendebat ad latius complementum & conſummationem Sacrificii altaris, repræſentantis mortem Chriſti. Ex iis autem liquet, non de ſuo ſuſcepto Diaconatus ordine Sanctum Levitam apud Ambroſium feciſſe ſermonem, quaſi a Sixto illud acceperit Sacramentum; ſed de Officio ſibi commendato adminiſtrandi fidelibus Sanguinem Domini, etiam præſente Pontifice: quod munus Diaconi, virtute ſuſcepti ordinis exercere nequibant; quemadmodum & modo nequennt ſine conceſſione ſoi Præſulis. Quare nihil eſt inde, quod poſitioni noſtræ repugnet, nimirum veluti ſi dictum fuerit, quod a Sixto, non autem a Lucio fuerit Laurentius conſecratus Diaconus. Neque aliter explicare tenebantur Ambroſium Cæſarauguſtæ quondam congregati Patres, qui exorbitantes a vero, dixerunt, S. Laurentium ibidem primum uti Diaconum miniſtraſſe. Vid.opus Hiſpanicum de Eccleſia Palentina.

16. Ad hiſtoricam igitur narrationem redeamus. Interfecto ſiquidem Cornelio Pontifice ſub imperio Galli & Voluſiani die 14. Septembris relati anni 253. in ejus locum ſubrogatus fuit Lucius xx.Octobris ejuſdem anni; quum Laurentius tum Subdiaconus, ut ſupra diximus, annum ageret ætatis ſuæ viceſimum circiter ſeptimum; eodemque ſummo Antiſtite ſacros Ordines candidatis ſuis Clericis conſerente in Decembri ſub die 17., quæ tum incidit in Sabbatum quatuor temporum (quandoquidem littera Dominicalis erat b.) Sanctum noſtrum, ad præſcriptum vetuſtiſſimorum canonum, Levitam fuiſſe conſecratum, ſuademur. Quod vero diebus illis inſtituta jam fuiſſent quatuor anni tempora, nec non tempus dicatom Adventui Domini, Durandus lib 3. cap.2. coram Macrio docet, inquiens: *Sacrum tempus ante Nativitatis Domini feſtum ab ipſomet Apoſtolorum Principe inſtitutum, antiqui Chriſtiani, ſicut bodie, obſervabant* . Sandinus autem in notis ad vitas Pontif. Rom. Baronium affert ad annum Chriſti 57. §.6. & 7., dicens, quod is *probat*, *jejunium quatuor temporum ab Apoſtolica traditione manaſſe prorſus*, *ut Callixtus non auctor iſtius jejunii babendus ſit*, *ſed tantum moris ab Apoſtolis traditi confirmator*. Quamvis ad rem noſtram ſatis foret, etiam ſi laudatus Callixtus auctor fuiſſet prædictorum quatuor temporum. Nam idem Pontifex præceſſerat hanc Sancti Laurentii ætatem annis 28. De ipſa demum conſecratione Miniſtrorum Eccleſiæ, menſe Decembri haberi ſolita, teſtimonium perhibet Amalarius, ut ſupra obiter admonuimus lib.2. de Eccl. Off. cap.1. tom.14. Biblioth. Patrum pag. mihi *968.*, cujus hæc ſunt verba: *Primi Apoſtolici ſemper in Decembris menſe, in quo Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti celebratur Conſecrationes miniſtrabant uſque ad Simplicium, qui fuit a Beato Petro quadrageſimus nonus. Ipſe primus ſacravit in Februario*. Nempe poſt dimidium ſæculi quinti. Semper denique ipſa Miniſtrorum Eccleſiæ conſecratio acta fuerit in Sabbato quatuor temporum, quo jejunium a Fidelibus ſervabatur, uti modo cuſtoditur, apud Eccleſiaſticos ſcriptores perſpicuum eſt.

11. Poſtquam vero Laurentius anno 253. prope finem, in Eccleſiæ Romanæ faciem Levitico eſt inſignitus honore, proxime ſequenti biſcenteſimo quinquageſimo quarto ſignum magnum apparuit in Cælo, ut in ſuis chronographicis tabulis conſignat Bardius. Viſus namque fuit ſuper Occidentem graodis accenſus ignis, ab Auſtro in Aquilonem tendens, atque per idem ferme tempus, qoo Valerianus aſſumſit in Norico Imperii Romani purpuram. Manifeſtum ſane præſagium eorum, quæ ſuperventura erant in Occidentali Eccleſia, dimicante aliquando contra relatum Diaboli miniſtrum, regem impiiſſimum magno, tum recenter conſecrato, Levita. Futurum etenim erat, ut paſſionis iſtius tempore ipſe Sanctus appareret, ſicut Vates Iſaias cap.7. 17. pronuntiaverat, dicens: *Erit lumen Iſrael in igne, & Sanctus ejus in flamma*. Utique pergens contra Aquilonem, ideſt, contra Diabolum, qui olim apud eundem Prophetam cap.xiv. 13. jactabatur, dicens: *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis*. Parabolicum ſequamur ſenſum, juxta Cornelium a Lapide, ſcribentem: *Sub boc ſcbemate notatur ſuperbia Diaboli, quod tam in cælo, quam in terra æquali cum Deo throno ſedere voluerit, puta, in templo, ut ibi adoraretur. Hinc Chryſoſtomus: Unus inquit, Angelus primus nefariam præſumptionem aſſumens, dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, ſimilis ero Altiſſimo*. Quia nimirum Dominus in lege veteri ſedebat in monte teſtamenti, ideſt ſuper arcam fœderis, in qua legis tabulæ ſervabantur, poſitam in templo Salomonis ſuper montem Sion. Idemque templum vocatur *Latera Aquilonis*, quia erat ad Aquilonarem urbis partem ſitum; unde ſeptuaginta ſuper illod Pſalmi 47. 2. *Fundatur exultatione univerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis*: Habent: *Super montes excelſos* (Sion & Moria) *qui ſunt ad Aquilonem*. Hieronymus

autem Lauretus inquit: *Aquilo interdum gentiles deſignat*. Lyrano teſte ſuper Eccleſiaſt. 13. Diabolus ergo Majeſtatem Divinam affectans, & ipſe in templis & aris gentium ſedebat ad Aquilonem in frigidis ipſarum quoque gentium cordibus: quare ad hunc pellendum ab uſurpata ſede, inter ceteros Dei Sanctos homines præcipue miſsus eſt Sanctus, de quo loquimur, Diaconus, interiori prius, ac tandem exteriori quoque flamma ſuccenſus.

68. Appoſite huc reſpicit Ven. Rupertus lib. 3. De Divinis Officiis cap. 22., agens de Diaconi ritu in Evangelii annuntiatione intra Miſſarum ſolemnia, ſic enim ſcribit: *Cum legit, quicquid ſanctum continet Chriſti Evangelium, pene omnibus Eccleſiis conſuetudo eſt, ut Diaconus tanquam ab Auſtro veniens ad Aquilonem ſtet converſus ..'. ut hoc indicet, quod quando ſalutare Dei eſt Miſſum gentibus, fortis contra diabolum legatio directa eſt, quod Deus dixerat, dicam Aquiloni, da*. Sane miſſum jam fuerat ſalutare Dei ad gentes Orbis Romani, & ad barbaras alias per omnem terram diffuſas nationes, ut ab his omnibus reciperetur Apoſtolorum miniſterio; ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*. Pſal. XVIII. 5. Veruntamen in arce Imperii Romani, licet complurimis ad Chriſti fidem converſis Apoſtolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum opera ad ſæculum uſque tertium Dei Filius coleretur; nihilominus adhuc diabolus ſedebat ibidem, velut in lateribus Aquilonis; adhuc ſuam tenebat ſedem in delubris & aris; adhuc maximam populi partem, infidelitatis frigore rigentem, ſuis devinctam obſequiis retinebat. Ideo ſecundum eam temporis plenitudinem, quam Divini conſilii inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, actum eſt, ut Ille, *Qui facit miniſtros ſuos ignem urentem*, Sanctum Laurentium miniſtrum ſuum, quaſi flammam ignis ab Auſtro luminis ſortem legationem dirigeret adverſus Aquilonem, adverſus ſuperbum dæmonem, ejuſque miniſtros Imperatores idololatras. Ad cujus terrificæ Legationis aſpectum in flamma ignis, dicentiſque, quod Deus dixerat Aquiloni; *da*, factum eſt, ut nequiſſimus detentor vel invite redderet gentes, ſuo cultui mancipatas. Quemadmodum reapſe coactus eſt diabolus turpem arripere ſugam a delubris & ſimulacris, quæ ſibi a gentibus erecta fuerant; dum ii, relictis dæmonum ſacellis, liberi cucurrerunt ad Chriſtum: ſicut in S. Laurentii periſtephano Prudentius cecinit. Rupertum Conſule lib. De off. ſupra ſtationem Domin. 3. in quadr. ſignatam. *Ad S. Laur. extra muros*. Fortem denique legationem iſtam Leviticam in flamma ignis acturam aliquando tandem fore, ut idololatriæ conflagraret Imperium, præoſtendit horrendum illud incendium, quo eodem anno 254. celeberrimum Pompei theatrum exuſtum fuit, quod, olim Nero Imperator ad jactantiam potentiæ ſuæ, mundo admirante, inauraverat: ſuper quod & fanum Veneris conſtructum erat, ut ſcribit Tertullianus lib. De ſpect. cap. 10., in eoque ſcenici ab idololatris celebrabantur ludi honoris cauſſa falſorum numinum. Nec non & alterum, quo paullo ante concrematum eſt Romanum ampliſſimum amphitheatrum, idolo Martis a ſuperſtitioſis gentibus dedicatum. Vide Chronicum Euſebii, Sancto Hieronymo interprete, ad annum 254., & 249. Quid enim aliud indicare voluerunt monſtra ejuſmodi, vix ut apparuit in Cælo Sanctæ Eccleſiæ noſter admirabilis Heros prius 259. Subdicamus, dein 254. Diaconus conſecratus? Niſi quod ipſis terrenis ignibus, quos accenſura erat impietas in conſumtionem, recenter tum initiati, Levitæ ſanctiſſimi, conflagraturum eſſet diaboli regnum? Ita profecto; nam effectus probavit tanti Martyris virtutem: ſicut alibi notavimus hanc doctrinam a Patribus confirmatam.

13. Modo autem conſiderantes Sanctum Laurentium inſtitutum Levitam, & quidem inter ſeptem connumeratum Pontificios (unde honeſte aſſumi potuerit a Sixto, tandem Pontifice, ad Archidiaconatum Romanum) æquum eſt exponere, quid ii peculiares Miniſtri ſupra ceteros vulgarium Sacerdotum eſſent? quidque muneris, honoris, & oneris gerendum, vel ſuſtinendum ipſis præſcriptum foret? ut hinc intelligere valeamus, quænam fuerint acta noſtri Levitæ per id temporis, quo Diaconi Regionalis adminiſtrationem ſuſcepit; priuſquam eorundem miniſtrorum injunctum ſibi a Pontifice reciperet principatum. De ſeptem igitur Diaconis agens Sanctus Hieronymus (cujus epiſtola inſerta eſt in corpus jur. canon. part. 1. Decret. diſt. 93. cap. 23.) hæc ſcripta reliquit: *Diaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli Eccleſiarum: hi ſunt ſeptem candelabra aurea: hi voces tonitruorum .... virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, evangelizantes pacem, annuntiantes bona, diſſenſiones & rixas & ſcandala reſecantes, docentes, ſoli Deo colloquentes, in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri & matri, non novi vos*. Et paullo poſt de unoquoque Diaconorum eorundem ait: *Sine hoc Sacerdos officium non habet*. Explicat Gloſſa: Epiſcopus celebrare non poterit. Sequitur Hieronymus: *Hic miniſter Dei dicitur, quia ſcriptum eſt, Quis major eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur? & ſicut in Sacerdotio conſecratio, ita in miniſtro eſt Sacramenti adminiſtratio ... Sacerdoti-*

Digitized by Google

dotibus etiam propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem, niſi ei traditus fuerit a Diacono. Ita enim Deus noſter omnipotens univerſa diſpoſuit, ut qui videtur minor, major exiſteret. Denique quam hoc verum ſit, ipſe perpende. Levitæ componunt menſam Domini: Levitæ, non Sacerdotes, orant: Prædicant, inquit Gloſſa. *Demum, ut aures habeamus ad Dominum, Diaconus acclamat: Ipſe prædicat, ipſe hortatur, ipſe commonet, adſtantibus Sacerdotibus, ne leviter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, contemnendam putes. Sufficit huic ordini tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, ut non ſolum Sacerdos totum in templo agere, & implere videatur.* Item in epiſtola prima Romo Jeroſolymam miſſa, quæ Clementi ob ſuam antiquitatem tributa fuit, hæc leguntur: *Diaconi Eccleſiæ tanquam oculi Epiſcopi ſint, obſervantes, & circumluſtrantes cum verecundia actus totius Eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, ut referant hæc ad Epiſcopum*. Et infra §. 1. *Sed & de peregrinis ſimiliter Epiſcopo ſuggerant reficiendis, & cætera his ſimilia quæ ad cultum Eccleſiæ, & diſciplinam ejus pertinent, Diaconis curæ ſint.* Romæ autem Pontificiis ſeptem Diaconis præter hactenus enumerata onus acceſſit Fabiani Papæ diebus, nimirum curandi quatuordecim Urbis Regiones, in quibus præeſſent ſinguli binis, juſque dicerent in exortis Clericorum litibus, ac minorem inſtruerent Clerum, nec non pauperibus in illis degentibus neceſſaria ſuppeditarent ſubſidia. Unde Regionales, ſive *Regionarii Diaconi* ſunt appellati: qui tandem Silveſtro Pontifice in Concilio ſecundo Romano cap. 7. dicti ſunt: *Cardinales*: quemadmodum uſque hodie nuncupantur. Et quanquam poſteriorum Pontificum conſtitutionibus aucti fuerint numero ad xiv., juxta numerum Regionum Urbis, uti modo numerantur, nullam tamen in iſtis, ut olim, juriſdictionem exercent.

14. Ex iis porro, quæ adduximus, haud parvi momenti officiis, juxta S. Hieronymum, colligi optime poterit, quam ſublimis & excellens fuerit a primis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopalium Levitarum dignitas; quamque grave ac multiplex ejuſdem dignitatis onus; ut vix credi poſſit unquam inventum eſſe hominem, quantumvis bonum, quantumvis pium, quantumvis Sanctum, qui ſine ulla offendiculo, ſine ulla reprehenſione, ſine ullo defectu coram Deo & hominibus, ſuis in omnibus & per omnia ſatisfecerit muniis. Quare non ſupervacue ſcripſit Apoſtolus ad Cor. 1. cap. iv. *Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur*. Super quæ verba Eminentiſſimus ille æque ac ſapientiſſimus vir, Ugo de Sancto Caro: *Iſta*, inquit, *quæſtio improbabilis videbatur, ſed modo videtur eſſe inſolubilis*. Nihilque ſecurius, quam, ut ipſe monet Paulus, judicium iſtud Deo committere finiendum. Veruntamen quum de noſtro magno Levita ſermo eſt, quem ſancti Eccleſiæ Patres deſcripſere immaculatum Præſulem, Virumque fideliſſimum, nulla peccati rubigine decoloratum, nullis mendis a rectitudine deflectentem, moram non patimur ad eum prædicandum Leviticarum legum, ſive præceptorum ad apicem ſervatorem. Quicquid enim de ceteris ſit Levitis, de quibus communi lege ſancitum eſt, quod Dominus, *quaſi ignis conflans, purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum*: ubi ad hunc Levitam ſanctiſſimum ventum eſt, non immunditia, qua purgaretur, non ſcoria, quam deponeret, inventa in eo fuit: Ideo per os Eccleſiæ libere inquit ad Dominum: *Igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas*. Vide hinc, in ſuſcepta Levitæ munere quanta eum oportuit repletum eſſe prudentia, quanta ſedulitate, quanta cautione, quanta vigilantia, quanta ſolicitudine, quanta dexteritate, quanta diligentia, quanta ſapientia in tot ambiguis, tot gravibus, tot feriis, tot magni momenti agendis, curandiſque rebus; ut, iis non obſtantibus, culparum expers inveniretur ante conſpectum Dei. *Non eſt*, inquit, *inventa in me iniquitas*.

14. Repræſentatos precipue fuiſſe Pontificios ſeptem Levitas in ſeptem candelabris aureis, olim a Joanne viſis, dubitandum minime cenſemus, Hieronymo interprete; ſed quale fuerit opus iſtorum, ſicut & ceterorum hominum, inquit Apoſtolus 1. Cor. 3. 13. *Ignis probabit*. Si aurum, ſi argentum, ſi lapides pretioſos, ſi ligna, ſi fœnum, ſi ſtipulam ſuper ædificaverint, *unius cujuſque opus manifeſtum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur*. At dum convertimur ab beatum noſtrum Diaconum, reperimus de ipſo factum peculiare judicium, quum nondum apparuerit alterum univerſale. Ignis enim illius craticulæ revelavit nobis, qualia fuerint opera ejus, *deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum*: quæ conſumere incendium temporale nequivit; ſicut & ejuſdem operantis juſtitia manet in ſæculum ſæculi; & ipſe operans *ſalvus factus eſt* (quemadmodum Auguſtinus ſcribit ſuper laudata Pauli Apoſtoli verba ferm. *Quando natalitia*, de S. Laur.) *Sic tamen quaſi per ignem, dum venerabilis Confeſſionis eſt incendio concrematus*. Fuit ergo revera per ſimilitudinem Levita Laurentius aureum candelabrum, & auro confectum obrizo, ideſt, ut Menochius explicat in cap. xxxi.

Job,

Job, *nobiliſſimo*, *atque puriſſimo*, nullum ab igne patiente detrimentum. Sed quia nunc placet conſiderare ipſum tranquillo ſub Eccleſiæ tempore; animo intendamus in eum, ſecundum eam rationem, qua fidelibus apparuit propter angelicam ſuam puritatem & caritatem, quaſi ejuſdem aurei candelabri candidiſſimus ſuperpoſitus collucens cereus in conſpectu Altiſſimi, Spiritus Sancti flamma ſuccenſus; collucens, inquam, fidelibus, accedentibus præſertim ad altare Dei, ad ſacra myſteria; collucens & infidelibus privatis exhortationibus, ut ii pervenirent ad divinæ notitiæ claritatem. Mirum ſane quale reſuderit lumen juſtis & injuſtis; illis evangelizans Chriſti pacem; iſtis obſtrepens, quaſi tonitru; delictorum ut lethargo ſepultos excuteret a ſomno mortis. *Vox* enim erat *Domini in virtute*, *vox Domini in magnificentia*: diſſidentes concilians, & rixantes; ſcandala reſecans, paranſque Domino plebem perfectam.

15. Lata itaque, non multo poſt Lucii Pontificis martyrium, Chriſtiano populo pace Imperatoris Valeriani ſanctione, quæ ad triennium omnino imperturbata duravit, nimirum ab anno Chiſti 255. ſub dimidium ad 258., Stephano Pontifice maximo Dei Eccleſiam gubernante, quum noſter Sanctus Diaconus eſſet ætatis, juxta Chronicum, quod ſequimur, viginti novem circiter annorum; bene is opportunitate illa temporis uſus eſt ad ſui Levitici. Præſulatos exſequenda munia. Exſurgens etenim in ſpiritu & virtute Eliæ, non ſine individua ſibi comite manſuetudine, ac animi dulcedine, docebat ignorantes viam Dei: Ardenter, ac ſtudioſe Dei honorem & gloriam in omnibus promovebat: Prædicabat, hortabatur, admonebat, ut qui juſti erant, ulterius juſtificarentur, tepidi in Dei amore ferveſcerent, peccatores ad pœnitentiam converterentur; periculo peccandi expoſiti ab occaſione ruinarum quantocius elongarentur; omneſque Fideles ut ſanctis eſſent compoſiti moribus, invicemque dulci caritatis vinculo colligati, quo cor unum, & anima una fierent, totis viribus qua verbis, qua operibus nitebatur. Viduis, pupillis, virginibus, pauperibus, peregrinis, infirmis incunctanter ſubſidio aderat. Decori domus Dei vigilaos perpetuo ſtudebat; Eccleſiaſticis ſervandis diſciplinis iodeſeſſus; Patris ac Matris, quos diu jam ante reliquerat, neſcius; non in ſolo ſancto loco, ſecundum Levitarum legum præſcriptum, ſed extra quoque nibil mundi ſapiens, perinde ac ſi foret in ſolitudine, qui corpore Romæ in mundi corde verſabatur, ſoli Deo interiora ſua colloquia dirigebat. Et tamen, quum ita converſatio ejus in cælis eſſet, adhuc, pro ut poſtulabat occaſio, tanta animi promptitudine, celeritate, ac alacritate in proximorum, Eccleſiæque obſequia ferebatur, ut ne ſitiens quidem cervus, dixeris, ita deſideraſſet ad fontem aquarum, vel ab arcu emiſſa evolaſſet ſagitta ad ſcopum ſuum, uti mente ac voluntate Miniſter Chriſti ad Sacerdotis ſui placita, ad ſacra myſteria, ad fratrum adjumenta ſolicitus feſtinabat: illorum ambiens velocitatem imitari, quam Angeli, mole corporis minime præpediti, miniſtri Dei faciunt verbum illius, ſtatim ut audiunt vocem ſermonum ejus. Talis fuit in ſuis muneribus ſollertia noſtro digna in carne Angelo; ut inde colligas, quam alte ſederit hoc in excelſo Juveoe Levitica Regionalis in Urbe dignitas: cujus ampliſſimi officii per ea tempora vel ſola irreprehenſa obſervantia cum innocentia & ſanctitate tanta ſatis ſuperque fuiſſet ad eum referendum vere magnum inter illuſtriores Eccleſiæ ſanctos, quos unquam aſſeruit cælo Apoſtolica Sedes.

16. Verum qui talia mirabilia hujus excelſi Operarii vel obiter prægustavimus tranquillis ſub ejus horis; æquum eſt, immoremur parumper in expendendis operationibus ipſius turbato ſub perſecutionum tempore, quo tanti Viri ſanctitas altius humanis mentibus eluceſcat. Quanquam ea propter opus ſit nonnulla revocare tempora, quæ præceſſerant commemoratæ pacis annos, quum Sanctus noſter Subdiaconatus fungeretur officio: cujus illuſtria quæque facinora cum aliis poſterioris temporis melius judicavimus hoc loci exponere uti valde ſibi invicem cohærentia. Ceteroqui omnia Diaconorum erant munia; ſolum a Subdiaconis ſupplenda in defectu Levitarum, propter multitudinem eorum, quæ agenda eſſent, quibus omnibus ipſi Levitæ nequibant facere ſatis, ut infra clarius videbimus. Scire quocirca intereſt, quomodo Decius anno Chriſti biſcenteſimo quinquageſimo, interemtis duobus Philippis, patre & filio, qui ſexennium regnaverant, Imperii ſumma potitus, hoſtis quum eſſet ſæviſſimus Chriſtiani nominis; ut Romam pervenit, exſecrandum adverſus Chriſti cultores promulgavit edictum. Quod, ſicut ſcribit Sanctus Gregorius Niſſenus in vita S. Gregorii Thaumaturgi, ad omnes Provinciarum Romani orbis rectores direxit, graviſſimis ſub penis præcipiens, ut Chriſtianos cujuſque generis, cujuſque conditionis, ad patrium idolorum perducerent cultum: detrectanteſque, omni tormentorum vi adhibita, compellerent; donec vexati, imperantis adquieſcerent voluntati. Qua propter renuentibus Chriſti fidelibus iniqua ſceleſtiſſimi Principis mandata exſequi, cito veotum eſt Præſidum juſſis ad verbera, ligna, ſcrobes, beſtias, patibula, enſes, & ignes: unde formido magna & conſternatio vehemens in ipſis credentibus orta eſt;

quæ,

quæ eouſque invaluit, ut filii proditores parentum fierent, patres filiorum, frater fratris, uxor viri, vir uxoris. Non pueris, non ſenibus, non infirmo ſexui parcebatur; ſed una contra omnes crudelitatis erat lex. Quodque magis ad augendum ſupra modum terrorem illud erat diaboli inventum, cujus meminit Cyprianus lib. de Lapſis; nimirum ut inferrentur dira confitentibus Chriſtum *tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis*. Quamobrem laudatus addit Niſſenus: *Plenæ ſolitudines erant eorum, qui profugiſſent; vacua vero atque deſerta ab habitatoribus domicilia; carceres capere non poterant eorum multitudinem, qui propter Fidem punirentur*. Eo temporis Paulus, Eremitarum auctor, in ſolitudinem interioris Thebaidis ſe recepit; quo perſecutionis hujuſmodi fugeret immanitatem: eumque poſtmodum deſertum locum voluntarie in perpetuam ſibi habitationem elegit; ubi centum fere vixit annos: quem deinceps complurimi per Ægyptum, & alibi ſequuti ſunt Anachoretæ. Interea vero perſecutionis Decianæ innumeri pene fuerunt ex Chriſtianis, qui vel thura idolis obtulerunt, aut victimas illis immolarunt, aut ore Chriſtum publice abnegavere, aut id erubeſcentes palam perpetrare; privatim ſive per ſe, ſive per alios ſuo nomine Fidei nuntium remiſere: qui & *Libellatici* dicti ſunt. Ita profecto divexatæ Sanctiſſimæ Religionis res ſe habebant. Portæ inferi prævalere nitebantur adverſus Eccleſiam, & præſertim Romæ, quo loci ſolidius fundata erat ſupra firmam petram: ubi & Fabiano per martyrium de medio ſublato, ne fieri quidem potuit turbulentiſſimis illis diebus, ut Romanus Clerus conveniret in unum ad ſucceſſoris electionem peragendam. Unde contigit, Sedis vacatio ad menſes ſexdecim. Hinc etiam evenit, quod ibidem audito Sancti Cypriani receſſu a Carthagine, propria ſic relicta Cathedra; non Pontifex, qui nondum creatus erat, ſed Clerus Romanus monitorias ad eum miſit litteras, & ad ipſius Clerum. Harum epiſtolarum prior deſideratur; extat poſterior, cujus fragmentum Du-meſnillus exſcribit lib. vi. de Doctr. & Diſcipl. Eccl. num. 53.

17. Quamvis autem difficillimis iiſdem temporibus Sanctus noſter eſſet annorum circiter vigintiquatuor, nondum, ut diximus, Diaconus, ſed in Subdiaconorum numerum relatus; nihilo ſecius de ipſo, vel quippiam laude digniſſimum memorando, promere libet, juxta ea, quæ præcedenti tetigimus paragrapho. Nuper laudatus itaque Du-meſnillus loc. cit. inquit: *Creſcente fidelium multitudine, cum jam Diaconi pares eſſe non poſſent obeundis ſuis officiis, quæ minoris ſunt momenti, commiſſa ſunt ſubdiaconis, quorum ordo eſt derivatio quædam Diaconatus*. Idque verum eſſe fatemur, conſiderata Eccleſiæ tranquillitate; turbatis tamen ejuſdem rebus, auctiſque neceſſitatibus, periculis, ac preſſuris, ad quæ curanda ſoli Diaconi eſſent omnino impares, concedendum eſt communi ſuffragio, nedum, quæ minoris eſſent momenti, ſed etiam & quæ majoris, fuiſſe commiſſa tenentibus eorum vices, Subdiaconis; quoties non ordinis, ſed juriſdictionis actus eſſent. Audiamus modo, quid de id genus actionibus Levitarum Cyprianus ſub perſecutionis tempore dicat epiſtola 15. Pamel. 11. *Semper*, inquit, *factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes, Martyrum deſideria conſiliis ſuis, & ſcripturarum præceptis gubernarent*. Et epiſt. 12. Pamel. 37. ad eoſdem directa Diaconos, hæc ait: *Corporibus etiam omnium, qui etſi torti non ſunt, in carcere tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur vigilantia, & cura propenſior*. Si autem Carthagine adeo creverat multitudo curarum, ac Diaconorum onus; ut minus credibile videatur, ſolvere cuncta potuerint in propria perſona ipſi Levitæ ſine Subdiaconorum adiutorio propter Martyrum & vinctorum in carcere numeroſum populum; licet ibi præſens non eſſet crudeliſſimus, qui præſides urgeret, Imperator; quid de urbe ſentire debemus, ubi per integrum ferme annum conſedit (ut in eodem Decio narrat Ulloa) totus in torquendis Chriſti fidelibus deditus, in iiſque inquirendis ad captoram & lanienas? Illic ergo, indubitanter ſentiendum eſt, Laurentius, qui Spiritu Sancto plenus erat, ad ſupplenda Levitarum officia erga myſticum Chriſti corpus, ſubdiaconus quum eſſet, ſeſe totum impendit. Mira quocirca quum polleret prudentia, conjicere facile poſſumus, quanta ſe geſſerit dexteritate, ut delegato ſibi muneri faceret ſatis, congruis delectis horis, queis aditus tuto patere ſibi poſſet ad alloquendos in carceribus vinctos pro Chriſti nomine; & licet prævideret, ſe in aliquod vitæ diſcrimen fortuito incidere poſſe; haud propterea omittebat, contemtor hujuſmodi periculorum, utilitati conſulere fratrum in horum anguſtiis; nimirum hos ut ſolidaret in Fide nutantes; illos ut roboraret pavidos de imminenti mortis ſententia; alios ut erigeret jam damnatos ad ſæviſſimas torſiones; hic ut tormentis affectos ſolaretur; illic ut proxime ad ſupremum pertrahendos ſupplicium confirmaret in ſpe gloriæ ſequuturæ; ne de lapſis verbum faciamus, quos in viſceribus caritatis invitabat ad pœnitentiam, reconciliationem, & veniam.

18. Hæc quidem & alia exſequi erga fratres

tres afflictos, flamma Divini amoris accenſus, delicias reputabat: non ejus angebanr animum, quæ ſuo corpori moleſta eſſent, & incommoda; unice dolebat, & quidem vehementer, proximorum dolores, & angores. Ceterum cor ejus pollicens ſibi vicinum diem patiendi ſimiliter quæque dura pro Chriſto, mira lætitia ſuffundebatur, quæ in ipſius relucens vultu mœſtos omnes exhilarabat. Vicinum, inquam, paſſionis ſuæ diem blandiebarur ſibi; quod nactus eam fuiſſet occaſionem in ejuſmodi pietatis exercitiis; qua facile a Fidei perſequutoribus depreheodi poſſet Chriſtianæ profeſſioni maxime addictus; ſicque pertrahi ad eorum tribunalia, petendus ad mortem acerbiſſimam. At ubi videbat prolongatam nimis horam ſuam; concepta ſpes inexplicabili prorſus modo affigebat animam *ejus*, nempe ad menſuram ingentis deſiderii, quo tenebatur ponendi pro nomine Domini temporalem viram ſuam. Magno plane urgebatur impetu, lanionibus ut ſe proderet Chriſti ſectatorem; ſed intelligens id ſibi vetitum deſuper; elevatam cordis flammam totis viribus comprimebat; humillime tribuens indignitati ſuæ, quod ab illis cruciatibus, queis Martyres afficiebantur, eminus arceretur a Domino, Hoc vero internum marrytii genus una cum externis multiplicatis laborioſis operibus non ſolnm ad tempus, quo nequiſſimus regnavit Decius, inrelligimus illi protractum; ſed etiam ad biennium Imperii Galli, & Voluſiani, qui eidem Decio proxime ſucceſſere; nec non per omne, quod interceſſit, tempus ad diem uſque paſſionis ejus. Hinc eruere licet in tam longa novem circiter annorum ſpatia (queis Laurentii deſideria ſuper putatum propinquum paſſionis ſuæ diem dilata fuere) quam in immenſum excreverit cordis ejus martyrium! Tanto æquitatis jure Auguſti die decima ſub divinis officiis proclamat Eccleſia in ejus dicens laudem: *Laurentius ingreſſus eſt Martyr & confeſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti*. Perinde ac ſi dicat: Qui ob vehemens patiendi deſiderium Mattyr jam diu erat animo, martyrium carnis ingreſſus eſt in conteſtationem nominis Domini Jeſu Chriſti,

19. Conſulro diximus, expoſitum martyrii genus in Sancti Laurentii pectore perſeveraſſe quoque ad biennium Galli & Voluſiani; qui, præſocato in aquis Decio, dum is a Gothis Mæſiæ ac Thraciæ, ſe inſequentibus, fugeret; ſceptrum tenuere annis ſere duobus; quandoquidem horrenda exurgente Romæ peſtilentia, brevi hæc Hoſtilianum Auguſtum abſumſerar ante dimidium anni bis centeſimi quinquageſimi ſecundi; unde iidem Cæſares Imperium invaſerunt. Et quia peſtis in dies invaleſcebat, Romano ſuadente Senatu, inſenſiſſimo Chriſtianæ Religionis hoſte, quod putaret, irati Dii eorum ob Chriſti cultores, peſtis gladium diſtrinxiſſent; ſopitam Decii perſecurionem Imperatores relati excitarunt. Quare duplici ex cauſſa renovata eſt in Laurentio ſpes dandi pro Chriſto animam ſuam; nimirum quia datum eſt illi ad priora redire officia caritatis erga vinctos fratres cum ſuæ diſcrimine vitæ; & quia contagione graſſante, inſerviendi occaſione correptis peſte, facile occumbere ipſe poterar Martyr, lethali conrracta lue, Cæſares interim graviſſimo perculſi timore, ad aras ſuorum inanium deorum primi omnium idololatrarum profugerunt, ut ſuperſtitioſis eos ſacrificiis placarent, Miſeri neſciebant, quod ira ſeſe gerentes, Mundi Auctorem amplius ad iracundiam provocarent, Quamobrem magis ad horas contagioſo ſuccreſcente morbo (qui torum *Romanum* pervaſit Orbem) præſertim *Facta eſt* (ut 1. Reg. v. 6. legitur) *confuſio mortis magnæ in Civitate*: ideſt Romæ, Atque adeo peſtis hæc tenax fuir, ut decennii ſpatio innumeros depaſta ſit populos. *Nullam*, inquit Oroſius lib. 7. cap. 21. *fere Provinciam Romanam, nullam domum fuiſſe, quæ non illa peſtilentia correpta, atque vaſtata ſit*. Tuoc Cyprianus memorandum illum *de Mortalitate* ſcripſit librum, quo cum debiles ad tolerantiam, & ad conremtum humanæ vitæ excitavit; tum eos, qui offendebantur, quod debitum crudelitati gentilium ſupplicium Chriſtianos quoque pervaderet, perſtrinxit; nimirum, ut de divinis diſpoſitionibus meliora ſentirent. Additque: *Hoc, quod ſine ullo diſcrimine generis humani cum injuſtis moriuntur & juſti, non putetis, bonis & malis interitum eſſe communem. Ad refrigerium juſti vocantur, ad ſupplicium rapiuntur injuſti*,

20. Eidem porro contagioni acceſſit & fames, de qua etiam laudatus Cyprianus in apologia pro Chriſtianis adverſus tyrannum Demerrianum facit mentionem cum aliis ingruentibus malis, ſcribens: *Sed enim, cum dicas, plurimos conqueri, quod bella inſurgunt, quod lues, quod fames ſæviant, nobis imputari.... Non ſicut falſa tua quærimonia & imperitia, veritatis ignara, jactat, iſta accidunt, quod dii veſtri a nobis non colantur; ſed quod a vobis non colatur Deus*. Ejuſdem famis univerſalis ex Dionyſii Alexandrini Epiſtolis Euſebius meminit lib. VII. Hiſt. 17. Notatque Pontius in vita ſancti Sacerdotis ſui Cypriani, quam in iiſdem calamitatibus ſe diſtinxerint ab infidelibns fideles. Nam iſti tantis in adverſitatibus & tribulationibus conſtituti, pietatis & caritaris officio ne paganis quidem defuerint. Contra vero infideles reſugiebant notos etiam & cariſſimos ſuos; ut ex diverſa

verſa ratione operum diſcrimen pateſceret Religionis : ſicut monuit Dominus in Evangelio Jo. XIII. 35. dicens: *In boc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem babueritis ad invicem* . Et Lucæ VI. 32. *ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis gratia ? Nam & peccatores diligentes ſe diligunt . Veruntamen diligite inimicos veſtros* . Subdidit apud Matth. V. 44. *Benefacite bis, qui oderunt vos* . Et ſi boc Domini præceptum Carthagine aliiſque terrarum locis a piis, ſaoctiſque fidelibus impleri viſum eſt in magnis illis anguſtiis ; quid putabimus, egerit ille dilectionis, benignitatis, miſericordiæ, & clementiæ Miniſter ingenuus Romanæ Eccleſiæ ſuper bonos & malos , ſupet credentes & paganos , ſuper juſtos & injuſtos ? Ille, inquam, Miniſter , qui, ut Juſtinianus ſerm. de eodem ſcripſit , *Incomparabili extitit ſanctitate , & bonorum omnium ſectator præcipuus ?* Ille , qui , perdurantibus adhuc relatis calamitatibus anno ſequente bis centeſimo quioguageſimo tertio , ſuis exigentibus miris operibus, intra Levitarum nomerom aggregari promeruit, quorum præcipua cura erat, indigentibus opem ferre ? Neſcio, quis heic reponat , dicens : At Patres ceterique poſteriores ſcriptores nihil horum ſub deſcriptis circumſtantiis expreſſe ſignarunt . Ita profecto. At quid inde contra nos, ſcientes, primis illis Eccleſiæ ſæculis Notariorum munus Romæ non aliud fuiſſe , niſi conſignare ſcriptis meras ſanctorum Martyrum paſſiones uoa cum datis eorum reſponſis in quæſtionibus? Vid. Spondanum ad annum Chriſti 238. num. 2. Ceterum ex iis, quæ generatim de Laurentii erga proximos carirate ſcripſerunt majores noſtri , abundanter ſubminiſtrant nobis, quid de illius geſtis in tam funeſta temporum viciſſitudine , in tanta miſerorum indigentia , ſentire debeamus .

21. Siquidem docuere jam Patres , admirabilem hunc Heroem in omni virtutom genere fuiſſe conſpicuum , & maxime quidem in operibus caritatis : quomodo igitur fieri unquam potuit , ut caritas ejus (quæ in omnibus regina virtutum eſt) operoſa non accurrerit ad opitulationem afflictorum , peſte ac fame laborantium , & in dies pereuntium, pro ut noſtro per id temporis Sancto terrenarum erat copia facultatum ? Vel ſi erogare is non poterat, quantum vellet ; volebat procul dubio efficaciter quantum poterat in auxilium miſerabilium perſonarum ; dum in id genus operibus peoſare debemus affectum potius quam cenſum . Uude & Paulus 2. Cor. IX. 7. ait : *Hilarem datorem diligit Deus* . Multoties hinc fit , ut ii , qui minus habent , plus dent , quam opulenti largiter dantes : uti docet Dominus in Marci Evangelio XII. 43. Surgebat itaque vigil Adminiſter Domini ad primum lucis crepuſculum , vel ſi opus erat , intempeſta etiam nocte, ſuiquemet prorſus oblitus , commota ſentiens ſuæ viſcera pietatis , corde magis quam vultu inflammatus , cum feſtinatione huc illuc , quo impetus ſpiritus eum dirigebat , præproperus ferebatur, operoſæ dilectionis ſuæ teſtimooia ut linqueret undique, per domos & plateas , Urbiſque compita , & fortaſſe per vias non immunes projectis deſunctorum corporibus , eorum videlicet, quos , peſtis abſumſerat . Heic panem præ fame deficientibus porrigebat ; illic lue tactis opportuna ſubſidia mioiſtrabat : Cum morte luctantibus poſtrema dabat monita ſalutis ; dolentibus de carorum , obitu condolens , ſolamen afferebat : poſcentibuſque quoquomodo auxilium , quoad vires ferrent , in re nulla deerat . Cumque omnia interim morte replerentut , ipſe, factus omnium victima, vivus nihil ominus & incolumis ſervabatur . Ita prorogatis a divina providentia votis ardentiſſimi deſiderii ejus , moriendi ſcilicet pro amicis, & proximis ſuis ſive bonis , ſive malis ; fiebat in corde ipſius cruciatus vehementior , & pæna productior . Evenire ceteroqui non poterat , ut is Agnus myſticus ſine macula , (prout ut ipſe deſiderio æſtuans optabat) ſerviendo peſte infectis , atro ejuſdem peſtilentiæ dente premeretur, ac voraretur ; quando eum reſervaverat ſibi Deus in ara craticulæ quaſi perfectiſſimum conſumendum igne holocauſtum in odorem ſuavitatis , terræ cæloque ſpectaculum ſingulare futorum .

22. Denique quod referet auctot ſermonis noſtri Martyris Leonardus Utinenſis, ſcribeos , Sanctum Laurentium multa hominum millia ex idolalatriæ tenebris ad Fidei lucem perduxiſſe prædicationibus ſuis ; factum id credimus ſub iis contagionis & ſequentibus annis , ex die , qua Diaconus initiatus , prædicandi verbum Dei munus ſuſcepit . Putamus autem , adminiſtrationem iſtam per ea tempora fuiſſe neutiquam actam , ut modo fit, in publicis locis , altiſque ſuggeſtis cum numeroſo auditorum conveotu . Id enim , gentilium ſuperſtitione regnante, minus veriſimile videtur, ac Romæ præſertim ſub oculis Imperatorum idola colentium . Unde & Paulus , quamvis fuerit maximus Dei præco , ut Jeroſolymam pervenit , ubi judaica dominabator vetuſta obſervantia legis Moyſis , Evangelio contraria, ea uſus eſt prudentia converſationis , quam expoſuit Felici præſidi Act. XXIV. 12. dicens : *Ex quo aſcendi adorare in Jeruſalem , neque in templo invenerunt me cum aliquo diſputantem , aut concurſum facientem turbæ , neque in ſynagogis , neque in civitate &c.* Privatis iccirco in converſationibus , familiariboſque colloquiis, ſuademur , ſemeo verbi Dei Laurentius ſparſerit in gentium cordibus ,

ex quo copioſam illam retulerit meſſem: publice autem coram paganis id non egit, niſi inſtante paſſionis ſuæ tempore, ut alibi videbimus.

23. Sunt, qui aſſerunt (inter quos S. Vincentius Ferrerius) ſanctiſſimum Levitam convertiſſe ad Chriſti fidem inter alios Philippum Imperatorem, eumque baptizaſſe: quibus relatoribus adhærere nequeo multis ex cauſſis. Nam Romanum Martyrologium ſub die xiv. Maii aperte nos docet, inquiens: *In Gallia Sancti Pontii Martyris, cujus prædicatione & induſtria poſtquam duo Philippi Cæſares ad Fidem converſi ſunt, ipſe ſub Valeriano & Gallieno Principibus Martyrii palmam adeptus eſt*. Tenendum eſt autem, converſio iſta, qualiſcunque demum fuerit, contigerit, antequam Gordianus cum Miſitheo & Philippo, patre alterius Philippi, proficiſceretur in Mœſiam contra Perſas. Quandoquidem, ut narrat Euſebius lib.6. Hiſt. cap.34., idem Philippus, ab exercitu ſalutatus collega Gordiani in Imperio, dum eſſet in Mœſia; ipſum Gordianum quia juſſit occidi, ut cum filio Philippo imperaret, percuſſo cum Perſis fœdere; quum poſtea reverſus, Antiochiam pertranſiret die Sabbati, vigilia Reſurrectionis Dominicæ, velletque, uti Chriſtianus, particeps eſſe precationum in Eccleſia cum ceteris fidelibus, Babylas tum Epiſcopus Antiochenus, non illi aditum permiſit, niſi facta prius ſuorum ſcelerum confeſſione. At omnia hæc, ad Chriſti Religionem pertinentia, ponunt eundem Philippum jam baptizatum; qui Romæ, dicitur, a Fabiano ſalutaribus baptiſmi aquis tinctus fuerit, juxta Surium in vita laudati Sancti Pontii Martyris. Annus vero profectionis Gordiani ad bellum Perſicum fuit Chriſti biſcenteſimus quadrageſimus quartus, quo temporis, ut ſuo notavimus loco, Sanctus Laurentius Romæ nutriebatur & educabatur a Sixto: tantum abeſt a veritate, quod is duos baptizaverit Philippos:

24. Magna deinde controverſia eſt inter ſcriptores, utrum nec ne iidem Philippi revera ſuſceperint Fidem Chriſti; eruditiores id negant, ea nimirum ratione moti, quod nemo Gentilium hiſtoricorum vel leviter factum ejuſmodi attigiſſe reperiatur: multaque ſint ex adverſo monumenta, quæ Patrem alterius perpetuo fuiſſe Deorum cultorem manifeſte declarant. Congerit hæc Du-meſnillus ad annum Chriſti 244. & 245. lib.vi. num.22. cujus doctrinam, ex probatiſſimis decerptam auctoribus, ad verbum exſcribimus. Inquit enim: „ Marcus Julius „ Philippus, ubi Romam venit (nimirum ex „ Mœſia) ordinis Senatorii viros oratione be„ nigna ſibi conciliavit; & poſtea uſum virilis „ ſcorti removendum honeſtiſſime conſultavit, „ Imperii ſui anno ſecundo ludos ſæculares „ Apollini & Dianæ dedicatos ingenti pompa, „ magnoque apparatu celebravit circa milleſi„ mum ab Urbe condita annum; gladiatorum „ paria mille pugnarunt: ſcenicos ludos in Pom„ pei theatro tribus diebus, totidemque nocti„ bus populus ſpectavit, funalibus atque ly„ chnis tenebras vincentibus. Gordianum apud „ milites *Divum* ſemper appellabat. Hæc au„ tem multum aliena ſunt a profeſſione Chri„ ſtiana. Demum poſt mortem a Senatu, Chri„ ſtianis infenſiſſimo, inter Deos relatus eſt. „ Non igitur immerito de eo ſcribit Pompo„ nius Iætus: Philippus homo punica fraude „ deterior, ut ſcelera regeret, cultum Chriſtiani „ nominis ſimulabat. Idem confirmant duo an„ tiqua numiſmata: in antica prioris ſtat ca„ put Philippi cum radiis, in poſtica Juppiter „ dextra fulmen, ſiniſtra haſtam tenens cum „ inſcriptione: *Jovi conſervatori*: Qui num„ mus cuſus eſt Philippo tertium Conſule, ideſt, „ anno ultimo Imperii ejus. Doctiſſimus Span„ hemius meminit alterius nummi Philippi, „ qui exhibet ſeptem figuras ante aram thuri„ ficantes, cum hac inſcriptione: *ſæculum no„ vum*. Sæcularibus igitur ludis ſignatus eſt; „ quibus proinde diis ſacrificia pro more Phi„ lippus fecit „. Sed ex hactenus a Du-meſnillo expoſitis, ſolum conficitur, quod cum gentilibus gentilem agebat: cum Chriſtianis Chriſtianum; non, ut auctor præcedenti num. 21. ſcribit, nimirum inde claudicet Euſebii fides in iis, quæ Antiochiæ narrat facta. Stant enim pro ſuſcepto a Philippo baptiſmate cum Græci, tum illuſtres alii latini ſcriptores, queis accenſeri debent Vincentius Lirinenſis cap. 23. Oroſius lib.7. Caſſiodorus in Chron. præter laudatas Eccleſiaſticas tabulas ac recentiores innumeros Auctores.

25. Sed quia jam imminet poſtremum hujus libri caput, in quo erit agendum de promotione Sancti noſtri Levitæ ad Romanum Archidiaconatum; expedit, dicamus quippiam vel in communi de hac re. Ubique nam genrium ejuſmodi electio ad ſeptem Epiſcopales Diaconos pertinebat a primis Eccleſiæ diebus, ita ut ipſi ſoli eſſent electores, canditati eligendi; ſicut & electus nemo eſſe poterat, niſi prius fuiſſet in eorum numero conſcriptus: Uti beatus Hieronymus teſtatur, ubi de ſeptem agit ordinibus Eccleſiæ: cujus documentum in corp. Jur. Canon. inſertum cernitur Decret. 1. part. diſt.93. cap.24., hæc habens: *Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum creent*. Quem morem a Sancti Marci Evangeliſtæ tempore in Alexandrinam Eccleſiam introductum refert idem Sanctus Doctor in ſecundum Eſdræ librum cap.xi. 22., atque ita communi-

muniter fieri ſolitum docet; qnamvis ibi adnotet , aliter eadem electio Archidiaconi Romæ fieret ; nimirum quod reſervara eſſet Romani Pontificis arbitrio. Utrum vero electionem ipſam ita ſummi Pontifices ſibi reſervaverint ; ut non ſolum apud Regionarios Diaconos nullum eſſet electionis jus ; ſed etiam nec ex eorum cætu candidatus neceſſario eſſet eligendus ; haud nobis ſatis conſtat ; & ſi congruentius videatur , quod regulam ſcrvaverint eligendi eum ex iiſdem ſeptem Levitarum Principibus , quem noſcerent magis idoneum , experientia probatum, & aſſuetum id genus exercitiis , atque in primis morum honeſtate conſpicuum ; quoniam contradenda fidelitati ac integritati illius erant univerſa Romanæ Eccleſiæ bona , exiguæ haud conſiderationis; ut infra monumentis validis oſtendemus. Idque ſervatum fuerit a Sixto Pontifice , naris emunctæ viro , in electione ſui Archidiaconi , dubitare ſolus poteſt , imbecillæ qui ſit mentis homo, vel ignarus Sixtinæ prudentiæ , juſtitiæ , ac perſpicaciæ ; cui , propter officium ſuper tres annos jam exercitum ejuſdem Archileviticæ dignitatis in toto Stephani prædeceſſoris ſui Pontificatu , ſingulorum Levitarum nota erant merita , virtutes, dexteritas, & induſtria , morumque ſanctitas ; ut non ſit opus hac in materie diutius immorari . Abſit, inexpertum Juvenem , quantumvis ſanctum , præferre voluerit ſanctis Levitarum Principibus, experientia doctis . His aliiſque moti rationibus , adductis ſub num. 8. hujus capitis, Sanctum dedimus prius adnumeratum inter ſeptem Levitas Principes ; uti magis congruum honeſtati & Sanctitati Sixtinæ.

26. Quandoquidem vero ad conſiderandum accedimus eundem candidatum Sanctum noſtrum in ſua temporum plenitudine , qua potiſſimum in faciem populorum emiſit altiſſimæ ſuæ ſanctimoniæ ſplendores; æquum eſt etiam, dicamus quippiam de ipſius corporis habitudine , quod templum extitit animæ tam magnæ, animæ tam pulchræ; ut menti noſtræ, ſenſibus hærenti , arctius impreſſa remaneant ejus , quæ dicturi ſumus, in geſtis omnibus ſuprema facinora . Cuperemus utique honeſto huic devotorum deſiderio facere ſatis , ni obſtaret monumentorum defectus, lineamenta vultus totiuſque corporis ejus producentium : ſed qui non poſſumus acu rem tangere , conabimur ſaltim generatim exponere , quæ a Scriptoribus antiquis accepimus .

27. Et quidem pulcherrima fuerit Levita Laurentius facie , teſtatur S.Auguſtinus ſerm.38. incip. *Quando natalitia* . Scribens : *B. Laurentius habitu , vultu , & ſanctitate decorus* . Tantaque vultus fuit pulchritudine ornatus, ut etiam paſſionis ſuæ tempore exinanitus , juxta Gregorii magni antiphonarium , viſus ſit *vultu pulcherrimo* . Teſtimonium quoque de hac re ponit Eccleſia , dicens de eodem : *Pulchritudo in conſpectu ejus* . Confirmatque hanc doctrinam , ſecundum venerabilis Ruperti ſenſa , Romana Eccleſia : quum ſtationem dominicæ tertiæ in quadrageſima eidem Sancto Archilevitæ ſacrat : quem in Ægypti Prorege Joſeph præfiguratum indigitat ſub divinis nocturnis officiis, iſtius recolens acta . Unde ſicut de Filio Jacob Geneſ. Cap. 49. v.22. deſcriptam legimus (præter ea , quæ ſunt virtutis animi) commendatam quoque corporis ſpeciem verbis illis : *Filius accreſcens Joſeph , filius accreſcens & decorus aſpectu , filiæ diſcurrerunt ſuper murum* . (Dictum eſt , *diſcurrerunt ſuper murum*, videlicet ut intuerentur pulchritudinem vel tranſeuntis Joſeph) Ita factum eſt cum lectiſsimo myſtici Jacob , ideſt, Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſpiritali accreſcente filio Levita Laurentio , ut Eccleſiæ univerſæ perpetuo quotannis collaudent (præter illam , quæ intrinſecus latebat , animæ formoſitatem) pulchritudinem ſimiliter vultus ejus, cum Archidiaconatus gloria , dignitateque conjunctam . Statura procerus fuiſſe dicitur apud laudatum Rupertum lib. de Fortitud. talique membrorum proportione donatus ab ipſa natura , ut ejus præſentia Sancti illi fideles , perſecutionum gravati preſſuris, recrearentur in corpore , quemadmodum ſermonibus ejus reficiebantur in mente . Hæc relatu acceperat Cæcus ille Creſcentio in domo Narciſsi , quom Sanctus illuc intravit, nt Chriſtianorum ibi reſidentium humillime pedes ablueret . Vir autem a Deo probatus luminum orbitate, qui voluntati divinæ reſignatus , non mundi lucem , non caros aſpicere , non ſui corporis , neceſsitatibus conſulere procurabat, vix ut inaudiit, Sanctum Laurentium coram adeſſe , ſic eum protinus exoravit , ſecundum Adonis acta : *Pone , Domine , manum tuam in oculos meos , ut videam faciem tuam :* Non ait , ut Cæcus alter , qui interrogatus a Chriſto Domino , quid ſibi vellet fieri tot emiſſis clamoribus? reſpondit : *Domine , ut videam lumen* : ſed inquit inſtantiſſime ad beatum Leviram : *Domine , ut videam faciem tuam* : ſe beatum exiſtimans , ſi vultus illius formoſitatem intueri valeret , in qua fulgetrum quoddam ſupernæ gloriæ credentibus tranſlucebat : uti mox voti ſui compos effectus, ea meruit viſione quodammodo beari , juxta illud Eccleſiaſtici Cap. 28. ℣.11. de iis , qui Eliam in mundo viderant : pronuntiatum elogium : *Beati ſunt , qui te viderunt , & in amicitia tua decorati ſunt* .

28. Hæc autem de Laurentii pulchritudine traditio in Eccleſia viguerit , declarat Sanctus Ennodius (qui ſæculo quinto floruit) in

Digitized by Google

actis, a ſe ſcriptis, Sancti Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis; cujus ipſe Diaconus fuit, ac poſt illius mortem in Epiſcopatu ſucceſſor, ut videre licet apud Cornelium Graſium in vitis Sanctorum tom. I. die XXI. Januarii, tranſcribentem eadem acta, quæ circa finem ſæculi XVI. vel initium XVII. Andreas Schottus Soc. Jeſu publici juris fecit. In iis itaque legitur, quod Epiphanius (qui rara inter mortales homines præditus erat vultus ceterorumque membrorum pulchritudine) miſſus olim fuerit a Theodorico Rege legatus ad Gondovadum, Burgundiorum Principem pro liberandis multis captivorum millibus, ſub iſtius poteſtate detentis. Hunc ut Rex Burgundiæ perventum ad ſuam audivit regiam urbem, honorabilis legationis munere apud ſe functurum (cujus corporis & animæ dotes jam fama vulgaverat) *Ite*, inquit ad ſibi adſiſtentes regni primores, *& videte hominem, quem & meritis & vultu ſemper ego Laurentii Martyris perſonæ conjunxi. Qui quando nos videre vellet, inquirite: & cum juſſerit, indicate*. Comparationes autem in amplificationibus laudativis, norunt Rhetores, tum valere, quum reapſe ſuperat exemplar aſſimilatum ſibi circa perfectionem, pro qua ſumitur comparatio; ſecus nullum foret augmentum laudis in eodem aſſimilato, ſi par pari conferretur. Sic quum de aliquo V. G. Duce ſtrenuo dicitur: *Hic eſt alter Alexander*: vel: *Alexandri merito conjunctus*. Et quemadmodum non dubitamus, Chriſtianum illum Burgundiæ Regem amplificare voluiſſe laudati Sancti Epiphanii merita, Laurentianis ea meritis comparando, & conjungendo; ita neque ambigimus magnificare ſimiliter voluiſſe corpoream Sancti Epiſcopi pulchritudinem, hanc aſſimilando venuſtati oris, qua Levita Sanctiſſimus, olim quum eſſet in mundo, reſplenduit. Manet itaque diſquirendum in Ennodio, quales fuerint Corporeæ Epiphanii dotes, ad quarum aſpectum (ut ipſe vitæ iſtius ſcriptor ait) *Omnis adſiſtentium Principi turba affatim admiratione capiebatur; quod illa tot linguarum fama, tamen minorem ſe in iſto, quamvis etiam ampla, monſtraret: Cui numquam ſufficeret paupertas ſermonum: quamvis ditior juſto eſſet in reliquis*. Ejuſdem igitur beati Ennodii deſcriptionem attendamus pulchra ſingula ſoi Pontificis expendentem; ut inde formoſitatem Exemplaris, nempe Sancti Laurentii mente concipere quodammodo valeamus. Ait eoim paollo poſt initium actorum Epiphanii: *Illud vero libandum non abnuo, quod formoſitas in illo lucis Corporeæ index animi fuit... Ridebant genæ, etiam cum animus mœſtitudine torpuiſſet: nitida ſimul labia commendabant dupliciter mella ſermonum; nec non quocunque vertiſſet oculos, ſerenitatem mentis nunciabat aſpectus; frons ceteræ pulchritudinis, & candoris illius, quæ ſolis paſſa radios, colorem traxit ob æthere; nares in tanto naturaliter ſplendore formatæ, ut illas nequiret in imoginibus corpora repræſentans, pictor æmulari; manus teretes, prolixi digiti, ſtaturæ proceritas decens, quæ eminentiam ſecuturæ dignitatis præfigurares in membris, nec tamen modum ornatiſſimæ prolixitatis excederet*. Accipe, pie lector, in hac deſcriptione adumbratam Sancti Laurentii pulchritudinem, ejuſque quodammodo veram effigiem. Et ſi talia de Epiphanii venuſtate tibi omnino mira videntur; conjice ab inferiori aſſimilato, qualis fuerit Laurentiana formoſitas, dum in hoc viveret Heros ſæculo.

29. Et quia de ſpecioſo iſtius aſpectu ac præſentia loquoti ſumus, conſentaneum eſt etiam, ut quippiam dicamus de ipſius habitu, ac tonſura, juxta temporis illius uſum. Et in primis quidem diſtinguere oportet inter Clericorum veſtes, quas ii publice per Urbis vicos geſtabant, & eas, quibus ſe induebant in ſacris fidelium conventibus. Publice namque communi Philoſophorum veſte veriſimiliter utebantur, ut optime Du-meſnillus advertit lib. VII. Doctr. & Diſcipl. Eccleſ. num. 64. ditens: *Epiſcopis & aliis Clericis ſi tunc fuiſſent veſtes ſpeciales, quibus a laicis diſtinguerentur, iis profecto ſe prodidiſſent Judicibus, a quibus potiſſimum ad mortem quærebantur. Præterea quis neſcit pallium tunc fuiſſe veſtem philoſophicam, quam & laici ſumerent? Byrrus vero, & lacerna, ſive ſit duplex, ſive unum veſtimenti genus coloris rufi, plebejorum propria fuit veſtis, ut docet Auguſtinus ſerm. 18. de verb. Apoſt. Dalmaticam vero geſtabant quandoque Cæſares &c.* In ſacris autem actionibus diſtinctæ fuerint Levitarum veſtes a vulgaribus laicorum, nulli dubium eſſe debet. Ab Apoſtolorum ſiquidem tempore apud altaris miniſtros in uſum veniſſe Colobium, exploratiſſimum eſt. Genus veſtis hoc erat ſine manicis ad talos uſque promiſſæ, albique coloris: Eadem veſte uſos fuiſſe Imperatores ante Commodum, qui floruit anno Domini 192., valde probabile videtur; nam de iſto Cæſare primum legimus in Lampridio, quod dalmaticatus proceſſit in publicum. Quam veſtem Dio in Commodo oominat tuoicam manicatam ſericam, albam. Ceterom antiquiores Romani (ut notat Macrii ſratrer verbo *Colobium*) *veſtes abſque manicis ferebant, quia viri pro dedecore putabant, manicatas veſtes ad mulierum ſimilitudinem geſtare, ut refert A. Gellius lib. 7. cap. 2.* Et recte quidem; nam Facciolatus, idem expooens vocabulum, ait: *Tunicæ veſtium bobent manicas, quod etiam Cicero*

cero vituperat, *dicens*: *manicatis*, *&* *talaribus tunicis*. Nihilominus Ælius Pertinax (qui Commodo in Imperio ſucceſſit) veſtigia ſequi ſui prædeceſſoris amavit. Unde Baronius in notis ad Martyrolog. Rom. 31. Maji lit. h. inquit: *Meminit Julius Capitolinus de dalmaticis chirodatis*, *hoc eſt*, *manicatis*, *quibus Pertinax Imperator utebatur*: Hos ſubſequenti tertio ſæculo imitatus eſt M. Aurelius Antoninus Elagabalus (perperam, vulgo dictus Heliogabalus. Vide Chriſtoph. Cellar. in ortograph. lat.) Romana tamen Eccleſia uſque ad Silveſtri tempora retinendum duxit Colobii uſum, ab exordiis Eccleſiæ obſervaţum a Diaconibus: quare Ammianus Marcellinus, qui Conſtantini diebus vixit lib. 14. coram nuper citato Baronio ſcripſit: *Pectoralem tunicam ſine manicis textam*, *maras quidem nomine*, *ut appellant Chriſtiani*, *Diaconus &c.* Quod Colobium perſimile Imperiali Clamidi fuiſſe demonſtrat idem Auctor. Uſus denique veſtimenti linei extiterit cum ceteris ſacris indumentis Sancti Laurentii ætate, non videtur in controverſiam poſſe revocari. Quandoquidem ſcientes, per id temporis Cyprianum floruiſſe, de quo Pontius Diaconus in actis conſignavit, qualiter ad locum martyrii perveniens, *ibi ſe lacerna*, *byrro expoliavit*, *& genu in terra flexit*... *Et cum ſe dalmatica expoliaſſet*, *&* *diaconibus tradidiſſet*, *in linea ſtetit*: jam non eſt amplius nobis dubitandi locus, utrum nec ne tunicæ lineæ uſus introductus in Eccleſiam eo temporis eſſet. Quemadmodum & utendæ ſtolæ mos Diaconis immemorabilis fuit, una cum ſandaliis in pedibus inſtae Pontificum, & Sacerdotum. Vide Macrium verb. *Sandalia*. Ex quibus conficitur eadem fuerint in ſacris myſteriis noſtri Levitæ veſtimenta, nempe alba, colobium, ac ſtola, ſive orarium a ſummitate ſiniſtri humeri pendens ſuper idem Colobium, & ſandalia in pedibus: uti vetuſtiſſimæ icones operis muſivi exhibent.

30. Denique, quod ad tonſuram pertinet, certum pariter quum ſit, Eum in hac etiam parte ceteris Clericis ſe conformaſſe; infertur, brevi capillitio ſemper inceſſerit, non abraſo capite in modum coronæ, aut e contrario prolixis crinibus. Abhorret enim a vero, Clericos tam publicum, tamque manifeſtum ſuæ profeſſionis ſignum geſtaſſe, quale fuiſſet caput abradere modo explicato iis temporibus, queis frequentes & diuturnæ, & quidem in ipſos maxime Clericos perſecutiones ſæviebant. Vide laudatum Du-meſnillum lib. vt. §. 111. Comam vero demittere, non Clericorum, ſed (ut ait Hieronymus in cap. 44. Ezechielis) *proprie luxurioſorum eſt*. Iccirco Apoſtoli ſolam capillitii brevitatem & modeſtiam in Clericis commendarunt.

CAPUT V.

Præficitur S. R. E. Archidiaconus. Qualis, quantaque fuerit iſtius dignitas eo temporis, quæque munia ejus. Regionariæ primæ hujus Diaconiæ titulus quinam tunc eſſet, accommodatis teſtimoniis, ut Bollandiſtæ cupiunt, exploratur. Admirabilis & prorſus Angelica ejuſdem officii, a Beatiſſimo noſtro Juvene ſuſcepti, adminiſtratio. Divina ſapientia ſub antiqua Eccleſiæ conſuetudine in thurificatione altaris, Levitæ manu peracta ſemel in anno, decem circiter ſæculorum ſpatio; mirifice indicaſſe videtur, aut fortaſſe aliquando tum futuram noſtri Martyris paſſionem; aut jam actam decoraſſe. An is exercuerit prædicationis munus: & num iſtud inter ceteras martyrii ejus cauſas recenſendum ſit? Scrupulus Maurinorum Patrum, ac Lovanienſium Cenſorum judicium ſuper ſermonem incipientem: Quando natalitia, ſemper Auguſtino attributum, rejiciuntur Prudentii teſtimonio, aliiſque monumentis: pariterque removetur difficultas altera circa verbum, quod Sanctus coronam Martyrii tempore pacis invenerit: atque ita in ſalvo ponitur, quod juvantibus ejus meritis, innumeri al i eandem martyrii gratiam ſint aſſequuti.

ANtequam de beati noſtri Diaconi exaltatione ad Archileviticam dignitatem agamus, quo factum delectet magis Lectorem, debitoque locetur in lumine; præmittere juvat temporum viciſſitudines, quæ fluxere intee ſuſcepta Imperii gubernacula a Valeriano (qui Romæ præſens circa initium ann.255., pro Domino fuit a Senatu habitus poſt reditum ex Norico) & annom 258., quo Sixtus II. fuit ſummus Pontifex renuntiatos. Ait enim Cicero lib. v. Fam. Ep. cap. 12. *Nihil eſt aptius ad delectationem Lectoris*, *quam noſſe temporum varietates*, *for-*

Digitized by Google

fortunæque viciſſitudines. Neque ad aſſequendam hiſtoriæ veritatem quid utilius, quam rationem temporum habere præ oculis. Diximus priori Capite num. 22. Valerianum ad culmen Imperii evectum ab exercitu anno 254. nimirum poſt interemtum a militibus Æmilianum, qui, Gallo & Voluſiano interſectis, ſceptrum tenuerat ad menſes quatuor, non multo ante finem commemorati anni 254.. Jamque ab anno 253. ſedebat Pontifex Lucius, qui martyrio affectus eſt 4. die Martii 255. exiſtente in Urbe Valeriano Imperatore. Nondum enim ab iſto compreſſa fuerat Galli & Voluſiani perſecutio, adverſus Eccleſiam excitata; ſed perduravit uſque ad relati Lucii mortem anno relato. Quocirca Romanum Martyrologium quarto nonas Martii habet: *Romæ via Appia natalis S. Lucii Papæ, & Martyris, qui in perſecutione Valeriani... martyrium capitis obtruncatione complevit*. Perſecutio Galli & Voluſiani dicta eſt Valeriani; quod eodem regnante, non ſine iſtius conſenſione adhuc vigebat: quamvis non multo poſt ipſe Valerianus (ubi Gallienum filium Senatus creavit Cæſarem) plenam Eccleſiæ pacem indulſit: atque adeo in meliora mutatus eſt; ut illud meruerit Sancti Dionyſii Patriarchæ Alexandrini præclarum elogium: *Neque ullus ſuperiorum Principum tanta humanitate ac benevolentia noſtros complexus eſt, quantam ille præ ſe ferebat initio Principatus ſui, totaque ejus familia piis hominibus abundabat*.

2. Paullo ante pacem fidelibus latam in Lucii defuncti locum ſuffectus fuerat Pontifex Stephanus eodem anno 255. juxta chronologicam Muſantii tabulam, ſeriem Romanorum Pontificum continentem. A morte quippe unius ad electionem alterius non plus quam dies ſeptem tranſiere. Ipſa vero data pax ad triennium perduravit, nonnullis ſuperadjectis menſibus: quantumlibet circa ejuſdem triennii finem aliquatenus turbata fuerit, nimirum Imperatore Valeriano Epiſcopis inhibente ſacros Chriſtianis publice agere Conventus, ſuggeſtione Macriani, aruſpicum magorumque opera depravato. Neque tamen pœna mortis id erat vetitum Chriſti cultoribus; ſicut ex actis Conſularibus Africæ & Ægypti Du-meſnillus oſtendit, inquiens: *Initio mitior perſecutio fuit; nec adhuc ſanguine tranſigebatur, ut conſtat ex Valeriani edicto, atque ex actis ſequentibus, Cyprianique epiſtolis &c.*. Hinc fideles, exilii minis neutiquam deterriti proſequebantur exercitia Religionis in cæmeteriis, quæ loca publica cenſebantur. Quod autem Stephanus Pontifex, compluresque clerici ejus occiſi fuerint an. 258. a ſatellitibus, Valeriano mandante; geſtum id legimus, non virtute alicujus edicti publici, ſacra fidelibus prohibentis ſub pœna ſanguinis; ſed peculiari cauſſa, quod amicum valde carum Cæſari, nempe Olibrium Tribunum cum tota ipſius familia idem Pontifex ſuis cum ſociis a vana idolorum ſervitute ad Chriſtum converterat, & baptizaverat, comminutis aureis, & argenteis ſimulacris, diſperſiſque pauperibus. Cujuſmodi factum ægre Valerianus accepit. Liquet id clarius ex laudati S. Stephani actis, in quibus narratur, quod iſti fuerit caput abſciſſum in propria ſede, dum perficeret ſacra myſteria in Cœmeterio; neque tamen alios ex clericis, & laicis, ibi adſiſtentibus, legimus ab iiſdem ſatellitibus obtruncatos: quod ſane miſſi a Principe perpetrare facinus non omiſiſſent; ſi communis eſſet omnibus mortis cauſſa, nempe quod publice Chriſtum colerent. Solum paucis ante diebus comprehenſi, & interfecti fuere duodecim illi Clerici, qui cum Stephano dederant operam ad converſionem Tribuni prædicti cum ſua univerſa familia.

3. Tranſactis itaque a Stephani deceſſu diebus XXIII. Luce viceſima quarta menſis Auguſti Sixtus Archidiaconus in Petri Sede collocatus eſt: prioremque ſuam Archidiaconatus dignitatem Laurentio contulit; quandoquidem ea de ſe iſte præbuerat ſanctitatis & ſapientiæ argumenta, ut judicio tam ſancti, & ſapientis Pontificis dignus ſit habitus, qui ceteris ſex Levitis principibus & fortaſſe iis etiam junior ad illius dignitatis apicem ſublimatus præferretur. Vir autem humilis in oculis ſuis eum renuebat honorem accipere, inquit Ferrerius, *Sed propter obedientiam acceptavit*: Quum divinæ id eſſe voluntatis intellexit. Unde Romanorum fidelium gratulationes, uti ſummus Levitarum creatus Princeps, admiſit; communibus plauſus, & lætitiæ ſignis exceptus.

4. Quanta porro tum eſſet hæc in Romana Eccleſia dignitas, ex Epiſtola, S. Clementi ob ſuam vetuſtatem adjudicata, colligitur, & ex lib. I. Decretalium tit. XXIII.; ubi hæc habentur: *Archidiaconus poſt Epiſcopum ſciat ſe Vicarium ejus eſſe in omnibus, & omnem curam in clero (tam in urbe poſitorum, quam eorum, qui per parœcias habitare noſcuntur) ad ſe pertinere, ſive de eorum converſatione, ſive honore, & reſtauratione Eccleſiarum, ſive doctrina Eccleſiaſticorum, vel cæterarum rerum ſtudio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt*. Paucis hæc perſtrinxit Innocentius tertius ſerm. I. de S. Laurentio, Archileviticam ejus explicans dignitatem, ac docens, fuiſſe *ſummam poſt primam, ſive primam poſt ſummam*. Idemque Innoc. cap. *ut noſtrum* lib. cit. *De jure*, inquit, *Communi ad Archidiaconi ſpectat officium, repræſentare ordinandos Epiſcopo, & illos examinare*. Cujus

rei

rei quoque meminit, uti vetuſtæ conſuetudinis in Urbe, S. Hieronymus alibi laudatus. Item ex Concilio Toletano V. quod celebratum fuit anno 633. ſequens depromitur regula, ſtatutis primævis conſentiens: *Cauſam, vel juſtitiam Presbyterorum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorum ipſe* (Archidiaconus) *debeat deliberare, & ordinare, & facere. Ideo vero ſtrenuus, providus, cautus, vicem ſui Epiſcopi agens, totius Epiſcopatus curam habeat.* Horum Sapientum Patrum dicta Laurentius facto prævenit: quandoquidem Doctor Eccleſiæ Sanctus Bonaventura in ejus ſermone pronuntiat, quod *De præceptis majorum nihil unquam omiſit*. Exploratum eſt autem, ſtatuta laudata pro Archidiaconi officio ex primigeniis Eccleſiæ ſanctionibus deſcendiſſe: quemadmodum ex Epiſtola S. Hieronymi 85., quam directam voluere ad Evagrium: facile colligi poteſt. Ii enim vixerunt proximi ſæculo Sancti Laurentii. Haud aliter, quod diſpoſitione Gregorii magni anno 590. decretum fuit, vaſorum cuſtodiam ad Archidiaconum pertinere, factum reperimus in primævis Eccleſiæ ſæculis, uti conſtat ex lib. Pontif. Rom.. Obſervatque ibidem Macrius verbo *Archidiaconus* in Cornelio Papa. *Qui omnia Eccleſiæ bona Archidiacono Stephano tradidit, qui deinde jam Papa, ante ſuum martyrium omnia vaſa Eccleſiæ & pecuniæ arcam Xiſto Archidiacono dedit. Idem poſtea Sanctus Xiſtus jam Papa, & futurus Martyr, Archidiacono Laurentio theſauros Eccleſiæ commendavit.* Thomaſſinus de benef. Eccl. part.3. cap.17. num.7. alterum addit Archidiaconi munus, nempe: *Erat Archidiaconus Clericorum minorum dux, rector, & magiſter, ejuſque domum, ut eruditionis, ac pietatis ſcholam, frequentabant.* Omnia vero enumerata impleverit munia noſter Levita maximus, aperte concluditur ex irreprehenſibili vita ejus, juxta commune SS. Patrum dogma.

5. Ciacconius in actis S. Sixti Papæ II. poſtquam de Archidiaconatus dignitate agit ſub illis temporibus in Romana Eccleſia, ad poſteriora deſcendens ſæcula, inquit: *Mutato tantum nomine, eandem Cardinales retinuerunt dignitatem, & in Archidiaconi locum Romanæ Eccleſiæ Camerarius ſucceſſit. Nam Gregorius hujus nominis* VII. *anno ſalutis* MLXXIII. *ſuppreſſo nomine Archidiaconi, Camerarium ſubſtituit: cujus curæ Eccleſiaſticos redditus pauperibus erogandos reliquit... Nos Laurentium Cardinalium ſenatui adſcribere minime veremur, dum inter primos, ac præcipuos Romanæ Eccleſiæ miniſtros Archidiaconi munere inſignitum legimus.*

6. Veruntamen quamvis ampliſſima inter Cardinales ſit Camerarii dignitas, ſacrarii obtinens Præſulatum; ad quem etiam pertinet Sede vacante, monetam cudere, præter alia, quibus eminet, privilegia; ſicque notabili ex parte idem Camerarius Archidiacono ſucceſſerit; non tamen in omni dignitatis illius præeminentia & juriſdictione, quæ tanta erat, ut *Levitarum Epiſcopus* & *Vicarius natus* appellaretur. Multa officiorum illius extincta ſunt hodie, multaque diviſa cernuntur inter eminentiſſimos Eccleſiæ Romanæ Principes. Vicarii namque auctoritas non eſt de jure Camerarii; nec ſeſſionis principatus; nec ſubjectio ceterorum Principum Levitarum illi debetur; nec jus appellationis ab Eccleſiaſticis Regionum tribunalibus (uti olim erant) eidem tribuitur. Omnes enim Cardinales pari habentur honore. Ex quibus omnibus liquet, in quot proſciſſa partes modo jacet ſuppreſſa illa priorum ſæculorum Archidiaconalis dignitas: ne de Clericis Cameræ, de publicis vel ſecretis Eleemoſinariis, quibus nunc utitur Sancta Sedes, mentionem faciamus, aliiſque id genus officiis, huc illuc diſpertitis; quorum omnium adminiſtratio penes Archidiaconum reſidebat. Paucis rem conficimus. Tanta fuerit Laurentio collata dignitas & poteſtas a Sixto, ſecundum conſuetudinem illorum temporum, ut is merito dicere illi poterat, ſicut olim ad Joſeph Rex Ægypti Pharao Geneſ. 41. v. 39. & 40. *Numquid ſapientiorem, & conſimilem tui invenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni ſolio te præcedam.* Prægustaverat enim ſenex Magiſter multorum intervallo annorum miram ſui lectiſſimi Diſcipuli ſapientiam, & ſanctitatem; videnſque eum cautum, ſtrenuum, providum, ac ſpiritu Dei plenum (quum inter ſeptem Diaconos Principes ſua exerceret munia) illam maximam poſt Pontificiam emereri dignitatem; hanc, exaltatione propria vacantem, eidem lubentiſſime contulit; ut vel ipſe bene meritus candidatus, ad eam ſua virtute perventus, videri poſſit ampliſſimus in conſpectu omnium: Cicerone pro Roſcio Amerino teſtante: *Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit.*

7. At heic jam quæritur a Bollandiſtis, utrum nec ne accommodatis, boniſque teſtimoniis probari queat, Sanctum Archidiaconum in ſua promotione ſortitum fuiſſe titulum Diaconiæ, quæ vulgo dicitur, *Sanctæ Mariæ in Domnica*? Equidem in primis extra controverſiam eſſe videtur eruditis viris, quod ante noſtri Archidiaconi tempora conſtituti fuerint Regionalium Diaconorum tituli Romæ: ne de Preſbyteralibus loquamur, qui ab Evariſti diebus anno Chriſti 112. apud Baronium ſtatui erant, nimirum ante centum quadraginta ferme annos quam Sanctus Laurentius eſſet Diaconus initiatus. Hunc enim Pontificem titulos in Urbe Roma-

Digitized by Google

Romana diviſiſſe Presbyteris, liber Pontif. Rom. perſpicue docet: Docet & Eccleſiæ auctoritas ſub die 26. Octobris in divinis officiis. Qua pariter inſtruimur ſub die 20. Januarii, quod Fabianus: *Septem Regiones diviſit, qui pauperum curam haberent*: Confirmat id ipſum Bibliothecarius in Fabiano. Unaquæque autem Diaconia, quæ Clericos & pauperes duarum Regionum complectebatur, non aliud erat, prout explicat Thomaſſinus part.3. lib.3. cap.19., *niſi pauperum adminiſtratio, & locus eorum domicilio deſtinatus: Is*, inquit, *locus Diaconia vocabatur*. Minus in dubium revocari poteſt, ipſum pauperum domicilium intra ſuos limites habuiſſe ſacrum aliquem locum, ubi fideles prædicti orare communiter valerent, ac ſacramentis Eccleſiæ uti poſſent. Hæc vero ſacra domus Diaconiæ titulus dicebatur, ut ex Baronio Spondanus nos admonet ad annum 112. num.IV. Scribens: *Per titulos utique intelliguntur domus fidelium Divino cultui mancipatæ, in quibus Chriſtiani Synaxes agere conſueverant, quas nos Eccleſias vocamus*. Quam doctrinam hauſit Baronius ex Epiſtolis Pii Papæ ad Juſtum Epiſcopum Viennenſem tom.1. Biblioth. Patrum, in quarum una legitur: *Antequam Roma exiiſſet ſoror noſtra Euprepia, titulum Domus ſuæ pauperibus aſſignavit: ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, miſſas agimus*. In altera: *Presbyter Paſtor titulum Paſtoris condidit*: Quocirca Sandinius in notis ad vitam Fabiani Papæ num. 2. advertit: *In Diaconiis erant noſocomia, & pauperum diverſoria, ubi viduæ, aliique egentes alebantur Eccleſiaſtica ſtipe: cuilibet diverſorio adjuncta erat Eccleſia*: Demum Mabillonius Comment. in Ord. Rom.cap.3.pag.13. *Tituli*, ait, *nihil aliud erant, quam baſilicæ, quibus certi Sacerdotes, & miniſtri adſcripti, & addicti habebantur*. Sanctum igitur Laurentium, uti unum, immo primum ex ſeptem Diaconis, diſpoſitione Pontificis unam ex his Diaconiis, ſive unum ex iis ſeptem titulis tenuiſſe, conſectarium eſt. Pius enim primus, qui ejuſmodi ſacra loca titulos appellavit, longe ante Sanctum Laurentium floruit, nimirum anno Chriſti 158.

8. Supereſt, inveſtigemus, qualis ille fuerit ſibi collatus Diaconiæ titulus? dicendumque arbitramur, fuiſſe illum, nuncupatum olim *in Cyriaca*; ſive in Cyriacæ ædibus erectum, dictumque hodie, *Sanctæ Mariæ in Domnica*; ſive, ut alii legunt, *in Dominica*. Cyriaca namque a dictione greca derivatur, quæ idem ſonat *ac Dominica*. Sacra Ædes in Regione Cælimontana ſita eſt: In cujus presbiterio ad rei memoriam depicta cernuntur potiora, quæ ibidem geſſit Sanctus Archidiaconus. Accedamus modo ad accommodatum, quod Bollandiſtæ de hac re optant, teſtimonium ſub die Auguſti x. §. IX. num.96. En illud ex Adone, quem ipſi Doctores uti venerabilem Auctorem merito complectuntur. Poſtquam enim Ado inquit, Laurentius a Sixto poteſtatem accepit erogandi pauperibus univerſos Eccleſiæ theſauros: ſtatim addit de eodem beato Levita: *Veniens in montem Cælium, ubi erat quædam vidua, in cujus domo multi Chriſtiani & Presbyteri, & Clerici abſconſi manebant, tulit veſtes & theſauros Eccleſiæ, & cepit erogare, & pedes omnium Chriſtianorum lavare*. Habemus ex his in palatio Romanæ matronæ Cyriacæ (quæ, ut ferunt tabulæ Sanctæ Mariæ in Domnica, ex præclariſſima erat ſtirpe Imperatoris Auli Vitellii) fuiſſe Diaconiam, conſiſtentem in quodam pauperum fidelium diverſorio cum adnexa Eccleſia; ut ſupra oſtendimus, juxta quod illa temporum conditio permitteret. Non enim fieri poterat, ut eo loci Preſbyteri, & Clerici, aliique Chriſtiani reſiderent, niſi eſſet ibidem ſacra domus, in qua poſſent Sacerdotes offerre Deo ſacrificia, & ſynaxes cum fidelibus agere. Et ne ſit aliquis cavillandi locus, quaſi conventus ejuſmodi in illius laudatæ viduæ ædibus obiter acciderit propter excitatam Valeriani perſecutionem, non vero, quod ad perpetuum Eccleſiæ uſum Deo fuerit oblata, & ſacrata domus; vetuſtiſſimus M. S. codex Vallicellanus nos docet, in longa tempora ibi extitiſſe pauperum diverſorium; nihilque diſcernit inter varias, quæ inſurrexere, perſecutiones Cyriacæ diebus; ſed abſolute dicit, quum inſtaret perſecutionis furor, ſancta mulier domum ſuam obtulit in refugium. En verba codicis, a Boſio relata in ſua Roma ſubterranea lib. III. cap. XXIX. *Hæc*, nempe Cyriaca, *fuerat cum viro ſuo annis undecim, & in viduitate ſinceriſſima permanſerat annis triginta duobus, & de facultatibus ſuis pauperibus Chriſti quotidie ſolatium exhibebat. Cum autem fervor perſecutionis inſtaret, hæc Matrona domum ſuam, quæ erat in monte Cælio, militibus Chriſti, ſanctis videlicet, ad conveniendum, & ſacramenta Dominica inſinuanda obtulit*. Furor autem perſecutionis in commemoratis triginta duobus annis primum Chriſtianos impetiit ſub Julio Maximino ab anno 235. ad 237. Poſtea ſub Decio a 250. ad finem circiter 251. Deinde ſub Gallo & Voluſiano a 252. ad 254. Demum ſub Valeriano a 259. ad 262. Unde colligitur, quod ſancta illa femina, relicta vidua anno 227., ſemper dedita commemoratis miſericordiæ operibus, ut primum contigit perſecutionis furor tempore Maximini, Clericos & paupetes in ſua reciperit, deſignata eis parte ſuarum ædium in hoſpitium, in quo & ſacra domus erecta in titulum fuerit pro ſacris myſte-

myſteriis inſinuandis ſub Pontificatu Pontiani. Diviſis poſtmodum a Fabiano Urbis regionibus Diaconis ſeptem, idem Ciriacæ titulus Archidiacono, exiſtenti pro tempore, affixus fuit: uti manifeſte demonſtrabat perpetua immemorabilis collatio ipſius tituli eidem Protodiacono Romanæ Eccleſiæ uſque ad Gregorii VII. tempora, queis hæc dignitas ſuppreſſa fuit. Quin immo, eadem extincta conſuetudo invaluit, ut ſaltim vetuſtiori Diacono Cardinali laudatus titulus conferretur uſque ad dies Cardinalis Joannis Mediceæ ſtirpis; qui licet junior, eum obtinuit præter morem titulum, ac deinde creatus Ponſifex, dictuſque Leo X., ad præfatam Eccleſiam ſollemnem æquitationem habere voluit. V. Floravant. in Rom. Æthn. Sacr.

9. Erubeſceot forſitan Bollandiani ſcriptores, ſatis gravi traditione redacti ad incitas, eam omnino pernegare. Admittent illam utique a vetuſtis inrroductam diebus; adeo tamen veruſtam, ut Sancti Laurentii quoque tempora præceſſerit, & ejuſmodi collationis diaconiæ uſus noſtri Archidiaconi ætate pariter extiterit, uti poſteriuribus fæculis viguiſſe, comprobatur; haud facile concedent. Dabunt Sanctam Matronam ſuis in ædibus refugium miſeris præſtiriſſe soties, quoties perſecutiones inſtiterint, ſed negabunt hoſpitium eis fuiſſe in perpetuum oblatum, ſicuti opus erat ad relari tituli erectionem; quæ fortaſſe poſteriori tempore exequuta eſt: uti ex Mabillonio Sandinus philoſophatur in Fabiano.

10. Veruntamen hæc pulchra ſunt verba. Laudatus etenim Ado oarrat, Sanctum Levitam, accepta extraordinaria poteſtate a Sixto Pontifice erogandi omnes ærarii Eccleſiaſtici theſauros, veniſſe primum in Cyriacæ domum. Deinde ſubdit, tuliſſe veſtes & rheſauros Eccleſiæ, ac pauperibus erogaſſe. *Veniens*, inquit, *in montem Cælium, ubi erat quædam Vidua... tulit veſtes & theſauros Eccleſiæ, & cæpit erogare*. Petimus, unde rulit? unde accepit? Utique reſpondet Prudentius in Periſteph. Stroph. 55. Ex arca, quam fidis cuſtodiebat clavibus. Arca igitur Eccleſiæ in Cyriacæ domo erat, & in ea quidem parte, quam obtulerat in hoſpitium fidelium: quod non aliud erat niſi Diaconia, ſive Diaconiæ titulus. Hioc Barooius in notis ad Martyrol. Rom. vi. idus Auguſti lit. 6. air: *Diaconiæ erant loca ſacra... erant velut quædam promptuaria eleemoſynarum. Tenebantur hujuſmodi Diaconiarum miniſtri rationem reddere Summo Pontifici, niſi ab eodem eximerentur. Dicebantur hi exbibere Diaconiam; idemque erat, quod pauperibus erogando, eleemoſynas miniſtrare*. Ac paullo poſt addit: *Ejus muneris functionem expreſſam haber in actis S. Laurentii Martyris*. Citatuſque ſupra Thomaſsinus num. 25. habet: *Mulieres de matriculis ex bis Diaconiis accipiebant ſtata ſua ſtipendia*. Floravantes de templo S. Mariæ in Dominica agens, pag. mihi 214. ſcribit: *Dicitur in Dominica ideſt in Kiriaco, quia a Cyriaca matrona Romana in propria domo fabricatum ſit templum*. Non ergo ad horam accidit eo loci, ut ſuſciperentur Clerici, & laici fideles cauſſa declinandi ſolam Valeriani perſecutionem; a multo tempore, priuſquam Sanctus Laurentius crearetur Archidiaconus, remplum, tirulus, Diaconia ibi eraot ſtabilia, ac firma; cujus gubernacula Sanctus noſter, inauguratus Archidiaconus, ſuſcepit: ne de mera voce *Tituli*, quæſtionem faciamus.

11. Quod ſi ædificium illud ſub Diocletiani perſecutione cum ceteris ſacris templis Romanæ Urbis deſtructum fuit, ut veriſimiliter putamus, certe reddita Eccleſiæ pace ſub Conſtantioo, ſicut narraot hiſtorici, reædificatum fuit a Silveſtro Pontifice, in amplioremque conſtructum formam, ac Romano Archidiacono ſemper collatum in ritulum. Atque adeo, ut quaotumvis Gregorius Magnus duplicaverit vetuſtum ſeptem Diaconiarum oumerum, quatuordecim inſtitutis Diaconis Cardioalibus, ſervatum eidem templo voluerit prælationis honorem, quem facer locus a tempore acceperat Fabiani: Sicut videre licer in tabula diaconialium Eccleſiarum ſub Gregorio Magno, ubi Signatus penes Pancirolium *tract*. 3. *de Titulis* primo cernitur loco *Titulus S. Mariæ in Domnica*.

12. Majora de eadem Eccleſia Regienſis Archidiaconus Toſchi, præ comptobatis a nobis, refert apud Ciampinum part. 2. *veterum monumentorum* Cap. 24. pag. 141. ſcribentem: *Reverendiſſimus Toſcbi Archidiaconus in Eccleſia Regienſi, quem bonoris cauſa bic nomino, in ſua peculiari diſſertatione MS. quam in meo librorum MSS. Cimelio ſervo, putat, eandem Eccleſiam olim fuiſſe palatium, ac reſidentiam ſummorum Pontificum ante Sylveſtri tempora, & in boc palatio Sanctum Laurentium Martyrem pauperibus Eccleſiæ theſauros diſtribuiſſe: nec non ſecunda Dominica Quadrageſimæ ibi ſtationem celebrari, quoniam prima Dominica in Lateranenſi Eccleſia prima babetur ratio. In bac igitur Diaconia, quæ majori aliis prærogativa gaudebat, Arcbidiaconus reſidere conſueverat*. Hanc autem Toſchii relationem multa indigere caſtigatione, perſpicuum eſt. Admittere ſane poſſumus, habitationem Sixti II. Papæ non longe ab eadem Diaconia diſtaſſe: ſecus quei fieri potuiſſer, ut Sanctus Laurentius in eadem ſua Diaconia reſidens; juxta communem Regiooalium Diacooorum eo temporis conſuerudinem, Sixto Pontifici, quotidie ſacra facienti, inceſſanter adſiſteret; uti pe-

penes Sanctum Ambroſium legimus: *Tu numquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras*: Curis ceteroqui maximis ſui Archidiaconatus quum eſſet implicatus? Aſt evidenter contra Sanctum Adonem illa Toſchii pugnat adſertio, nimirum quod in Palatio Summi Pontificis Levita Sanctus diſtribuit pauperibus theſauros Eccleſiæ; dum Ado expreſſe inquit, quod in domo Cyriacæ (in qua ſua exiſtebat Diaconia) tulit theſauros, & erogare cepit. Nec minus cenſura eget, quod Toſchius addit, commune ibi fuiſſe Pontificum Romanorum Palatium. Res enim adeo publica non latuiſſet Romanos Imperatores, Eccleſiam perſequentes. Sicut quod Diaconia hæc ſtationem obtineat Dominicæ ſecundæ in Quadrageſima, quia majori aliis prærogativa gaudebat. Vel enim intelligit loqui de tempore ante Silveſtrum: & ſic, non eſt ratio, quæ haberi deberet pro Lateranenſi Eccleſia in ponenda illic ſtatione ſub Dominica prima quadrageſimæ; quandoquidem ante Silveſtri tempora Lateranenſis Baſilica non extabat: nec ulla ſit mentio ſtationum huic vel illis ſacro loco deſignatarum. Vel agere vult de loci dignitate poſt erectionem ejuſdem Baſilicæ, ſicque ruit fundamentum majoris dignitatis Diaconiæ in Cyriaca præ aliis Eccleſiis: nam quo temporis erecta fuit Lateranenſis Eccleſia, excitari ſere viſa ſunt templa Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, nec non S. Laurentii Martyris extra urbis mænia; quæ omnia patriarchali titulo inſignita fuere, poſthabenda minime Archidiaconali Eccleſiæ. Si autem loquitur de majori dignitate, reſpectu habito ad alias Diaconias; verum dicit: ſed unde habet, quod hac ex cauſſa ſtatio illi ſignata ſit poſt Eccl. Lateranenſem? linquimus iccirco ſapientibus aliis inveſtigandam rationem, quare vetuſti Pontifices affixerint relatam ſtationem ſecundæ Dominicæ in Quadrageſima titulo templi in Cyriaca; quum non ſit noſtri præſentis inſtituti hanc materiem pertractare.

13. Quia vero contigit, præcedenti paragrapho vel obiter commemorare verba illa S. Levitæ ad Sixtum: *Tu numquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras*: Quod potiſſimum erat munus Archidiaconi, adſiſtere nimirum proxime Sacrificanti Pontifici; præſenſque caput actorum Martyris ſit poſitum ad illuſtranda munia Laurentianæ Archileviticæ dignitatis; æquum eſt, paulliſper immoremur in conſideratione ipſius exercitationis heroicæ circa ſacri altaris miniſteria, ex officio ſibi debita. Si enim *Adoleſcentiam ſuam*, ut Dionyſius Carthuſianus advertit, *in omni morum venuſtate, in devotiſſimo Dei cultu expendit*; Qualis, putabimus, exarſerit in eo devotionis flamma, qualiſque ſplenduerit ſollertia in exſequendis injuncti ſibi muneris actionibus; quum jam perſectæ eſſet ætatis, ſeu juventutis ſuæ annos attigiſſet, Archilevitico decoratus officio? Hac in dignitate, inquit idem Carthuſianus, *Sanctus Laurentius cum ſumma cordis reverentia, cum ingenti cordis munditia deſervivit Altiſſimo: & circa digniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum timorato, ac fervido ſe habuit corde. In his florem juventutis ſuæ obtulit Chriſto, tam Deo, quam cunctis complacens Chriſtianis.*

14. Novimus, Angelos cum timore ac tremore ante thronum Dei adſiſtere: Neque hac in re quicquam admirationis me occupat. Tremunt, intuentes infinitam Dei majeſtatem facie ad faciem; cujus & immenſæ pulchritudinis amore pariter ſerveſcunt. Mirum plane, ac valde mirum mihi eſt, quod noſter in carne Angelus, altari adſtans Domini, cujus celſitudo in terris velata eſt ſub Euchariſticis ſpeciebus, adhuc tamen perſpicaci adeo fidei oculo eam contemplaretur celſitudinem, perinde ac ſi præſentem corporeis ſuis cerneret obtutibus; Unde magno illo timore, ac tremore in ſacris myſteriis repleretur; timore, inquam, non ſervili, ſed filiali, ſed Angelico; ſicut & Seraphico faveſcebat amore. Ita profecto Angelicis ornatus moribus, Angelico ſibi commiſſo muneri Angelicus reſpondebat Juvenis. Quid ergo dices? Numquid in carne non erat? Aut in terris non habitabar? Scriptum eſt autem: *Corpus, quod corrumpitur aggravat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*. Veruntamen cum Patriarcha Juſtiniano ſerm. de S. Laur. reſpondebimus: *Manens in carne, carnis nihil ſentiebat in mente: totus ferebatur deſiderio ad ea, quæ videbat in fide, complectebatur amore*. Superadductum vero ex adverſo ſapientis teſtimoniom ſap. IX. 15. Bernardus ſerm. 3. de Aſcenſ. explicans, inquit: *Per ſenſum hic arbitror intellectum deſignari, qui tunc deprimitur cum multa cogitat, cum non ſe colligit circa unam & unicam meditationem... Animam vero hic æſtimo dici affectiones, quæ corrupto corpore diverſis paſſionibus afficiuntur, quæ mitigari numquam poſſunt, ne dicam ſanari, donec voluntas unum quærat, & ad unum tendat. Duo ergo ſunt, quæ in nobis purganda ſunt, intellectus, & voluntas: intellectus ut noverit, voluntas ut velit*. Subiicit deinde exempla Eliæ & Henoch dicens: *Felices & vere felices illi duo, quibus omnes materiæ & occaſiones ablatæ ſunt, quæ eorum intellectum impediant, aut effectum, quia ſoli Deo viventes, nec noverunt niſi Deum, nec cupiunt, niſi Deum*. Quid eſt autem, quod de Laurentio Juſtinianus prædicat: *Manens in carne, carnis nihil ſentiebas in mente*, niſi quod corpus illius animam ejus, ſpe-

ciali

Digitized by Google

ciali Dei dono ſibi conceſſo, neutiquam aggravabat; quia voluntas ipſius nonniſi unum Deum quærebat, ad unum Deum tendebat, unumqne Deum volebat? Dum vero idem Juſtinianus addit, *totus ferebatur deſiderio ad ea, quæ videbat in fide*, patenter oſtendit, intellectum Sancti Levitæ multis cogitationibus neutiquam fuiſſe depreſſum. Purgatus iccirco Laurentius, ſecundum utramque potentiam, illuſtrari ſic meruit in intellectu, ſic inflammari in voluntate, ut in altaris præſertim miniſterio nonniſi in carne Angelus videretur: quinimmo ubi Miniſter ipſe ad Sanctum altare de corpore & ſanguine Domini fiebat particeps, elevatus ſupra modum ab illa inhabitatione terrena, candidiſſima velut nubecula, Divini Solis radiis informatus, in ſolem quaſi alterum converſus appareret.

15. Offeras itaqne mihi compluri mos altaris miniſtros, ſanctitatis laurea donatos, excellentiſſima Dei caritate ſerventes, caſtitate perinſignes, reverentia Deique timore perſuſos, devotione flammantes. Dicam tibi cum Dionyſio ſupra laudato: Inter hos ſelectiſſimos altaris adminiſtros *ſingulariter Diaconis, & Clericis omnibus proponitur Sanctus Laurentius in exemplum, ut ejus caſtitatem, ac devotionem ſectentur*. Et ne forte a Clericis Sacerdotes exceptos intelligas. Audi, quid enuntiet ſapientiſſimus idem Dei Præco ſerm. v. ejuſdem Martyris: *Ex reverentiſſima, decentiſſima, ac devotiſſima habitudine Sancti Larentii circa myſterium Sacramenti altaris docemur, & admonemur, cum quanta puritate, reverentia, ac fervore neceſſe ſit, nos ſacris miniſtrare, menſæ ſummi Regis aſſiſtere, Diaconatus, Sacerdotiique officium adimplere*. Hinc & Eccleſia Sacerdotibus univerſis præſcripſit, ut in gratiarum actione poſt oblatum ſacrificium memoriam quotidie faciant Sancti Laurentii: cujuſmodi recitanda oratio pro nemine ſanctorum novi teſtamenti, uno demto Laurentio, conſtituta Eccleſiæ auctoritate diſpicitur. Quo capiamus, Eccleſiæ miniſtris eum ſingulariter eſſe propoſitum, tanquam immaculatum ſpeculum, in quo ſe intueantur, ac videant, num conformes, an diſſimiles ſint tanto puritatis, pietatis, devotionis, timoris, atque amoris exemplari in ſacroſanctis myſteriis peragendis; ſeſeque, in quo deficiunt, corrigant, & emendent: plurimique faciant ejus adſiſtentiam poſtulare, & expetere in ſacris actionibus conſummandis. Hujuſmodi rei præclariſſimum habemus exemplum, Sixtum Pontificem, qui licet ſanctitate ſplendens, licet ſelectorum miniſtrorum copiam ad ſuum promptam haberet nutum, abſente tamen Laureotio, miſſam nullatenus celebrare volebat; quemadmodum ei dixiſſe Miniſtrum ipſum ſupra vidimus apud Ambroſium: *Numquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras*. Uni ſane huic dilectiſſimo Adminiſtro, cui ſingularis animi caſtitas Leviticum miniſterium dederat, præ omnibus miniſtris aliis, quantalibet ſanctitate ſulgentibus, beatus Pontiſex reſerebat acceptum, quod oblatam in altari hoſtiam ſuſciperet Deus, *ex opere operantis*, ad maximam ipſius offerentis, totiuſque milirantis Eccleſiæ utilitatem. Et ideo Senex beatiſſimus, ejuſdem Eccleſiæ Rector, & capur, Levitam iſtum deſiderabilem, aliis nonnunquam implicatum ſui officii curis, patienter exſpectabat, nec exſpectationis ejuſmodi eum pigebat; dumtaxat optatus Archiminiſter aliquando tandem adveniret, ſuoque ſacrificio miniſtrarer. Non enim ſibi hominem adſiſtere, ſed Angelum adſtare putabat, cujus deſtitui præſentia ferre non poterar.

16. Quod ſi Angelus ad aram viſus eſt, haud aliter in adminiſtrandis Eccleſiæ bonis apparuit; ſed qualem ſe geſſir in obſequiis vero Chriſti Corpori præſtitis; ralem ſe exhibuit in miniſtrando Corpori ejuſdem Chriſti myſtico. Ut tamen de poſteriori hac adminiſtratione ſancti Levitæ pleniorem notionem habeamus, æquum eſt, rei adminiſtratæ magnitudinem perpendere, quo poſſimus illius operis granditatem, laudiſque inde ſequutæ meritum qualitercnnque concipere. Siquidem fuiſſe, non ignoramus, haud longe a diebus noſtris, quoſdam ſciolos, dicentes, quantum a vero exorbitent illi, qui ſentiunt, ac magni faciunt Eccleſiæ theſaurum a Sancto Laurentio adminiſtratum, & per ea quidem tempora, quibus ipſa Eccleſia vexabatur a mundi priocipibus, ac booa fidelium confiſcabantur. Donandum eſt nihilominus eis, qui ſuæ innixi prudentiæ, ralia verba loquuti ſunt: ſatis quum ſir nobis rei veritatem oſtendere ab antiquis, quæ mox producimus, tabulis. Etenim apud Euſebium lib. 4. Hiſtor. cap. 23. Sanctus Dionyſius Corinthiorum Antiſtes, qui floruit, declinante ſecundo Eccleſiæ ſæculo, ſub perſecutione IV. M. Aurelii & Lucii veri, atque a Commodo prorogata, nec non ſub altera ordine v. Septimii Severi, initio ſæculi tertii excitata, quæ perduravit ad annum uſque 211. Is, inquam, Sanctus Epiſcopus epiſtola ad Soterem Papam de opimis Eccleſiæ Romanæ facultatibus, in remota etiam loca tranſmiſſis, ita ſcribit: *A principio, moris eſt vobis fratres omnes variis juvare beneficiis, multiſque Eccleſiis per diverſa terrarum loca, cuncta, quibus indigent, deſtinare. Singulorum quoque neceſſitatibus in omnibus conſolari; ſed & per metalla fratribus relegatis quæ uſus poſcit præbere. Hæc ab initio Romanæ Eccleſiæ facere moris fuit .... & ſemper integre cuſtodita*. Eodem ſæculo tertio, Sancti Lauren-

G 2 tii

tii ætate opulentiſſimum quoqoe fuerit Eccleſiaſticum Romanum ærarium, perſpicue comprobat Sanctus Dionyſius alter, Patriarcha Alexandrinus, Sixti II. Papæ Coævus, penes eundem Euſebium lib.7. cap.v., ut in Thomaſſioi tractatu de Beneficiis part.3. lib.1. cap.3. ad rei propoſitum videre licet. Sanctus etenim Præſul ſcribens ad Stephanum Pontificem, Sixti proximum prædeceſſorem: *Syriarum*, inquit, *Provinciæ omnes cum Arabia, quibus identidem ſuppeditatis &c.* His accedit Prudentius a nobis citandos lib.2. cap.2. infra, ubi de Laurentiana theſaurorum diſtributione ſermo erit. Ipſeque Thomaſſinus loc. cit. paullo ſupra hæc habet: *Celebrata eſt ab Epiſcopis Græcis ſummis quibuſdam laudibus Eccleſiæ Romanæ liberalitas effuſiſſima in omnes orbis Eccleſias, qui rivuli tam longe loteque manontes, uno ex fonte oriri poterant ſpontonearum Romanæ plebis oblationum, vel confluentium eo undique fidelium.* Idem numero 4. adjicit: *Illud & emergit nunquam reſtingui potuiſſe primævum illum æſtum, & ardorem Eccleſiæ naſcentis donondis, & addicendis latiſundiis &c.*

17. Sane quidem niſi opolentiſſimum ſuiſſet Eccleſie Romanæ depoſitum, quei fieri poterat, ut Sancti Lautentii tempore, præter ea, qoæ neceſſaria erant Romæ ad maximam alendorum pauperum multitudinem, viıæ quoque ſubſidia extenderentur ad Orientales Eccleſias, laudato Dionyſio Alexandrino teſte? De moltitudine autem alendæ Romæ turbæ, quam curare debuit noſter Archidiaconus, preſſis agit verbis Sanctus Leo magnus ſerm. De S. Laur. dicens: *Numeroſiſſimos ſanctorum pauperum obtulit greges: in quorum victu atque veſtitu inamiſſibiles coadiderat facultates.* Et tamen perſuaſi ſumus, quod Archilevita prudentiſſimus in admodum copioſa turba illa ſaltim omiſerit ſecum ducere ad publicum illud exhibendum Imperatori ſpectaculum complures honeſtas, formoſaſque poellas virgines, ac viduas, licet egentes alimoniis, nimirum ut iſtarum parceret verecundiæ: triviales contentus oſtendere viros & mulieres, ne Prudentii teſtimonio reſragari videamur.

18. Et ecce reſeratum nobis aditum ſandi aliquid de Angelica noſtri Sancti adminiſtratione theſaurorum ad victum & veſtitum egenorum Chriſti, uti mos erat temporibus illis per Archidiaconi manus neceſſaria ſuppeditare pauperibus. Res enim plena periculis erat, quæ exigebat in diſpenſatore caſtimoniæ virtutem ad longa tempora comprobatam. Quare non in ſola occidentali, ſed etiam in Orientali Eccleſia plerumque cautum erat, ne junioribus Archidiaconale committeretur officium; quemadmodum teſtatur Joannes Caſſianus, Chryſoſtomi olim Diaconus, collat. 21. cap. 12. Dignis enim extollens laudibus venerabilem quendam ſenem, nomioe Joannem, qui Abbas quum fuiſſet in Oriente, ex ſui Cœnobi præfectura evectus fuerat ad Archidiaconatum Cathedralis Eccleſiæ, ita ſcribit: *Merito ſanctitatis electus, Diaconiæ præſidebat. Non enim ad hunc gradum quilibet propria voluntote, aut ambitione provebitur, ſed is, quem ſeniorum cætus, ætatis prærogativa, & fidei, atque virtutum temonio excellentiorem omnibus, ſublimioremque oſtenderit.* Quanta igitur oportuit Laurentium præditum eſſe virtute, qoæ in juniore præjudicium aboleret ætatis? Penſiculate iccirco de eodem Juſtinianus pronuntiavit, dicens: *Ætate quum eſſet junior, ſenſus tamen canos gerebat in mente*, Atqoe adeo *canos* ut quamvis plures eſſent in ſeptem Pontificiis Diaconibus longo adminiſtratioois uſu in ſuis diaconiis exercitati ac probati, caniſque fortaſſe etiam crinibus; quique non multo poſt meruerunt, conſummati virtute, ſanguinem pro Chriſto ſundere; adhuc tamen æquiſſimi, ſanctiſſimique Pontificis judicio beatiſſimus noſter Juvenis ſanctis illis, quaſi magis ſenior, præferri meruerit. Tanta enim in inferioribus Eccleſiaſticis gradibus ſuæ puritatis ac fidelitatis dederat experimenta, ut firmiter judicatum ſit, tuto illi committi poſſe, ac debere ſummam totius Ærarii Romanæ Eccleſiæ. Et quidem effectus (iterum dicimus) in Laurentio probavit virtutem. Exinde quandoquidem Sanctus noſter apparuit quaſi ſol, emittens undique lucis ſuæ radios per ſæces, ac ſordes, nihil inde contrahens inquinamenti: Exinde viſus eſt ſuis in admioiſtrationibus pluſquam Angelus; dum nulla humana potuit paſſione corrumpi. Expoſitioni huic ſavet Chryſoſtomus lib. De virginitate, ubi de impolluto inquit homine, Angelis coæqoato: *Audendum & magis. Nam Angeli neque carne & ſanguine coagmentati ſunt: in terris non commorantur: non cupiditotum & libidinum ſunt obnoxii: non ſunt hujuſmodi, ut eos dulcis ſonus, aut cantus mollis, out præclara ſpecies poſſit allicere. nulla denique ejus generis illecebra capiuntur.* Et hanc quidem mereotur laudem, qui tuendi cauſa puritatem mentis & corporis, vel clauſtra religioſa, vel antra deſerti petunt; quomodo non magis eam eſt ille promeritus, qui obſtrictus inter mundi laqueos ambulare, ut ſui officii partes exſolveret, quo ſeſe ſaceret omnia omnibus cujuſque ſexus, cujuſque conditioois, cujuſque ætatis, nihilo ſecius evaſerit technas diaboli, nullatenus irretitus; & quaſi Moyſis rubus, illecebrarum flammis circumdatus, expers combuſtionis viroerit? Huic plane potiori ratione non ſolum Angelicæ, ſed pluſquam Angelicæ adminiſtrationis laus, credimus, ſit jure merito tribuenda.

Inter

19. Inter acta præterea ejuſdem Archilevitici officii, eam lubet ſacram recenſere functionem, quæ olim vigebat (licet poſtetiori tempore prætermiſſa ſit) nimirum , ut eum aliis auctoribus ſcribit Macrius in Hierolex. verb' *Thuriſicatio* prope finem , dicens: *Antiquitus in Eccleſia Latina ſemel in anno ſcilicet feria quarta poſt dominicam tertiam Adventus Diaconus matutini tempore incenſare ſolebat altare* . Id ipſum adnotat eruditiſſimus De Martene tom. 3' de antiquis Eccleſiæ ritibus lib. 4. cap. 10. num. xxx. addens : *Hujus ritus meminit Durandus lib. 6. Rationalis Cap.* 8. *Meminere etiam varia ordinaria Eccleſiæ Rotomagenſis* , *Pariſienſis* , *Sylvanectenſis* , *Noviomenſis* , *Meldenſis &c*. Laudatus autem Durandus loco cit. ita ſcribit. *In matutinali officio* , *pſalmodia finita* (nempe prædictæ quartæ feriæ poſt tertiam dominicam Adventus) *Diaconus* , *&* *Subdiaconus* , *&* *Acolythus in albis cum Candelabris* , *&* *thuribulo proceſſionaliter juſſu Prælati ad pulpitum pergunt* , *ubi Diaconus pronuntiat Evangelium*: *Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo* : *cum hujus homilia . Deinde incenſans altare* .... *Sedet* , *donec unus Acolythus incenſaverit chorum* , Certum eſt tamen , qood ejuſmodi ſacer ritus, quamvis vetuſtus non fuerit , ſaltim ſecondum omnes ſui circumſtantias , exercitus S. Laurentii ætate . Multa enim in eo leguntur geſta , qoæ non videntur prævenire potuiſſe ſæculum quartum . Verum , quod pertinet ad ſacti ſubſtantiam , nimirum thurificationis aræ Archidiaconi manu , prævia Epiſcopi benedictione , ſemel in anno ſub citata die quartæ feriæ poſt Dominicam tertiam Adventus ad demonſtrationem ſolemnem Evangelizantis Angeli incarnationem Filii Dei , non apparet , quid ſolide opponi poſſit, quominus geſtum credatur, ſecundo adhuc ſæculo currente, ne dicam, primo.

20. Ad eujus rei explanationem ſufficit pauca dicere . Inſtitutio namque ſeptem Levitarum uſu poſita legitur in actis Apoſtolicis cap. vi. 3. & ſeqq. Item hornm Princeps fuerit Œconomus Eccleſiæ , qui & Archidiaconus dictus eſt , a nemine video in dubium revocatum; quin potius exemplo Sancti Stephani Protomartyris firmatum animadverto. Ex Concilio autem Tridentino ſeſſ. xxii. cap. v. liquet , quod *Pia mater Eccleſia ritus quoſdam inſtituit Cæremonias item adhibuit* , *ut myſticas benedictiones*, *lumina* , *thymiamata veſtes*, *&* *id genus multa ex Apoſtolica diſciplina*, *&* *traditione &c*. . Atque peculiariter circa uſum incenſi , Muratorius tom. 1. de rebus liturgicis Romanis pag. mihi 265. Diſſert. in heterod. ait : *Antiquiſſimi ſint Canones* , *qui Apoſtolorum momine circumferuntur* , *nullus eruditorum negat* . *Ibi offerri dicitur incenſum* , *ſive thymiama can*. vi.. Qui Canon inter quinquaginta una ſimul ſuis cum Capitulis , Dionyſio Exiguo interprete , ab Eccleſia non rejicitur , quicunque demum illorum auctor fuerit , proximus Apoſtolorum temporibus ; immo ex dictis quinquaginta ſolum tres repodiantur , nimirum 46. & 47.. De baptiſmo hæreticorum non recipiendo , & 50. de trina in baptiſmo merſione neceſſario uſurpanda . Vide Remigium Maſchat. tom. 1. in Prolegom. Jur. Canon. §. iii. num. 17. Capitulum autem 28. habet : *Diaconiſſa non facit aliquid eorum* , *quod diaconi faciunt* . Nihilo ſecius ex epiſtola, Sancti Soteris nomine circumlata , patet non deſuiſſe Diaconiſſas æmulantes Diaconorum miniſterium . Circa oblationem incenſi ad altare . Habet enim ea Decretalis , quæ data ponitur ſæculo ſecundo : *Sacratas Deo feminas*, *vel monacas ſacra vaſa* , *vel ſacratas pallas penes vos contingere* , *&* *incenſum circa altaria deferre perlatum eſt ad Apoſtolicam Sedem* , *quæ reprehenſione digna eſſe* , *nulli recte ſapientum dubium eſt* . Vocabulo *incenſum* intelligendum heic venit *Thymiama* , quod eſt thuris in igne poſiti vaporatio , ſuffitus , ſeu ſuffimentum : uti ſupra Muratorius laudatus ait : *Incenſum* , *ſeu thymiama* ; quæ ſunt ſynonima : quemadmodum ſynonima ſunt *Thus* & *Olibanum* , quæ ſignificant concretam lacrymam cujuſdam exiguæ arboris in Arabia , cujus ſit uſus in ſacrificiis &c. Hæc autem ſi fuiſſet Diaconiſſarum delatio circa aram , non erat ratio , cur reprehenderentur ; quum thus non eſſet niſi laica oblatio , ad templi uſum adhibenda legitimorum miniſtrantium officio . Reprehenſæ vero ſunt , quod thurificarent circa altare : quemadmodum ex Pontificali conſtat libro , Boniſacium I. decreviſſe , Mulieri ne quidem virgini licere thus in Eccleſia adolere . Unde Sandinus in notis ſubdit : *Decretum ſimile huic editum eſt a Sotero*. Id igitur erat , quod Diaconiſſæ antiquitus incenſum ad altaria , deſerebant : non quidem veluti audentes uſurpare Sacerdotum officium , quod nec conſecrati Diaconi auſi unquam fuerant; ſed veriſimiliter , quia videbant ea tempeſtate vel ſemel in anno Diaconum thurificare dominicam aram ; id officii ſibi quodammodo arrogare præſumebant . Si autem hæc ſecundo Eccleſiæ ſæculo facta ſunt ; conſequens eſt , Sanctum Laurentium poſteriori tempore miniſterium hujuſmodi exſolviſſe . Ceterum qualitercunque res iſta ſe habuerit , ſemper in laudem ejus, ritus expoſitus rediiſſe videtur.

20. Præclarum enim deſcriptum Leviticum factum ſi ante noſtri Archidiaconi tempora inſtitutum ponitur , ipſius Martyris paſſionem præſignificaſſe haud obſcure dignoſcitur . Si autem

Digitized by Google

tem poſt ejuſdem ætatem introductum fuit, Laurentiaoun jam abſolutum triumphum ad mille circiter annos condecoraſſe deprehenditur. In priori autem poſitione loquentes, Apoſtolus pulchre nos inſtruit, ac veluti manuducit ad exponendum pium mentis noſtræ conceptum. Ipſe namque ad Hebræos ix. ſuper illud Exodi 30.; nimirum quod Pontifex Teſtamenti veteris ſemel in anno introibat non ſine ſanguine in Sancta Sanctorum: ritum hujuſmodi, Spiritu Sancto dictante, ſapienter exponit, dicens, præſiguraſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Pontificem magnum, qui *non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta æterna redemptione inventa*. Pone, tu quoque, pie Lector, Soteris ætate Leviticum ritum, ſupra notatum, ſua exordia cognoviſſe; quo Diaconus, benedictione Præſulis accepta, mittebatur ad annuntiandam incarnationem Verbi, eaque acta promulgatione, offerebat thus in igne fumigans ad altare coram Domino in odorem ſuavitatis: idque feria quarta matutinis horis ſemel in anno: ac deinde ſedebat, dum univerſus presbyterii Clerus aſſurgens, de illius odoris fragrantia particeps fieret thurificatus. Quomodo ſine diſpenſatione Cæleſtis conſilii ſuadebimur fuiſſe id geſtum, quaſi non præindicaverit futurum in magno illo, de quo loquimur, Levita, quod in myſterio cernebatur? Nullo ſane modo. Quandoquidem ampliſſimus iſte Diaconus, ut Ruperti utamur phraſi, benedictione Pontificis impetrata, conteſtans Verbum caro factum coram fidei perſecutoribus, thuris inſtar, igni applicati, ſemetipſum obtulit Deo ſacrificium in odorem ſuavitatis. Nam & Laurentianæ paſſionis circumſtantiæ id, quod adſtruimus, proclamare videntur: in eo videlicet, quod ſemel ita offerre ſe debuit (ſicut ore proprio teſtatus eſt) *In odorem ſuavitatis*: & qood feria quarta myſticam ſuam oblaturus eſſet thurificationem Altiſſimo: & quod matutinis horis anima ejus in cælum aſcenſura foret ex ignibus, *quaſi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii*. Ubi lucidam ſedem accipiens, emittere oportebat in omnes Orbis Eccleſias odorem fragrantiæ ſuæ. Dicamus cum Auguſtino ſermone. *Cum omnes: Poſtquam exuſtus eſt, univerſis per totum mundum Eccleſiis odorem ſuæ nobilitatis infudit*. Denique ſi placet declaratum conſiderare ritum, uti ab Eccleſia poſteriori tempore inſtitutum; amitter is quidem rationem honorificam ſigni præſagientis, neutiquam vero rationem ſubſequentis honorificæ commemorationis; qua, inſpirante Deo, diſpoſita; quaſi ſub oculis exprimeretur & completa Martyris paſſio, & ſubſequuta ſingularis ejus gloria paſſionis.

21. In medio itaque relicta præcedenti controverſia circa tempus inſtituti Levitici actus thurificandi altaris; & utrum nec ne illum exſercuerit Laurentius Diaconatus ſui tempore; quanquam ſalva remanſerit ſub utraque poſitione laus ejus inde quæſita; ultra pergimus in inveſtigationem alterius operationis ejus, habitæ in Urbe, ratione ipſius Archidiaconalis officii ſibi competentis. Eique nullatenus denegandæ. Illa eſt, nimirum, quam Sanctus Hieronymus ſæpe laudata epiſtola 85. commemorat, ſcribens: *Sed dicis, quomodo Romæ ad teſtimonium Diaconi Presbiter ordinatur?* Miniſterium plane iſtud ejuſdem beati Hieronymi teſtimonio in ceteris orbis Eccleſiis ad Diaconum minime pertinebat primis illis Eccleſiis ſæculis: quare ſanctus idem Doctor propoſitæ ſibi difficultati reſpondit: *Quid mihi profers unius Urbis conſuetudinem?* Munus iccirco relatum non agnoſcit velut ab Archidiacono Romæ uſurpatum, aut recenti aliqua tum Pontificis Romani conſtitutione introductum, ſed ex immemorabili conſuetudine deſcendiſſe; certe ab initio non ſine aliqua primorum Pontificum diſpoſitione, quæ vel ipſum Hieronymum latebat. Quei nam fieri poterat Romæ, ut coram Pontifice auderet talia Diaconus, ſi actus ejuſmodi non fuiſſet illi conceſſus? Aliunde ipſe Hieronymus, quum eo loci quorundam diaconorum elationem ſuper presbyteros perſtriogat, certe ſi criminationi hac in re fuiſſet locus adverſus Romanum Archidiaconum, quaſi uſurpaverit ſibi, aut ex abuſu vindicaverit ejuſmodi mioiſterium, nullatenus eum carpere omiſiſſet; ſed faſſus eſt, eam Urbis eſſe conſuetudinem a diebus antiquis; quum ipſe oatus eſſet anno 79. poſt Martyris paſſionem: unde concludimus, ſancti Levitæ diebus laudatam conſuetudinem viguiſſe. Sixto igitur menſe Decembri ordinationem tenente, per ea, quæ refert liber Pontif. Rom., ac ſecundum noſtram temporum rationem an. 258. die 18. ejuſdem menſis, quæ tum incidit in Sabbatum (erat enim illius anni littera Dominicalis c.) Levita beatiſſimus ſeptem Diaconatu initiandos Pontifici præſentavit, Presbyteratu autem quatuor: quos inter ad Sacerdotium promovendos Sanctus Juſtinus fuit, de quo in actis S. Laur. apud Surium num. xii. legitur, quum veniſſet noſter Sanctus Diaconus in cryptam Nepotianam vici Patritii; *illuc erat Juſtinus, Presbyter a B. Sixto ordinatus*. Quique Sanctus Presbyter, ut in Martyrologio inquit Eccleſia 15. Kal. Octobris. *In perſecutione Valeriani & Gallieni Confeſſionis gloria fuit inſignis .... ac demum ſub Claudio martyrium conſummavit.*

22. In eadem habita Ordinatione Sixtina, fortaſſe ſubſequenti die Dominica ſub xix. ejuſdem menſis (quæ, juxta doctrinam S. Leonis Ma-

Magni, eum præcedenti Sabbato una dies reputatur) conſecrati fuere, non ſine adſiſtentia, ut credimus, Sacti Ardidiaconi, Epiſcopi duo; quemadmodum idem liber Pontif. Rom. habet. Horum unus nomine *Peregrinus* fuit, qui a B. Sixto Papa (juxta cit. Martyrol. 17. Kal. Jun.) *in Gallias cum aliis Clericis miſſus, Evangelicæ prædicationis munere expleto, capitali ſententia damnatus, coronam meruit ſempiternam*. In ſerie Antiſſiodorentium Epiſcoporum primum is obtinet locum. Alter extitit *Maximilianus* Antiſtes Laureacenſis: cujus etiam meminit idem Martyrol. iv. Idus Octobr. ejuſque res præclariſſime geſtas haberi in bibliotheca Tornacenſi teſtatur Molanus. Pluraque de eodem refert Cuſpynianus in Auſtria, ut inquit Baronius in notis lit. e; Corona quoque martyrii donatus: de quo nobis agendum erit in gloria Martyris poſthuma, ubi de Eccleſiis Cathedralibus ejus Nomini Sacris. Ceterum vere felix Pontifex Sixtus, qui præfatis omnibus initiandis manus ſuas impoſuit, ad teſtimonium tanti Archidiaconi præſentatis, qualis fuit Levita Laurentius, Spiritu Sancto plenus: cujus dictamine Sanctus ipſe Miniſter ducebatur in ſeligendis Clericis, qui coram Deo ad majores eccleſiaſticos ordines promoveri digni forent. Quippe quia ſummus ille Sacerdos in re adeo periculoſa, tam Sancto uſus Adminiſtro, cujus teſtimonio innitebatur, immunis, videtur, fuerit ab illa ſententia, cunctis etiam Sanctis Epiſcopis formidabili, quam Petrus Apoſtolus in viſione Leoni Magno, peccatorum ſuorum indulgentiam poſcenti, protulit, dicens: *Dimiſſa ſunt tibi peccata tua, præter impoſitiones manuum: hoc enim ex te requiretur, ſive bene, ſive fortaſſe aliter egeris*. Si autem Scoti doctrinam ſequimur, quam alibi expoſuimus, prodeſſe nimirum ex opere operantis ſanctitatem Miniſtrorum, aliorumque adſtantium ſuſcipientibus Sacramenta; non minus felices dicendi ſunt, qui, noſtro adſiſtente Levita Sanctiſſimo, ſacris ordinibus initiari meruerunt. Quandoquidem ſcimus, quanti meriti fuerit apud Deum hujuſmodi Interceſſoris oratio ad impetranda illis uberimma divinæ gratiæ auxilia in ſuſceptæ benedictionis miniſterium, quod ſine reprehenſione eos exſequi oportebat.

23. Per hæc ferme tempora Sabellius, Noeti diſcipulus, factus eſt hæreſis ſui magiſtri propagator in Oriente, docens, divinas perſonas tantum eſſe tria unius Dei nomina, ad inſinuandos diverſos effectus compoſita. De cujus impii hominis progreſſibus ad evertendum ſacroſanctæ & individuæ Trinitatis myſterium agens Du-meſnillus lib.vii. de Doctr. & Diſcipl. Eccl. ad ann. 258. num.li. inquit: *Plures habuit ſectatores, præſertim Romæ, & in Meſopotamia. In Pentapoli Superioris Lybiæ quidam Epiſcoporum tunc temporis cum Sabellio ſentiebant, tantumque ſuis commentis invaluerat, ut vix ultra Filius Dei in Eccleſia prædicaretur*. At quod hic auctor ſcribit, *Romæ præſertim* plures fuiſſe Sabellii ſectatores; id non ad Sixti tempora, ſed ad poſteriora referendum eſt. Etenim Dionyſius Alexandrinus, qui vicinior erat Pentapolitis, ut hæreſis Sabellianæ incrementa eo loci audivit, Romanum Pontificem Sixtum de hac re certiorem fecit. Sixtus vero, qui undecim ſolum menſibus paucíſque diebus Pontificatum geſſit (ſi tempus demas, quo Dionyſio innoteſcere potuit ejus promotio ad Vaticanam Cathedram; quodque fluere oportuit, ut ex Ægipto Romam perveniret ipſius Alexandrini Patriarchæ lirrera) vix circa dimidium dierum Sacerdotii ſui eam notitiam Pontifex haberi potuit. Subtrahæ parirer tempus, quo ex Ptolemaide in Urbem ſe tranſtulere Sabellii ſautores, nec non intervallum, quo ſeſe ibi inſinuarent ad diſſeminandam, & ſuadendam pravam illam doctrinam, haud veriſimile apparet, ſub ejuſdem Sixti Pontificatu eadem hæreſis Romæ graſſari potuerit. Magis quod, ubi ad vigilantiſſimi Paſtoris, ejuſque ſpeculatoris Archilevitæ notionem cauſſa iſta pervenit Dionyſii laudati litteris, conjicere facile poſſumus, quantum ii diligentiæ impenderint, ut gregem ſibi creditum ſervarent ſalutaribus monitis, ne Orientali contaminaretur id genus peſte. Quemadmodum eorum paſſionis acta teſtantur, unum & alteram a prædicatione Filii Dei, ne in ultimis quidem vitæ periodis deſtitiſſe.

24. Habent enim Sixti acta, quod is ductus ad matris templum, ut huic ſacrificaret idolo coram multitudine fidelium & infidelium, illuc confluentre, converſus Pontifex ad delubrum illud, ait: *Deſtruat te Chriſtus Filius Dei vivi*. Requiſituſque ab iniquo rege, ut ſimulacris ſacrum offerret; reſpondit apud Surium: *Ego ſemper ſacrificavi Deo Patri omnipotenti, & Domino noſtro Jeſu Filio ejus, & Spiritui Sancto hoſtiam puram*. De ipſius item Sacerdotis Diacono, Epiſcopique oculo, Sancto Laurentio, geſta comprobant, non aliud ex ejus ore ſonuiſſe verbum, aut privatis in domibus, aut in carceribus, aut in tribunalibus niſi Nomen *Filii Dei*. Quod ex adverſo Pentapoleis in Eccleſiis vix prædicabatur. In domo enim Cyriacæ, ſacro fidelium adſtante cætu, ſanctam viduam, multas capitis infirmitates patientem, taliter apud Surium affatus eſt: *In nomine Domini Jeſu Chriſti Filii Dei omnipotentis ponam manum meam ſuper caput tuum &c.* In carcere virum gentilem nomine Lucillum, orbatum lumine, ſic eſt alloquutus: *Crede in Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum... & il-*

& illuminabit te. Similites ad Hippolytum, *Si credis*, inquit, *in Deum Patrem omnipotentem, & in Filium ejus Jeſum Chriſtum, theſauros tibi oſtendo, &c.* Coram tyranno demum, Carnificibus ad ejus latera candentes ferreas applicantibus laminas, hæc ejus, ſurſum aſpicientis, oratio fuit: *Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, miſerere mihi ſervo tuo*. Digna ſane verba, quæ poſtea mutuata ſibi fuit Eccleſia in Generali Niceno, & Conſtantinopolitano dein Concilio congregata, in Fidei Symbolum ea inſerens, dicenſque: *Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum... Deum de Deo*.

25. Porro Sanctum Laurentium Evangelicæ prædicationi operam dediſſe, pro ut illa iniquorum temporum ferebat conditio, & prout occaſio poſtulabat, arbitror, contradictionem verbum iſtud pati non poſſe. Nam ab Apoſtolorum diebus Levitarum fuiſſe munus evangelizare auditoribus regnum Dei, perſpicue nitet in Apoſtolicis Sancti Lucæ actis Cap. VI. 7. & 8. ſiquidem narrata prius ordinatione Levitarum, ſtatim additur: *Et Verbum Domini creſcebat*: ita ut multi de Synagoga diſputarent cum Stephano, *Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur*. Longum vero ejuſdem Stephani ſermonem, in Concilio Judæorum habitum, ſeptimum Lucæ caput enarrat. Idque officii penes ſubſequentes Diaconos in Chriſti Eccleſia perſeveraſſe ad multa & multa ſæcula, Sacri demonſtrant Canones, quos inter relata conſpicitur Diſt. XCII. Cap. 2. Sancti Gregorii Magni epiſtola 44. lib. 4. in qua Sanctus Pontifex queritur de quorundam Diaconorum abuſu, ſcribens: *In ſancta Romana Eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis, ut quidam... in Diaconatus ordine conſtituti, modulationi vocis inſerviant, quos ad prædicationis officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat*. In ſuo autem Sacramentario ad diem Auguſti x. ſub oratiooe Miſſæ primæ iſtud ſanctæ prædicationis officium a beato Levita noſtro exercitum fuiſſe, ſatis maniſeſte commendat; dicens: *Studeamus opere exercere, quod docuit*. Longe ante Gregorium Sanctus Auguſtinus ſerm. 32. de Sanctis id ipſum notaverat, inquiens; *Cum ſanctitate tanta pro Chriſti nomine beatum Laurentium vidiſſent certare gentiles, erroreſque eorum manifeſtos rationabili caſtigatione convinceret, tunc illi inebriati furore rapuerunt eum, & cæde crudeliſſima ſauciarunt*. Quibus liquido patet, quanta ſapientia, quanto ſpiritus ardore Levita beatiſſimus annuntiaverit verbum Dei, evangelizaverit Chriſtum Dei Filium, a paganis & hæreticis oppugnatum. Additque Seraphicus Doctor ſermone de eodem: *Multas virtutes effecit cordis: in fide enim corda dubia confirmavit exemplis, verbis, & miraculis*. Apoſtolicæ namque ſanctitatis quum eſſet exemplar, ſervanſque Chriſti monitum Matth. v. 19. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*: verba, quæ ore promebat, præveniebat operibus: ideo uberrimum prædicationis ſuæ fructum reportabat, ſicut laudatus Bonaventura ſubdit: *Multos jam infectos a lepra peccati ſanavit*. Quare Sanctus etiam Auguſtinus ſerm. cit. inquit: *Hæc eſt tota cauſſa paſſionis, fratres, propter quam morti addictus eſt Sanctus Vir, quod ſui ſimiles cæteros hortaretur*. Animati autem verbi ejus fructum qualem fuiſſe declarans, altius repetit, adjiciens: *Nam exhortatio illa intentum profecit, ut, ipſo a ſæculo recedente, fides ejus univerſa loca pervaſerit*: legunt alii: *uſque ad Indos*.

26. Maurini Patres citarum S. Auguſtini ſermonem ab antiqua ſua ſede in appendicem tranſtulere tom. v. editionis novæ, in dubium vertentes, ſit, vel ne ſermo relatus fœtus proprius ejuſdem ſancti Doctoris. Cenſuram autem, quam producunt in ipſius ſermonis capite, ſub oculis Lectoris ſiſtimus. Ajunt enim num. CCVII. *In appendice nunc primum* ſermo iſte *Collocatur. Dubius erat Lovanienſibus. Verlino, & Vindingo Spurius. Poſterior pars ab illis verbis num. 3. ſufficere nobis debent &c. Initium eſt homiliæ Sancti Maximi de Martyribus. Prior etiam cum Laurentii martyrio minus apte conveniat, aliunde accepta exiſtimatur*. Verlini & Vindingi verba nil me movent. Sunt enim verba, prætereaque nihil: neque rationes, quas optimi Patres ex adverſo affesunt, tanti ponderis mihi eſſe videntur; ut creare nobis queant dubium circa ſinceritatem Auguſtini partus. Verum quia Maurinorum ſenſus eo tendere videtur, nimisum ut laudatum ſesmonem omni expolient auctoritate; diſſimulare iccirco non poſſumus eorum judicii ſeveritatem. Quandoquidem apud Biblioth. Angel. compertum habemus ex plurib. MM. SS. membranis veruſti Breviarii Romanæ Eccleſiæ, hanc laudaio Sancti Auguſtini ſermone uſam fuiſſe pro nocturno S. Laurentii officio in ejuſdem die feſto x. Auguſti, antequam innoteſceret ſermo S. Leonis Papæ, quo nunc ititus. Et quidem parum refert ipſorum cenſura, ad poſteriorem ſermonis partem ſpectans, quæ comperta eſt in operibus S. Maximi Taurinenſis initio homiliæ iſtius de Martyribus. Inde namque dumtaxat inſerri poteſt, aut quod Maximus eam exſcripſerit ex Auguſtino, cui ſupervixit ad annos circiter quadraginta, cujuſque monumenta nonnulla præ manibus habere potuit: quemadmodum & Beda nonnumqnam egit in commentario ſuper epiſtolas Sancti Pauli. Aut quod ſermo

Digitized by Google

mo, in controverſia poſitus, tribui valeat eidem Maximo: uti vel ipſi Maurini Doctores ferunt judicium de altero S. Auguſtioi ſermone, incipiente: *Beatiſſimi Laurentii*, illum Ambroſio tribuentes; quod in eo deprehendaot multa, quæ reſpondent Sermoni Ambroſiano 87., nihilque morartur, quod concluſio ejuſdem ſermonis *Beatiſſimi* reperiatur in altero Sancti Cæſarii Arelatenſis. Cardo igitur, in quo vertitor diſceptatio, id, quod ſubdunt, eſt, videlicet: *Prior pars cum Laurentii martyrio minus apte conveniat, aliunde accepta exiſtimatur.* Sicque imperitiæ redargutus ſermo, inferendum ſit, omni debeat auctoritate ſpoliari, nec inter Patrum opera computari. Sed heic rhodos, heic ſaltus eſt. Oportet rem ſerius examinemus, quæ plurimum noſtra intereſt in elucidandis Sancti actis.

27. In commemorata itaqne priori parte ſermonis tria contioentur. Primum, quod exhortationibus noſtri Levitæ exaſperati gentiles, corpus illius flammis in craticula concremandum tradiderunt: idque tota cauſſa fuerit paſſionis ejus. Alterum, quod coronam martyrii tempore pacis invenerit. Tertium, quod Fides noſtra illius exhortatione univerſa loca pervaſerit. Ex his autem tribus articulis nullus eſt, qui minus apte conveniat Laurentii martyrio. Non primos; etenim doctrinam Prudentii continet, qui Auguſtinum præceſſit, ſuoque in hymno reprehenſionem, objurgationem, & exhortationem illam Sancti Levitæ fuſe deſcripſit a ſtrophe 47. ad 79., verſiculis nimirum 128., queis explicuit, quomodo Levita ſapiens increpavit gentilium avaritiam, ſuperbiam, vanitatem, atque perfidiam, nec non ediſſeruit, quæ ſit recta in Deum, & Chriſtum fides: quæ vitia: quæ virtutes: quæ veræ divitiæ: quæqoe animi ornamenta. Quibus auditis, tyrannus fureos ſua cum univerſa cohorte, ſincerum fervidumque Oratorem, perinde ac ſi nænias ſibi ſuiſque vendidiſſet, tormentis exquiſitiſſimis, flammantiquæ craticulæ exurendum addixit: ut ex Prudentianis liquet ſtrophis 79. 80. & 89.

Ridemur, exclamat fremens
Præfectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur
. . . .
Impune tantas, furcifer,
Strophas cavilla mimico
Te nexuiſſe exiſtimas.
. . . .
Canſcende conſtratum rogum.
. . . .

En Auctorem, Auguſtino vetuſtiorem, adduceotem totam cauſſam mortis Sancti Laorentii eam fniſſe, nimirum quia idololatras horiatus fuerat, ut inſtar ſui divitias ſpernerent, cavereot vitia, virtutes amplexarentur. Non enim Hipponenſis Doctor, quum dixit, exhortationem illam fuiſſe totam cauſſam paſſionis ejus, ſic loqui intellexit, *quaſi* (ut ajunt Scholæ) *in abſtracto*; ſed de paſſione ſæviſſima, & prorſus inuſitata, qualis fuit aſſari lento igne ſuper craticulam: quemadmodum eodem in ſermone *Cum omnes* ſeſe poſtea explicavit. Hujus autem horrendæ mortis tota cauſſa ea fuit, nempe vehemens illa exhortatio, quam adjecit non ſine Spiritus Sancti impulſu, poſtquam ſolemniter tyranno illuſerat cum omnibus exſpectantibus proditionem theſanrorum Eccleſiæ. Paucis eandem Martyris exprobrationem, adverſus tyrannnm adhibitam, ut is a ſua veſania rediret ad mentem, expoſuit Petrus Chryſologus, illa ſolummodo innuens Laurentii verba: *Hæ ſunt Eccleſiæ facultates.* Adhuc tamen in hæc pauca totam illius atrociſſimæ aſſaturæ cauſſam refudit, inquiens: *Verum dixit, ſed amarum. Quid autem mirum, ſi veritas auxit odium? irriſum ſe dolens crudelis tyrannus, qui forte mitiorem pœnam cogitaverat, ferro interficere venerabilem juvenem, parari flammas præcepit.* Audiant Maurini ſapientes etiam Chryſologum adſertorem unicæ cauſſæ, cur ſanctus Vir morti adeo acerbæ addictus fuerit; oimirum quia *verum*, licet *amarum* improbis verbum Dei prædicavit. Tantum abeſt, hac ex parte Auguſtini ſermo commemoratus quicquam contineat, quod minus conveniat Laurentii martyrio.

28. Ad ſecundum iccirco tempus eſt tranſeundi ejuſdem ſermonis articulum, ſcilicet, quod Laurentius *tam ſanctæ converſationis fuit, ut coronam martyrii tempore pacis invenerit.* Quomodo, inquieot, Sanctus Levita coronam martyrii tempore pacis inveoit; notum quum ſit, in crudeliſſima Valeriani perſecutione martyrio affectum fuiſſe? Veruntamen, ut huic objectationi ſaciamus ſatis, recolere oportet, quæ initio præſentis capitis adnotavimus circa pacem, a Valeriano Chriſtianis datam; in ſuaque puritate manentem ad annos Imperii ejus tres: uti conſtans eſt ſcriptorum adſertio: quæ pax, juxta noſtram temporum rationem, ſele extendit a currente tunc anno 255. ad 258.. Fuit quidem pax eadem aliqualiter poſt præſatum triennium turbata, non autem penitus extincta. Solum enim primo Valeriani edicto vetitum Chriſtianis fuit, ſacros publice agere conventus ſive in templis, ſive in cæmeteriis; quod ab eodem regnante conceſſum eis fuerat.

Hæc vero prohibitio lata neutiquam erat ſub pœna capitis, ſed dumtaxat exilii: nec quidem omnibus Chriſti cultoribus, ſed ſolis Epiſcopis & Clericis, denuntiata. Ideoque nec iſtis datum erat *invenire coronam martyrii*: quandoquidem adhuc pax aliqua vigebat: immo pene omnimoda, ſi privatis in domibus ſacra perficerent. Neque cauſſam lædit noſtram, quod alicubi per id temporis paſſi legantur Confeſſores Chriſti. Id enim contigit, quia Chriſtiano infenſi nomini nonnulli judices, Imperialis edicti fines exceſſerint. Ceterum multatos exilio ſolum novimus Paſtores aliquos, alioſque Clericos ovilis Dominici, non item vulgarem ipſum Domini gregem divexatum, niſi propter ſacra publica peracta in principalioribus regnorum urbibus. Quocirca nolenti Cypriano abſtinere a convocatione fidelium ad Chriſti obſequium Carthagine, Paternus Proconſul dixit, juxta quod habent acta Proconſularia: *In hac voluntate perſeveras? Cyprianus reſpondit: Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non poteſt.* Paternus dixit: *Poteris ergo ſecundum præceptum Valeriani & Gallieni exul ad urbem Curubitinam proficiſci. Cyprianus reſpondit, proficiſcor.* Collige hinc, quam leniter, & ſine multo ſelle actum ſit a Proconſule cum Sancto Antiſtite: quin immo animadvertas, velim, quam tolerabile illud fuit exilium, quo relegatus eſt. Nam Pontius ejus Diaconus, ac vitæ Scriptor, hæc habet: *Proviſum eſſe divinitus etiam pro animo tanti viri apricum & competentem locum, hoſpitium pro voluntate ſecretum . . . Omittam frequentiam viſitantium fratrum ipſorum, & inde civium charitatem, quæ repræſentabat omnia, quibus videbatur eſſe fraudatus.*

29. Exulavit pariter circa idem tempus Alexandrinus Patriarcha Dionyſius, ante laudatus, neque minus Cypriano exilii ſui commoda ſenſit; ut ex ejus liquet epiſtola coram Euſebio lib.7. hiſt. cap.11. Scribit enim: *Apud Cephro* (is erat exilii locus) *nobiſcum magna fidelium adfuit multitudo, partim eorum, qui nos ab urbe ſecuti fuerant, partim aliorum, qui ex reliqua Ægypto Confluebant . . . . adeo ut laxius conventus agere poſſemus.* Copia igitur erat fidelibus, immo & ipſis Epiſcopis agendi religionis exercitia vel publice (inſignioribus demptis civitatibus) quibuſvis in locis minoris notæ. Adeo mite, ac temperatum fuit primum Valeriani reſcriptum; donec proxime ſequenti anno 259. circa Junii menſem ſecundum ejuſdem Imperaroris promulgatum eſt: quo pax, ab eodem Cæſare conceſſa Chriſti cultoribus, penitus revocata fuit. Et quia inter primos hujus perſecutionis Martyres Laurentius inventus eſt; jure optimo dici potuit, ſummus iſte Levites *coronam martyrii tempore pacis invenit*: nimirum per figuram, quam vocant Rhetores *cohabitionem*. Quemadmodum e. g. Divinis in litteris dicitur: *Exortum eſt in tenebris lumen rectis*: vel: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*: Et alibi ſexcenta alia deprehenduntur id genus exempla, dicendique modi; queis multa invicem disjuncta, veluti conjuncta pronuntiantur. Quocirca laudati ſermonis ſenſus eſt: Perſeverante magna in parte Valeriani pace pro Chriſti fidelibus, manendi videlicet tranquille, ac libere in profeſſione ſuæ ſanctiſſimæ religionis, quo præcluſa via erat fundendi ſanguinis in Dei obſequium; tanti meriti Laurentius apud Dominum extitit, ut ipſi, martyrium ſitienti, via panderetur ad paſſionis triumphum, ſecundi editione Imperialis reſcripti pace ſublata. *Flagrabat*, Juſtinianus ait, *ardore martyrii, ſicque deſiderii ſui compos effectus eſt.*

30. Penſet nunc pius Lector, quanta fuerit in Laurentio Sanctitas, & quantum ejus coram Deo Meritum, ut voti ejus implendi cauſſa, Ille, qui melius judicavit de malis bene facere, quam mala nulla eſſe permittere, malam permiſerit ſævientis tyranni voluntatem, qua non ſolum Levitam pati æſtuantem redderet Martyrem, ſed etiam innumerabilium Martyrum Ducem efficeret: uti hunc celebrant ſcriptis ſuis Prudentius, Auguſtinus, Bonaventura, Rupertus, Juſtinianus, & alii. Quare beatus ipſe Dux de ſanctis Martyribus, ea in perſecutione paſſis, ſepultiſque juxta corpus ſuum, dicere non dubitavit, hos fuiſſe, ac eſſe electos ſuos: ut videre licet in libro ſexto Revelationum S.Birgittæ cap.19.; ubi, quum inſtaret coram altiſſimo Judice pro extractione humati corporis cujuſdam impœnitentis in ſua baſilica extra urbis muros (quo loci requieſcunt innumera prædictorum Sanctorum corpora) hæc protulit verba: *Quid facit hic cum Electis meis iſte girovagus?* Quia nimirum Deus, licet hos ſibi teſtes elegerit ad effuſionem uſque ſanguinis pro nomine ſuo a diebus æternitatis, in exſecutione tamen non aliter inveniendos inter Martyres ſtatuit, niſi præcipue per exauditionem votorum dilectiſſimi ſui Levitæ. Sic & Eccleſia, ſalva debita proportione, increatæ Sapientiæ verba in ore ſanctæ Virginis ponit ſub divinis officiis, quum ait ex cap. XXIV. 13. Eccleſiaſt. *In Electis meis mitte radices.* Raram hujuſmodi dignitatem Laurentio contulere non ſola flammantia ejus deſideria, non ſolæ ferventes ad Deum fuſæ preces, ſed (quod altius eſt) quotidianæ voluntariæ exercitationes pœnitentiæ ſuſceptæ, intuitu patiendi duriora quæ-

Digitized by Google

quæque prò Chriſto. Quod certe non aliud erat, niſi pati, ut amplius pateretur: ubi vel ſanctiſſimi homines pati minora eligunt, ne majora patiantur. Dignus propterea magno illo Juſtiniani elogio: *In pœnitentiæ quotidianæ ſe ſtudia exercebat, quatenus glorioſum poſſet triumphum obtinere martyrii*. Singulare Laurentii hoc ſuit facinus, a ſæculis ſorſitan inauditum; ut propria manu Martyr pœnitentiæ fieret, quo aliena tyrannica Martyr effici mereretur. Hinc ſibi ſuiſqoe innumeris proximis apertum promeruit eertaminis eampum ab Illo, qui *nan* Mundi *pacem venit mittere, ſed gladium*. Matth. x. 34. ut Mundi videlieet pace ſublata, ſuis eum aſſeclis immarceſcibili corona gloriæ donaretur. Hoc, & non aliud ſibi voluit Auguſtinus, quum de noſtro inquit Heroe: *Tam ſanctæ converſationis ſuit, ut coronam martyrii tempore pacis invenerit*. Circa tertium articulum relati ſermonis nil oceurrit addeodum; quandoquidem ex aliis præſentis Operis locis perſpieue patet, Sanctorum Patrum eam eſſe mentem, quod Laurentii triumpho acceſſerint infideles illominati ad Chriſti obſequium, & cultum in toto terrarum Orbe.

31. Quoniam vero agentes paullo ſupra de operationibus noſtri evangelizaotis Angeli, ſubſiſtere ne parumper quidem potuimus in contemplatione magnalium ſuorum, interturbati Maurinorum Patrum cenſura ſuper Auguſtini ſermonem, ex quo teſtimonium ad rem noſtram confirmandam attuleramus; eadem cenſoria nunc perſracta virga, in deliciis nobis eſt; ipſum fixa mentis acie ad modicum intueri evangelizantem Diaconum: qui *ſurrexit quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat*. Archidiaconi enim dignitate exaltatns, in auctoritate prædicationis excrevit, poſitus, *ſicut lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum*. Unde non mirum, ſi *quaſi ſol refulgens, ſic effulſit ille in templa Dei*. Eruditus ſiquidem erat non tam hominis, quam Spiritus Sancti magiſterio, qui lux ſimul & ignis eſt. Inde factum credimus, ut prædicationibus ſuis illuminaret ſedentes in teoebris, & ombra mortis ſuperſtitionis gentilis, ac inflammaret, quæ rigebant, infidelium pectora, ut exardeſcerent ad amplexum fidei. Cherub erat ſapientiæ lumine; Seraph flammis divini amoris exæſtuans in adminiſtratione verbi Dei. Et ſane numquid non igoem ſparſit in Lucilli pectus, quum ait: *Crede in Jeſum Chriſtum, & baptizare?* Numquid non flammas emiſit, quum inquit ad Hippolytum: *Si credis in Dominum Jeſum Chriſtum, & theſauras tibi oſtendo, & vitam æternam promitto?* Sed quid, ſolum dieo, eloquium hujus Angeli ignitum vehementer; dum ipſe totus ignis erat; non aliud quam ignem ſpirare valens, quaſi ſulgur eircumquaque emittens ignieulos ſuos? Erat profecto unum ex apoſtolicis illis ſolminibus, de quibus cap. 1. 14. Ezechielis legitur: *Ibant, & revertebantur in ſimilitudinem ſulguris coruſcantis*. Deorſom ibat, inſtar ſolguris, a Deo miſſi, Levita magnus; quum per actionem, ut ſupra laudatus Juſtinianus ait: *Tanto cum ſtudio circuibat cryptas... lucrabatur animas* Chriſta, *atque flagrabat ardore martyrii*: Præſertim quom bis obviam ivit Sixto, quatenus ſuo cum Sacerdote eeleriter pateretur. Revertebatur ſurſum; qoum per contemplationem *Totus ferebatur deſideria ad ea, quæ videbat in fide, dilectione guſtabat, ſpe tenebat, complectebatur amare*.

32. *Sal & luna*, inquit Habaeuc III. 11. *ſteterunt in habitacula ſua, in luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ*. Sole & luna, ideſt Chriſto & Virgine in Cælum aſcendentibus, poſitiſque in habitacolo ſuo ætherea in ſede; io luce prædicationis Apoſtolornm & Martyrum, quaſi erepitantium ſagittarum, (uti exponunt Auguſtinus, Origenes, Hilarius, Bernardus, & Arnobius: de quibus ſulminibus etiam ſcriptum eſt in pſalmis: *Sagittæ tuæ acutæ papuli ſub te cadent*) in luce, inquam, hujuſmodi ſulminum gentes *ibunt*, vertit Menochius, *iverunt*; perſpicue ſeribit Ugo de Sancto Caro: *Canverſi ſunt papuli, & profecerunt in fide prædicatianis earum*. Sed quid eſt hoc, quod additur in ſingulari numero de unius ſulminis lumine, ae irruptione: *Ibunt in ſplendare ſulgurantis haſtæ tuæ?* Quis inter commemoratos id genus excelſos viros, inter obſtrepentia laudata ſulmina ille ſuit, qui prophetico meruit peeuliariter prævideri ſpiritu, velut haſta coruſcans ignea? Laurentius eſſe videtur: Ad hujos fragorem *Dedit abyſſus vacem ſuam*: illam nempe horrendam excitans adverſus Chriſti fideles perſecutionem: de qua mox libri ſequentis initio dicturi ſumus. Deterrere ſiquidem volebat tartarus, ſi fieri poterat, Levitam ſtrenuum, ut a ſuo ceſſaret prædicationis officio; illumque præ timore ablegare eum aliis multis in ſpeluncas, & opaeas terræ cavernas; ſed evanuerunt tenebrarum prineipes in cogitationibus ſuis, Impavidus Juvenis oumquam magis qoam ſub pervulgato Cæſaris edicto ſplendeſeere viſus eſt, velut haſta ſulgurans, atque hue illue diſeurrere per urbis vicos & plateas, per domos & eompita, igniculos ot ſpargeret divini amoris in corda credeotium pro loci ae temporis opportuoitate. Parum eſt. In quo meus deficit calamus, ſupplet alter Doctoris Seraphici, ſeriben-

bentis: *Omni adverſanti periculo ſe oppoſuit*: igniculos ipſos vibrantes miſit in incredulorum pectora, ubi majora ſibi parata intelligebat obſtacula; ſuæque proditionis imminens diſcrimen. Adeo aberat, ut tanti ſulminis retardaretur curſus; quin potius idololatræ iidem converterentur ad Deum, ac proficerent in ſplendore fulgurantis hujus haſtæ.

33. Ajebat Deus olim ad Job. XXVIII. 35. *Numquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi: adſumus?* Fulgura, inquit Drexellius in opuſc. de conform., ignes ſunt ſubtiliſſimi, *Natura petunt ſublime; at quia Deus deorſum illa mittit, ſuæ naturæ oblita, incredibili celeritate ad ima ruunt, ferrum, rupes, & quicquid reſiſtit, præruptura.* Altioris longe notæ fuit haſta fulgurans Levita Laurentius, qui ſacrilega juſſa principum pro nihilo habens, leges impias ſpernens, atque deridens, quaſi ferrum, rupes, vel infrangibile quicquam aliud, ſibi obverſum, prærupit, comminuit, tranſegit, humanis, inferniſque hoſtibus repletis formidine; donec reverteretur ad Deum, a quo miſſus fuerat, eique in cæleſtibus lætus diceret: *Ecce adſum*. Factum experiamur.

LIBRI PRIMI FINIS.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS

COMMENTARIORUM IN EJUSDEM SANCTI ACTA.

CAPUT I.

De excitata in Romanam Eccleſiam Valeriani perſecutione. Temporum ratio ſtatuitur, compluribus Chronographorum rejectis placitis. Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum corpora lucem vident: Quamque id ceſſerit bonori Sancti Laurentii, demonſtratur. Sixtus Pontifex capitur: eique occurrit prima vice Levita Sanctiſſimus. Manuſcripti Fuldenſis auctoritas adverſus Schbeleſtratium propugnatur.

ANno ab urbe condita milleſimo decimo: a nativitate Domioi biſcenteſimo quioquageſimo nooo: Imperii Valeriani, ejuſque filii Gallieoi quinto: Conſulibus Aurelio Memmio Fuſco & Pomponio Baſſo: Menſe Junii; Pontificatus Sixti decimo, erupit ex inſeris adverſus Chriſtianum nomen ſæva illa perſecutio, Imperiali edito ſecundo reſcripro, ad effuſionem uſque ſanguinis exſequenda. De quo loquens reſcripto Cyprianus epiſtola 80. *Pamel.*82. ad Succeſſum, ita ſcribit: *Sciatis eos veniſſe, quos ad Urbem propter boc miſeram, ut quomodocumque de nobis reſcriptum ſuiſſet, exploratam veritatem ad nos referrent. Multa enim varia & incerta opinionibus ventilantur; quæ autem ſunt in vero, ita ſe babent. Reſcripſiſſe Valerianum ad Senatum, ut Epiſcopi, & Presbyteri, & Diacones in continenti animadvertantur, Senatores vero, & Viri egregii, & Equites Romani, dignitate amiſſa, etiam bonis expolientur, & ſi ademptis facultatibus, Cbriſtiani eſſe perſeveraverint, capite quoque multentur. Matronæ, ademptis bonis, in exilium relegentur. Cæſariani quicumque vel prius confeſſi fuerant, vel tunc confeſſi ſuerint, confiſcentur, & vincti, in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti mittantur. Subjecit quoque Valerianus orationi ſuæ exemplar litterarum, quas ad Præſides Provinciarum de nobis fecit: quas litteras quotidie ſperamus venire, ſtantes ſecundum fidei firmitatem ad paſſionis tolerantiam, & expectantes de ope, & indulgentia Domini vitæ æternæ coronam.* Ex lectione poſterioris hujus reſcripri liquet conſideranti Martyrum acta ſub Valeriano, quam mandati fines exceſſerint Provinciarum Præſides in torquendis Chriſti Confeſſoribus omni pœnarum genere, quarum infligendarum nihil reſcriptum meminit. Et ramen perſecutio, perducta in exitum, adeo vehemens, adeo crudelis ac immanis fuit, ut S. Dionyſius Alexandrinus coram Euſebio lib.7. hiſt. eap. to. reputaverit, adveniſſe poſtrema mundi tempora, & Antichriſtum fuiſſe Valerianum: de quo explicuit illa libri Apocalypſeos verba XIII. 5. *Datum eſt illi os, loquens magna, & blaſpbemias per menſes quadraginta duos.* Horum numerum menſium intellige a die ſignati reſcripti circa initium Junii 259. uſque ad menſem Novembris 262. juxta Euſebii ſupputationem, quam ſequitur Baronius; ſuntque anni tres, ſexque menſes.

2. Priuſquam vero accedamus ad expoſitionem paſſionis noſtri Beati Diaconi, neceſſe eſt determinatum probare tempus, quo hæc acciderit; unde pendet totius præſixi Chronici ordo, eujus luminis beneficio uſi ſumus ad elucidanda complurima Sancti Levitæ acta, in obſcuris apud eeteros ſcriptores jaceotia; remittentes tune Lectorem ad præſens luſtrandum operis eaput, ſi noſcere voluiſſet rationem ſtatuti a nobis temporis. En, quod promiſimus, implemus. Sane in defioitione anni, quo paſſus ſit Martyr, pene quot ſuot Chronographorum capita, tot ſunt ſententiæ. Alii eum ponunt fuiſſe Chriſti ann. 258., alii 259., alii 260., alii 261., pro quibus ultimis ſteiit annalium parens; a quo reeentiores, duce Pagio, diſceſſere; mordicus ſuſtinentes, ſuiſſe annum 258. Valde pauci ſunt, qui rem actam adſignant anno 260. Nos vero præier omnem dubitarionem, firmiter, conſtanterque tenemus, quod laudara evenerit paſſio anno Cbriſti bis centeſimo quinquageſimo nono, uti pluries *in* præſentis operis diſcurſu modo exploxate, modo implicite teſtati ſumus. Erantque Conſules ordinarii ejuſdem anni, ut ſupra diximos, Fuſcus & Baſſus, ſecundum digeſtionem annorum Gregorii Haloaodri, in calce Juſtinianei eodicis adjectam, quam idem auctor olim extraxit ab octoginta & amplius probatiſſimis ſcriptoribus, de Romanis Conſulibus, Regibus, & Imperatoribus nonnumquam agentibus. His Haioandri tabulis addimus Chronica Philippi Brietii, Bardii, Panvioii, Boſſueti, Petavii

p. 1.

p. I. lib. v. cap. 14. & noviſſime Leglethii Du-fraſnoy in rabulis ſuis ad annnm 259. licet is poſtea in tab. hiſt. Eccleſiaſt. referens Sixtom paſſum dicto anno, ponat S. Laureotium martyrio affectum 258. Suum pro noſtra doctrina temporis addir calculum Bollaodiſtarum Collegium ad diem v. Martii in actis Sanctorum Adriani & Evolii, hæc habens: *Sanctus Laurentius Martyr coronatus eſt ſub Va'eriano anno* CCLIX. *quarto idus Auguſti*. Hos Patres ſequutus eſt Du-meſnillus lib. VII. de Doctr. num. LVII. Quanquam minus conſiderate juniores Bollandiſtæ id facere detrectent ſub IV. idus Auguſti; immo etiam querantur de Du-meſnillo, qui nobiſcum ſentit; addentes, quod in tanta Chronographorum diſſenſinne unuſquiſque iſtorum immutet ad ſuum placitum ſeriem Conſulum, pnnens Fuſcum & Baſſum, Conſulatum gereotes pro anno, quo docet Laurentium abſolviſſe martyriom; certum quum ſit apud omnes Chronograpbos ſub iis cnnſulibus migraſſe illuſtrem Martyrem ad ſidera. Ecce illis Haloander nullarum partium ſovens ſtndium, nec de Martyrum agens paſſionibus, adhuc tamen præſatns adſignat Conſules pro annn 259.

3. Miramur magis Flnrchenium, qui in ſua univerſali Chronographia, Benedicto XIV. inſcripta, laudatns agnoſcens Conſules, paſſumque Cyprianom eodem anno 259., nihilominus Sixtum & Lanreotium, dicit, feciſse martyrium ſequenri anno 260. nimirum Conſulibus Æmiliano & Baſſo. Quom ex litteris S. Cypriani ad Succeſſum perſpicue conſtet, quod ipſe Cyprianus exceperit Nuntium de Sixti morte; ac denique, uti ex ejus liquet actis, poſt dies quadraginta a Sixti paſſione, ideſt XVIII. Kal. Oct. capire fuerit obtruncatus. Ceterum diſcepient invicem, quantum ſibi velint, Chronographi; teſtimonium, quod mox producemus, majus eſt omnibus; quo potiſſimum permoti, dicimus, ſicut deceptus eſt Baronius in ſtatuenda Conſulum ſerie, ita defecere alii, qui prn anno 260. vel 258. poſuerunt Fuſcum & Baſſum: quamvis culpa rejicienda ſit, ut noſter Haloaoder advertit, *in ſuperiorum temporum barbariem, & ſupinam librariorum inſcitiam*.

4. Ad noſtram igitur probandam Laurentiani temporis rationem illud ſit ineloctabile argumentum, quod ipſe beatiſſimus Martyr in ſua Patriarchali Baſilica olim apparens cuidam venerabili viro, nimirum anno Domini 1062., ſedente in Petri Solio Alexandro ſecundn, maniſeſtavit, diem mnrtis ſuæ fuiſſe quattam feriam menſis Auguſti: cujus apparitionis veritas reſurrectione cujuſdam mortui cnram eodem Romano Pontifice confirmata foit; apparetque in hodiernum uſque diem immemorabilibus ejuſdem Eccleſiæ monumentis, communique Romani populi traditione confirmata. Sicut librn III. Glor. Poſthum. Cap. 2. num. v. videre licet. Adverſarii autem noſtri ſatentur, anno 258. diem Auguſti decimam, (qua Sanctus obiit) incidiſte in feriam tertiam; quandoquidem littera Dominicalis ejuſdem anni erat C., non ergo dicto anno, ſed ſequenti 259., cujus Dominicalis littera fuit B., Sanctus Laurentius martyrio coronatus eſt: ſic enim littera E, quæ reſpondet diei x. Auguſti, indicare potuit feriam quartam, & non aliter.

5. Ulterius illuſtrata ſecernitur hæc noſtra dnctrina ex lata Valeriani triennali pace fidelibus Chriſti, quæ, communi ſcriptorum ſoffragio nullatenus turbata, præceſſit primum ejuſdem Cæſaris reſcriptum. Nam quum ipſe Imperator non eam dederit Eccleſiæ, niſi poſtqoam Romæ Imperii habenas accepit, multaque diſpoſuiſſet ad ſui gubernii felicitatem, quæ neutiquam facta ſunt niſi circa dimidium anni 255., ſuique regiminis menſe quarto, vel quinto; inde ſequitur; integrum fuiſſe completum pacis trienniom anno 258. menſe Maji vel Junii, quo circiter temporis, vel poſt unum & alterum menſem exiit primum ipſius Licinii Valeriani reſcriptum, publicos vetans Chriſtianis fieri ſacros conventus, pænaque impoſita exilii Epiſcopis, ſi eos indicerent in inſignioribus præſertim civitatibus. Melius apparet ſubtilis hæc noſtra vel menſium computatio ex actis S. Cypriani, cujus Diaconus Pontius, viræ ipſius ſcriptor, narrat, Imperiale iſtud reſcriprum innotuiſſe Sacerdori ſuo Proconſulis ore *tertio Kalendas Septembris*. Ponamus, menſem unum vel alterum excurriſſe a die Romæ dati ejuſdem reſcripti ad Imperialium litterarum acceſſum uſque Carthaginem; aperte concluditur, menſe Junii edictum hojuſmodi emanaſſe, Conſulibus Valeriano IV. & Gallieno III., ſalutis anno 258., cui ſi additur annns unus exilii Cypriani apud Curubitinam orbem, emerget annus 259., quo idem beatus Antiſtes 18. ad Kal. Oct. gladio cæſus eſt; quum jam martyrio coronari fuiſſent Romæ Auguſti menſe Sixtus, atque Laurentius. Ita profecto noſtra temporum ratione firmata, ulteriora perſequimur beati Levitæ acta, paſſioni ejus proxima.

6. Promulgato igitur Romæ in Senatu menſe Junii ſanguinario Licinii reſcripto (ideſt, ſecundo) adverſus omnes Chriſtianæ legis ſectatores, ac in eos precipue, qui eſſent ordinis ſacerdotalis; Sixtus Pontiſex conſiderans, quam periculoſom foret Dei cultoribus frequentare de more vaticanam cryptam prope urbis mœnia, nec non alteram, Oſtienſi viæ propinquam (queis in locis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Corpora jacebant) ſub illa temporum acerbitate, qua jam cunctis fidelibus vetitum erat

ſub

ſub pœna ſanguinis ſacros celebrare conventus: nec minus diſcriminis imminere beatis ipſis cineribus incidendi in violentas barbarorum manus; deliberavit ſacra illa pignora transferre in tutiorem locum, qualis erat ille Cæmeterii Calixti ab Urbe remotior. Opuſque perfecit die 29. Junii, eorundem Apoſtolorum natalitiis conſecrata: quemadmodum exhibet vetuſtiſſimus Depoſitionis Martyrum indiculus, ubi legitur: *Tertio Kalendas Julii, Petri in Catacumbas, & Pauli Oſtienſe, Tuſco, & Baſſo Coſs.* Super quæ verba Pagius in Baronii critice ad annum Chriſti 261. adnot. III. inquit: *Bucherius, cum hoc arcanum non intelligeret, ſcripſit in margine*: Neſcio, quid hic ſibi velint hi conſules, forte aliunde luxati. *Verum non de Sanctorum Apoſtolorum paſſionis, ſed translationis tempore hic agitur. Idem habet Geſtorum Pontificalium Auctor, ſed Pontifices permutavit, ut ſæpe ſolet, & pro Sixto Cornelium poſuit. Inde Pſeudo Iſidorus eandem hiſtoriam fictitiæ Cornelii epiſtolæ inſeruit. Cajus Theologus (qui circa annum Chriſti* CC. *ſcripſit) tradit Apoſtolorum trophæa tunc temporis in Vaticano & Oſtienſe aſſervata fuiſſe. Hæc igitur trophæa in Catacumbas tranſtuliſſe videtur Sixtus, magis in dies ſæviente perſecutionis ardore, ut ibi tutius ſtationes haberi poſſent: ita Pearſonus.* Porro Kalendarium, a Bucherio typis Sæculo XVII. editum, quum ſit antiquiſsimum, ſub Conſtantio, Conſtantini Magni filio, exaratum; & citatus Depoſitionis Martyrum indiculus appareat multo vetuſtior priori Bucheriano; videtur ex interrupto verborum ſenſu, quod fuerit compoſitus ante Silveſtri tempora, vigentibus adhuc perſecutionibus in Chriſti Eccleſiam. Eademque ex cauſſa, putamus, ſcriptutæ præfatæ locutio ſtudioſe, obtruncato ſenſu, exarata inveniatur, nimirum ad ſervandam diſciplinam arcani, fidelibus dumtaxat noti; ſi forte incideret ſcriptum in hoſtium manus. Ceterum verborum ſenſus debet hic eſſe, nempe: *Tertio Kalendas Julii translatio Corporis Beati Petri Apoſtoli ex Vaticani Crypta ad Catacumbas; & Corporis Beati Pauli Apoſtoli ex via Oſtienſe ad eaſdem, Tuſco & Baſſo Conſulibus.* Subdit autem Pagius loc. cit. *Translationes Sanctorum eo ſæpe die, quo ad Deum migrarunt, vel colebantur, fieri ſolitæ erant. Is dies a Sixto ad eam translationem faciendam electus eſt. Quod in translatione S. Urbani Papæ præſtitum fuiſſe anno* CCXXXI. *notavimus.* Vide dictum Pagium ad annum Chriſti, ſecundum Baronium, 223.

7. Æquum eſt interim, in adeo memoranda Sixti Pontificis actione (cui debuit omnino intereſſe ſui officii vigore Archilevita Laurentius ex iis, quæ paullo infra dicturi ſumus de non omiſſo ea die miſſæ ſacrificio ab eodem ſummo Sacerdote, qui numquam ſine Laurentio illud offerre conſueverat, (uti Sanctus ipſe Diaconus Ambroſii ore teſtatur) æquum eſt, inquam, dicamus quippiam circa factum idem; dein circa facti myſterium. Certum ſiquidem eſſe nobis debet, propter illam temporum difficultatem, translationem Apoſtolorum actam fuiſſe nedum ſine ulla exteriori pompa, ſed etiam ſecretiori, quo fieri potuit, modo; ac veriſimiliter nocturnis ſub horis, queis idololatræ gravi eſſent immerſi ſopore; ne illa ſacrata pignora in aliquod grave diſcrimen adducerentur una cum ipſis Sanctis vectoribus; niſi etiam velimus, conſiderata locorum diſtantia, noctiſque prope ſolſtitium æſtivum brevitate, Pontifex ſuos diviſerit Levitas, quorum una pars Sancti Petri oſſa veheret ex Vaticano, altera Sancti Pauli ex Oſtienſi via, utriſque vectoribus una eadem noctis hora condicta, dum medium ſilentium tenerent omnia. Id enim factum non alienum a vero cenſetur. Ceterum, qualitercunque res evenerit, exportatis Apoſtolorum Corporibus e propriis loculis ad Catacumbas, ibidem omni, ut decebat, devotione, pietate, ac reverentia fuere condita prædicto die tertio Kal. Jul., duplici adnotata ratione ſolemniſſimo, ac ſanctificato Pontificali oblatione Corporis & Sanguinis Domini per manus Sacerdotis maximi Sixti ſecundi, adſiſtentibus Diaconis, quorum princeps erat Levita Laurentius: ad cujus magni triumphi proxima præſignanda tempora peregrinum hoc opus geſtum intelligimus, pluribus conjecturis neutiquam deſtituti.

8. Idque ut planum fiat, nonnulla ducimus præmittenda. Sanctus namque Gregorius Magnus Reg. lib. 3. epiſt. 30. ind. 12. de iiſdem ſacris Corporibus furto ablatis a quibuſdam Orientalibus Chriſtianis, paullo poſtquam ipſi Apoſtoli paſſi eſſent, ſic habet: *De Corporibus Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? dum conſtat, quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, ſicut Civium ſuorum, repeterent: quæ ducta uſque ad ſecundum Urbis milliarium in loco, qui dicitur Catacumbas, collocata ſunt. Sed dum exinde levare omnis eorum multitudo niteretur, ita eos vis tonitrui, atque fulguris nimio metu terruit, atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, quæ ex domini pietate meruerunt, levarunt, & in locis, in quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.* Hæc autem translatio, & reſtitutio Corporum Apoſtolorum in proprias ſedes nulla unquam commemoratione ab Eccleſia celebrata eſt; quandoquidem amotio illa, furtu ſacrilego acta fuit. Merito quocirca ſupra diximus, *peregrinum* fuiſſe

fuiſſe opus illud, immo *unicum* Translationis earundem exuviarum, peractum tempore Laurentii Martyris, ordinatione Sixtina.

9. De qoa Translatione in vetuſtis Eccleſiæ notata libris memoria extat, ut ſupra n.6. obſervavimus. In Revelationibus autem Sanctæ Birgittæ. Libro IV. Cap. 7. *Filius loquitur: Froter iſte miratur, quore Apoſtoli mei Petrus & Paulus in iſto loco Catacumbas tanto tempore jacuerunt, & quaſi neglectis. Reſpondeo tibi: Scriptura aurea dicit, quod Iſroel diu ſteterit in eremo, quia malitia gentium, quam poſſeſſuri erant, nondum completa fuit. Sic etiom erat de Apoſtolis meis. Nondum erat tempus gratiæ, quo corpora Apoſtolorum meorum exaltonda erant: quio prius eſſe debuit tempur probotionis, & poſtea coronotionis: & quia nondum noti erant illi, quibus bonor ille exoltationis Apoſtolorum debebatur.* Duo hic notatu ad rem noſtram digna ſunt. Unum, qood Chriſtus Dominus in collocutiooe cum Birgitta tempora diſtioxit *probationis*, & *coronotionis* Apoſtolorum. Illud probationis, incepit, quum apud Catacumbas depoſita fuere corpora eorum Laurentii ævo: alterum coronationis, quum magni Conſtantini diebus ad trophæa priſtina magnificentiſſimis exornata ædificiis ſolemniter delata ſunt. Quam reſtitutionem actam dicit antiquiſſimus Polemii Silvii laterculus VIII. Kal. Martii. Quo die celebtat Eccleſia feſtum Cathedræ S. Petri Antioch. Secundum vero notabile, quod ad hujuſmodi reſtitutionis actum neceſſe fuit, ut invenirentur tales viri, queis eſſet meritum tanti honoris, transferendi ſacratiſſima illa corpora. Si autem honoris pondus ex aperitione ſepulcri Apoſtolorum, horumque cinerum vectatione ad ſedes proprias, adeo ſublime fuit, ut aliquando inter viventes mortales nulli eſſent, quantumvis ſancti, quantumvis pii, qui mererentur illud; quemadmodum docet prolatum teſtimonium: *Nondum nati erant illi, quibus bonor ille exoltationis Apoſtolorum debebatur*: Licet ex parte Apoſtolorum non deficeret meritum exaltationis propriæ; quale, putabimus, eſſe debuit illorum meritum, qui primum digni ſunt habiti videre, contrectare, ac vehere Oſſa illa felicia, ne minima quidem iſtorum exigente ratione, ut in vilem, abjectumque deſcenderent locum ad Catacumbas; ſed majori potius ut exornarentur gloria præ illa, qua prius in trophæis propriis fruebantur? Ita quum ſe habeat res, jure nos inducit ad ſecretiorem aliquam inveſtigandam cauſſam primæ hujuſmodi ſepulcralis aperitionis, ea ſemper ſalva, quam Dominus explicuit, Birgittam alloquens, nimirum *probationis* & *coronationis* Apoſtolorum.

10. Sane omnes, quotquot ad laudatam convenerunt ex officio actionem, a Sixto vocati, ſanctitatis merito fuiſſe inſignes, talique actu dignos; non eſt ratio, cur in controverſiam revocemus; quum præſertim conſtet ex Romano Martyrologio, complurimos ejuſdem ſanctiſſimi Pontificis miniſtros, Diaconos, Subdiaconos, Clericoſque martyrii laurea donatos fuiſse. Sed quis ignorat, per ea trium primorum ſæculorum tempora pari ſanctitatis laude Miniſtros in Romana Eccleſia floruiſse? neque propterea honore, de quo loquimur, inveniri ſunt digni, ut ſcholæ ajunt, *ſecundum actum*; quanquam aliter digni eſsent *ſecundum potentiam*: dignitatem enim primi generis ſolum declarat effectus, ſive rei eventus, divinis prædinationibus ſequutus. Si vero attendimus ad ſeveritatem Licinianæ perſecutionis, manebit quæſitum adhuc minime reſolutum; quandoquidem rem actam repetit a merito perſonæ, cujus intuitu Deus illam exſecutioni mandaverit. Ceterum etſi noverimus, relatam Valeriani perſecutiunem fuiſse ſatis immanem; ſed non minus, notum eſt eruditis, quod ſæva extiterit illa, quæ mota fuit adverſus Eccleſiam ſub Domitiano, qui ob nimiam crudelitatem vel ab ipſis gentilibus dictus eſt *Nero*, ut Spondanus refert in Baronio ad annum Chriſti 93. num.11. Nec mitior altera ſub Severo anno 204., ne verbum de Deciana proferamus. Adhuc tamen minime per ea tempora factum legimus, ut, diſponente Deo, præcipuorum Apoſtolorum corpora de ſuæ quietis loculis amoverentur, ac mortalium oculis panderentur. Solum id geſtum invenimus in Eccleſiæ preſsura ſub Licinio Valeriano, nulla intellectui noſtro ſpeciali emergente meritoria cauſsa, donec perveniamus ad unum, de quo impræſentiarum agimus, Levitam ſanctiſſimum; cujus honoris gratia, fieri potuit manifeſtatio illa, ſive detectio beatorum cinerum. Is enim veracitee dignus eſt habitus præ cæteris illius temporis tanto diſtingui honoris pondere, qui, juxta Doctorem Seraphicum, tantæ fuit ſanctitudinis, ut: *Sicut inter cæteras formos picturarum auri pulcbritudo obtinet principatum, immo pulcbritudo auri decor eſt metallorum omnium, & colorum: ſic ejus fuerit pulcbritudo ſuo tempore totius Eccleſiæ, propter maximam, quam babuit, boneſtatem.*

11. Ferunt Græci, Latinique ſcriptores poſt Theophanem, ad conteſtanda feliciſſima Imperii Conſtantini & Irenes tempora, in quibus refloruit in Oriente Chriſtiana religio; fortuito pee effodientem hominem apud longos Thraciæ muros inventum fuiſſe corpus cujuſdam Prophetæ: in cujus viri ſancti arca lapidea repertæ ſunt conglutinatæ hæ litteræ: *Cbriſtus naſcetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Conſtantino & Irene Imperatoribus, o ſol, ite-*

Digitized by Google

iterum me videbis. Illuſtres plane dies tanto digni ſpectaculo: nec tamen minus præclara Laurentii tempora, queis reſerata ſunt Apoſtolorum conditoria, ut (liceat humano quodam uſu loqui) oſſa illa beata lucem iſtam iterum viderent, viderentque præſentem Sanctum Laurentium, quem Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem ſuam apparens ad mare Tiberiadis, præoſtenderat in figuris Petro cum nonnullis aliis Apoſtolis; qui, cap. xxi. 8. & 9. Joannis, *trahentes rete piſcium, ut deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum*. Quam figuram ad Laurentii laudem illuſtrat venerabilis Ruperti calamus in pluribus ſuorum operum locis, ac præſertim lib. de off. cap. x. Quocirca bene & congruenti modo nos dicimus, extractæ fuerint illæ Apoſtolorum exuviæ de monumentis ſuis ad conſignanda jam appropinquata beata illa tempora, in quibus impleri debebat in ſuo prototypo præoſtenſus olim a Domino typus ejus. Perſuaſumque id facit, quod a die Translationis ejuſmodi ad alteram, qua Martyr prunis ſuperpoſitus fuit, excluſis computationis terminis, non interfluxere pluſquam dies quadraginta: ſero nam præcedenti ad diem Auguſti decimam Martyr ad ignem applicatus fuit. Ait autem Auguſtinus tract. 17. in Joannem: *Ad plenitudinem legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus*. Ita profecto beatiſſima illa ſanctorum Apoſtolorum corpora velut digito commonſtrarunt plenam Sancti noſtri obſervantiam & voluntatem in lege Domini ad ſui met conſummationem in igne, atque proxime ſequuturum admirablem ejus triumphum, per quem, juxta beati Maximi ſenſa, ſingularis iſte Levites eorum Apoſtolico erat conſortio copulandus. Unde nil ſupereſt deſiderandum, ut concludamus, ea Translatione Apoſtolorum oſſa Laurentiani triumphi gloriam imcomparabilem prophetaſſe, non quidem verbo, ſed facto: quemadmodum de translatis Joſeph, proregis quondam Ægypti, oſſibus liber Eccleſiaſtici loquitur XLIX. 18. dicens: *Oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetaverunt*: In hunc ſcripturæ locum inquit Ugo de Sancto Caro: *Prophetaverunt non verbo, ſed facto, ideſt, ſua ipſa translatione*.

12. Et fortaſſe Levita magnus, peregrini hujus collati ſibi honoris a Principibus Apoſtolorum memor, referre iſtis acceptum vel in ultimis ſuæ vitæ periodis, in craticula poſitus, non omiſit; quum ait a ſtrophe 115. ad 118. Prudentiani periſtephani:

Hic nempe jam regnant duo
Apoſtolorum Principes,
Alter vocator gentium,
Alter cathedram poſſidens:
Diſcede adulter Juppiter;
Relinque Romam liberam:
Te Paulus hinc exterminat,
Te ſanguis exturbat Petri.

Quibus eximiam Apoſtolorum gloriam prædicavit: infamem deturbandum ab aris prædixit jovem: percuſſitque vel prævíſos novatores noſtri temporis, qui perſricta fronte negare haud erubeſcunt, Sanctum Petrum Apoſtolum Romæ Cathedram ſuam collocaſſe, ſuiſque Succeſſoribus Romanis Pontificibus poſſidendam reliquiſſe; licet innumeri pene Sancti Patres, magnique nominis ſcriptores omni ſæculo, quo floruerunt, eandem confirmaverint veritatem. Atque ſatis hæc ſint pro ſingulari clarificatione meritorum noſtri Protolevitæ, a Translatione corporum Apoſtolorum petita; dum urget, ulteriora ejus proſequi acta.

13. Menſe nondum elapſo a die commemoratæ Translationis, circa quintum, vel ſextum Kalendas Auguſti Pontifex Sixtus iter faciens ad Catacumbas, nonnullis ex Clero eum comitantibus, Dei tamen diſpoſitione, Laurentio abſente, comprehenſus eſt ſuis cum ſociis a Valeriani ſatellitio, atque una cum illis in publicum conjectus carcerem; ubi per dies multos permanſere, donec Imperator, convocato Senatu in Baſilica telluris, ſedens pro tribunali, juſſit eos coram ſe adduci. Manuſcriptum Fuldenſe quæſtionem ibi factam plene deſcribit: collatumque a Bollandiſtis cum altero Sancti Audomori concordare compertum eſt: licet in doctrina Deciani temporis ſimul peccent: quemadmodum & complures Vaticani codices, ut alibi diximus, affirmant rem actam eſſe ſub Decio. Labes ut centies diximus, quæ inficit primum geſt. Pontif., librum, Damaſi nomine vulgatum; ne loquamur iterum de libris Gregorii, Bedæ, & Adonis, ſimiliter infectis. Neque propterea critici ab eorum omnium lectione ac doctrina nos poterunt abducere ceteris in locis, ubi non convincuntur errati. Id ſolum merentur auctores, qui dolo ſuis operibus inferunt falſa; unde pænam ſubtractionis fidei, æquum eſt, patiantur, etiam quum vera dicunt. Fidem autem illis adimere in omnibus, qui fortuito in errorem aliquem impegerunt, non aliud ſane foret, ut alibi notavimus, niſi omnem humanam hiſtoriam inter fabulas ponere. Quilibet namque homo, ut velis, probus ac doctus, errori obnoxius eſſe poteſt. Reſpuemus igitur, quæ in antiquis membranis, adhibito maturo examine, falſitatis arguuntur; quæ autem ſive certe, ſive probabiliter vera dignoſcentur, juxta unius cujuſque rei meritum, noſtros ſibi conciliabunt amplexus. Abſit, cum illis ſentiamus, qui vanis quibuſdam ratiunculis ducti, ſine ullo rerum de-

Digitized by Google

lectu, omnia damnant tanquam ſubleſtæ fidei; redigentes pene ad nihilum acta Sanctorum, non ſine gravi piorum hominnm offenſione. Utinam nulla, vel ſaltem exigua eſſet diebus noſtris incredulorum id genus turba, quæ nec ſibi proficit, nec alios in concepta pietate proficere ſinit. Sed, ne, ultra quam volumus, excurrat calamus; ad texturam hiſtoriæ redeamus. Quicquid enim modo ſit, num reapſe Romæ fuerit præſens Valerianus enuntiato ſub tempore Sixtinæ capturæ; an vero alicujus Præſidis juſſu id actum ſit; quandoquidem diſceptandum id veniet, quum de noſtri Sancti paſſione ſermo erit: præſtat nunc iis attendere, quæ in laudato M. S. Fuldenſi a nonnullis criticis exagitata comperimus.

13 Fert ſiquidem M. S. relatum, perſiſtentem in confeſſione Domini Beatum Sixtom ſuis cum ſociis, Imperatoris juſſu a Telluris templo (quod, juxta urbis antiquarios, erat in regione *ſacræ viæ*, ubi modo eſt parva illa Eccleſia, *Sanctæ Mariæ Angelorum* nuncupata, in via Alexandrina, a textorum Societate culta) ex eodem, inquam, fano, ubi Cæſar convenire cum Senatu ſolitus erat, Sixtum fuiſſe ductum ad martis delubrum, ſitum olim ad ſiniſtrum latus in egreſſu portæ Capenæ, ſive Appiæ, nunc *Sancti Sebaſtiani* appellatæ, in ea diſtantia, quam fert jactus lapidis per fundam; quanquam ab urbis mœniis non eſſet directim diſſitum, niſi quanta erat latirudo mediantis viæ inter murorum circuitum, & poſſeſſiones rurales. Subtilis hæc loci deſcriptio valde lectorem juvabit ad comprehenſionem hiſtoriæ ſecundi occnrſus Sancti Levitæ cum ſuo Sacerdote. Illuc itaque Sixtus ſuis cum concaptivis perductus eſt, ut vano illi numini ſacrificaret, ea ſub conditione, quod ſi offerre ſacrificiom recuſaſſet, ſeveriori Mamertinæ cuſtodiæ committeretur (is eſt carcer, in quo clauſi olim fuerant ad Capitolii radices Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus). Renuit Beatus Pontifex cum ſuis illud perpetrare ſcelus: quare Satellites ad prædictam cuſtodiam eum ſuis cnm comitibus pertrahebant. Quum ecce illi factus obviam, angelico inflammatus vultu, Levita Laurentius, non militum furentium manum, non mandata Cæſaris veritus, exclamat, & dicit, apud Ambroſium lib.1. off. cap.41. *Quo progrederis ſine filio, Pater? Quo Sacerdos ſancte, ſine Diacono properas? Tu numquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueveras. Quid in me ergo diſplicuis, Pater? Numquid degenerem me probaſti? Experire certe, utrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem. Cui conſummandorum Conſortium Sacramentorum, huic conſortium tui ſanguinis negas? Vide ne periclitetur judicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abjectio diſcipuli detrimentum eſt magiſtri. Quid, quod illuſtres, & præſtantes viri diſcipulorum certaminibus magis, quam ſuis vincunt? Denique Abraham filium, Petrus Stephanum præmiſit. Et tu, Pater, oſtende in filio virtutem tuam, & offer, quem erudiſti, ut ſecurus judicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam.*

15. Non ita ſane cervus deſiderat ad fontes aquarum; non ita vir agilis currens in ſtadio ad bravium feſtinat; non ita gloriæ cupidus, volat ad infulas; ſicut ad perdendam pro Chriſto animam ſuam in hoc mundo, advolare ſtuduit, mente ſolicita ſuper pennas ventorum, demirandus iſte Archilevites. Nil moratus Pontificiam, ſibi, coronam, imminentem Sixti morte, & in ipſo quidem juventutis ſuæ flore, ſecundum plura, quæ viderat id genus exempla cum in Stephano, tum in Sixto, ambo qui ex præclariſſimo Archidiaconatus gradu evecti ad culmen fuerant omnium Eccleſiæ dignitatum. Is autem, qui non humana, ſed angelica virtute pollebat, arbitratus hæc infima, quantumvis proſpera, detrimentum, magni faciebat ſola cæleſtia. Ideo terreno deſiderans corpore ſpoliari, quantocius id poſſet fieri; vel breves flebat morulas, queis diſtinebatur illico exire de ſæculo. Oravit, ne votorum ſuorum exauditio differretur: obſecravit, ne quid efficaciæ ſibi deeſſet ad impetrationis effectum. Ignitum plane ipſius eloquium vehementer! quod Cælum admiratione, terram ecſtaſi, infernum horrore complevit.

16. Prophetavit qunndam de filio ſoo Nephthali Patriarcha Jacob, Gen. XLIX. 21. dicens: *Nephthali cervus emiſſus dans eloquia pulchritudinis*. Quam prophetiam litteræ Interpretes explanant de Barac, Iſraelis Duce; qui licet natura timidus, quaſi cervus, ad bellum proceſſit; neque tamen victoriam de hoſtibus retulit, niſi Debora eom conſortante. Eloquia vero pulchritudinis dedit, parto triumpho, carmen concinens Jud. v. Doctores autem myſtici cum Ugone de S. Caro ſic propheticum verbum exponunt: *Nephthalim interpretatur dilatatio: ſignificat chorum Apoſtolorum per quos doctrina Chriſti per univerſum orbem dilatata eſt. Cervus emiſſus: veloces fuerunt in prædicatione verbi Dei... Dederint eloquia pulchritudinis, manifeſtum eſt.* Contemplemur nunc illum, qui ſuis virtutibus *Apoſtolico ſe conſortio copulavit*; ſtatim equidem & in iſto, ſingulari quadam gratia, ſermonem ipſum propheticum impletum videbimus. Quod enim Nephthali *Dilatatio* interpretarur, geminam in Laurentio dilatationem indigitat: unam intrinſecus, qua dilatato corde, quaſi gigas exultavit

vit ad currendam Dei viam, immo & pluſquam gigas, obviam eundo pro nomine Domini & ferro & igni; alteram extrinſecus, qua mirabilibus geſtis ſuis per univerſum Orbem Chriſti gloriam dilatavit, eodem ferro & igne conſumptus. Quod autem eloquia dederit pulchritudinis, partim nuper audivimus; partim audiemus in poſterum. Veruntamen eſt & alia ratio, quare hac in materie ultra pergamus ad præſtantiorem præ laudato Barac ediſſerendam noſtri eximii Martyrum Ducis laudem. Ille ſiquidem Iſraelis Dux, qui nomine tenus *fulgur* interpretatur, velocitatem habuit cervi ad perſequendum fugientes hoſtes (terrore his divinitus immiſſo) ſibique terga dantes, non facie ad faciem obſiſtentes Judic. iv. 16. ſive non oſtendit celeritatem *fulguris* in obſtaculis ſuperandis. Vix enim de Monte Tabor deſcenderat cum decem millibus pugnatorum, addente ſibi animos Prophetiſſa Debora, quum Deus conterruit, compulitque hoſtes ejus ad fugam: neque verba pulchritudinis dedit carminibus, niſi, ut ſupra diximus, obtenta victoria; poſtquam Jahel malleo clavum infixit temporibus Siſaræ, ducis exercitus Chananæorum. Veraciter autem per ſimilitudinem *fulgur* Laurentius extitit; qui a noſtris Patribus appellati meruit verorum Iſraelitarum Dux, ideſt, eorum, qui, ſecundum Apoſtolum ad Romanos ix. 8., *Sunt filii promiſſionis*. Qualeque fulgur ipſe fuerit, caput ultimum prope finem libri prioris aperuit, præſens melius, pleneque ſequentia demonſtrabunt.

17. Itaque ubi hic novi Teſtamenti Dux ſuper Barac eloquia dedit coram Sacerdote ſuo miræ pulchritudinis, nempe pulchræ & ſummæ Fidei, pulchræ & ſummæ Spei, pulchræ, & ſummæ Caritatis (queis nihil eſt altius quod beate poſſit hominem ſuper terram) Sanctiſſimus Pontifex & Propheta Sixtus ea verborum dulcedine beari ſe ſentiens, in hunc, juxta laudatum Sanctum Ambroſium, reſpondit modum: *Non ego te deſero, fili, neque derelinquo; ſed majora tibi debentur certamina. Nos quaſi ſenes levioris pugnæ curſum recipimus; te quaſi Juvenem manet glorioſior de tyranno triumphus. Mox venies, flere deſiſte; poſt triduum me ſequeris. Inter ſacerdotem, & Levitam hic numerus medius decet. Non erat tuum ſub magiſtro vincere, quaſi adjutorem quæreres. Quid conſortium paſſionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem ejus dimitto. Quid præſentiam meam requiris? Infirmi diſcipuli Magiſtrum præcedant; fortes ſequantur, ut vincant ſine Magiſtro, qui non indigent magiſterio. Sic Helias Heliſeum reliquit. Tibi commendo noſtræ virtutis ſucceſſionem.* Subnectit *M.S.* Fuldenſe: *Et dixit Sixtus: Accipe facultates Eccleſiæ, vel theſauros, & divide, quibus tibi videtur.* Ecce perſpicax ille Senex, Deique afflatus ſpiritu, ac peritiſſimus meriti æſtimator, quanti fecerit Levitam Laurentium, quanti penderit virtutem ejus, quibus extulerit laudibus inenarrabiles dotes ipſius. Sed præterea notandum valde nobis eſt, quod beatiſſimus Pontifex ſuum laudavit hac reſponſione Diaconum admirabilem, non abſentem, verum in os; quum Spiritus Sanctus per Eccleſiaſticum Cap. xi. 20. dicat: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*: Res etenim, (& maxime præſente, qui laudatur) plena eſt periculi miſeræ vanitatis, replentis hominem vento ſuperbiæ. Attamen quum ſermo erat de uno Levitarum optimo maximo, qui non ſuam, ſed Dei gloriam in omnibus exquirebat, locum pro eo non habuit illa ſententia. Idem legiſlator, Dei ſpiritus, Sixtum induxit ad celebrandas tanti Levitæ laudes, coram adſtantis. Noverat quippe Dominus Electum ſuum ea virtute præditum, ut nullo pacto in vanitatis diſcrimen foret adducendus: quaſi non jam viator inter mortales, ſed cum cælitibus comprehenſor eſſet, extra omnem poſitus aleam inſtantis ſpiritus.

18. Reliquum eſt, ſub præſenti capite in examen veniat manuſcriptum Fuldenſe una cum ſibi concordibus M. SS. Trevirenſi, & S. Audomari, quæ conteſtantur, poſt relata a Sancto Ambroſio Sixtina verba, ipſum Pontificem addidiſse ſequentia, nempe: *Accipe facultates Eccleſiæ, vel theſauros, & divide quibus tibi videtur*. Ajunt enim noſtri critici, interpolata eſse Sancti Laurentii acta in productis manuſcriptis, ſuamque fundant intentionem in eo, quod hæc inſtrumenta doceant, ipſum Sanctum Levitam bis obviam veniſse Sixto. Ita ſane. Sed quid propterea? Schelestratem, ex adverſo reſpondentem, audiamus. Tomo namque primo Antiquit. Eccleſ. diſsert. 2. cap. 7. conſiderans, ſupra relatum a nobis Ambroſii teſtimonium ex lib. cit. officiorum adnexum eſse prioribus ejuſdem Sancti Doctoris verbis, nimirum: *Non prætereamus Sanctum Laurentium, qui cum videret Sixtum Epiſcopum ſuum ad martyrium duci, flere cœpit non illius paſſionem, ſed ſuam remanſionem. Itaque his verbis appellare cœpis. Quo progrederis &c.* Sic philoſophatur: Sanctus Eccleſiæ Doctor inſtruit nos, occurriſse Laurentium Sixto, quum is Pontifex *ad martyrium* duceretur: interpolata ſunt igitur acta, quæ docent, Sanctum Levitam ea protuliſse Sixto verba, nempe: *Quo progrederis ſine filio Pater?* quum idem Pontifex *ad Mamertinam cuſtodiam* traheretur: uti narrat Fuldenſe M. S. cum ceteris Trevirenſi & Sancti Audomari. Magis, quod apud Patres nulla fit mentio ſecundi Beati Levitæ acceſsus ad Six-

tum, antequam huic caput abſcinderetur, uti pounnt eadem M. SS., unde non immerito confiſta, quæ addunt, creduntur.

19. Miramur equidem eruditiſſimum virum in hanc mentis imbecillitatem incidiſse. Plutis autem facimus, quod Bollandiani Doctores in eandem etiam animi defectionem ceciderint: Sicut videre licet in actis Sancti Sixti ſub die Auguſti ſexta §. VII. num. 70. quaſi objectationi, quam adinvenit Scheleſtratius, nulla queat inveniri reſponſio, quæ funditus illam evertat. Opportunus ceteroqui heic locus erat ſapientibus iis viris acuendi propriæ mentis aciem in defenſionem ſaltim veritatis actorum S. Laurentii, quæ Sancti Adonis labore ſcripta leguntur; dum in iſtis etiam habetur, bis occurrerit Sixto Laurentius: neque Ambroſiana lectio eidem Adoni erat ignota: quin potius poſterior hic Auctor conformis Ambroſio prorſus diſcernitur, quemadmodum infra patebit. Quei ergo doctiſſimi Patres ſuum renuerunt exſequi officium, juxta regulam ab ipſis traditam in exaratis a ſe actis ejuſdem Sancti Laurentii §. XII. num. 123. ubi proprio fatentur calamo, ſcribentes: *Hiſtorici munus eſſe Divorum acta, per majores ad nos tranſmiſſa, ſalva veritate, ſervare, tueri, ac patrocinari?* Abſit, quacumque ludicra emergente cauſa, fas ſit nobis illa reſecare, convellere, & diſſipare. Verum ipſis Theologis ſe ſubtrahentibus ab hiſtoricorum, quod docent, munere, dum hiſtoriæ dant operam; patrocinium M. S. Fuldenſis, aliorumque id genus in præſenti cauſa libenter aſsumimus. Dicimuſque, ſalvari non ſolum æque poſse, ſed etiam debere concordiam inter Ambroſii, & Eccleſiæ, ceterorumque veterum ſcriptorum in hac re documenta. Magnum in primis, Scheleſtrates putat, eſse diſcrimen inter has duas propoſitiones, videlicet: *Dum Sixtus ad martyrium duceretur*: &: *dum Sixtus ad Mamertinam cuſtodiam duceretur*: Nos autem ex adverſo inter unam & alteram ne latum quidem unguem eſse interpoſitum reperimus. De quovis enim homine, brachio juſtitiæ capto, qui reus eſt capitis, v. g. propter crimen læſæ majeſtatis, aut aliud ejuſmodi graviſſimum, evidens pluribus aptis teſtibus delictum; tritum, vulgare, ac familiare illud eſt axioma: *Homo iſte ad furcam, ad mortem ducitur*, quamvis tunc reapſe nonniſi ad carcerem trahatur. Quia nimirum conjicitur in cuſtodiam. certo inde non extrahendus, niſi ultimum ſupplicium ſubiturus. Quomodo non licuit Ambroſio eadem communi phraſi uti, ac dicere: Sanctus Laurentius, quum videret Epiſcopum ſuum ad martyrium duci, flere cepit &c. qui videbat ipſum Pontificem a militibus pertrahi ad Mamertinum carcerem, veluti certo reum mortis ab Idololatris habitum, quod noluiſſet Imperatoris juſſa exſequi in religionis negotio; unde ab illa pænali cuſtodia non eſſet exiturus, niſi gladio perimendus?

20. Videamus nunc, quam optime Ambroſiano ſenſui, a nobis expoſito, concordet Ado. Sanctus hic Viennenſis in Gallia Præſul in ſuo Martyrologio inquit: *Cui* (nempe Laurentio) *Beatus Sixtus omnes Eccleſiæ facultates & theſauros, pergens ad coronam martyrii, tradidit*: utique Pauperibus diſtribuendos. Nam ſtatim addit de Sancto Laurentio: *Cæpit quærere, ubi pauperes eſſent abſconſi &c.* Qua diſtributione peracta, ſubjungit: *cum jam ergo duceretur beatus Sixtus cum duobus Diaconibus ut martyrium conſummaret, & B. Laurentius clamares adveniens: Non me derelinquas, Pater ſancte, quia theſauros tuos jam expendi, quos tradidiſti mihi &c.*. Idem itaque Ado geminum fuiſſe tradit occurſum Laurentii cum Sixto; unum, quando poteſtatem accepit diſtribuendi Eccleſiæ theſauros; quem occurſum contigiſſe dicit, quum Sixtus, rediens a templo martis (quo loci primum a militibus juſſu Cæſaris adductus fuerat, ut illi ſacrificaret idolo) pergeret *ad coronam martyrii*: Quod certe ſignificare aliud non poteſt, niſi quod pergeret *ad carcerem Mamertinum*. Nam iter alterum, quod ultimo Sixtus abſolvit ad martis templum; quo loci tandem abſciſſione capitis martyrium conſummavit infra ipſis in actis idem Ado explicat exſequutum fuiſſe; quum Laurentius, erogatis theſauris, rediens elamaret, dicens, ſe jam expendiſſe pretioſa quæque in pauperes; unde cum priori ad Mamertinam cuſtodiam confundi nequit; quo temporis Sanctus Archidiaconus non adhuc in egenos theſauros eoſdem expenderat. Secus, ſi unum & idem fuiſſet ad martyrium conſummandum iter, quid temporis daretur Laurentio ad theſauri diſpenſationem per tot vicos, cryptas, & domos? Ex quibus concluditur, tam Ambroſius, quam Ado *Martyrii*, vel *coronæ Martyrii* vocabulo non aliud intellexerint quam carcerem Mamertinum, qui Sixto non aliud fuit, niſi Martyrium inchoatum, inchoataque martyrii corona; quæ demum perfecta, ſive conſummata fuit ad martis templum, ut infra videbimus; & idem Ado loco citato patenter explicnit, dicens: *cum duceretur Sixtus ut martyrium conſummaret*: quo temporis redire ad eum potuit Laurentius, theſauris jam in pauperes erogatis.

21. Id ipſum Eccleſia in divinis officiis ſentire videtur ſub die ſexta Auguſti, quum in nona lectione inquit de Sixto, quod recuſata impietate ſacrificandi idolo martis, *cum ad martyrium duceretur*, *occurrenti Sancta Laurentio, &c. reſpondit... Si quid habet in theſauris*

ris pauperibus diſtribue. Sub die vero decima ejuſdem menſis in reſponſoriis ſecundi nocturni Sanctum Laurentium ad Sixtum ſic loquentem adducit: *Noli me derelinquere, Pater Sancte, quia theſauros tuos jam expendi*. In prioribus Beati Sixti verbis elucet data facultas Sancto Diacono erogandi theſauros. In poſteriori Laurentii eloquio facta diſpenſatio exhibetur. At niſi *martyrii* nomine intelligeretur Mamertina cuſtodia, ad quam Pontifex duceretur; ſed, ut volunt adverſarii, locus aliquis, ubi mox ſuam Sixtus abſolveret paſſionem, quæ uno gladii perficienda erat ictu; quomodo fieri poterat, ut beatus Levita ſui Sacerdotis juſſa perficeret; indeque rediens, inveniret adhuc eundem viventem, quem alloqui poſſet relatis paullo ſupra verbis: quemadmodum advertimus prope finem præcedentis paragraphi? En comprobatus una ſimul Sancti Laurentii ſecundus ad Sixtum acceſſus tum Adonis teſtimonio, tum Eccleſiæ auctoritate, tum ineluctabili ratione: nec quicquam juvat oppoſitores argumentum petitum a Patrum ſilentio, qui non hiſtoricos, ſed oratores agebant: ſicut de hac re fuſius alibi noſtra expendimus ſenſa.

22. Verum, quia ii, qui e regione ſtant, ægre ferunt ejuſmodi duplicem Sancti Levitæ occurſum cum Sixto tempore paſſionis iſtius; æquum eſt, eos ſic blande alloquamur; homines quum ſint ſapientes, cordatique viri. Beatus etenim aræ Miniſter exhaurire in manus pauperum neutiquam poterat ſine gravi reprehenſione univerſum Eccleſiæ, quod cuſtodiebat, ærarium; niſi accepto prius peculiari Pontificis mandato. Nam ordinariæ ſuæ facultatis dumtaxat erat, quotidianas ſupplere inopum indigentias, ſive ad hebdomadem, vel, ut maxime ad menſem, juxta matriculam Romanæ Eccleſiæ; non item omne pondus argenti & auri, vel ipſa etiam ſacra vaſa illis ad libitum erogare, ut in longa tempora ſuſtentarentur. Id namque ſolum ei licuit, obtenta prius explicita ſummi Antiſtitis conceſſione, propter imminens deprædationis ærarii periculum, urgente tyrannicæ poteſtatis violentia. Petimus modo a Schelſtratio, ejuſque aſſeclis, eam facultatem erogandi totum Eccleſiæ theſaurum in pauperes, vel noſter Sanctus obtinuit a Sixto, antequam is captus eſſet a Fidei hoſtibus; vel quum idem Pontifex duceretur ad martyrium, ſive, ut ipſi volunt, ad capitis abſciſſionem? Si hoc ſecundum reſpondent; priora jam argumenta recurrunt. Si præcedens alterum dicunt; oppoſitorem ſibi ſentient Sanctum Maximum hom. 1. de S Laur. docentem: *Ergo, ut comperit ore Sacerdotis & Martyris, ſe quoque omnimodis aſſumendum, congregatis inopum turbis, Eccleſiaſticum cenſum religioſa liberalitate diviſit.* Non enim comperiit ſe omnimodis aſſumendum, niſi quum ore ſui Sacerdotis audivit: *Poſt triduum me ſequeris*: quod per Ambroſium contigit, quum Sixtus traberetur ad mortem. Quomodo deinde ſuaderi poſſumus, tantam Levita ſollers impenderit diligentiam pro aſſequenda poteſtate diſpenſationis theſaurorum ante Sixti capturam, quæ diligentia disjuncta non fuiſſet a culpabili poſtmodum negligentia exſecutionis obtentæ facultatis; quum non diviſerit Eccleſiaſticum cenſum niſi ad diem uſque obitus ejuſdem Sancti Pontificis, ut docet Maximus, ſicque in direptionis diſcrimen eccleſiaſticum expoſuiſſet ærarium; quod cautum fieri oportebat in manibus Pauperum per totum illud temporis intervallum, ex die, qua ipſum depoſitum erogandi obtinuerat poteſtatem, nimirum, ut ponitur, a VII. Kal. Aug. antequam Sixtus caperetur ad VIII. idus, quo capite truncatus fuit; ſpatio videlicet dierum XII.

23. Opponent fortaſſe, theſim noſtram pati quoque nonnullam difficultatem circa deſignationem temporis, quo Sanctus Levita diſtribuere potuit per loca varia univerſum commemoratum theſaurum; & redire iterum ad ſuum Sacerdotem adhuc ſuperſtitem. Quandoquidem in prælaudata lectione IX. Officii diei ſextæ Auguſti Eccleſia nos erudit, dicens de eodem Sixto, poſt traditam Laurentio facultatem erogandi pauperibus eccleſiaſticam ſubſtantiam: *Eodem igitur die interfectus eſt*. Quid ergo temporis dabitur, quo & Sixtus educeretur de primo carcere; traheretur ad martis templum; obſiſteret cogentibus ad ſacrificandum idolo; duceretur ad graviorem Mamertinam cuſtodiam, qua in reverſione, juxta poſitionem noſtram, Laurentium obviam habuit; eique commiſit diſpenſationem totius theſauri? Certe progreſſa nimis eſſe potuit tunc dies, ſub qua Pontifex decollatus eſt: ubi igitur Laurentio tempus diſtribuendi theſauros; redeundi ad Pontificem, non adhuc minutum capite, reſiduis illis ſub inclinatæ diei horis pauciſſimis?

24. His objectis facillime occurrimus, dicentes, ac probantes, Eccleſiam eo loci minime loqui de die naturali, ſed de Eccleſiaſtico, qui incipit a veſperis diei præcedentis ad completorium diei ſequentis; adeo ut ſenſus ſit: Veſpere diei quintæ Auguſti Sanctus Levita obviavit Pontifici, redeunti de templo martis ad Mamertinum carcerem; die vero ſexta invenit eum pene perventum ad locum martyrii. Quod ſic ex ejus actis oſtendimus. Nam in Adonianis ac Surianis geſtis legimus: Sanctum, poteſtate a Sixto accepta in erogationem omnium theſaurorum, veniſſe *noctu* ad ædes Cyriacæ primum; ac deinde ad alia urbis loca, ubi Chriſtiani perſecutionis metu abſconditi erant.

Notan-

Notandum eſt autem, quod a martis ſano ad Mamertinum carcerem duo circiter italica intercedebant milliaria: Ædes vero Cyriacæ medium tenebant itineris locum, a latere dextro ſitæ ſuper collem cælium regredientibus a martis templo: quare a loco relati occurſus Sancti Laurentii cum Sixto uſque ad Cyriacetis ædes diſtantia eſſe non potuit pluſquam unius milliarii: Laurentius demum, audito Sixti oraculo, iter ſuum, quod ad horæ dimidium confici potuit, ſtatim arripuit; nec tamen niſi *noctu* illuc pervenit: Evidens iccirco fit, quod idem occurſus contigerit circa ſolis occaſum ejuſdem diei quintæ Auguſti. Et quia Sanctus Archidiaconus anhelabat ſanguinem fundere cum ſuo Sacerdore, ſi juſſa expleſſet iſtius ipſa nocte; omni celeritate impoſitum ſibi præceptum abſolvit. Ardens enim deſiderium ſuam ponendi animam quantocius pro Chriſto, fecit eum inſomnem illam ducere totam noctem; cui addi debent horæ haud paucæ lucis ſequentis, uſque dum nuntium accepir, (ut Graſiana inquiunt acta) Sixtini egreſſus de carcere, ut animadverteretur Pontifex ante martis templum; quo voluit Cæſar ſatisſactum iri contemto illi idolo, effuſo nimirum coram eo contemtoris ſanguine. Videant hinc Adverſarii, quanta fuerint Laurentio temporis ſpatia uno eodemque eccleſiaſtico die circumeundi per urbis domos & cryptas abſconditorum fidelium ad erogationem theſaurorum, atque poſtrema illis impendenda ſuæ caritatis officia: ſicut in iiſdem legitur actis; nec non ſemel & iterum occurrendi Pontifici, ut in occurſu altero una ſimul cum eo commori poſſit: licet aliter de ipſius paſſione diſpoſuerit Deus; quemadmodum illi prænuntiaverat idem Sanctus Antiſtes.

25. Alienum, inquient, apparet a vero, quod Sixtus a militibus ductus, verbum cum Laurentio habuerit de theſauris Eccleſiæ, ut ipſe Miniſter eos in pauperes divideret. Nam ſi talia ſatellites audiſſent, ipſum theſauri Cuſtodem haud liberum inde abire permiſiſſent, ſpatia illi facientes ad erogationem Eccleſiaſtici cenſus. Sed hæc oppoſitio ſuam quoque patitur oppoſitionem. Quandoquidem non minus erat periculi ſub illis circumſtantiis ſermonem habere de theſauris, quam de profeſſione ordinis Eccleſiaſtici, cujus conditionis eſſe ſe prodidit Laurentius; quum is, Ambroſio teſte, non dubitavit aperte dicere: *Quo, Sacerdos ſancte, ſine diacono properas? Experire utrum idoneum miniſtrum elegeris*: & tamen admittere cogimur, eoſdem ſatellites non extendiſſe manus ſuas in Sanctum Levitam, quanquam precipue furor poteſtatis gentilis ſæviret in eos, qui erant ordinis Eccleſiaſtici, ut Leo magnus prædicat in ſermone S. Laur. Quod ſi divina virtute factum intelligimus, ne violentas injicerent in eum manus; accideritque quaſi miraculum a Deo; quid ni ſuadebimur, id ipſum, terrore militibus celitus immiſſo; ne vim inferrent, beato Diacono, neque impedirent largitionem Eccleſiaſticæ ſubſtantiæ pauperibus Chriſti? Ajebat olim ipſe Dominus miſſis a Principibus Sacerdotum, ut eum ligarent, juxta S. Auguſtini tractatum 31. in Joannem: *Quod modo vultis facere, facturi eſtis; ſed non modo, quia modo nolo. Quare modo nolo? Quia... implere debeo diſpenſationem meam, & ſic pervenire ad paſſionem meam.* Unde Sanctus idem Evangeliſta VII. 30. ſcribit: *Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.* Quid ſimile contigit militibus, qui fortaſſe volebant continenter, auditis hiſce ſermonibus Laurentii & Sixti, Sanctum tenere Diaconum; ſed virtute ſuperna factum credimus, ne quis Satellitum levaret in eum manum, quia videlicet. *Nondum venerat hora ejus*: implere debebat diſpenſationem ſuam, & ita pervenire ad paſſionem ſuam.

CAPUT II.

Sanctus Archilevita Eccleſiæ theſauros diſtribuit, & mirabilia operatur. Num in ſuam miſerit patriam Calicem illum, in quo Chriſtus Dominus poſt Cænam ultimam vinum in ſuum convertit ſanguinem. Occurrit iterum ſummo Sacerdoti ad necem pertracto, & a militibus comprehenditur. Recentiorum doctorum oppoſitio circa determinatum Sixtini martyrii locum contra Fuldenſis ac Trevirenſis MS. narrationem infirmatur. Quid de aliorum Martyrum ſocietate in paſſione Sixti tenendum videtur.

Poteſtate igitur accepta, ut ſupra diximus, diſtribuendi cuncta Eccleſiæ bona in pauperes, venit primum Sanctus Levita in Cælium montem noctis initio ad Cyriacetis ædes, quo loci voluit prius lavare pedes ſanctorum; poſtea dividere cæpit eis ſacta munera pretioſa, pro ut unus quiſque opus habebat, juxta lumen propheticum, quo dirigebatur a Spiritu in digno-

gnoſcendis uniuſcujuſque neceſſitatibus, oon abſque præviſione temporum, quibus eſſet perſecutio duratura, nec non accidentium, unde plus uni, quam alteri ſtipem conferret. Hæc & obſervavit non in ſolo Cyriacæ hoſpitio, ubi Presbyteri, clerici, & laici abſconditi manebant; ſed & in aliis, ut infra dicetur, locis. Quemadmodum in Martyrologio ſcribit Ado: *Beatus Laurentius cæpit per regiones curioſe* (ideſt diligenter) *quærere, ubicunque ſancti Clerici, vel pauperes eſſent abſconditi, & portans theſauros, pro ut cuique opus erat, miniſtrabat.* Inquit: *Portans Theſauros*, oon manu ſua tantum, vel ſolam pecuniam, ſed etiam, ſnademur, uſus ſit aliis adminiſtris ad portanda pretioſa Eccleſiæ ſupellectilia, vaſa, cruces candelabra, & alia id genus ſacra inſtrumenta tam argenti, quam auri, juvantibus eum ad tantum opus, in abſcondito ab idololatris perficiendum, ooctutnis tenebris, operimentiſque opportunis, quibus metalla lucida in exportatione tegerentur. Toto autem cælo, iterum dicimus, decipiuntur, qui exiſtimant, impoſſibile eſſe, ut Sancti Lanrentii ætate Romana Eccleſia tam copioſis flotetet opibus, tot agitata perſecutionibos ab hujus mundi principibus. Nam præter ea, quæ adduximus lib. 1. cap. 5. num. 14., addenda ſunt etiam cuncta vaſa argentea, qnæ S. Urbanus ſecerat, ut eodem lib. cap. 2. num. 19. adnotavimus; item dona magnifica, quæ obtulerat Philippus Imperator cap. 4. num. 10. clarum iccirco de copioſis hiſce divitiis teſtimonium ponunt Ambroſius, ac Prudentius; unus lib. 6. de off. cap. 41. diceos: *Numquid dictum eſt Sancto Laurentio, non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa Sacramentorum vendere?* Alter ſtropha 17. & 18. caneos:

. . . . . proditum eſt,
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent ut auro Antiſtes.
Argenteis, ſcyphis, ferunt,
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos. &c.

En pretioſa utenſilia, en vaſa argentea; en aurea Candelabra, quorum ootitia, teſte Prudentio, ad aures etiam tyranni pervenerat, atque in tanta quidem copia, ut Imperator ipſe crediderit, multis opus fore vehiculis, queis ad ſuum palatium traosferrentur, quemadmodum infra nos erudiet Anguſtinus.

2. Interrogabit aliquis, unde habemus, quod paullo ſupra diximus, Sanctum Laurentium Spiritus Sancti fuiſſe illuſtratum lumine in præfata theſaurorum diſtributione? Cui reſpondemus: ex illis Beati Adonis verbis, nimirum: *Theſauros, prout cuique opus erat, miniſtrabat*. Refert Nadaſius in ſuo anno Cæleſti ad diem 27. Novembris de Sancto Virgilio, Saliſburgenſi Epiſcopo, quod is in ædificatione templi urbis illius, neſciens meritum laboris diuroi nniuſcujuſque fabri, juſſit pecuniam in pelvi pro mercede quotidiana exponi, a qua nemo poterat plus accipere, quam cujuſque labor, ſeu opera poſtulabat. Cupiditas namque pecuniæ in laborantibus ſæpe perturbat judicium juſtæ mercedis, quam petere a conductore, (cui non eſt notum laboris meritum) ipſi operarii deberent. Haud ſecus accidit in pauperibus, qui nonnunquam magis inopes, quam ſint, pannoſa nimis veſte, aut nudis etiam ex parte membris apparere ſtudent; quo copioſiorem ſtipem obtinere valeant, ſuaſque crumenas implere. At dum plus æquo verbis ſuam exagerant ioopiam, ut eleemoſynas acervent nimias, nonnullis aliis egenis detrimento ſunt. Quia videlicet viri miſericordiæ certis quum limitibus circumſcriptas habeant facultates; nec poſſint, ut vellent, ſingulis indigentibus opem ferre; dum largius importunis mendicis dant prius ſtipem, jam non habent, quid porrigant pauperibus aliis, poſtea rogantibus: ſicque fit, ut poſteriores neceſſario pane fraudentur ob priorum aviditatem. Non id evenit noſtro Levitæ in diſpertiendis Eccleſiæ facultatibus, de quibus dixerat eidem Sixtus: *Accipe, & divide, quibus tibi videtur.* Non enim opus fuit magno huic Arcario, qui Spiritu Sancto intus erat plenus, divitiarum congeriem exponere (ut ſuis operariis egit Virgilius) unde non ſine multiplici miraculo ſinguli mendici, & Clerici ſolum acciperent, *prout opus haberent*; ſed Propheta Pontifex propheticum diſcretionis ſpiritum in ſuo Levita cognoſcens; iſti abſolute ait: *Divide, quibus tibi videtur.* Arbitrium quippe tanti Diſpenſatoris ſatis eſſe intellexit ad æquam omnibus diviſionem bonorum Eccleſiæ peragendam, prout ii opus habebant; quod ipſe magnus Adminiſter, Cæleſti eſſet illuſtratus intelligentia; unde noſcere poterat neceſſitates ſingulorum indigentium in longa illius perſecutionis tempora, ideſt, ad menſes quadraginta duos, quibus efferbuit adverſus Chriſti fideles tyrannica rabies: oec non prævidere uniuſcnjuſque peculiaria per id temporis, quæ ſuperveotura eſſent, accidentia: puta, infirmitatis, vel alterius ſiniſtræ rei, ut impleret in eadem bonorum partitione, quod ſcriptum vetuſtis in codicibus invenit Ado, nempe miniſtraverit de theſauris, *prout cuique opus erat*. Niſi dicere velimus, manifeſta ſibi ſancti Spiritus motione induci ſe ſenſerit ad talem, vel talem doni menſuram huic, vel illi egeno præſtandam. *Manifeſta*, inquam, *ſibi motione*. Nam ſi fuiſſet occulta, ſibique

bique ignota, neutiquam munus hujoſmodi ſolvere potuiſſet ſine perſonarum acceptione, plus uni, quam alteri tribuendo, cauſſæ omnino neſcius.

3. Sed quomodocnmque id recte geſtum fuerit; profecto huic Arbitro, diſpenſanti unicuique, *pro ut opus erat*, illa congruere in ſeoſu accommodo videtur divina ſententia, poſt unum, de quo loquitur Iſaias, Judicem univerſorum, per quem facta ſunt ſæcula, nimirum: *Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet; ſed judicabit in juſtitia pauperes*: cap. xI. ℣. 3. Tantus enim divinitatis ſplendor ejus menti refulſit in ipſa diſtributione theſaurorum, ut *non ſecundum viſionem oculorum*, ſive non ex viſis pannoſis, aut laceris egenorum veſtibus talenta judicaverit porrigenda: oeqoe *ſecundum auditum aurium*, ideſt noo ex eoruodem poſtulantium verbis concluſerit quod illis ſubſidii deberetur; ſed judicavit *in juſtitia pauperes, prout cuique opus erat*: de cujus æquitate, ac juſtitia perſuaſi egeni, licet alii plus, alii minus acceperint, omnes nihilominus ſua ſorte contenti manſere; prudentiſſimi Diſpeoſatoris arbitratui ſe reſignantes. Atque hoc eſt primum, & maximum, quod inter patrata mirabilia egit demirandus Levites iſte, miraculum in diſpenſatione theſaurorum. Alterum ſuit, quod in iiſdem cælimontaois ædibus nobilis illa matrona Cyriaca, multas & graves capitis infirmitates patiens, ut mira hæc fieri liberali almi Juvenis manu vidit, intelligens eſſe in eo ſpiritum Domini ad miracula uſque, ſtatim ad ipſius provoluta pedes: *Per Chriſtum*, inquit, *te conjuro. ut manus tuos admoveas ſuper caput meum, quia multas patior capitis infirmitates*. Tum Beatus Laurentius, facto crucis ſigno, poſuit manus ſuper caput viduæ, & linteum, quo exterſerat fidelium pedes; protinus ad contactum ejus ioſirma convaluit. Hæc illa beata eſt mulier, de qua Martyrologium Romanum die 21. Auguſti ſequens habet elogium: *Cum ſe ſuaque omnia in ſonctorum miniſteria impendiſſet, demum pro Chriſto martyrium ſubiens, vitam quoque ipſam libenter impendit*. Denique Sanctus Levita confirmatis fratribus in Fidei veritate apoſtolicis, zeloque plenis exhortationibus; & ut parati eſſent, ſi opus ſoret, ad ſuſſerendam omnem preſſuram, ignominiam, contemtum, vexationem, & dolorem ad uſque ſanguinis effuſionem pro nomine Jeſu, intempeſta jam nocte, quum nullus malus timeretur occurſus, idololatris ſomno deditis, adhibitiſque ſociis ad theſauri reliquum exportandum, ſupremum ſuis hoſpitibus, *valete*, dicens, abſceſſit.

4. Deſcenditque inde cælium montem per ejus Occidentale declivium, ac palatinum tranſvectus, in vicum venit, qui dicebatur *canarius*, ubi erat Narciſſi domus (quo loci modo eſt templum Sancti Georgii *ad velum aureum*) ibi enim Narciſſus, qui poſtea Martyr fuit, multos Chriſtianorum pauperum hoſpitio receperat. Quocirca Sanctus Laorentius illuc introivit, & aqua, ſuis mixta lacrymis, pedes abluit omnium virilis ſexus, ſinguliſque hoſpitibus, ſuperno, ut diximus, lumine ductus, congruam de theſauris portionem miniſtravit. In eadem inveniebatur domo vir, nomine Creſcentio, qui cæcus quum eſſet, ex auditu certioratus, quantæ ſanctitatis ille foret, qui pervenerat in præſatas ædes, quantaque oris venuſtate polleret, potens opere, & ſermone; rogare cepit eum, ut viſum recipere mereretur, dicens: *Pone manum tuam in oculos meos, ut videam fociem tuam*. Tunc miſericordia motus Levita beatus, lacrymaos, dixit: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui aperuit oculos cæci nati, ipſe te illuminet*. Factoque crucis ſigno ſuper oculos ejus, illico lumen vidit, ut deſiderabilem intueretur ejuſdem Illuminatoris ſui vultum, quodammodo beatificantem conſpicieotes ſe. Et quamvis ad pauca momenta, ſive per tranſitum heic in terris datum illi fuerit claritatem cernere oris ejus; tantum nihilominus gratiæ conſerre ipſi dignatus eſt Dominus ad Interceſſoris ſui verbum, ut fuſo poſtea ſanguine pro Chriſti fide, iterum videre meruerit Benefactorem eximium, numquam æternum ſuo in cælis fraudandus aſpectu. Hujus Creſcentionis, & ſupradicti Narciſſi memoriam ſervat Eccleſia in Martyrologio Romano die 17. Septembris: in cujus notis Baronius lit. 6. *Erat*, inquit, *nomine Creſcenſionis dictum nobile cœmeterium Romæ via Salario, non longe a cœmeterio Priſcillæ, ut indicant tabulæ Vasicanæ, in quibus cœmeteriorum nomina perlegimus*. Sed reor, alter a noſtro illud ædificaverit.

5. Egreſſus deinde Beatus Laurentius de Narciſſi ædibus, complures ſciens apud patricium vicum eſſe fideles abſconditos in crypta, vulgo appellata *Nepoziana*, quam hodie Antiquarii adſerunt deliteſcere ſub ædificiis Monaſterii Sanctæ Pudentianæ Virginis; quibus adoexa eſt Eccleſia titulo *Paſtoris* (cujus, ut alibi retulimus, fit mentio in literis S. Pii Papæ & Martyris, qui ſecundo floruit Chriſtianæ Religionis ſæculo) eo greſſus Sanctus Levita direxit, per dictum tranſiens vicum patricium (qui modo, ut ferunt, *Urbanus* nuncupatur) dividentem inter Exquilinum, & Viminalem collem, nimirum ut credentibus illis eſſet auxilio in neceſſitatibus eorum: miſeratuſque afflictionis ipſorum, ut cryptam intravit, lacrimans, dixit:

Pax

Pax vobis . „ M. S. Fuldenſe habet : *Invenit* „ *ibi animas ſexaginta , vel ſeptuaginta tres* „ *promiſcui ſexus , & introivit cum lacrymis* „ *ad eos , dans pacem omnibus . Et vidit in-* „ *ter illos Juſtinum* (nempe Presbyterum il- „ lum, de quo facta eſt mentio cap.v. libri prio- „ ris num.18.) *& inclinavit ſe ad pedes ejus,* „ *cœperuntque ſe in pavimento volutare , ut* „ *ſibi pedes oſcularentur. Dixit autem S. Lau-* „ *rentius ad Juſtinum : Comple votum meum,* „ *ut laventur pedes Sanctorum , & veſtri per* „ *manus meas . Tum Juſtinus reſpondit : Hoc* „ *dominicum præceptum eſt : Fiat voluntas* „ *Domini noſtri Jeſu Chriſti* . „ Quod Juſtinus ait: *Hoc dominicum præceptum eſt*, referri debet non ad generalem lotionis pedum doctrinam , quaſi ablutio illa corporea omnes Præſules afficiat, uti de jure divino præſtanda; ſed ad ſenſum loquentis , qui , Deo inſpirante , intellexit , admittendum eſſe Sanctum Levitam ad ſuorum , aliorumque pedum lotionem , ſecundum votum ſuum , Spiritus Sancti motioue conceptum : cui contradicere , Dei cognita voluntate io ea peculiari actione , oeſas erat . Quare nihil eſt , quod univerſali Scholaſticorum repugnet dogmati . Sciens ergo Levita ſanctiſſimus, quia venerat hora ejus , ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrem , quum proximos dilexiſſet ſuos , in finem dilexit eos : & miſſa in pelvi aqua , pedes lavit omnium , qui maſculioi erant ſexus , linteo terſit , & oſculatus eſt : quemadmodum in commemoratis antea ſecerat locis . Poſtquam vero ſingulorum (quos inter primum Juſtini) pedes lavit ; infuſa illa , qua præditus erat , ſapientia reliquum theſauri diſtribuit ; ac eidem Sacerdoti Juſtino ſe commendavit . Denique ab illo Saocto cætu digredieote Laurenıio, magnus factus eſt omoium fletus ; putabant enim , quod faciem ejus non eſſent amplius viſuri , cujus vel unico aſpectu in preſſuris ſuis omni animi ægritudioe levabantur .

6. Ex hoc autem Chriſtianorum communi fletu in ejus diſceſſu a prænotato ſpecu , colligere licet , quomodo in poſtrema etiam hac theſaurorum largitione mirum ſuum perſecerit opus , nedum ſingulis bona conſerens , *pro ut eis opus erat* ; ſed quod peculiari contemplatione dignum eſt , nihil de theſauris ipſis aut deficiente, ut omnibus egenis faceret ſatis; aut ſibi remanente, quod aliis relinqueret manu alterius expeodendum . Nam quod nihil ſibi defecerit ad extendendam manum in eorundem miſerorum ſubſidium, clare teſtatur horum communis in eum benevolentia , qua omnes , ipſo recedente, ad lacrymas uſque contriſtati ſunt . Quod fieri neutiquam poterat, niſi magna æquitate , ac juſtitia omoium animos expleſſet . Quod vero nihil Diſpenſatori ſapienti ſupererit, ex ejus liquet in acceſſu ad Sixtum verbis , quum ait : *Theſauros tuos jam expendi , quos tradidiſti mihi* . En alterum, quod emergit in facta diſpenſatione miraculum . Videlicet neſcierit Adminiſtrator ſubveoiendorum pauperum numerum ; cunctiſque ſatisſecerit viſitatis , *prout eis opus erat* ; & tamen ad æqoilibrium ærogandis divitiis reſponderit diſpenſatio ; ita ut ex iis nil ſupereſſet , nihilque deficeret ad inopum deſideria juſta compleoda , obediente Deo Laureotii votis , ut egenis omnibus iſte conſuleret , & multitudine coofumente , quæ dederat, inveniri non poſſit , quod raperet perſequutor . . Unde illam ſibi laudem per annos mille vel amplius uniee vindicavit , quam in divinis ejus diei officiis Romana in hodiernum uſque diem perſolvit Eccleſia repetitione ternaria , concinens: *Diſperſit , dedit pauperibus , juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi* . .

7. Lotſardus Cluniacenſis Monachus , qui ſæculo XI. floruit, Sancti Odilonis Abbatis coævus , ejuſque vitæ ſcriptor , quamvis eundem ſummis extollat laudibus ; quod aurea vel argentea vaſa , ornamentaque pretioſa , oec non imperialem Henrici coronam in mendicorum confregerit uſum , nihilomious conſiderate addit : *In theſauris Eccleſiæ pauperibus datis divinis & humanis oraculis Laurentius prædicatur mirabilis : cui licet iſtum* (nempe S.Odilooem) *æquiparare non audemus ; cunctis tamen , quos vidimus , moderni temporis hominibus in hac virtute præferimus* . Mirabilis plane Laurentius fuit ſuper omoes eleemoſinarum diſpenſatores , ſive ipſa ingentia Romanæ Eccleſiæ diſtributa bona conſideres ; ſive caritatem , liberalitatem , & hilaritatem datoris ioſpicias ; ſive ſollertiam , diſcretionem , & ſapieotiam ejuſdem in adminiſtratione illorum attendas; ſive perſectum omni ex parte diſtributionis opus in principio , in proſecutione , & in fioe contempleris, æquitati, miſericordiæ, juſtitiæque connexom , ſimul & neſciens ipſe Diſpenſator rei diſpenſandæ aut exceſſum aut deſectum. Prodigium ſane ioter cetera mirabilia majus , quam ſi io theſaurorum eorundem diſpenſatione multiplicatioois miraculum interceſſiſſet , ſi reapſe non etiam iſtud interceſſit .

8. Porro ex oarratis hactenus noſtri mirifici Diſtributoris geſtis , quibus providit magna illa ſub temporum difficultate , in ſummis illis anguſtiis fratribus ſuis , perſpicuum fit , quanto æquitatis jure Chriſti Eccleſia , recurrente lectione hiſtoriæ Patriarchæ Joſeph in divinis officiis Dominicæ tertiæ quadrageſimalis , ſtationem decreverit ad Sanctum Laurentium . Novus etenim is Evangelicæ legis Joſeph fuit, non ſolum , ut alibi obiter diximus , propter vultus venuſtatem eximiam, maxima cum caſti-

Digitized by Google

tate conjunctam ; vel propter ſummam, quam meruit, demta prima, excellentiam dignitatis, adeo ut uno tantum Eccleſiaſtici Regni ſolio præcederetur; ſed & potiſſimum, quia vetuſtus ille Joſeph in aliis actis ſuis mirabiliter iſtius figuram expreſſit. Ille ſiquidem non humano conſilio, ſed Dei volnntate de terra ſua miſſus fuit in Ægyptum, ſuis ut fratribus eſſet auxilio tempore famis : miſſus iſte fuit Romam (quæ tum temporis ob graſſantem idololatriam Ægyptus erat) ut famelicis fratribus ſuis, in perſecutionis ſæviſſimæ preſſura poſitis, congruis alimoniis ſubveniret. Prævidit ille ſeptem annorum ſequuturam ibi pennriam : prævidit & iſte triennale tempus, quo annona Chriſti fidelibus defectura erat, ut eſurientibus miniſtraret cibaria ; ſnppeditans cuique, pro ut opus erat, ſumtus neceſſarios ad vitæ conſervationem, & corporis veſtimentum. Ille pecuniam, regalemque ſcbyphum argenteum clam in frumenti ſacculis ſuorum fratrum ponere juſſit : Iſte aurea, & argentea regalis ſacerdotii palam diviſit fratribus. Flevit ille quondam in conſpectu fratrum ſuorum, & oſculatus eſt eos : Flevit & iſte, oſculatuſque eſt pedes egenorum, (ut ſupra notavimus) poſtquam eos a ſordibus terſerat ; eademque, qua Joſeph Patriarcha, uſus eſt phraſi ; ad ſoos Gen. XLIII. 23. dicens : *Pax vobis*. Præterimus denique cetera, in quibus magis eluxit Laurentii amor erga proximos ſuos, quam veteris Joſeph caritas eirca ſuos fratres : Nam is vultum, non pedes eorum, oſculatus eſt ; aquam attulit, non ut ſuis manibus ipſorum ſordes ablueret : nummos dedit, ſed non totum exinanivit ærarium. Vel ſi Joſeph, quia talia præſtitit, tanta dignus laude cenſetur ; quanto dignior erit honore Prototypus, qui typum ſuum in exhibendis caritatis officiis tam largiter, tam demiſſe, tam ſapienter exceſſit?

9. Libet propterea de ipſius animi demiſſione, liberalitati deſeriptæ ſociata, quam modo tetigimus, parumper eloqui : ex eo nimirum, quod ſummus quum eſſet Levitarum Princeps, pridie quam impiorum manibus caperetur, flexis genibus, ſingulorum pauperum pedes lavare voluit, tergere, ac oſculari. Non in Apoſtolorum, non in Martyrum actis unquam legiſſe memini, ut quis eorum, paſſione propria inſtante, fidelium pedes abluerit ; quo ſe ad imminens ſubeundum martyrium compararet : conſpicuus licet ſit humilitatis actus exterior, interiori parum haud conferens, ut docet Ugo de S. Caro in Epiſt. ad Timoth. 5. ℣. 10. de pedum lotione, inquiens : *Magna in hoc eſt commendatio humilitatis . . . Qui manu non faciunt, corde faciunt : multo autem melius eſt, ut etiam manibus fiat*. Quia videlicet per exteriorem ejuſdem virtutis actum interior perficitur, & exereſcit. Nam quemadmodum, juxta doctrinam Scoticam, pravo mentis actui malitiam addit externum opus ; ita internæ actionis bonitas exercitio externæ operationis augetur. Unde Salvator noſter, ſupremæ perfectionis ſpeculum, & exemplar, quum eſſet humilis corde, voluit exterius etiam in opus illud humilitatis exire, pridie quam pateretur, lavando ſuorum duodecim Apoſtolorum pedes. Decuit ergo Laurentium Levitarum maximum ſe conformare huic Homini Deo, Sacerdotum omnium Sacerdoti maximo, hujuſque veſtigia tenere quam proxime ; qui jam ad ejus regna cæleſtia vocabatur, ut particeps fieret exaltationis illius, cujus humilitatem, Sancto impellente Spiritu, amuſſim in externis etiam actibus, ſub iiſdemque paſſionis imminentis circumſtantiis ardentiſſime complexus eſt. De hoc enim electiſſimo Miniſtro ſuo ipſe Patris Filius olim peculiariter prænuntiaverat, dicens : *Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit* : Nimirum quia apud ſolium Divinæ Majeſtatis ſuæ adſeſſurus erat. Quod & impletum ecſtaticus vidit Rupertus, quando exclamavit, de hoc Martyre inquiens ; *Qui lateri ejus* (nempe Regis gloriæ) *tam proximus imminet* ! Opus iccirco fuit, ut idem Miuiſter ampliſſimus illi fieret ſumma humilitate propinquus, qni ſumma gloria eidem Domino tam proxime imminens collocari debebat.

10. In peracta denique eccleſiaſticorum bonorum diſtributione præclarus ille religionis, & pietatis actus conſiderationi noſtræ ſe offert, quem exercuit Beatus Diaconus, Sacroſanctum videlicet in ſuam tranſmittens patriam Calicem, in quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus vinum in ſuum convertit ſanguinem, poſtquam ſub ſpeciebus panis corpus proprium ad manducandum Apoſtolis dederat. Actus, inquam, fuit *religionis*, prout reſpexit divini cultus conſervationem, quem latriæ cultum in præſenti materie Theologi *reſpectivum* vocant; quandoquidem ab objecto, ut ajunt, *ſubordinato* ad *principale* tranſit : ſicut videre licet in Tertio ſententiarum, ubi de Reliqniis, & Veneratione Sanctorum ſermo eſt. Actus fnit etiam *pietatis* ; quia memorando Sacro illo Cimelio ſuam duxit patriam honorare : Novimus, quod Bollandiani Patres hujuſmodi factum per totum ſere paragraphnm nonum actorum Martyris in controverſiam vocant ; ſed num gravibus rationibus id agant, quibus viros prudentes in rei dubietatem inducere valeant, paullo attentius perpendendum eſt.

11. Inprimis itaque afferunt cujuſdam manuſcripti S. Joannis Pinnatenſis apographum, a Joſepho Maria de Leris ad ipſos anno 1727. dire-

Digitized by Google

directum ; in quo hæc legnntur : *In Dei nomine pateat univerſis , quum excellentiſſimus Princeps & Dominus Martinus Dei gratia Rex Aragonum , Valentiæ , Majoricarum , Sardiniæ & Corſicæ , Comeſque Barcinone , Roſſilionis , & Ceritanæ deſideraret babere in Cappella ſua Calicem lapideum , cum quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ſua ſancta cœna ſanguinem ſuum pretioſiſſimum conſecravit , & quem Beatus Laurentius , qui ipſum babuit a Sixto*, exiſtente *Summo Pontifice , cujus Diſcipulus erat , ac Diaconus Sanctæ Mariæ in Domnica , miſit , & dedit cum ejus littera Monaſterio Sancti Joannis de la Penna , ſito in montaneis Jaccæ Regni Aragonum . . . Tandem die 26. Septembris anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo Bernardus Prior clauſtri prædicti Monaſterii & Monachi finaliter deliberarunt concedere dictum calicem , nemine diſcrepante , Domino Regi . . . . Præſentavitque prædictus Prior nomine ſuo & dicti Monaſterii Domino Regi , & tradidit in manibus ſuis calicem lapideum ſupradictum &c.* Iſtius autem apographi exemplar extat in archivio Urbis Barcinonenſis , uti teſtatus eſt commemoratus de Leris Soc. Jeſu , tum in Cæſarauguſtano Collegio Rector . Verum productum monumentum non ſatis idoneum relatis videtur Scriptoribus Bollandiſtis ad eorum conciliandam fidem ; nimirum quod Calix ille reapſe a Sancto Laurentio traſmiſſus in Patriam ejus fuerit . Ajunt enim , nulla ſolida monnmenta exhiberi aſſertionis hujuſmodi præter unicum productum , quod exaratum fuit ſæculo XIV. , quum res , quæ acta dicitur ſæculo tertio , vetuſtiora inſtrumenta deſideret , longe ante præſatum ſæculum XIV. edita ; quibus ſibi conciliare poſſit prudentum fidem .

12. Verum plures alibi auditam hanc rejecimus cantilenam , præſertim de Hiſpanicis documentis agentes , quæ barbarorum incendiis conſumta fuere . Neque M. S. citatum traditionem firmat , ſed potius traditione fulcitur , quam illi Pinnatenſes Monachi a Majoribus ſuis immemorabiliter oretenus acceperant in plurium ſæculorum diſcurſu ante præſatum XIV. ſæculum . Monaſterium enim illud (ſalva majori Eccleſiæ S. Joannis Pinnatenſis , ſive ut alii vocant , *Rupenſis* vetuſtate) ædificatum aſſeritur a Sancio Aragoniæ Rege ſæculo X. Quantæ autem venerationis & auctoritatis apud Hiſpanos fuerit , referre ſufficiat , quæ Spondanus ſcribit in Epit. Annal. Baron. ad ann. Chriſti 1062. num.VII. , adnotans: *Hoc anno ſeptimo Kalendas Julii in Hiſpania apud S. Joannem Rupenſem Concilium eſt celebratum ſub Ramiro Rege . Quid vero in eo ſtatutum ſit , nibil reperimus , niſi ut Aragonii Epiſcopi ſumerentur ex monaſterio S. Joannis , quod antea per regem Sancium fuerat inſtitutum .* Quomodo non pretioſa cordatis viris eſſe debet traditio hujus Monaſterii , quod Aragoniorum Epiſcoporum ſeminarium fuit ? Et hi quidem Monachi docuere poſteros de immemorabili traditione præſati Calicis , in Oſcam a Sancto Laurentio directi , quæ traditio viguit per ſeptem circiter ante id temporis ſæcula , ac digna eſt habita , quæ retineretur a candidatis iiſdem , ſelectiſſimiſque Patribus . Hanc & nos amplexamur . Quicquid contra neoterici muſſitent .

13. Obſiſtunt adverſarii , dicentes , graviſſimæ ſunt difficultates , quæ ex adducto Secretarii regii inſtrumento relevantur contra præſumtam traditionis veritatem . Habet enim charta: *Beatus Laurentius . . Diaconus S. Mariæ in Domnica ipſum* (ideſt Calicem) *miſit , & dedit cum ejus littera Monaſterio S. Joannis de la penna &c.* At Monaſterium laudatum ædificatum fuit multo poſt ætatem S. Laurentii . Alteram eorum difficultatem circa illud , quod Martyr fuerit *Diaconus S. Mariæ in Domnica* , linquimus ; quum ſoluta maneat lib. I. cap. V. a num. 5. ad 8. , Magis , quod nec inficit ſubſtantiam actus extrinſeca hujuſmodi circumſtantia . Præcipuæ autem objectationi , priuſqnam hæc a Bollandianis depromeretur , occurrit præveniendo Brizius lib. I. cap. 48. , reſpondens; verba relata non ſic intelligi debere , quaſi Levita Sanctiſſimus ſacrum Calicem una cum littera ad religioſas Benedictinorum ædes , quæ tum non extabant , direxerit : quod neque iidem docti Monachi aſſerere ſomniarunt , optime ſcientes inſtitutum proprium haud in lucem veniſſe niſi ſexti ſæculi initio ; Sanctum vero Laurentium floruiſſe ſæculo tertio. Sed quia in irruptione Maurornm ſæcul. VIII. Oſcenſes cives , appropinquantibus barbaris , relicta urbe , in Jaccæ montibus ſe receperunt inter rupium cryptas S. Joannis Pinnatenſis ; loca ſane aſpera , & Saracenis impervia ; ibique per tria ferme ſæcula eorum poſteri conſedere , templo utentes ejuſdem Sancti Joannis pro ſacris myſteriis peragendis , in quo & Sacroſanctum Calicem repoſuerunt ; unde regio illa dicta fuit Oſcenſis Civitas ; ideo Berengarius Sarta , Martini Regis a Secretis , per Synecdochen ſcripſit , tranſmiſſum fuiſſe Calicem ad Monaſterium S. Jo: de Pinna una cum littera noſtri S Levitæ , nempe ad Eccleſiam Oſcenſem , cujus poſtea jura , & vices tenuit prædictum S. Joannis Fanum , hæreſque manſit illius pretioſi cimelii , quod ad ſuos direxerat concives Levita Laurentius . Vel , ſi lubet , pone , Berengarium eruditionem iſtam penitus ignoraſſe ; ſcienſque a Pinnatenſibus Monachis datum Martino Calicem , quem Beatus Diaconus tranſmiſerat ; credidit donum illud eorum

Monaſterio fuiſſe directum : & in confectione Inſtrumenti donationis conceptum ſuæ mentis errorem expreſſerit . Quid propterea ? Refundere ne licet erratum in Sapientes Patres; quaſi etiam ii neſcierint tempus circiter paſſionis Sancti Laurentii ; tempus & ædificationis proprii Monaſterii , ac fundationis ſuæ religionis ? Si hoc perſuaſum ſibi faciunt Bollandiſtæ , non item & nos .

14. In margine , inquiunt , inſtrumenti relati reperitur additum , quod adnotanda ſit Monaſterii antiquitas : nimirum quod extiterit S. Laurentii tempore. Ita plane in M. S. apographo imperiti hominis manu adjecta cernitur nota ; quæ ſi appoſita inveniretur in autographi margine , ne minimum quidem læderet eorum , quæ in corpore continentur ; multo minus erratum , quod in apographi exſcriptione deprehenditur; Deus ſcit , quot annis acta poſt idem autographum ; immo & quam poſt editum etiam apographum nota eadem fuerit adjecta. Pinnatenſium Monachorum traditio ea eſt, quod proceſſu temporis in proprias pervenerit manus Calix , a Sancto Laurentio quondam cum littera in Hiſpaoiam miſſus: Hæc & traditio eſt Urbis Oſcenſis, ad quam directus fuit: Huic traditioni detrimentum afferre nequit vel regii ſecretarii , vel adnotantis ad marginem apographi error , qui ex unius , vel alterius falſa perſuaſione proceſſit . Quemadmodum nil obeſt idem error fidei firmitati , qua creditur , Calix ille reapſe vas fuerit , in quo Chriſtus Dominus ſui pretioſi Sanguinis inſtituit Sacramentum . Minuſque juvare poterit noſtros criticos ad laudatam traditionem convellendam , quod hæc pro certo ſibi ſumat, Urbem Oſcenſem dediſſe Laurentio Martyri cunas , quum res, ajunt , ſit in controverſiam vocata . Reſpondebimus enim : Eſt ſane res in controverſiam vocata ; ſed ſatis ſuperque fuerunt a nobis jura ſuæ certitudinis vindicata . Refragatores adeant caput ſecundum primi libri ; dum heic non congruit eandem recoquere crambem : ibi videre licet , num jure , vel injuria theſis eadem in controverſiam pertrahatur ? Nobis autem hoc loci ſatis ſit , novum obiter deprehendere argumentum in hac Laurentiana ſacri Calicis donatione , auctoritate Patrum Pinnatenſium confirmata, nimirum Oſcam revera fuiſſe noſtri Archimartyris patriam ; dum ipſe tali tantoque illuſtri dono eam inter omnes Hiſpaniæ diſtinxit Urbes ; quantumvis æmulæ ſine gravi fundamento ex adverſo indeſinenter obganniant .

15. Audiamus modo , quid Bollandiani Scriptores circa finem motæ controverſiæ hujus Sacroſancti Calicis , deferveſcente in eis calore , quem initio conceperant , pacatiori animo ſubjungant. *Hæc ſunt*, ajunt , *difficultates* , *quæ circa dictum calicem* , *ejuſque adjuncta nobis occurrunt* . Non eas amplius , ut in exordio fecerant, *graviſſimas* vocant, quin potius ſubdunt : *Quia tamen* , *his non obſtantibus* , *fieri reipſa potuit* , *ut ſacrum illud pignus vere a Sancto Levita in Hiſpaniam* , *unde videtur oriundus* , *tranſmiſſum ſit* , *neque certa aliunde proferuntur documenta* , *quæ illam rem geſtam falſitatis convincant* ; *ideo piam illam traditionem in medio relinquimus* , *parati eam fortius confirmare* , *ſi eruditi Hiſpani accomodate ad hoc monumenta nobis ſubminiſtrare potuerint* , *quod*, *ut faciant*, *vehementer deſideramus*. Non vivam perpetuam audire volunt Pinnatenſium Patrum vocem : ſcripta petunt , v. g. mille annis antehac exarata : Quicquid Paulus 2. ad Theſſalonicenſes cap. 2. reclamans dicat. *Tenete traditiones* , *quas didiciſtis ſive per ſermonem* , *ſive per epiſtolam noſtram* . vel etiam Theologi morales communiter doceant; *Traditio generatim ſumpta eſt Doctrina ſucceſſive per tempora ab uno in alterum tranſmiſſa* , *ſive interim ſcripta ſit* , *ſive non ſcripta* . Ferrarius Verb. *Tradit.* num. 1. addit : *ſic in re communis Doctorum ſententia* . Et num. 5. rationem aſſignans , ait : *Scriptura enim confert ad memoriæ commoditatem* , *non vero ad rei veritatem* . Hinc ſecernimus, eandem Pinnatenſium puram traditionem , nullo fultam ſcripto , tanti fuiſſe apud Hiſpanas Eccleſias, ut ſine ulla contradictione ſacrum illud lipſanum omni veneratione receptum fuerit , tanquam dominicum inſtituti ſacramenti vas : quidni apud nos meritum invenire poterit , quo ſibi noſtram conciliet fidem , ubi docet , fuiſſe illuc a Sancto Laurentio tranſmiſſum ? Identitas ſiquidem reliquiæ in tranſmiſſione Laurentiana fundata eſt, ut eorumdem Monachorum traditio habet; quam & Oſcenſis confirmat Eccleſia : ſi ergo in ſuo robore manet identitas Calicis , in ſuo pariter manebit ejuſdem tranſmiſſio . Argumenta in oppoſitum ſecundi articuli nullius , ut vidimus , ſunt penſi habenda, ſolutaque jacent loco ſupracitato; quocirca merito in adverſarios quadrat illa relati Lucii Ferrarii ſententia verb. *Hiſtor.* num. 32. *Non videtur in Hiſtorico laudabile* , *quædam præſertim Eccleſiaſtica*, *hiſtorice credita*, *in dubium vertere* , *aut negare per principia levia* , *vel nonniſi probabilia* ; *quippe ad minus inutile proditur* , *quæ pie creduntur* , *vel devotionem fovent* , *ac ſufficienti ſunt fulta fundamento* , *quod in dubium per levia cientur*. Cui concordat Felix Poteſtas in 1. Præcept. Decal. cap. VI.: citatque Maldon. & Silv. apud Dian. v. 2. tr. 25. reſol. 51. omneſque de humanæ fidei certitudine loquuntur .

Ex

Digitized by Google

16. Ex relato Brizio num. 12. iidem Bollandiſtæ referunt, laudatum Cimelium translatum tandem fuiſſe Valentiam, & in hujus Metropolitana Eccleſia hodie conſervari. In tanta porro veneratione habetur, ut Sacerdotum nemo, ne Archiepiſcopus quidem, illo ad celebrandum utatur. Die autem xxi. Septembris feſtum ejuſdem translati Calicis ſolemniſſimum agitur, eodemque die ſumma per Urbem circumfertur pompa, generali cum ſupplicatione omnium illorum, qui tenentur intereſſe conſimili actui in feſto Corporis Chriſti; pari nam ritus obſervantia celeberrimum dictum Lipſanum circumducitur. Quod ad ejus ſpectat materiem, uno conſtat lapide, nempe calcedonio, ut hodierni ſentiunt periti, miri tamen ac peregrini coloris: quanquam veteres putaverint, ex achate conſtructum eſſe, uti ferunt notæ Hiſpanicæ diplomati regio adjectæ. Formam præ ſe fert ſcutellulæ, pedem habet aureum, ornamento pariter aureo labium ejus obeunte. Unica hujus oſtenſione duplex in adoratoribus memoria excitatur; una nimirum Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui eo uſus eſt vaſculo, ut ſuum diſcipulis ſanguinem daret in poculum: altera Miniſtri ejus eximii, ejuſdemque Sanguinis diſpenſatoris, qui tam pretioſo dono ditavit Hiſpaniam, ubi plenam a Sixto poteſtatem accepit verbis illis: *Accipe facultates, vel theſauros Eccleſiæ, & divide, quibus tibi videtur*. Nec dubitamus impulſu Spiritus Sancti, qui erat in eo, id præſtitiſſe ad inenarrabilis theſauri hujuſmodi cautionem; ne detrimenti aliquid avara manu ſacrilega pateretur: quemadmodum felix rei probavit eventus; dum ad nativitatis ſuæ Urbem præſatum miſit Cimelium, quo loci numquam pervenit tyrannorum rabies; nec unquam chriſtianum effudit ſanguinem hoſtilis illorum gladius: niſi dicere quoque velimus, prophetico ſpiritu Diſpenſator ſapiens id prænoverit, ſicut ex facto ipſo prænoviſſe videtur: quo nihil omnino eſſet adminiſtrationis, ac diſpenſationis ejus ſine divina ſapientia, & prudentia geſtum. Hinc ad narrationem hiſtoricam revertimur.

17. Peractis itaque omnibus, quæ ad plenam theſauri Eccleſiaſtici diſpenſationem pertinebant, multo jam die, Auguſti ſexto, qui anno illo in ſabbatum incidit, Sanctus Levita de Nepcriano egreſſus ſpecu, in aliud non aſpiravit, niſi ut ſciret, quid circa Sixtum Pontificem ageretur. Vixque audivit, eum e telluris delubro iterum pertrahi ad templum martis, Valeriani ac Senatus Conſulti auctoritate; ut vel ibi ſacrificet idolo illi; vel ſi renuat, eodem loci capite cum Feliciſſimo & Agapito truncaretur; Omni ſolicitudine per viam Appiam greſſus direxit verſus capenam Urbis portam, quo adveniens, vidit Sacerdotem ſuum, militibus cinctum, extra eandem portam, quem converſum ad lævam partem, ubi erat ſitum martis templum, dicentem attendit: *Ecce idola vana, muta, ſurda, & lapidea, quibus miſeri inclinantur ut perdant vitam æternam. Deſtruat*, inquit, *te Chriſtus Filius Dei vivi*. Chriſtianis autem omnibus, (inter quos primus erat Laurentius) reſpondentibus, *Amen*; ſtatim pars templi horrendo fragrore corruit. Quare inferimus, illam ſani ruinam (non ſine myſterio ſecundum aliquam ſui partem) ad pronuntiatum verbum *Amen* ſubſequutam, meritis præſertim reſpondentis Archilevitæ tribuendam eſſe. Quandoquidem illum præ omnibus exaudiri decuit, qoi juxta Sanctorum Patrum doctrinam, præ omnibus eminebat merito ſanctitatis. Dixit ergo *Amen*, ſive, *Ita fiat*, ſcilicet, ut martiale præſatum delubrum laberetur: deditque Deus voci ejus vocem virtutis; qua factum eſt, quod *fiat* dixit. Illudque in hoc miraculo animadvertendum eſt magis mirum, quod minus videtur eſſe; nempe quod non ex integro, ſed tantum ex parte templum decidit: ut paullo ſupra notavimus. Nam etſi ab Apoſtolorum ætate Romana idolorum ſuperſtitio (cujus erat partus relatum celebre martis templum) annuntiata Evangelii veritate, ex parte collapſa fuerit; plenum tamen illius excidium, juxta canentem Prudentium, non evenit, niſi Laurentii martyrio. Recte iccirco antequam iſte triumpharet occiſus, exſecrandum hujuſmodi ſanum non omnino corruit, ſed tantum ex parte, quia nimirum plena ſubverſio ejus una cum ſuperſtitioſi coltus abolitione non ante, ſed poſt triumphalem gloriam Levitæ orantis reſervata erat. Quemadmodum Præveniente ejuſdem Martyris oraculo, dum is eſſet in craticula, notis clariſſimis ſignificatum fuit, rem ſequuturam fore Conſtantini Principis tempore Stroph. 119.

18. Bollandiſtæ in notis ad MS. Fuldenſe in actis S. Sixti lit. t. dubium nobis creant circa veritatem collapſi ex parte delubri martialis extramuranei, dicentes: *Difficultatem movent, quæ de caſu maximæ partis hujus templi, verbis S. Stephani PP. I., ac Martyris, & anno quidem proxime præcedente collapſi, memorantur in actis ejus*. Tom. 1. Auguſti die 2. pag. 143. Sed mittamus, quod periti coram Du-meſnillo ſentiunt de alteratis S. Stephani actis. Quæ difficultas ea eſt, quod ſpatio unius anni, expleti a morte Stephani ad Sixti paſſionem, reſtauratum fuerit templum illud Romanorum Imperatorum potentia, ſtudioſa nimium in cultu ſuorum idolorum, quorum intuitu per totum imperium miniſtri eorum ſanguinem innumerorum fidelium, velut aquam, effundebant, floc-

cipen-

cipenſa tam notabili ſubditorum diminutione, quanquam fere perpetua urgerent bella in Romani orbis hoſtes? Magnificentiſſima profecto ædificia, operam dantibus iiſdem Principibus, brevi temporis intervallo conſtructa fuiſſe, non ignoramus: modo autem dubio nobis vertitur, utrum nec ne collapſum ex parte templum ſub Stephano reſartum fuerit nnius integri anni decurſu; & quidem non a fundamentis excitandum, nec omni deſiderata materie; quæ ibidem, licet disjecta, remanſit; quæque nonnihil juvaminis conſerre ad celerem reſtaurationem poterat. Adde, quod in divinis officiis die 2. Auguſti ſancta reſert Eccleſia, nimirum, renuente Stephano dare dæmonibus honorem: *Martis ſtatua terræmotu concidit, templumque contremuit: quare omnibus, aufugientibus, qui Stephanum tenebant, Pontifex ad ſuos revertitur.* Quibus aperte reprobantur acta, quæ habent, concidiſſe fanum maxima ex parte, quod Stephani tempore ſolum contremuiſſe narratur. Ceterum gratis dato, quod ex parte corruerit, nec reparatum fuerit; quis prohibebit, quin dicamus, ex nonnulla parte altera Sixti tempore ceciderit? vel ſi oppoſitores noſtri faciunt parvi MS. Fuldenſe, audiant ſaltem Adonis Martyrologium: cujus ea ſunt verba de Sixto, ejuſque ſociis Feliciſſimo & Agapito: *Educti ergo foras murum portæ Appiæ, dixit Beatus Sixtus ad templum Martis: deſtruat te Chriſtus filius Dei vivi. Cumque reſpondiſſent omnes Chriſtiani, Amen. Subito concidit aliqua pars templi, & comminuta eſt.* Dum vero Germani S. J. Theologi alibi declarant in S. Laurentii geſtis, multum ſe deſerre auctoritati Adonis, cujus cauſſa Hiſpanis eundem S. Levitam tribuunt; eos rogamus, parcant etiam monumento Fuldenſi, non aliud præter id, quod Ado inquit, referenti: nihil præſertim quum gravis objectationis adverſum iſtam doctrinam emergat.

19. Vix carnifices martis delubrum ex paete dirutum viderunt; quum in Sixtum ac Socios, quos ligatos tenebant, vim facere ceperunt; rapientes eos ad plateam templi, ut interficerent coram offenſo, confictoque, ipſorum numine. Hæc autem fieri cernens Levita Laurentius, protinus exclamare cepit in conſpectu debacchantium Imperatoris militum, ad Pontificem dicens: *Noli me derelinquere, Pater Sancte, quia theſauros tuos jam expendi, quos tradidiſti mihi.* Quo circa ſatellites, audito de theſauris ſermone, ſtatim Sanctum Archidiaconum tenent, & ligant; valde lætantes, quaſi magnam acceperint prædam, qua eorum avarities exſaturari poſſet, Eccleſiæ Arcario jam capto. Funeſti Principis lugenda Cohors! Cnm ſcriptura Eſther. II. ℣. 6. dicam: *Pro nibilo duxit in unum Mardochæum mittere manus ſuas.* Neſciebant miſeri capturam illam in Imperatoris proprii perniciem fore aliquando vertendam; & vinculati illius in carne Angeli nexus in catenas ejuſdem Imperantis immutandos Perſarum aſtutia; ut ſuo videbimus loco. Abſconditum erat ab impiorum oculis, eadem præſertim ex cauſſa Romanum Imperium triginta tyrannis eſſet fœdiſſime proſcindendum tres poſt annos ab hujuſmodi perpetrato ſacrilegio. Ideo ſuper caput ſanctiſſimum Juvenem dicebant ad invicem Proverb. 1. ℣. 12. & 13. *Venite, deglutiamus eum, ſicut infernus, viventem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum: omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.* Sed Virum invenerunt, qui hos ebrios vino avaritiæ ſapienter eluderet. *Væ ebriis Ephraim* (ajebat quondam Iſaias cap. 28. ℣. 1.) *qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes a vino.* Vertit Ugo de S. Caro: *væ avaris*: errantibus a vino aurei calicis Babilonis. Petrus autem Apoſtolus Epiſt. 1. cap. 5. ℣. 13. infidelem Romam appellavit *Babilonem*: De qua etiam Rupertus lib. 1. de Fortitudine ſcribit, quod *Beſtia eſſet, ſive mulier de ſanguine ſanctorum ebria*: juxta illud Apocalypſis cap. XVII. ℣. 6. *Vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Jeſu.* Utramque veluti ſub oculis noſtris in lictoribus iſtis S. Levitam captivantibus deprehendimus ebrietatem. Qui enim ebrii erant Martyrum ſanguine, ebrios ſe quoque avaritiæ vino manifeſtant; dum manus injiciunt in Cimeliarcham Domus Dei; ut iſtius expilent ærarium; pergantque dein ejus bibere innocentem ſanguinem. *Verum*, ſequitur ℣. 7. citans Iſaias, *præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt.... abſorpti ſunt a vino.* Ecce ante martis templum feſtinanter abſciſſis cervicibus Sanctorum Sixti, Feliciſſimi, & Agapiti, eorumque corporibus ibi relictis, ſoliciti, ac hilares ad Tribunum militiæ revertuntur, captam illi reſignantes prædam, ſanctum Eccleſiæ Archidiaconum. Quid vero de tranquilliſſimo Juvene Tribunus egerit, ſequens caput oſtender. Sit heic abunde, dixiſſe, comminatum Iſaiæ *væ* (de quo verbo inquit Livius lib. 5. cap. 48. *intoleranda Romanis vox*) ceciderit tandem ſuper caput Romanorum militum, comprehendentium Levitam auguſtum, magiſque ſuper verticem ſupremi eorum Principis, qui præ vino crudelitatis, & avaritiæ non judicium ignoravit ſolummodo, ſed omnimodis etiam ſuam exuit humanitatem. *Excellentia Sancti Laurentii eſt*, Carthuſianus ait, *quod Deus, juſtus judex, mortem ipſius tam cito, tam terribiliter, tam evidenter eſt ultus, ut per hoc fidem Chriſtianam ſublimarit.* Omnes enim pene ſcriptores hiſtorici, qui ante, vel poſt laudatum Diouyſium

ſium ſlotuere, conſona voce pronuntiant, quotquot in Mattyrem manus extenderunt ſactilegas, omnes peſsima morte perierint: de qua re elatius inſta. Ceterum mala perſequentium voluntate uſus eſt Deus, ut dilectiſsimo Miniſtro ſuo tribueret deſidetium cordis ejus, a teneris ipſius conceptum annis. Quantaque lætitia, ob exaudita vota, ſuſceperit vincula, noſtro non eget, ut exponatur, ingenio: Acta ſequentia ad ſatietatem uſque monſtrabunt.

20. Supereſt nunc in examen deſcendamus difficultatis, quam Scheleſtratius opponit adverſus MS. Fuldenſe circa deſcriptionem loci martyrii prædictotum Sanctotum Sixti, Feliciſsimi, & Agapiti. Cujus auctoris objectationem Bollandiani Patres, more ſolito, haud ſolvere ſtudent, ſed potius exagerare feſtinant. Difficultas autem in eo eſt, quod Cyprianus in epiſtola ad Succeſſum ſcribit: *Xiſtum in Cæmeterio animadverſum ſciatis*. Subdunt oppoſitores: Non igitur in platea templi martis Pontiſex eſt animadverſus, ut Fuldenſe MS. reſert. Perguntque ſuum confirmare ſermonem ſub die vi. Augusti in actis Beati Sixti §. 2. num. 24. Comment. præv., dicentes: *Pearſonus in annalibus Cyprianicis ad annum* 258. *num. 6. utrumque locum diſtinguens: Non, inquit, in clivo, Martis, ſed in Cæmeterio animadverſus eſt Xiſtus, ut Cyprianus ipſe docet. Dicamus itaque & nos potius cum Cypriano, martyrium in Cæmeterio contigiſſe, quam cum actis, ad clivum Martis: cum acta ſint interpolata*. Res plane, quæ, per ſe inſpecta, nullius eſſet momenti, ſi tantum ſiſteret in deſignatione hujus, vel al- alterius loci, ubi Pontiſex martyrium conſummaverit; ſed quia noſtri adverſarii tali occaſione nituntur evertere actorum Mattyris auctoritatem, unde & illam repetunt, cantilenam: *acta ſint interpolata*: qua non parum obſcurari ſinunt, quod pretioſi habemus reſidui geſtorum ejus; urget iccirco, ne horum fidei in magnis dettahatur, in minimis etiam tutelam eorum, ſumere; quandoquidem edocti ſumus, hodiernos criticos excurrere paſsim ſolere a tejectis minimis ad magna ſimiliter infirmanda, non abſque Sanctorum, de quibus agitur, injuria, eorum fere omnia in dubietatis regnum ablegantes.

21. Sciendum eſt ergo, prope martis clivum, juxta Romanæ Urbis antiquarios, cœmeterium ſuiſſe *Prætextati*: ſic dictum a nomine poſſeſſoris prædii laretalis apud eundem clivum. Quo in prædio ſecretus erat aditus ad ſubterranea loca, quæ, humo effoſſa, inſerviebant & pro ſepeliendis ſanctotum corporibus, & pro ſacris myſteriis perſecutionum tempore tuto celebrandis. Hæc autem cœmeterii propinquitas cum martis clivo ex eo manifeſte colligitur, quod vetuſtum M. S. Vallicellanum Cencii Cameratii, nec non alterum Petti Manlii eoram Severano in tract. de 7. Urbis Eccleſiis, pag. mihi 429., affirmant, illud ſuiſſe prope portam Appiam, prope quam etiam erat templum mattis. Et quia in ſubterraneis ſe extendebat, & communicabat cum altero *Callixti*, ideo & iſtud nonnunquam appellatum eſt *Prætextati*, ac vice verſa: atque ob eandem communicationem factum eſt pariter, ut tertium cœmeterium, *Januarii* nuncupatum, uno diſtans milliari ab Appia porta, indiſcriminatim diceretur quoque *Callixti* & *Prætextati*; quamquam fabricæ inter ſe diverſæ forent, & a diverſis conſtructæ: merito ea propter loca illa extra portam Appiam, a Chriſtianis cœmeteria vocabantur; ſicut & ipſe locus, in quo Sixtus cum ſociis animadverſus eſt, imminens Prætextati cœmeterio; ut mirum non ſit, dixiſſe Cyprianum, quod Sixtus (qui martyrium ſubiit ad Clivum martis) animadverſus fuerit in cœmeterio. Familiaris ſiquidem eſt talis loquendi formula, qua dicatur, aliquid in via fieri, quod prope viam fit: vel in Urbe evenire, quod accidit in ſuburbio, vel prope muros Urbis. Ita Spondanus, quem citavimus lib. I. cap. IV. num. 5., ex lib. Pont. Rom. ſcribit: *Fabianum Papam multa ædificia in cæmeteriis Romæ fieri juſſiſſe: quippe quæ in crypsis arenariis ſubtus terram latebant ſepulchra Sanctorum Martyrum ... erectis deſuper ædificiis reddita ſunt clara, & conſpicua*. En actum *in cæmeteriis* dicitur, quod aperto aere ſuper terræ faciem apud cœmeteria geſtum eſt ædificiorum.

22. Hanc reſponſionem Bollandiſtæ præſentientes, cit. §. inquiunt: *Non videtur locus iſte opportunus fuiſſe ad conſtruendum cœmeterium Chriſtianorum*. Nimirum quia propinquum ei erat martis templum a gentilibus ſtequentatum; nec citra periculum fieri poterant in illis viciniis Chriſtianorum ad ſacra conventus. At ſapientes Pattes conſiderare debent, conſtructionem eandem non ſupra, ſed ſubtus terram, ac in profundis receſſibus inceptam, abſolutamque fuiſſe: aditus non in propatulo, ſed in ſecreto peculiaris prædii Prætextatenſis loco erat, ſolis fidelibus notus; infidelibus autem impervius, & ignotus, præter illam, qua muniebatur, ejuſdem, cincti muris, prædii clauſuram; in ſacris denique actis nec tubis buccinare, neque tormenta bellica exonerare debebant fideles, illic congregati; minus ære campano, quod non adhuc inventum erat; obſtrepere; aut ingenti aliquo perſonare tumultu, quo commoveri poſſent ad rei perquiſitionem audientes idololatræ. Fruſtra igitur, ubi non erat, confingitur periculum; fruſtra & *in-*

Digitized by Google

& *inveriſimile* definitur, quod uti *certum* hiſtorici antiquitarum Romanæ Urbis enarrant; addentes, cœmeterii hujus ingreſſum fuiſſe inter portam Appiam, & locum, ubi poſtea erecta fuit quædam S. Apollinaris Eccleſia, modo penitus deſtructa, eidemque portæ propinqua. Vid. Boſſium in Roma ſubterranea lib.III. cap.17. Numquid veto ad hæc reſument Bollandiſtæ, dicentes, licet S. Cypriani epiſtola in allato explicari poſſit ſenſu; tamen gratis ita interpretatur, & ſalvandi gratia Fuldenſe M. S. Si hoc ſapiunt, retorquemus & nos pilam in eos, dicentes: gratis ab ipſis Cyprianum opponi, quaſi voluerit is indicare, Sixtum intus Callixti cæmeterium animadverſum fuiſſe; dum S. Carthaginienſis Præſul nec cœmeterii nomen peculiare, nec verbum *intus* in ſua expreſſit epiſtola, quibos convelli poſſet M. S. Fuldenſis auctoritas, & interpolata recini S. Laurentii acta propter unum Cronici mendum. Ceterum non Fuldenſe, non Mobritianum, non Trevirenſe M. S. dumtaxat perhibent Sixtum cum Feliciſſimo & Agapito Diaconis in templi martis Clivo capite obtruncatum fuiſſe; ſed etiam Romanum antiquiſſimum Martyrologium, cui ſubſcripſere Ven: Beda, S. Ado, & Anaſtaſius Biblioth. Neque huic adſertioni contradicunt manuſcripta ipſius S. Cypriani acta, quæ ſolum habent, Sixti corpus fuiſſe in cæmeterio Callixti ſepultum, non item ibidem, ut volunt adverſarii, decollatum. Aringhum Conſule in Rom. ſubterr. tom.1. lib.3. cap.11. num.9.

23. Sunt demum alii recentiores critici, qui laudatis auctoribus, citatiſque manuſcriptis detrahere conantur, dicentes, Feliciſſimum & Agapitum neutiquam cum Sixto feciſſe martyrium; ex eo ducti, quod Cyprianus cit. epiſt. paſſioois horum Martyrum nihil meminerit; ſed tantummodo addat, cum Sixto paſſum Beatum Quartum. Nec non ajunt Romana Eccleſia in Sacramentario Gregorii ſingularem miſſam pro Sancto Sixto Pontifice olim agebat, ſeorſum vero alteram pro Sanctis Feliciſſimo & Agapito: unde concludunt, hi eodem utique die 6. Auguſti paſſi fuerint, ſed non eodem anno. Contra hos veritatis hiſtoricæ ſubverſores acuerunt calamum Bollandiani ſcriptores in S. Sixti actis §. 4., afferentes ex Baronio in fine tomi 4. ſub appendice ad annum Chriſti 384. inſcriptionem S. Damaſi, eorundem Martyrum commiſſam ſepulcris, quo loci ſex aliorum Sixti Comitum jacebant corpora, ipſo pontificante Damaſo. Eſtque autem inſcriptio tenoris ſequentis.

Hic congeſta jacet, quæris ſi, turba piorum.
Corpora Sanctorum retinent veneranda ſepulchra:
Sublimes animas rapuit ſibi regia cæli:
Hic comites Xiſti, portant qui ex hoſte tropæa.

Singularitatem vero miſſæ S. Sixti jure petendam eſſe, dicunt, a ſpeciali ſolemnitate, quam tunc agebat Romana Eccleſia pro eodem Martyre, qui olim fuerat ſummus ejus Paſtor, peculiari propterea dignus cultu. Neque ob Cypriani ſilentium (iidem addunt) tuto quis audere poteſt, ut rejiciat concordem claſſicorum Martyrologiorum conſenſum, Clerum illum in paſſione Sixti ſocium prædicantem.

24. Pauca ſubnectemus & nos circa idem objectatum Sancti Cypriani ſilentium. Si enim hinc fas eſt negare ſocios alios præter Quartum in paſſione Sixti; licebit quoque occurſum Sancti Laurentii cum eodem Pontifice, illiuſque capturam percelebrem inficiari; quum & iſta pariter a Cypriano reticeantur. Si autem noſtri critici abſurdum iſtud non verebuntur admittere; procul dubio ridebit eos Sancti Ambroſii, aliorumque Sanctorum Patrum auctoritas. Ecquid his factis objectare Cypriani ſilentium, qui nunquam cogitavit Romam ſuos mittere nuntios, ut ſibi referrent, quæ cum ſanctis Dei Confeſſoribus agerentur ibidem; aut qui martyrio afficerentur? *Ad Urbem*, Cyprianus inquit, *miſeram, ut quomodocunque de nobis reſcriptum fuiſſet, exploratam ſibi veritatem ad nos referrent. Multa enim, varia, & incerta opinionibus ventilantur*. Hæc unica illius miſſionis ad Urbem cauſſa fuit; quam in eadem ad Succeſſum epiſtola profert. Retuleruntque nuntii, ad ſanctum reverſi Præſulem, veritatem editi a Valeriano reſcripti in animadverſionem eorum maxime, qui eſſent ordinis Sacerdotalis: Cujus rei potiſſimum Beatus Antiſtes optabat certior fieri; ut ſeſe ad martyrium præpararet. At iidem exploratores addiderunt animadverſum fuiſſe Romanum Pontificem cum Quarto Clerico in cæmeterio, prout veriſimillime relatu acceperant; non quod ipſi præſentes fuerint paſſioni Sixtinæ; qui apprime ſoliciti erant de reditu ad Cyprianum; a quo ſerio miſſi fuerant, quemadmodum jam dictum eſt; ut comperta veritate promulgati reſcripti, ſtatim mittentem facerent certiorem. Abſit, quod moram Romæ inſtituere voluerint, atque huc illuc evagari ad videnda, quæ in Chriſtianos agebantur ſpectacula, contra mandatum ſui ſanctiſſimi Præſulis. Id enim nec præſumi, nec probari ab adverſariis unquam poteſt. Quicquid Baronius ad excuſandum in nuntiis defectum plenæ relationis adſignet; minus advettens, quod ejus reſponſio contradicat omnibus a nobis ſupracitatis Scriptoribus, quum excogitat alio loco Sixtum, alio Feliciſſimum, & Agapitum fuiſſe interemtos; ea motus exigui momenti ratione, quod Pontifex in diverſo

cæ-

Digitized by Google

cœmeterio tumulatus fuerit ab eo, in quo præfati Diaconi ſepulti fuere: Ille nimirum in ſepulcreto Callixti, ſocii vero in Prætextati. Quaſi unum, & alterum Cœmeterium non in eadem eſſent via Appia, oeque invicem communicarent, ſed longe diſtarent; quod antiquariis eſt aperte falſum; unde & concluditur, nullum inſerri poſſit identitati loci martyrii cum Sixti, tum ſociorum ejus præjudicium ex ſepulturæ diverſitate. Quid enim mirum, ſi Martyres Levitæ cum ceteris Clericis vicioo ad martis templum cœmeterio a Chriſtianis deſtinati fuerint; Pontifex autem, cum eis paſſus, translatus ſit ad alterum Callixti ſepeliendus (ut Paſchalis Papæ phraſi utar) *inter Collegas Epiſcopos* Romanos? Quo loci notum eſt, quadraginta, & amplius Pontificum corpora fuiſſe condita. Reſtat itaqne, ſentiamus, Cyprianicos nuntios minime fuiſſe præſentes Sixti ejuſque ſociorum martyrio; ſed quum nautæ fortaſſe velas panderent, aut remos acciperent trajiciendi cauſa in Africam; Id quod notitiæ incompletum audierunt, hoc ſancto Antiſtiti ſuo retulere: hoc & Cyprianus ad Succeſſum ſcripſit.

25. Pagius autem nimium Pearſono detulit, dicenti, relatos nuntios nihil aliud in mandatis habuiſſe, quam ut omnia, quæ Romæ fierent, diligenter obſervarent: quod purum, putumque Pearſoni figmentum eſt; ut liquet ex verbis paullo ſupra citatis epiſtolæ Cypriani; magiſque, totum iſtius legenti ſolium ad Succeſſum, manifeſtum erit, quantom idem auctor in verbis exceſſerit. *Verum*, inquit Pagius, *quomodo Laurentius, ſeptem Diaconorum primus, Sixti jam jam morituri lateri odbærere potuit, cum reliqui omnes capite mulctoti ſunt?* Huic difficultati, ſatis elumbi actutum occurrimus, dicentes, quod reliqni omnes Diaconi, Valeriani Senatuſque judicio, pœna capitis damnati jam erant; quod exſequi per miniſtros oportuit. Primus autem Diaconorum vix captus erat, nec dum auditus, neque judicatus; ideo nec multatus ſimul capite cum ceteris fuit. Immo etiam interrogantem interrogamus: Quomodo fieri poterat, ut milites eum ſtatim vel militari licentia perimerent, a quo ſperabant develandos eſſe theſauros Eccleſiæ, quorum ille Cuſtos erat, ut ipſi audierant? An facile verbis ejus crediderunt, quod jam Eccleſiaſticum ſibi commiſſum ærarium exhauſiſſet? Sed contra reclamant poſteriores ab inimicis adhibitæ diligentiæ, datæque eidem induciæ, ut theſauros traderet in manibus eorum. Ceterum, ut finem huic quæſtioni ponamus, adjicimus: ea nimirum ratiooe, qua ipſi adverſarii excuſabunt Cypriani nuntios, quod apud iſtum ne verbum quidem de Laurentio fecerint; licet præter dubium ſit, quod occurrerit Sixto, ad martyrium eunti, cujus rei teſtimonium Patres perhibent; & quod ea occaſione a militibus tentus fuerit: eadem, inquam, & nos purgabimus ipſos a Cypriano miſſos, quod ſiluerint de martyrio ſociorum ejuſdem Pontificis.

CAPUT III.

S. Laurentius ad Imperatorium tribunal ducitur. Nova quorundam adſertio, quod Valerianus per id temporis abſens ab Urbe fuerit, reprobatur. Sanctus manibus Præfecti traditur. Quis tum Urbis Præfectus fuerit: in quo Hiſtorici alucinati ſunt: magis illi, qui vel ſolum Imperatorem, vel ſolum Præfectum Sancti martyrio præſediſſe dixerunt. Multa Sanctus Levita in carcere patrat miracula. Alia Ejuſdem geſta, nec non ſæviſſimi plures, quos paſſus eſt, cruciatus diligenter exponuntur, nonnullis conſiderationibus adjectis uſque ad vocem e cælo delapſam tempore paſſionis ejus.

TRibunus militum, reſignato ſibi, ut dicebamus, a ſatellitibus Laurentio, iſtorumque audita relatione, quod is eſſet Sixti Archidiaconus; in cujus manibus, ſicut ipſe publiee teſtatus fuerat, reliquerat Pontifex Eccleſiæ theſauros; præcepit militibus, ut caute illum cuſtodirent. Accedenſque ad Imperatoris auditorium, expoſuit, captum eſſe primarium decollati jam Sixti Miniſtrum, reconditas habentem omnes Eccleſiæ facultates: qnocirca deliberare poſſe Principem, quid de comprebenſo Juvene agendum foret. Ad hujuſmodi nuntium vehementer gaviſus Valerianus, juſſit eum adduci coram ſe. Quod ut Tribunus perſecit, interrogavit Imperator Sanctum Diaconom de ſuæ religionis profeſſione, ac officio, & præſertim de temporalium bonorum miniſterio, ſibi credito. Poſtquam vero eum audivit; Urbis Præfecto cuſtodiendum tradidit; cui & onus injunxit exigendi a vincto univerſos Eccleſiæ theſauros: quos exactos regio committeret Fiſco. Præfectus autem, fortaſſe qnia diei jam ſerum eſſet, rem in craſtinum diſtulit; in præſenti tradens illum cuidam equiti Romano, cui nomen Hippolytus;

tus; qui Præſes erat carceris vici Patricii, extantis, ur antiquarii ſeruor, ſub palatio Servii Tullii, Romanorum quondam Regis. Cuſtos itaque carceris in ſuam cum vinctis aliis cuſtodiam eum conjecit. Hæc, quæ hactenus narravimus, ſparſim in Patribus, ac Martyrologiis antiquis inventa, in unum collegimus. Sed quia initium peculiaris hujus hiſtoriæ ponit Valerianum Laurentianæ paſſionis tempore Romæ commorantem; quod Baronius, aliique recentiores negant: & aliunde multa ſunt magni momenti, ſuis explicanda locis, in prominentem Martyris honorem reſultantia; quæ a poſita Imperatoris Romæ præſeotia ſub ipſis paſſionis actis valde dependeot; urget ea propter haoc modo agitare cauſſam. Quam etiam ventilatam poſtulant Adonis, quæ ſequimur, acta: ne videlicet ſine fundamento videamur diſtinguere inter ea, quæ Præſectus, quæque Imperator in martyrii proceſſu dixere, aot præcepere; licet unum utriſque tribunal fuerit: unde celebri poetæ Prudentio copia facta eſt texendi carmen ſuum, cuncta geſta Leviticæ paſſionis ſub ſolius Præfecti Urbis moderamine recenſendo.

2. Ajunt ergo adverſarii com Baronio ad annum Chriſti 261. *Novo a Valeriano abſente dato ad Senatum reſcripto, perſecutio acrior, ſæviorque decreta eſt*. Sed neque Baronius, neque alter hujuſmodi opinionis, vel minimum producunt documentom in propriæ adſertionis confirmationem, quo ſenſis ſuis noſtra conſociare valeant. Concedimus enim nos, eodem anno, quo ſæva illa perſecutio mota ſuit, quo & Sanctus Laurentius ſuam paſſionem abſolvir, diſceſſiſſe Roma Valerianum, ad Perſas (invadentes Imperii terras) debellandos, ingenti ſibi exercitu comparato: ar penitus negamus, geſtum id ſuiſſe ante Martyris paſſionem; ſolumque admittimus factum circa finem menſis Septembris, vel initium Octobris, ejuſdem anni: neque oppoſitores ulla poſſunr ratione ſolida perturbare acta Laurentiani martyrii; in qnibus legitur, Cæſar præſens, ac præcipuus auctor fuerit inauditæ, horrendæque paſſionis illius, qua reſcripti a ſe editi modum enormirer, ac præter exemplum exceſſit. Et quidem Prudentii ſilentium de hac re nibil ex adverſo probare poteſt; quemadmodom nibil obſtat contra complura, quæ Martyr perpeſſus eſt, tormenta, præter ultimum ignis ſupplicium, qoorum Sanctus Leo Magnos in ſuo meminit ſermone, quanquam de iis Prudentius ne verbum quidem fecerit; ac ſolom ignis pænam expreſſerit. Poeræ licuit canere, ſalva rei veritate, quæ de Martyris actis ſibi placuerunt; nec tenebatur ex integro cuncta referre; minus de Imperiali agere præſentia; unom, ut diximus, quum fuerit Cæſaris, Præfectique tribunal. Objectabunt forſitan Cypriaoum, qui laudata epiſtola ad Succeſſum ſcribit: *Huic perſecutioni quotidie inſiſtunt præfecti in Urbe, ut ſi qui ſibi oblati fuerint, animadvertantur*. Ita ſane res ſe habebar eum fidelium turba, vulgaribuſque Clericis. Conſtituti enim fuerant plures ibidem Præſides in ejuſmodi cauſis, plebejo ſuſo ſanguine, finiendis. Nec quia præſens erat in Urbe Cæſar, Præſecti commiſſo ſibi muneri minus incumbere debebant; quin potius tum maxime: quandoquidem ſub oculis degebant imperantis Principis, reſcripti ſui obſervantiam exigentis. At, ubi ſermo ſuit de Summo Pontifice, ſuiſque Comitibus, ac præſertim de Cuſtode Ecclefiaſtici rheſauri; alia fuerit habenda ratio, ne pueri quidem ignorabunt; ſemel oſtendatur a nobis, quod Valerianus ſicut in editione primi reſcripti, ita & ſecundi Romæ dies egerit ad tempus uſque paſſionis ſanctiſſimi noſtri Levitæ, quin immo & ejus diſceſſus ab Urbe: qui veriſimiliter ultra menſem Auguſti dilatus ſuit: quod mox probandum aggredimur.

3. Siquidem Muratorius in ſua eelebri, accurata, quam edidit de rebus Italiæ hiſtoria vulgari idiomate, vir profecto nemini eruditione ſecundus, rom. 3. in Valeriani geſtis ita illius anni, paſſionis Laurentianæ, eventus enarrat, quæ latine ſic ſonant: „ Gothis, aliiſ-
„ qoe barbaris nationibus, Romanum vexanti-
„ bus Imperium, Vulpius Crinitus, Tbraciæ
„ Gubernator, quum in infirmitatem incidiſſet,
„ opus erat in illis regionibus adſiſtenria ſtre-
„ nui alicujus Ducis, qui exercitui præeſſet.
„ Quocirca Valerianus Imperator primi, hujus
„ aoni menſibus „ ideſt 259. (quanquam auctor, ſequens Pagii calculum, rem ponat ſub anno 258., in quo ſignar conſules Fuſcum, & Baſſum, ſub qnibus paſſus eſt Martyr, prout cap. r. num. 2. libri præſentis abuode egimus)
„ primis, inquit, hojus anni menſibus Con-
„ ſulatus eorundem, Valerianus illuc direxit Lu-
„ cium Domitium Aurelianum, ſui vices te-
„ nenrem; literaſque ipſius Valeriani, ad hunc
„ miſſas Ducem, ſervat nobis Vopiſcus, in qui-
„ bus Imperator conſulatum adpromittit Au-
„ reliano pro die 22. Maji „ (intelligendum id videtur de Conſulatu extraordinarie collato; nam in ordinariis Conſulibus ſub Valeriano, & Gallieno *Aureliani* nomen minime reperimus ſcriptum) „ juſſis itaque Principis ille Dux ſtre-
„ nuus obſequens, venit in Thraciam, quam
„ Ghoti inundaverant. Pluribuſque ioitis eum
„ barbaris bellis, eos randem Romanis ut plu-
„ rimum gladiis conſodit; & qui ferrum ex
„ iiſdem inimicis evaſit, trans Danubium au-
„ ſugiens, ſe recepir. Ita Illyricum, & Thra-
„ cia fuerunt ab hoſtium jugo in libertatem
„ adſerta „. Additque laudatus Muratorius:
„ poſt-

„ poſtquam hujus plenæ victoriæ notitia Romam pervenit, atque in Urbe feſta illius „ acti triumphi agerentur; Romanorum lætitia interturbata fuit ob infauſtum acceptum „ nuntium, eo tum perventum; quod nimirum irrumpente in Siriam Rege Perſarum „ Sapore, ditio illa Romani Imperii magno „ ſubjacebat detrimento excurſionibus Perſarum. Hinc Valerianus, ingenti comparato „ exercitu, adire eoram ſuper loci faciem „ in Orientem ſtatuit. Quemadmodum eodem „ anno re ipſa id præſtitit. „

4. Certe, ſi quis, nullo partium occupatus ſtudio, ſingula diligentis hiſtorici narrata conſiderat, theſim noſtram in meridiano videbit lo, catam lumine. Quod enim dicit, *primis anni menſibus*, miſſum ab Imperatore Aurelianum in Thraciam; non obſcure indicat, in Februario, vel Martio id actum fuiſſe. Addatur temporis ſpatium, quo ſuum confecit iter ille Dux, inveniemus tranſiiſſe circiter menſem Aprilis. *Multa*, inquit, *certamina cum barbaris iniit*, nempe iſtis huc illuc per Thraciam, & Illyricum diſcurrentibus, ſeſeque munientibus, ac defendentibus contra Romanorum arma in locis munitioribus, quibus ab Aureliani exercitu difficilius invadi poſſent: unde vix credibile eſt, quod in vaſta illa regione trium menſium curſu plenam de illis victoriam aſſequi potuerit, totamque Thraciam, & Illyricum de manibus hoſtium liberare, iis, ut adſeritur, pene omnibus gladio confoſſis. Sicque fere conſumtos inſpicimus menſes Maji, Junii, ac Julii in eodem magno complendo facinore. Junge his tempus, quo ex Illytico miſſus ab Aureliano nuntius Romam pervenit: dies adde cum præparationis, tum celebrationis feſti pro parta victoria, nonne cadentem deprehendes menſem Auguſti? Quid, ſi adjicies tempus coogregandi ingentem exercitum, ut Romam pervenit alter ex Oriente infauſtus nuntius, occupatæ videlicet a Perſis Syriæ; quam ob cauſam perturbata fuit in populo, quæ agebatur, feſtivitas? Et tamen adverſarii ore ſereno definiunt, Valerianum haud Romæ fuiſſe, non ſolum paſſionis tempore noſtri Levitæ, ſed neque die dati reſcripti menſe Junii; dum hoc datum etiam volunt a Cæſare in expeditione Perſarum. Inconſiderantiam ſcriptorum excuſa: Concludaſque, vix circa finem Septembris, vel initium Octobris Imperatoris e Roma diſceſſum fuiſſe ſequutum.

5. Quod vero narrat Flavius Vopiſcus (nonniſi menſe Novembri eveniſſe intelligimus) ubi nimirum ait: *Cum conſediſſet Valerianus Auguſtus in thermis apud Bizantium præſente exercitu, præſente etiam officio palatino, aſſidentibus Memmio Fuſco Conſule ordinario, Bebio Macro Præfecto Prætorii ... Valerianus Auguſtus dixit* Aureliano (qui tranſeunti Cæſari per Thraciam venerat obviam) *Gratias tibi agit, Aureliane, Reſpublica &c. Hodie te Conſulem deſigno ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet Scipionem, deputet etiam faſces*. In commemorato Fuſco Conſule annum paſſionis Martyris habemus: in eo autem, quod Imperator Aureliano ſignificat Reipublicæ plauſus actos pro geſta victoria, confirmatum agnoſcimus a Scriptore ſyncrono Valeriani, hunc interfuiſſe celebratis ſolemniis, ut Muratorius ſcribit, ac deinde congregatum ex urbe ſuum moviſſe exercitum, nempe circa finem Septembris, vel initium Octobris. Quemadmodum Hieronymus de Bardis in ſuis Mundi Chronicis ad annum Chriſti 259. poſt Sancti Laurentii paſſionem ejuſdem Cæſaris, adnotat, profectionem e Roma reapſe ſequutam in Sitiam.

6. Veniamus modo ad explorandam Sanctorum Patrum mentem; quid nimirum ſenſerint de tyranno, qui præſedit Martyris lanienæ. Prætermiſſoque Adone, qui ſæculo nono floruit, ponitque Imperatorem adſuiſſe perhorrendo Sancti noſtri ſupplicio; Venerabilis Beda, & Gregorius Magnus (ille in ſerm. de S. Laur. iſte in antiphonario, ad Gallicanam Eccleſiam directo, ſub officio S. Hippolyti M.) perſpicue declarant ipſum Cæſarem Laurentii lanienæ præſediſſe. Sed quia his Patribus opponi poſſet, quod crediderint rem actam ſub Decio, non autem ſub Valeriano, ad ſolidiora documeota manum damus. S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, vel quiſque ſit vetuſtiſſimus auctor ſermonis, *Qui Beati*. (Opus, ut videtur elaboratum ſæculo quinto, chronologicum hujuſmodi erratum neſciens) *Expavit*, inquit, *Imperator Impius, Quid ſibi volunt iſti?* nempe panperes a S. Laurentio ſibi præſentati) *ubi ſunt theſauri, quos promiſiſti?* Sanctus Maximus Taurinenſis Hom. 4. inedit. Biblioth. Medic. Sanctum inducit Laurentium hæc ad Tyrannum verba in craticula facientem: *Verſate me, inquit, Rex manduca: jam coctum eſt*. Nomen autem *Rex*, abſolute prolatum, nonniſi ſupremum indicat Principem, minime ſubordinatum iſtius miniſtrum, qualis erat Urbis Præfectus. Quamobrem Prudentius etiam in periſtephano ſtropha 12. de hoc inferiori Præſide cecinit:

Verſat famem pecuniæ
Præfectus Urbis regiæ
Miniſter inſani Ducis,
Exactor auri, & ſanguinis.

Miniſtrum eum vocavit Ducis, ſive Regis, non item *Regem*, quo vocabulo deſignabatur Imperator; unde Urbs dicta erat *Regia*. S. Auguſtinus ſermone alibi laudato, qui incipit: *Cum omnes*, Sancti uſtionem exponens, ait: *Quamvis Rex improbus ligna ſubjiceret, incendia majora*

jora ſupponeret, tamen has flammas S. Laurentius &c. Romana Eccleſia in 9. lect. off. diei XIII. Auguſti de S. Hippolyto, qui poſt Levitam Sanctiſſimum paſſus eſt, recitat: *Comprehenſus & ad Valerianum Imperatorem adductus, ab eo de ſuæ religionis profeſſione interrogatur &c.* Ex prophanis igitur hiſtoricis, ex Sanctis Patribus, ex Eccleſiæ Romanæ documento ineluctabiliter concludimus, non abſentem, ſed Romæ præſentem Valerianum fuiſſe: qui, adjuncto ſibi Præfecto in ſecreto ſuo peculiari palatio (uti perpetua Urbis traditio fuit) ſuper Viminalem ſito montem, quo loci fortaſſe reſidebat, quum ſub Decio, Gallo, & Voluſiano Imperatoribus Cenſoris dignitate gauderet, Imperator tandem quum eſſet, S. Lautentium affecit martyrio. Cauſſam vero, quare privatam illam domum elegerit ad ejuſmodi opus, dabimus inſra, quum de hac re agendum erit.

7. Reliquum eſt, videamus ad plenam hiſtoriæ notionem, quiſnam fuerit hic Urbis Præfectus, cui Cæſar Sanctum tradidit ad exigenda cuncta Eccleſiæ talenta qua blanditiis, qua minis. Apud Contelorum, & noviſſime apud Eduardum Corſinum, peculiarem inſtituentes ſeriem Præfectorum urbis, ex antiquis erutam tabulis, diſcimus, eum fuiſſe Cornelium ſæcularem; qui ad tres annos, nimirum 258. 259. & 260. Præfecturam Urbis obtinuit. Hinc etiam erraſſe videntur in ſerie Conſulum Petavius, Pagius, & alii paſſim recentiores Chronographi, qui ponentes anno 258. Conſules Fuſcum, & Baſſum; anno 259. Æmilianum, & Baſſum; coacti ſunt anno 260. adſignare conſules hunc Cornelium Sæcularem, & Junium Donatum; quum reapſe hoc anno dictus Cornelius Urbis Præfectus, non conſul, fuerit. At juxta tabulam Haloandri, a nobis alibi laudatam, idem Cornelius ad faſces ordinariorum Conſulum una cum Junio Donato tranſiit anno 261., prædeceſſoribus Fuſco, & Baſſo poſitis anno 259., Æmiliano, ac Baſſo II. 260., quo anno triennalem perfecturam Urbanam Cornelius explevit: potuitque eum Donato in Conſulatu Æmiliano, ſuccedere 261. Ceterum auctores, qui ex errore putaverunt, Sanctum Laurentium paſſum ſub Decio, conlectarium quoque fuit, ut in Præfecto ſimiliter errarent, ſalva in reliquis integritate actorum ejuſdem Sancti Levitæ, ut opportunis oſtendimus locis. Utroſque demum nempe Imperatorem & Præfectum in unum conveniſſe adverſus laudatum Sanctum Archidiaconum, ſatis firma ſententia eſt. Quandoquidem ſicut graviter decepti ſunt negantes Cæſaris præſentiam in martyris paſſione, moti ex Prudentii ſilentio; ita & errarunt, qui ſoli tribuerunt Imperatori actum de Sancto judicium, ducti ab aliquorum Patrum ſilentio circa Præfectum; lumen quum aliud pro adſertione utriuſque præſentiæ antiqui Patres vel diviſim protulerint, quorum alii meminerunt Præfecti, alii Cæſaris ſuis in ſermonibus de S. Laur.

8. Impiis ergo declaratis Satanæ miniſtris, apte ad narranda ulteriora Sancti Levitæ geſta procedimus. Is enim, ut in carcere ab Hippolyto conſtitutus fuit, videns eodem loci concluſum hominem cæcum, *Lucillum* nomine, prophetico motus ſpiritu, inquit ad eum: *Crede in Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & baptizare, & illuminabit te*. Reſpondit ei Lucillus: Ego ſemper deſideravi baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti. Tum Beatus Levita catechizavit eum, & accepta aqua, baptizavit, & illuminati ſunt oculi ejus. Romanorum porro traditio eſt, ut complures ſcriptores aſſerunt, Sanctum Laurentium, aquam ea in cuſtodia non habentem, qua ſuum baptizaret catechumenum, fontem vivæ aquæ perpetuæ ibidem mirabiliter aperuiſſe; quam uſque hodie manantem cernimus, infirmis admodum ſalutarem. Hac vero per Urbem divulgata illuminatione cæci, multi alii, capti oculis, acceſſerunt ad carcerem, manuducti; exoratuſque S. Archidiaconus, ut manus ſuas ſuper eorum oculos admoveret; ſignum crucis faciens, cæcos omnes, ſibi oblatos, protinus illuminavit.

9. Decuit ſane Levitam magnum hoc prodigiorum genere peculiariter a Deo mirificari, viventem adhuc in terris; ut quæ mira tum erant videntibus, mirabiliora fierent aliquando intelligentibus; quum videlicet aſſequeremur intellectu, quæ per corpoream cæcorum illuminationem ſpiritalis præfigurabatur gentilium illuminatio, idololatriæ cæcitate deterſa: uti hanc illuſtrationem completam martyrii ejus triumpho cum Prudentio celebravit Ambroſius, prædicans: *Tanta martyrii ejus gloria extitit, ut paſſione ſua mundum illuminaverit univerſum*: Quemadmodum & apud Iſaiam ſcriptum erat cap. 42. ℣. 6. & 7. *Dedi te in lucem gentium, ut aperies oculos cæcorum*. Nam de quibus cæcis ſanctus Vates Iſaias loquutus fuerit, citato loco ſatis aperuit ℣. 17., & 18., inquiens: *Confundantur confuſione, qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili: vos dii noſtri ... Cæci intuemini ad videndum*. Deſcendit ergo corporaliter in domum carceris, (ipſius Iſaiæ phraſi loquor) *ut* ſpiritaliter *educeret de concluſione vinctum, ac ſedentes in tenebris illuminaret*. Lumen etenim ipſe Levites erat, in tenebris lucens, dum conjectus in carceris umbras, cæcos omnes ad ſe venientes, ut diximus, illuſtravit, poſtquam Lucillum, in eadem vinctum cuſtodia, a duplicis cæcitatis tenebris exemit, eſſeruitque in libertatem filiorum Dei. Et hæc quidem ante paſſionem præſtitit, in eorum indi-

Digitized by Google

indicium, quæ per triumphum ſuum eſſet acturus. Dominus quippe noſter Jeſus Chriſtus, qui de ſe aliquando dixerat: *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed babebit lumen vitæ*: Appropinquante jam paſſione ſua, Jeroſolymam petens; dum appropinquaset Jericho, cæcum illuminare dignatus eſt: Lucæ 10. In quem locum Gregorius hom. 2. *Jerico*, inquit, *luna interpretatur, quæ dum menſtruis momentis decreſcit, defectum noſtræ mortalitatis deſignat. Dum igitur Conditor noſter appropinquat jericbo, cæcus ad lumen redit: quia dum divinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, bumanum genus lumen, quod amiſerat, recepit. Unde enim Deus bumana patitur, bomo ad divina ſublevatur*. Ecce, qui figura ſubſtantialis eſt Patris, ſecundum Apoſtolum, ſactus Pontiſex magnus in æternum, ſuam qnodammodo ſimilitudinem in magno noſtrn Levita expreſſam vnluit; nimirum, ut is etiam, qui ex accidenti donu lumen erat, ad poſtremum carnis ſuæ deſectum, ſive ad paſſionem ſuam appropinquans, cæcos ſimilites illuminaret: quo dilucide ſignaretus, ob atrociſſima, qnæ pro Dei amore mox, erat tormenta ſubiturus, fidei ſuæ lumen univerſo allatusus eſſet mundo.

10. Psodigia interim ralia manu Laurentii in illuminatione cæcosum fiesi videns Hippolytus, ſtupore ac extaſi plenus, ſimul & amore tam pulchri, tamque amabilis Juvenis ſactus humanior, acceſſit ad eum (juxta quod ſcribit Venerabilis Beda) dicens, ut ſibi redderet theſauros, propter quos captus erat. Quatenus poſſet idem Cuſtos carceris vinctum ipſum eripere de manibus Impesatoris irati. Hanc cum eo faciebat humanitatem, iniqua commiſeratione permotus. At Levita beatus ingenue, utiliterque miſertns ejus, reſpondit: *O Hippolyte, ſi credis in Dominum Jeſum Chriſtum, & theſauros tibi oſtendo, & vitam æternam promitto*. Ad hujuſmodi verbum divina ıactus gratia idem cuſtodiæ Præſectus, incunctanter ait, ſecundum Reſponſosialis Gregoriani teſtimonium: *Si dictis facta compenſas, credam & ego in Deum tuum Jeſum Chriſtum*. Tum Beatus Diaconns illum neceſſariis inſtruxit Fidei articulis, ac diſpoſitionibus congruis præparatum, baptizavit. Statimque Hippolytus *illuminatus eſt a ſpiritu ſancto*, (ait Ven. Beda) *ita quod vidit ſanctorum animas in Cælo ante Deum gaudere: videnſque gaudebat, & precabatur Sanctum Laurentium, ut baptizaret totam familiam ſuam. Et baptizavit ıbi bomines, ac mulieres viginti novem in domo Hippolyti*. Quibus actis, venit ad eundem Cuſtodem nuntius, dicens, ut Præfecti Urbis mandato Sanctum Levitam adducat *in Palatium*. Ideſt, in domum Cæſaris. Nam apud veteres vocabulum *Palatium* ſine ullo additn regales ſignificabat ædes. Unde colligitur, acceſsiſſe Præſectum Urbis ad Imperatosem (qui tum apud Salluſtii forum, & bortos æſtivo reſidebat tempore) ut perverſum illud judicinm ex utriuſque conſenſu procederer. Mirum propterea nemini eſſe debet, quod ſupracitatus venerabilis Beda reſert; videlicet, quod audito Præſecti nuntio: *Tunc Hippolytus Beato Laurentio ait, quod Imperator volebat eum videre*. Ubi alia vetuſta ſancti acta narrant: *Dixit ergo Hippolytus ad Beatum Laurentium: Præfectus, jubente Cæſare, præcepit, ut te ad illum perducam*. Unum, ut jam retulimus, hac in cauſa fuit utriſque tribunal; unde ſactum eſt, ut aliqui ex Patribus Præſecti juſſa Imperatori tribuerint; & vice verſa, quæ Imperatoris, Præſecto: quemadmodum hoc poſteriori modo rem expoſuit Prudentius; dum in eadem segali domo, in eodemque tribunali utrique adverſus Sanctum Archidiaconum cnnvenesant.

11. Erat ſeptima lux Auguſti, quandn Laurentius, coram Præſecto ſiſtendus ab Hippolyto, huic reſpondit: *Eamus, quia mibi, & tibı gloria paratur*: Martyrii ſic hnnorem ſuo cuſtodi prædicens Propheta Domini. Egreſſuſque cum eo de carcere, in Imperiales contendit ædes, *Salluſtianas* nuncupatas: ubi tranquilla, & hilasi fronte ſe ſtitit ante conſpectum Præſidis, qui, juxta Prudentium a ſtropha 15. ad 27., talites adſatus eſt ad conſtitutum ſibi Vinctum. Soletis vos Chriſti ſectatores conqueri, qnod juſto amplius nos ſæviamus in chriſtianorum corpora, ſcindentes ea pluſquam cruente. Hanc ut ego tecum cenſuram ſugiam, quiete, ac blande eſflagito, quod exſequi debeas. Proditnm eſt ſiquidem nnbis, Antiſtites veſtros ſacris ſuis in actionibus uti vaſis & candelabris aureis & argenteis; nec non frui oblationibus credentium ingentibus; ditari ex ſundis divenditis ſeſtertiorum millibus: quæ omnia in Eccleſiarum abdiris occultare ſtudetis. Hos theſauros expoſcit hodie uſus publicus, Regium ærarium, fiſcus Cæſaris. Dogma veſtrum eſt illud: reddi cuiqne deberi, quod ſuum eſt: in nummis imago, & ſuperſcriptio Cæſasis eſt: nil præter juſtum poſtulo: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*: ne veſtra doctrina in ſolis inanibus ſtet vesbis, ad peſſectionem operis nil conducens. Cui Levita inclytus æquali vultus ſerenitate reſponſum dedir, inquiens: Habet, haud nego, Eccleſia noſtra plurimum argenti, & auri, ac opes, Auguſti ıheſauris ampliores, quas tibi prodere non secuſo. Id unum oro, da mihi inducias biduo, aut triduo, ut pretioſa cuncta tibi congregem, variis diſpertita locis; atque, ut par eſt, in calculum digeſta, expedite, illa tibi tradere valeam. Sanctus

Digitized by Google

ctus Auguſtinus Serm. 103. Maurinæ editionis, aliter 123. de diverſis, adnotat, alia Virum magnum addidiſſe verba eidem tyranno, nimirum: *Mittantur mecum vehicula, in quibus apportem opes Eccleſiæ*. Tumet (Prudeotius ſequitur) Præfectus gaudio, quaſi jam domi, & in arca Regia ingentes illi reſignati eſſent theſauri. Spatium Laurentio facit tridui: atque, ut idem Auguſtinus refert, *Continuo juſſum eſt: quot vehicula popoſcit, tot ierunt. Popoſcit autem multa, & quanto plura erant vehicula, tanto* in tyranno *erat major ſpes prædæ, corde conceptæ*. Ita Sanctum Levitam, a vioculis abſolutum, dimittit; ut libere pergat, ſolum illi deſtinato ad cautelam Hippolyto comite. Quandoquidem hunc ignorabat illius opera converſum ad fidem Chriſti; iccirco rem agendam ſub cuſtodis oculis io tuto ſatis poſitam putabat; adeo ut ſponſor elabi non poſſet, neque a promiſſis recedere.

12. Catholica mater Eccleſia quot annis in officiis S. Martini, Turonenſis Epiſcopi, libertatem iſtius animi conſiderans coram ſæculi Principibus, multo affecta ſtupore, hiſce verbis exclamat: *O Beatum Pontificem, qui non formidabat Imperii principatum!* Apoſtoloſque alte commendat, de illis prædicans: *Iſti ſunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes juſſa Principum, meruerunt præmia æterna*. Sacras, profaoaſqoe volvamus, ac revolvamus biſtorias, io ſolis noſtri Martiris actis peregrinum hoc inveniemus excogitatum; ut inducias is peteret ab hoſte inſenſiſſimo, quibus obtentis, non qualitercunque contemneret Imperatoris juſſa; ſed aliquando rediens, omni ſollemnitate ac pompa coram populi multitudine illius avaritiam, & infidelitatem irrideret. Certe ſi Angelus (corpore, in quo pati poſſit, carens) illudere imperantem Principem voluiſſet, nihil quum ſibi eſſet formidinis ab illius potentia exſpectandum; haud facilitate majori, haud majori libertate id exſequi potuiſſet, ut Heros iſte perſecit; licet univerſis ſenſus doloribus propter infirmitatem carnis foret obnoxius, hoſtilique violentiæ ſubjectus deriſi Potentis. Parum viſum eſt Laurentio pro Dei gloria Imperii contemnere principatum, niſi etiam ludibrio illum exciperet; omnemque propterea commotam adverſus ſe tyranni bilem ad animi ſui relaxationem offenderet; ut melius infra patebit. Admiranda ſunt equidem illa Saocti Ignatii, Aotiocheni Antiſtitis, ad Tralleoſes verba: *Utinam fruar beſtiis, quæ* mihi ſuot præparatæ ... *Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer*. Sed aliud erat irritare beſtias, ut veloces eſſent ad ipſum devorandum, quorum vel uno morſu cito ad cæleſtem tranſire poſſet Patrem: Aliud avaritiei efferatorum Principum inſultare facetiis: efferatorum, inquam, Principum, qui ſuppliciis exquiſitiſſimis prorogare ſtuduiſſent irriſoris mortem, non optatum illi concedere laborum finem. Hoc plane fuit, illud Eccleſiaſtici cap. 43. ℣. 3. longe altius in ſe ipſo complere: *Cum leonibus luſit quaſi cum agnis, & in urſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis ovium*. Novum iſtud, ac ſingulare, quod celebramus, exemplum imitandum ſibi propoſuit diſtinctus inter Martyres Vincentius (ut nonnulli volunt, Laurentii ex ſorore nepos) provocavit enim non ſemel carnifices, ut in ſe ipſum ſævirent. Egit hoc tamen, invitans eos ad experiendum, quanta in ipſo eſſet virtus Chriſti, ſeriis ſermonibus, non illuſoriis ſimul verbis & factis; ut ejus præſtiterat (& nos dicamus) Avunculus. Neque iſtius virtutis hæredi occaſio data fuit, ut tangeret ulcus avaro, quo, ſcriptura teſte, *nihil eſt ſceleſtius*: miōus, ut exaſperato vulcere, ipſum feſtivis ſalibus irrideret. Hæc Laurentii gloria eſt, alteri neutiquam data, & fortaſſe etiam nec in poſterum danda.

13. Attendamus igitur irriſionis actui. Cepit eadem die Levita ſapiens una cum Hippolyto egenos, egenaſque fideles, per Urbem diſcurrens, colligere; atque in Cuſtodis ædibus congregare, donec numeroſiſſimam pauperum compleret turbam duorum dierum, quo circuivit, ſpatio. Die vero induciarum tertia eos vehicula conſcendere joſſit; admonens, quum ſiſterentur in conſpectu Imperatoris & Præfecti, voces, ac manus attolerent, eleemoſinam petentes. Hora quocirca opportuna ex dictis egreſſus ædibus, ad Salluſtii palatium iter inſtituit cum vehiculorum aurigis; eoqoe perventus, quo Cæſar cum Urbis Præſide ipſum manebat; audientiam popoſcit. Videtur, hac in narratione hiſtorica Sanctus Ambroſius circa tempus ab aliis Patribus diſcordare; quum in libro officiorum 2. cap. 28. ſcribit: *A quo cum quærerentur theſauri, promiſit ſe demonſtraturum, ſequenti die pauperes duxit:* Dum ceteri docent, id factum poſt dies tres. Verum exponendus cenſetur Ambroſius de die ſequenti completo; ita ut ſeoſus ſit: Die Auguſti ſeptima, quæ anno 259. incidit in Dominicam, promiſit Levita beatus, ſe theſauros oſtenſurum; ſequentique die completa, ideſt martis incepta, pauperes duxit; nempe Auguſti nona: ſicque tres ſunt dies incompleti, ſicut triduum mortis Chriſti. Major difficultas oritur circa locum, quo eoſdem pauperes duxit. Nam Beda ſerm. de S. Laur. inquit: *Tertia die cum omnibus pauperibus ad palatium Imperatoris ivit, quos fecit ſtare foras, & ipſe intravit in palatium ad Imperatorem ... cui ait, ut exiret foras*. Nempe ad videndos translatos jam theſau-

Digitized by Google

ſauros ante domum Regiam . Ado autem in Martyrologio ſcribit : *Beatus Laurentius collatam pauperum multitudinem introduxit in palatium* . Reor nihilominus utroſque venerabiles auctores ſic eſſe conciliandos ; nimirum quod Beda vocabulum *Palatium* ſecundum ſtrictiorem ſignificationem acceperit ; Ado vero ſecundum latiorem . Primus indicare voluit ædium fabricas , opertas tecto ; ſecundus ipſas ædes cum adnexo atrio ; in quod pauperes S. Archidiaconus introduxit ; ſubſiſtere illos faciens in ejuſdem atrii platea ſubdiali ; ipſe autem in ædes Imperiales ingreſſus eſt . Quod conſonum videtur Auguſtino , ſcribenti ſerm. cit. 103. *Implevit vehicula pauperibus , & reverſus eſt cum eis* . Vehicula ſane , mendicis onuſta , nonniſi in atrium domus introduci potuere extra Regia cubicula .

14. Valde aliter rem actam deſcribit Prudentius : ſed deſiſtimus illam exponere ; quandoquidem miſſo , num in facti circumſtantiis extrinſecis aliqua poetica Sanctus vates ſii uſus licentia ; vel , quia procul ab Urbe , biniſque remotus alpibus , eam relationem , ſive traditionem acceperit ; miſſis etiam nonnullis gravibus , quas ejus deſcriptio patitur , difficoltatibus ; exiſtimo neutiquam recedendum eſſe ab Auguſtini , aliorumque Patrum ſcriptis , non ligata , ſed ſoluta elaboratis oratione ; ut de ceteris Laurentianis hiſtoricorum actis univerſaliter taceamus ; a quibus figuratæ locutiones poeticæ abeſſe compelluntur . Certe in ſubſtantialibus venerationi habenda ſunt cum ceterorum Patrum ſcriptis Prudentii monumenta ; at in modis , & circumſtantiis adjacentibus , ſi emergat contradictio , deferendum eſſe videtur illis , qui oratione ſoluta ſimplicius , quam qui ligata rem deſcripſerunt , multis involutam figuris . Hinc Eccleſia occurſum Laurentii cum Sixto referens , Ambroſium ſequitur , dicentem , quod in eadem via oraculum Pontificis Levita Sanctus acceperit : *Poſt triduum me ſequeris* : licet Prudentius aſſerat , ea verba Sixtus pronuntiaverit , quum eſſet affixus crucis ſtipiti . Martyrem eundem Sixtum tum Eccleſia , tum Prudentius celebrant ; ſed in martyrii ejus qualitate differunt , illa gladio animadverſum , iſte crucis tormento confectum prædicat , ſermone forſitan ſynecdoche ornato , ſpecie pro genere ſumta , qua *crucis* vocabulum pro qualibet ſumitur pii hominis paſſione . Martyrologia clamant , noſtri Martyris corpus , in craticula relictum , Hippolytus ſummo mane rapuit , Juſtinoque Presbytero adjuvante , in agrum tranſtulit veranum . Prudentius vero ait , elevatum fuiſſe ſuper cervices Patrum : quod in magna funebri pompa fieri ſolet . Unde Du-Meſnillus ad annum Chriſti 259. num.59. ſcribit : *Senatores , quibus mira tanti Martyris conſtantia Chriſtum eſſe Deum ſuaſerat , humeris extulere ſanctum corpus* . His profecto , majoribuſque honoribus corpus illud ſanctiſſimum transferri merebatur ; ſed quei præſtari talia potuerunt in Urbis corde , in idololatrarum medio ; vetitum quum eſſet chriſtianis ſub capitali pœna Martyrum corpora ſepelire ? Ad figuratam in aliqua ſermonis parte locutionem nonnulli recurrunt . Optime quidem . Neque nos hæc dicta volumus , ut auctoritati Prudentii detrahatur ; quem hac in re loco ſuo convenienter exponemus ; ſed ut animadvertamus , eum quantumvis pium , & ſanctum , non mere hiſtoricum , ſed poetam egiſſe , cui multa in carmine texere licuit ſine offendiculo veritatis , quemadmodum non ignorant eruditi.

15. Intermiſſum igitur argumentum præſentis narrationis proſequamur . Introductus Laurentius ad Principis , ac Præfecti auditorium , interrogatuſque , ubi eſſent theſauri , quos promiſerat pro die tertia ſe allaturum ; reſpondit , juxta Ven. Bedam , Imperatori , *ut exiret foras* . Scilicet extra tectum domus in prominentia v. g. roſtra alicujus feneſtræ , reſpicientis atrium palatii ſub dio : quemadmodum Joannis 19. ℣. 4. intelligendum eſt , quod legitur : *Exivit Pilatus foras , & dicit eis : Ecce adduco vobis eum foras ... & dicit eis : Ecce homo* . Statim Cæſar , ac Præfectus , æſtu avaritiæ perciti , feſtinantes exiere foras , Levita duce ; & ecce vident cuncta vehicula plena inopum turmis , voces , & manus tollentibus , ut eleemoſinas acciperent ab ipſo , foras exeunte , Principe . Ad inexſpectatam rei novitatem converſus Imperator in Laurentium , ut ſcribit Auguſtinus , ad eum horrore ac ſtupore perculſus , ait : *Quid eſt hoc ?* ſive ut Fulgentius enarrat : *Expavit Imperator impius : Quid ſibi volunt iſti ? Ubi ſunt theſauri , quos promiſiſti ?* Cui Levita Laurentius indigitans pauperes : *Ecce* , inquit , *hi ſunt theſauri Eccleſiæ , quos tibi promiſi ; hos tibi & attuli* . Subdit idem Fulgentius : *Hi ſunt theſauri mei , qui portaverunt divitias meas , ubi tu non poteris extendere manus tuas . Argentum & aurum non eſt mihi : quod autem habeo , hoc tibi do* . Inſtabant interim pauperes magnis clamoribus , & invaleſcebant voces eorum , eleemoſinam poſtulantium ; adeo ut , inquit Prudentius , opus fuerit juſſu Præfecti , militari veriſimiliter præſidio , illos ex atrio depellere . Stroph. 46.

Fragor rogantum tollitur :
Præfectus horreſcit ſtupens ,
Converſus in Laurentium ,
Oculiſque turbatis minax .

16. At Levita magnanimus , qui nihil veritus Cæſaream majeſtatem , adeo ſollemni demon-

mooſtratione illuſerat illi, ut ludificatum ipſum Imperatorem attonitum omnino reddiderit; magis floccipendens ſrementem adſeſſorem judicem, evangelica libertate (referente Prudeotio a ſtropha 47. ad 78., cujus lougum ſermouem perſtringimus, ſervata proprietate verborum) ſic viriliter reprehendit. *Quid frendens, inquis, minitaris? Quidve ſibi bis in egenis diſplicet? ſordida ne, vilia, & deſpicienda borum exiſtimas membra, quorum marbo viget coram Deo robuſtior animus? Nanne ulcera mentis prævifis corporis ſunt fœdiora? Quid de externa membrarum integritate jactaris, quam interna peccati lepra corrumpit? Superbe, tu deſpicis, & exſecraris eos, qui carne ſaluti, pretioſi lucebunt in arce Patris, purpureis ſtolis, & aureis coronis clari. Hi vere ſunt gemmæ coruſcæ, quibus Dei Templum ornatur: Hi nummi aurei, quos tibi dare ſpoponderam. Ne talenta recuſes, ſed oblata incunctanter ſuſcipe. Sic Romanam ornabis urbem: implebis ærarium Principis: ditior & ipſe fies.* Ut hæc audit Præſectus, magis excandeſcens, exclamat, dicens: Ridemur, & miris illudimur modis! Ergo ne tractare ſic audes Cæſarem? His ludicris Præſectum Urbis excipere? His jocis, hiſce ſalibus Regalia juſſa contemnere? An impune te ſtrophas iſtas exiſtimas oexuiſſe? Novimus perſuaſionis tuæ vanitatem. Dices: mortem oppetam libenter: Martyri votiva eſt mors. Mortem quidem dabimus: raptim perire nequaquam: mors tua longos protrahet dolores. Bene eſt, quod hic ſolus Myſteriarches ex omnibus inciderit in manus noſtras; ut omnibus ſingulare ſit exemplum, quid mox alii timere debeant. Hæc juxta Prudentium. Verum ſceleſtiſſimus præſes poſtremis his verbis prophetaſſe videtur. Laurentius namque factus eſt ſingulare conctis mortalibus exemplom; quo edocerentur, quid eſſet timendum, ideſt, ſolus Deus: nec ullo modo omnia quidem tormenta diaboli, quæ, conſumto patientis corpore, tandem aliquando finem habent: Cernens itaque Præſectus Virum ad hæc impavidum, nulla oris ſerenitate immutari, fidentem credidit in arte magica; qua ſe putaret evaſurum ſine ullo dolore cuncta ſopplicia. Unde, juxta Sanctum Adonem, ad illum inquit: Quid varias per multa? Sacrificia diis, & obliviſcere artes magicas, in quibus confidis. At Levita intrepidus magno vocis imperio Imperatorem, & Præſectum redarguit, dicens: *Quare vas coarctat diabolus, ut jubeatis Chriſtianos ſacrificare Dæmaniis?* ingenuam animi libertatem Cæſar impius ultra ſuſtinere uon valens, juſſit illico ſanctiſſimum Juvenem denudari coram ſe, ac immaniter ſcorpionibus cædi: neque Imperiale palatium in lanionum macellum fœde convertere dobitavit.

17. *Scorpiones*, ait Menochius in 3. Regum cap. iv. ℣. 11. *ſunt virgæ ſpineæ, ubique aculeatæ, quales paſſim videmus in ſæpibus.* Et Macrius verb. *Scorpio*, inquit, *Martyrii genus, erat enim nodoſa, ac ſpinea virga, quæ percutiendo carnem lacerabat: ita appellata; quia ad inſtar Scorpionis caudæ curvabatur.* De qua & Iſidorus lib. 5. Ethimolog. adnotat: *Arcuato vulnere in corporibus infligitur.* Quocirca ex delicatiſſimo illo Sancti Levitæ corpore rivuli ſacri cruoris undique defluebant; neque tamen frontis ejus tranquillitas ea ſaoguinis pluvia potuit vel minimum obnubilari. Erectus etenim ſtabat in alto veluti Olympi vertice, in quo perturbatio nulla ſuccedit. Hanc & interiorem animi celſitudinem indicare ſurenti Cæſari noo eſt dedigoatus; ſolum iſtius dolens inſaniam: propterea inquit: *Ega quidem gratias aga Dea meo, qui me dignatus eſt conjungere ſervis ſuis: tu autem, miſer, torqueris inſania, & furore tua.* Sic Ado in Martyrologio. Perinde ac ſi dixerit: Tantum abeſt, ut hæc ſanguinea procella, quam in me concitaſti, vel tantillum me commoveat, quin potius majorem animi tranquillitatem mihi creet; qua, multa fruens pace, gratias agere valeo Deo meo, qui me tam largiter honorare dignatus eſt, ac inter ſamiliares, & domeſticos ſuos peramanter adlegere. Miſeriam tuam condolco; qui, dum torquere me putas, ipſe torqueris ioſania, & ſurore tuo; quod me nec minimum videas perturbari. In tali montis Olympi culmine ſe degere pauculis illis verbis Laureotius maniſeſtavit, veluti haberet ſub pedibus ſuis nimbos, grandines, ſulgura, fulmina, omnemque inſerioris aeris iniquitatem, ac omnes mortalitatis humanæ viciſſitudines, extra metum quemcumque poſitus.

18. Iiſdem Valerianus auditis verbis, vultumque Martyris in crudeli adhibita laniena videns nullatenus obſuſcatum; intellexit ad opus valde arduum ſuum admoviſſe manum, pugnamque difficilem iniiſſe; qualis erat cum tali, tantoque Viro, æque verba, ac verbera ſpernente, colluctari. Conſideranſque ad eum deterrendum profuturum minime, ſi more conſueto nunc unam, nunc alteram torquendi machinam in medium afferri juberet: Ut in cruciandis aliis Martyribus actum ſuerat a prædeceſſoribus ſuis, tyrannis ſæviſſimis: audi, quid excogitaverit. Heus, inquit ad milites, levate eum, & date in conſpectu ejus omne genus tormentorum. Ideſt, omnia horribilia inſtrumenta, quæ unquam invenit tyrannorum ſæva crudelitas ad Martyres Chriſti excarnificandos, huc ſimul ſub ejus oculis afferte; ut vel ſic feralium omnium machinarum plenus intuitus animum ejus concutiat, doceatque iratum timere Cæſarem,

quem

quem Orbis, vel a longe auditom, reformidat univerſus. Allatæque ſunt protinus, ioquit Ado, laminæ ferreæ, lecti, baculi, plumbatæ, & cardi. Tum imperator (ſubdit Beda) Laurenrio dixit: Superbe Laurenti, nunc adora deos noſtros, quos adoramus: quod ſi non feceris, omnia hæc rormenta expendam in te. Veruotamen inexpugnabilis Heros cunctas cernens ante ſe paratas tormentorum machinas, ad Cæſarem ſeſe tandem converrit: quidque reſponderit, audiamus a Graſio Carthuſienſi, qui ex ſeleſtiſſimis, ut teſtatur, ac probatiſſimis Patribus Sanctorum vitas conſcripſit: *Quaſi ante ſordidum*, narrat Auctor, *aſtisiſſes bominem, vocem illam emiſit, quam mundus expavit, dæmones exborruere, Angeli e cælo demirati ſunt. Infelix, ait, Imperasor, qui me iſtis macbinis terrendum putas: Iſta mibi non arma, ſed ludus; non tormenta, ſed virsusis excitamenta; non gladii, ſed ludicra puerorum territamenta ſunt? ſta me tu, miſer, formidare putas? Has epulas ego ſemper optavi; santum abeſt, ut illas formidare debeam.* Cumque tyrannus reſumſiſſer: Dic ergo, ubi tui ſimiles ſunt, ur ſimul his in voluptatibus epulemini? Levita ingeouus admiranda Divini Spiritus vi confirmatus, non minus generoſe quam antea, Cæſaris audaciam tetundens, mira libertate reſpondit: *Non es dignus eorum conſpectui præſentari.*

19. Atris iccirco agitatus furiis imperator, minuſque aptum exiſtimans locum, quo ſibi conciliaret reverentiam ab æqoiſſimo ejuſmodi Aſpernatore (erat enim, locus, ut diximus, electa domus æſtivo tempore ad voluptatem apud hortos Salluſtianos) hinc Laurentium, catenis vinctum, in maximum ſuperbumque Tiberii Cæſaris palatium, quod Romanis ex aotiquariis in libro antiquæ Romæ, Barbiellini expenſis ann. 1745. ediro, pag. 131., *Sedes Romani Imperii* dicebatur, adduci jubet; ut ibi nobilium Romanorum comitatu publice pro tribunali ſederet in baſilica Jovis. Erat hoc ædificium, a quo mons *Palatinus* eſt appellatus, ampliſſimum; rotumque mootem complectens; amphitheatrum ab oriente, capitolium ab occidente habens. In iiſdemque Imperialibus ædibus, ſcribir Panvinius ex antiquis monumentis, templum fuiſſe Jovis, nuncupati *Propugnatoris*. De qoo ſupradicti teſtantur antiquarii pag. 135., habentes: *In actis S. Laurentii legitur, fuiſſe templum quoddam Jovis intra Tiberii palatium, bocque forſitan eſſe posuit*. Ipſummet fanum eſſe viderur, cujus meminit Floravanies in *Roma ex æthnica ſacra*. pag. 42. dicens: *De Javis baſilica in palatio, intra quam factus eſt conventus præſentibus Auguſtis, univerſiſque aulicis poteſtatibus, babetur in actis S. Sylveſtri Papæ*. Non enim apud antiquarios reperimus, duplex ibidem ſuiſſe Jovis templum, ſed hoc unicum, quod a Panvinio Jovis *Propugnasoris* dicitur, quanquam alii Jovis *Victoris* appellent. Adoniana vero reſerunt acta: *Vinctus catenis, adductus eſt Beatus Laurentsus in palasium Tiberii, ut ibi de geſtis audiretur, & ſedis Cæſar pro tribunali in Baſilica Jovis*. Uode conficitur, templum iſtud non aliud fuiſſe, niſi Jovis *propugnatoris*, ſeu *victoris*. Porro tribunal, Facciolato interprete, apud Romanos ſuggeſtus fuir, uode conſpici ſedentes poterant a cooſluentibus; nam multorum hominom capax erat locus, ut Cicero in Bruto indicat c. 48., dum inquit: *Volo, boc arasori contingat, us cum audisum ſit, eum eſſe dicturum, locum in ſubſelliis occupetur, compleaturque sribunal*. In editiori autem loco, jam commemorato, ſella erat curulis, juriſdictionis iofigne. De qua Tacitus lib. 1. c. 75. *Tiberius*, inquit, *aſſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret*. Excelſus ſiquidem locus ille arcuatam figuram habebat, ad cujus extremitatem Cæſar tom ſedir.

20. Hanc loci mutationem decrevit perfidus rex ad oſteotationem ſuæ gloriæ, potentiæ, opulentiæ, ac imperatoriæ majeſtatis coram Laurentii oculis; ut is ad cooſpectum magnificentiæ imperantis in ſuperba Jovis baſilica, adſiſtentibus Utbis magnatibus, ſive regalis curiæ poreſtaribus, non auderet habere talem, tantumque principem quaſi viliſſimum homuncionem, uti retro fecerat; ſed pavore ac reverentia repleretur eo in publico ſollemni conventu, ſtuderetque imperialibus obſequi juſsis perquam demiſſe. Ar feſellit impium malitia ſua; feſelliſſetque pariter, ſi cum diabolo ſuper aſtra Cæli ſuum collocare ſolium potuiſſet. En pro tribunali ſedet, ſuperbiæ vento diſtentus; ac ſevero vultu præſentatum ſibi Levitam intuitus: Age, inquit, ſacrifica diis, & noli coofidere in theſauris abſconditis. Contra Laureotius incredibili conſtantia, nec minori quam prius animo, ſerenaque facie: *Vere*, reſumit, *conſido, & ſecurus ſum de tbeſauris meis*. Putaſne, repoſuit Cæſar, theſauris & pecunia te redemrum iri? Miſertus Martyr excelſus ignorantiæ hominis carnalis, qui *tbeſaurorum* vocabulo nequibar aliud intelligere, niſi lucida terræ hujus argenri, & auri metalla; quanquam ipſe Chriſti Miniſter non multo anre in pauperum oblatione indicaſſet illi, de ſpiritalibus ſe theſauris loqui; nihilo fecius minime gravatus eſt, juxta Surium num. 18., iterum ſeſe explicare claris hiſce verbis: *Ego Chriſti famulus ſecurus ſum de sbeſauris cæleſtibus*. Tum Valerianus ira magis inflammatus, juſſir fuſtibus eum cædi; verbera verberibus, & vulnera vulneribus ad-

dens, ut Martyris conſtantiam frangeret. Qui tamen quo vehementius cædebatur, eo fortior, atque conſtantior evadebat; ita ut ſub illo flagellorum turbine tranquillus vocem extulerit, ad Valerianum dicens: *Ecce, miſer, vel modo cognoſce, quod triumpho de theſauris Chriſti, & non ſentio tormenta tua*. Hæc ex Adone. Unde conjicere licet, quid Laurentii oculis viſa ſit ſuperba illa, & publica imperialis oſtentatio. Ecce *miſerum* appellavit, auro, biſſo, ac purpura indutum principem, in fulgenti ſedentem baſilica, cui coronam faciebant Imperii optimates, cujus nutibus obtemperabant armati milites, quem Romanus pertimeſcebat Orbis; ne hilum quidem hæc omnia reputans, quin potius commiſeratione permotus, eum ab infidelitatis ignorantia experimentis propriæ conſtantiæ ac tranquillitatis, in inflictorum verberum perpeſſione demonſtratis, ſolicitus vindicare conatur. *Cognoſce, ait, miſer, vel modo; quod triumpho de theſauris Chriſti*. Translate dictum eſt, *triumpho*; nempe exſulto, & gaudeo pro cæleſtibus gratiæ theſauris mihi a Chriſto impenſis; quibus ditatus, experior, dolores corporalis ſubſtantiæ ſpiritalem neutiquam offendant, vel tangant. Quocirca ſubdit: *Non ſentio tormenta tua*: ideſt non me lædunt, nun me torquent interius, nec animum affligunt. *Sentire* namque verbum ad corporeos licet referatur præcipue ſenſus, ſicut & *dolere*; ambo tamen ad interiores animæ potentias, quas etiam indirecte afficiunt, extenduntur; ut ex communi loquendi uſu probatum agnoſcimus.

21. Sic ſpretum, & eluſum Leviticis hiſce ſermonibus ſe Cæſar ſentiens coram poteſtatum omnis generis multitudine, novis actus furiis. Augete, ad carnifices inquit, fuſtes; & ad latera ejus applicate ferreas inflammatas laminas. Immani ſub hoc tormento ardentium laminarum Martyr inclytus ad Deum converſus, ait: *Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, miſerere mihi ſervo tuo: quia accuſatus non negavi nomen ſanctum tuum. Interrogatus te Dominum Jeſum Chriſtum confeſſus ſum*. Pudore perfundebatur interea crudelis imperator, atque vehementi angebatur cordis dolore, quod quantumvis ferro, & igne ſæviret in Martyrem; deterrere hunc minime poterat a confeſſione nominis Chriſti. Magiſque ſibi diſplicebat, quod in tam ſollemni conventu decertare voluerit cum homine; a quo vinci, ac ſuperari ſe videbat ſine ulla ſpe obtinendi quippiam ab ipſo Heroe divexato; non aurum ab ejus ærario alienare; non Chriſtum ab inexpugnabili ejus auferre pectore valens. Tamen ne omnino videretur in pugna ſuccumbere, carnifices ab inferendis illis torturis deſiſtere juſſit, vana cognoſcens illa eſſe conamina, nihilque ad ſua vota conducere. Seſe vero ut excuſaret coram magnatibus, quod nihil hactenus eo in luctamine profeciſſet, juxta Surii acta, dixit ad Martyrem: ſcio, illudere te arte magica tormenta; ſed mihi non illudes. Præſtigiis dæmonum tribuit, quod Martyr eluſerit inflicta ſibi ſupplicia; ut nimirum impleretur, quod ſcriptum intelligi accommodate poterat de illo: *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*. Pſal. 65. ℣. 3. Sequitur impius rex apud eundem auctorem: Teſtor deos, deaſque, aut ſacrificabis, aut diverſis pœnis te interficiam. Strenuus autem Chriſti pugil, quaſi Leo adlatrantem deſpiciens catulum, conſueta oris tranquillitate reſpondit: *Ego in nomine Domini Jeſu Chriſti non reformido tormenta tua, quæ ad tempus ſunt. Fac, quod facis, noli ceſſare*. Veluti dixerit, quid proſunt verba, ubi verbera nihil proficiunt? Tormenta in Chriſti nomine non timeo; quomodo vanum vocis ſonitum formidabo? Tempus fruſtra teris: torſiones ſupervacue ad aliam differs horam. Numquid diſplicet, quem elegiſti, certaminis locus? Luctam comple, quam cepiſti; ne imperfectam heic ſinas, fraudeſque proceros ab exſpectatione concepta, videndi ſcilicet rei finem; ne forte de te dicant: Hic homo luctari cepit, ſed luctam non potuit conſummare: ceptum proſequere certamen, donec perficias: *fac quod facis, noli ceſſare*. Sic quondam Judæ Chriſtus dixerat: *Quod facis, fac citius*. Huoc Sacerdotem Magnum Magnus Diaconus ſequutus eſt; ſpiritus enim Patris, & Filii loquebatur in eo.

22. Impotentiæ redargutus imperator ad flectendum Martyrem in ſui obſequium, quaſcunque diaboli machinas adverſus eum applicaret, quibus vellet facere de infrangibili illius conſtantia experimentum; quod priora ſibi non ſuffeciſſent, atque ita ſollemniter deriſus maneret coram Imperii ſui primoribus; expers conſilii, quidque ageret neſciens; pavidus inſuper; ne altero inito cum illo certamine, novis ab eo ſalibus illuderetur; mortem illi acerbiſſimam eodem loci ſine mora inferre decernit. Lictoribus præcipit, ut Sancti corpus plumbatis ſine ulla miſericordia contundant; ac ejus frangant oſſa, uſquequo ultimum exhalet ſpiritum. Eo in mortali agone Levita Sanctiſſimus conſtitutus, ingentibus oppreſſus doloribus; corporeiſque viribus multiplicem ob lanienam exinanitus, quum diutiſſime cæderetur, putabat ſe jam reſolvi. Unde in hunc oravit modum: *Domine Jeſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute dignatus es formam ſervi accipere, ut nos a ſervitio dæmonum liberares, accipe Spiritum meum*. Naturaliter ſane fieri neutiquam poterat, ut ultra vitam traheret ſub illa immani plumbatarum tempeſtate. *Erat*, inquit

inquit Baronius in notis ad Rom. Martyrol. 6. Jun. lit. d., *id genus tormentorum flagellum ex funiculis, in quarum ſummitatibus glandes plumbeæ erant impactæ*; & quamvis *in uſu* earum limitarentur ictus ad certum numerum, adhuc tamen ſubdit idem Baronius: *Complures iter ictus plumbatarum efflaſſe ſpiritum reperiuntur, ut teſtantur Ammian. Marul. lib. 28. & Ambroſ. epiſt. 57. lib. 2. edit. Rom. Prætermittimus recenſere innumeros fere Martyres, qui ad obitum uſque plumbatarum verberibus ſunt affecti*. Merito iccirco S. Vincentius Ferrerius ſerm. de S. Laur. inquit: *Miraculum fuit, quod ſuperviveret illis flagellis*. Hinc intelligere debemus, reliquum paſſionis S. Laurentii nonniſi miraculo divinæ Potentiæ, in humanis præter naturæ ordinem illum detinentis, tribuendnm eſſe.

23. Ut antem Martyr ſanctus tranſcriptam orationem abſolvit, ecce vox de Cælo facta eſt, quam etiam perfidus ille tyrannus audivit: *Adhuc multa certamina tibi debentur*. Sic Ado, & Surius, quorum ſecundus num. xix. addit: ut ad aures ferocis imperantis eadem inſonuerunt verba, diris agitatus furiis, rorvoque ſupercilio converſus ad circumſtantes: Audiſtis, ait, Viri Romani, & cætus Reipublicæ, ur dæmones conſolentur ſacrilegum, qui nec deos, nec principes veſtros timet, nec exquiſita tormenta formidat? Hiſque dictis, hora veriſimiliter meridiana jam elapſa, ſurrexit a tribunali, ſolvitque optimatum conventum, militibus mandans, ut reum ſoum, catenis vinctum, Salluſtiano, quo ipſe revertebatur, reſtituerent palatio. Deceptus eſt vero Floravantes Martinellus, quum pag. mihi 44. de foro Salluſtii ſcripſit: *Hic S. Laurentius ad ferreas laminas ardentes damnatus eſt*. Quod manifeſte opponitur Adoni, rradenti, laminas candentes Martyris corpori fuiſſe admotas una ſimul cum ſuſtium augmento, poſtquam ſanctiſſimus Juvenis, præſentatus in baſilica Jovis, tyranno inſultaverat, dicens: *Non ſentio tormenta tua*. Neque optimatum cætus fuit ſolutus, niſi poſt auditam de Cælo vocem, ut habet Surius; quod certe accidit in diutina flagellatione plumbatarum, quæ ſobſequuta eſt laminarum ardentium admotionem lateribus ejus: uti cum ipſo Surio ſcribir Ado. Reſtat igitur in Tiberianis ædibus, non in Salluſtianis Levita Sanctus flagrantibus laminis aduſtus fuerit. Quid autem poſthæc in foro Salluſtii de eodem actum ſit, ſequens proximum libri hujus capnt ſignificabit: dum præſens claudimus, nonnullis conſiderationibus ſuper delapſam e Cælo vocem adjectis.

24. Jam Sixtus tribus ante diebus Lantentio, martyrium ſitienri, prædixerat; *Majora tibi debentur pro Chriſti fide certamina*: Jam per eas, qnas hactenus expoſuimus, paſſiones acerbiſſimas oraculum iſtud Pontificis ſui completum in ſemetipſo Beatus Levita conſpexerat, ubi Sacerdos unico ictu gladii rerminum vitæ præſentis attigerat: unde igitur eſt, ut in illo plumbatarum horribili agone Deum ſuppliciter exorans, ac dicens: *Domine Jeſu, accipe ſpiritum meum*: Non aliud de Cælo reſponſum obtinuerit, niſi illud: *Adhuc multa certamina tibi debentur?* Neque audiendi ſunr, qui cæleſtem corrumpunt ſententiam, ſic eam vertentes: *Adhuc multa tibi deſunt certamina*: ſed omnino cum Romana Eccleſia, cui adſtipulantur vetuſti codices, legendum eſt: *Tibi debentur*. Magnum plane Laurentii meritum! Ur ajunt ſcholæ, *De congruo*; dum hac in materie locum habere non poteſt alterum *De condigno*; Gratia quum ſit, pati pro Chriſto, ſecundum Apoſtolum ad Philippenſes 1. ℣. 29. *Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum, ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini*. Tanti etenim fuit ille meriti *De congruo* apod Deum, omnigena virtute operaria ſuæ vitæ innocentis; ut convenienter debitum ei fuerit tale tantumque inauditæ paſſionis donum; quod ut plene reciperet; opus fuit, Deum legi naturæ laxamentnm dare, ac miraculo ſervare illi vitam; ut majoris certaminis, quod promeruir, capax fieret. Gaudeant igitur ceteri Chriſti Milites, coccinea induti ſtola proprii cruoris, quibus Maximus Taurinenſis ſerm. de plur. Mart. gratulatur, dicens, quod *Propter ante actam vitam meruerint ad Martyrii gloriam pervenire*: Nimirum ob talem, vel talem vitam pervenire meruerint ad talem, vel talem martyrii gloriam, prout uniuſcujuſque vitæ meritum poſtulaverir: Qualis, putabimus nos, debuir eſſe ante acta Laurentii vita, quæ illi talem ac tantam promeruir martyrii gloriam; pro qua non ſatis fuit naturalis patiendi capacitas, niſi divina virtus accederet, hominem ſuſtinens, ne mortis fata perimerent; dum ſupra quod pati poterat, humana ejus natura prolixius oportuit pati? Lex communis beatis Martyribus fuit, qoum illatæ paſſiones exæquaſſent vitæ meritum, tum lethali accepto vulnere, pretioſam obirenr mortem: at lex iſta minime fuit pro Laurentio conſtituta: ſuorum celſitudo meritorum, quum mortalem hanc vitam ageret, tanta fuit, ut lethali etiam accepta plaga, ſub flagellis plumbatarum, ſuperſtes divinitus ſervaretur, ad ulteriores ſuſtinendas in ſuo corpore paſſiones, queis majores excogitari nequirent; quatenus vel ſic fieret ſatis merito ſanctiſſimæ vitæ ejus, uti æquitas exigebat.

25. Legimus xti. Jo.28., factam olim ſoiſſe ſuper unigenitum Patris Filium vocem de

cælo, dicentem: *Clarificavi, & iterum clarificabo*. Siquidem Chriſtus Dominus prius oraverat Patrem, inquiens: *Pater clarifica nomen tuum*. Soper quæ verba Tirinus ex Auguſtino, Chryſoſtomo, & Eutymio habet: *Quaſi dixerit: Fac, Pater, ſicut tu ſtatuiſti, & quocumque modo tibi placuerit, ſive per paſſionem & mortem meam, ſive alia via clare, & glorioſe manifeſta nomen tuum*, Docte ſaoe: quandoquidem hæc expoſitio conſentit alteri Joannis teſtimonio XIII. ubi narratur, quod, quum exiſſet Judas Iſcariot de cœnaculo, ut Dominum Judæis traderet, *dixit Jeſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo*. Quia videlicet, feſtinante impio proditore ad Principes Sacerdotum, ut ſibi daretur militum cohors in capturam Domini, paſſio iſtius jam redigebatur in opus; cujus exhibitione implebatur glorificatio Dei. quomodo autem per paſſionem ſuam clarificaretur Pater, ipſe Dei Filius expoſuit, ſeqoenti verſu dicens: *Nunc judicium eſt mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*. Pulchre Rupertus in hunc Evangeliſtæ locum cap.XII. 31. ſcribit: *Nunc judicium eſt mundi, tempore præſenti; nunc princeps hujus mundi eiicietur foras, futuro tempore dixit. Præſens paſſio ipſius judicium eſt mundi, ideſt ſalvatio, diſcernens a reprobis univerſitatem electorum. Futurum autem erat, ut poſt Sancti Spiritus effuſionem princeps hujus mundi eiiceretur foras de cordibus, imo & de templis gentium, vel delubris, ita ut, floreſcente fide, converterentur in altaria Chriſti*. Libro autem quarto de Divinis Officiis idem venerabilis Abbas de poſteriori hac Diaboli ejectione loquens ſub nuncupatione *Fortis armati* Lucæ XI. 21. pro ſtatione Dominicæ III. in Quadrageſima, rem ſic exponit: *Hujus Officii prælibata ratio commendat, quod ſcriptum eſt, ſtatio ad Sanctum Laurentium. Nam quorum, niſi Sanctorum Martyrum, & Hujus præcipue præliis hic, de quo dictum eſt, fortis armatus de atrio ſuo, quod Roma fuit, ejectus eſt?* Clarificatio igitur Dei conſtat electorum diſcretione a reprobis, ac diaboli ejectione a cordibus & ſanis gentium per paſſionem & mortem Chriſti; in cujus rei, proxime tum futuræ ſignum, vox inſonuit de cælo ſuper Dominum, dicens: *Clarificavi, & iterum clarificabo*. Et quia in executionem ejuſdem expulſionis diaboli, Martyres ſecundaria inſtrumenta fuere, quorum morte uſus eſt Deus ad infidelium converſionem; inſequens inde fit, & ii quoque paſſione ſua clarificaverint ipſum Deum. Quamobrem Sanctus Evangeliſta Joannes cap.XXI. 18. & 19. illa Chriſti verba ad Petrum expeodens: *Cum ſenueris, alius te cinget, & ducet, quo tu non vis*: protions ſubdit: *Hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum*.

26. Cerne modo admirabilem nnius & alterius cæleſtis vocis conſenſionem; nimirum illius, quæ ſuper Dominum Jeroſolymis facta eſt, & alterius, quæ Romæ ſuper Laurentium. Quid enim ad hunc poſteriorem vox illa fuit: *Adhuc multa certamina tibi debentur?* niſi *Clarificavi* nomen meum prioribus a te toleratis paſſionibus: *Et iterum Clarificabo* ſubſequeotibus, quæ tibi debentur, certaminibus ad mortem uſque? Ita ſane. Quia videlicet *præcipue*, ut laudatus Rupertus inquit, maximi hujus Ducis prælio ejiciendus erat mundi, ſive tenebrarum prioceps e cordibus & delubris gentium; quantumlibet iſte fuerit ſortis armatus, ac zelo nimio cuſtodiret atrium ſuum, quod Roma erat. Et valde quidem notandum nobis eſt, quod tametſi non ſemel in aliis Saoctorum paſſionibus legatur, vocem de cælo veoiſſe; nihilomious id factum advertimus in eorum actis, ut Dei Milites certiores redderentur, quod priores ipſorum fuſæ preces fuerint exauditæ, aut pro ſe, aut pro aliis, eorum aliquando nomen invocaturis; vel ut ipſi Martyres vocarentur ad accipiendam gloriæ coronam; aut etiam ſecuri ut eſſent de parata in cæleſtibus ſibi ſede. Quinimmo novimus, id genus voces non ſolum ad aures Sanctorum, ad quos factæ ſunt, verum etiam & nonnullorum fidelium circumſtantium reſonaſſe, quatenus & ii confirmarentur io ſpe gloriæ ſuturæ, ac io omni fidei veritate. At, ubi ſermo eſt de voce ſuperoa, quæ venit in noſtri Martyris paſſione; audita hæc fuit non a ſolo Laurentio, noo a ſolis, qui illic aderant, fidelibus; ſed inſuper ab univerſis ibidem circumſtantibus idololatris, ut ſupra notavimus num. 23. Nimirum in ſimilitudinem vocis illius, quæ ſuper Dominum de cælo venit: de qua Joannes laudatus ſcribit: *Venit ergo vox de cælo: & clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat, dicebat, tonitruum eſſe factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Jeſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos*. Vcruntamen ſicut olim Judæi increduli, cæleſtem audientes vocem, erravcrunt, dicentes: *Tonitruum eſſe factum*: Ita fidei perſecutores, Laurentii tempore, ut vocem deſuper audierunt, blaſphemantes dixere, illam non Dei, ſed dæmonum fuiſſe voccm. Homines vero Dei divinam fuiſſe credidere. Quocirca vel congruenter intelligimus, ſenſibilem illum vocis ſonum non tam propter Laurentium factum fuiſſe (cui ſatis erat, ut Dei ſpiritus loqueretur ad cor) qoam propter juſtos & injuſtos circumſtaotes, ncmpe ut illi informarentur ad tolerandas pro Chriſti nomine quaſlibet

Digitized by Google

libet paſſiones ; iſti vero ad mentis accederent ſanitatem. Sed excæcavit iſtos malitia ipſorum: *Noluerunt intelligere, ut bene agerent*. Mortì ſæviſſimæ Sanctum Domini Miniſtrum addixerunt, putantes in exſecrationem ſic ituram fore memoriam ejus. Turpiſſime tamen decepti ſunt: quandoquidem in ſempiternum illius honorem, a mente hominum nunquam delendum, tranſierunt etiam ipſius inſtrumenta ſupplicii. Et nunc quidem intelligimus cæleſtis vocis iteratæ myſterium ſuper hunc Martyrem ſingularem. Nam palmarum die, antequam veniret vox illa de cælo, aperuerat Dominus in parabolis os ſuum, dicens: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert: concluſeratque ſermonem, adiiciens: ſi quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum pater meus*. Noverat autem Chriſtus, fore hoc Evangelium predicandum in univerſo mundo die Auguſti decima, uti prolatum in ſui Martyris Miniſtri laudem: Ideo Laurentii tempore vox iterum de cælo venit (ſenſibilis omnibus, ut illa, quæ intonuit ſuper Dominum) qua nimirum ſignaretur præſens adeſſe, quem futurum commendaverat divina veritas palmarum die, loquente ſimiliter cælo. Præſens, inquam, ipſe Martyr adeſſet, qui jam manum extendebat ad eam diſtringendam ſuæ victoriæ palmam, de qua poſtmodum Auguſtinus ſerm.10. de S. Laur. ſcripſit: *Inter omnes Martyres Laurentius victrice palma radiavit*. Vide, quanta ſit Laurentii gloria! quantus & ejus honor! dum gloriari poteſt in Domino, habuiſſe unigenitum Dei Filium, una cum præeunte voce de cælo, admirabilis ſui triumphi, tum futuri, præſtantiſſimum Laudatorem. Quid altius? Excellentius quid?

27. Hanc profecto ſupereminentem Beatiſſimi Martyris laudem, quanquam non verbo, facto tamen confirmare viſa eſt Ambroſiana Eccleſia, quæ palmarum die quotannis ab Imperiali Sancti Laurentii baſilica (ubi ordinarius Antiſtes loci palmarum ramos benedicebat, ac diſtribuebat Clericis) conſueto tranſibat ordine ad cathedrale templum, ipſo Archipræſule ſollemniter equitante, necnon cryſtallinam ſplendidam, palmiſque ornatam, ſerente crucem: Quem ritum licet Sanctus Carolus Borromæus propter populi abuſum ademerit; ne memoriam tamen ſignificantis myſterii aboleret, ſtatuit; ut omnes pueri, qui Chriſtianæ fidei rudimentis inſtruerentur, pomeridiano tempore congregati, ordinatim bini ac bini pergerent eodem die cum palmis, vel ramis olivarum ad præfatam Laurentianam baſilicam; quo tributum laudis perſolverent Illi, qui, præſignante Domino ſub eadem luce, primariam demum inter Martyres palmam retulit de principe mundi, e templis gentium foras ejecto; Deumque verum ſingulariter ſua paſſione mirabili clarificavit. Quiſque autem citati ritus Mediolanenſis Eccleſiæ plenam cupit habere notitiam, aſſequetur eam in Tractatu de Gloria Martyris poſthuma lib.2. cap.4. num.31. dum ad ulteriora nos paſſionis Leviticæ acta vocant.

CAPUT IV.

Abſolvuntur cetera perhorrenda ſupplicia, quæ paſſus eſt Levita beatus. Romanus interim miles ad Chriſti fidem convertitur; & a Sancto Diacono baptizatus, martyrio coronatur. Miris ſplendoribus refulget S. Laurentii facies, dum uritur in craticula. Incomparabilis ejus in tormentis ſerenitas, qua ignes urentes ſpernit, & cum tyranno ludit. Varia contemplatu digna expenduntur; nec non Decas inſtrumentorum ſupplicii, qua Martyr ampliſſimus excruciatus eſt, partite dinumeratur, ac myſtica conſideratione illuſtratur.

Videns, ut diximus, crudelis imperator, nec oſtentata propria majeſtate, nec palatii Tiberiani ſuperbia, nec baſilicæ jovis magnificentia, nec ſplendore imperialis curiæ, nec publicitate judicii, nec ſeverioribus minis, nec exquiſitis torturis ſe quicquam proficere potuiſſe, quo Laurentii conſtantiam ad ſui, vanorumque deorum obſequium flecteret; quin potius, ſi Virum inexpugnabilem aggrederetur iterum novis cruciatibus coram populi multitudine, ſe vincendum majori cum dedecore prævideret; de diſceſſu inde loci ſibi conſuluit. Quare apud Salluſtianos hortos, unde diſceſſerat, ſe recepit: quo militibus reum ſuum reduci mandaverat. Erat enim Salluſtii palatium ab urbis corde remotum prope mænia civitatis, non longe a porta Salaria, de quo Floravantes pag.44. ſcribit: *Ad hujuſmodi hortos fuiſſe palatium, forumque Saluſtii cujus miranda fundamenta, nobis viſa cernuntur ſepulta in vinea dominorum de Veroſpiis: ibi ſpectabatur tempore Sixti V. obeliſcus ægyptiacis notis inſcriptus, humi proſtratus, & confractus. In hujuſmodi Saluſtiano palatio, foroque tribunal paratum fuit* San-

Digitized by Google

Sancto Laurentio Martyri : & coram Valeriano Cæſari præſentatus ... Hinc eductus ad montem Viminalem igniti Martyrii palmam in Olympiadis thermis obtinuit .

2. Pomeridiano itaque , ut ſuademur, tempore ejuſdem diei martis , nonæ Auguſti Valerianus, præſente Cornelio ſæculari , Urbis Præfecto , iterum Sanctum Laurentium ad quæſtionem vocavit. Eumque in profitenda noſtræ fidei veritate perſiſtentem videns , juſſit ſuper cataſtam nudum extendi. Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 16. Martii lit. 6. inquit : *Erat cataſta inſtrumentum torquendi , diverſum tamen ab equuleo*. Cui adverſari videtur cum aliis latinæ linguæ interpretibus Facciolatus , dicens: *Cataſta equuleus erat , in quo homines torquebantur* . Hæc autem diſſeoſio ducit ortum ex varia equulei ſignificatione . Scriptores eoim eccleſiaſtici paſſim pro equuleo intelligunt lignum oblongum in terra , vel tabulato defixum , & ſurſum erectum , ad cujus ſummitatem facinoroſi quidam , vel etiam nonnulli Martyres , ligatis manibus , ſuſpendebantur , atque ita pendentes , diverſis cruciatibus exercebantur. Quo ſane modo intellectus equuleus , a cataſta longe differt. Non deſunt vero in ſacris , prophaniſque hiſtoriis , qui ſub equulei vocabulo intelligant machinam ligneam , inſtar equi , uti explicat idem Facciolatus , ſuper cujus dorſum hominem ſtratum carnifices extendebant , eumque ſupinum , ſevereque protenſum , ſic adligabant illi ſcamno recurvo , ut ſe movere nullatenus poſſet . Hinc etiam . Iſidorus lib.5. Orig. equuleum ab extendendo dictum eſſe , affirmat . Et quia tali pacto S. Laurentius tortus in equuleo fuit ; qua ratione inſtrumentum iſtud cum cataſta confunditur (quæ nonniſi jacentis corporis ad torſionem adinventa fuerat , ex quacunque demum ad libitum materia eſſet conſtructa , ſive ligno , ſive ferro , ſive ære , ut ex adductis a citato Baronio liquet exemplis) ideo ſcripſerunt aliqni , Sanctum noſtrum fuiſſe *diſtentum* (oon ſuſpenſum) *equuleo* ; alii vero *in cataſta* protenſum . Clarius Summus Pontifex Innocentius III. , eruditiſſimus vir , *proſtratum* , dixit , *in cataſta* .

3. Quonam autem alio tormentorum genere præter illud , quod ipſa cataſta jacenti Martyri afferebat , vexatus is fuerit ; Venerabilis Beda non explicat , ſed tantum inquit : *Poſtquam verberatus fuit* (oempe plumbatis , de quibus ante loquutus eſt) *Imperator juſſit , ut mitteretur in tormentum , quod illi appellabant cataſta , ubi membra ſua erant extenſa , quod* non *poterat ſe movere* . Sanctus Vincentius Ferrerius poſt plumbatas , pectinibus ferreis laceratum fuiſſe narrat . Sed unde id acceperit , haud exploratum habemus . Omoes ceteroqui codices , quos luſtravimus , docent , ſcorpionibus iterum eum fuiſſe cæſum . Standum iccirco eſt Adoni , ſcribenti : *Porro extenſus in cataſta ſcorpionibus graviſſime cæſus eſt* . Quomodo vero fieri potuit , ut Martyr tot præcedentibus exagitatus tormentis , tantaque ſanguinis effuſione exinanitus , *graviſſime* cæſus fuerit ſcorponibus , (qui , ut teſtantur auctores , parvis , ſubtilibuſque ſpiculis mortem inferebant) & nihilominus ſupervixerit , ſola Dei omoipotentia , quæ , ut diximus , a ſuſceptis plumbatarum ictibus perpetuo illum miraculo conſervabat , edocere nos valet . Cujus & virtute tolerata fuiſſe ſine vitæ amiſſione , quæ de cetero io actis paſſionis ejus uſque ad mortem leguntur ; perſuaſum cunctis Chriſti fidelibus eſſe non dubitamus . Attende interim , quid ipſe Martyr egerit , dixeritque in eadem reiterata corporis proſciſſione ſcorpionum flagellis . Scribit enim laudatus Ado : *ſubridens , & gratiat agens , ait : Benedictus es , Domine Deus , Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti , qui nobis donaſti miſericordiam , quam meriti non ſumus . Sed tu , Domine , propter tuam pietatem da nobis gratiam , ut cognoſcant omnes circumſtantes , quia tu conſolaris ſervos tuos .*

3. Fructus hujus orationis quinam fuerit, dicemus poſtea ; dum in aſpectu deſcriptæ poſitionis in equuleo ooſtri pretioſiſſimi Martyris , excitamur ad ea contemplanda , quæ tum Ven: Rupertus , tum S. Antonius Patavinus de eodem excelſo Chriſti Archimilite myſtica ſcripturarum interpretatione protulerunt . Id enim ſolum deerat in ſignificationem , quod Levita hic magnus proprio rubens ſanguine , adlectus eſſet maximus inter Divinitatis ruſos equos , ſecundum Zachariæ Prophetæ viſionem : nimirum , ut ulterius ſeſe accommodatet machinæ , in equi formam compactæ , qua viſibili figura ſanguinea indicatum inviſibile myſterium , majorem acciperet claritatem . Siquidem Zacharias cap.r. ℣. 8. &c. inquit : *Vidi per noctem , & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum , & ipſe ſtabat inter myrteta , quæ erant in profundo: & poſt eum equi ruſi , varii , & albi. Et dixi: Quid ſunt iſti , Domine mi ? reſpondit vir , qui ſtabat inter myrteta , & dixit : Iſti ſunt , quos miſit Dominus , ut perambulent terram* . Super quæ Rupertus de more ſapienter ait : *Vir ille ipſe eſt Dominus ... Quid equus , niſi humana ipſius natura ? Equum autem ducit ruſum propter ipſius ſanguinem rubicundum ... Plane a ſanctis Scripturis teſtimonium habere , hoc eſt inter myrteta ſtare* . Paullo autem infra ſubjungit : *Equi Domini alii maryrio ruſi , alii candore virginitatis albi , alii diverſorum chariſmatum donatione varii ... omnes equi ejuſmodi ſeſſorem unum habent*

Digitized by Google

habent Deum . Poſtremo ſingulariter in Sancti noſtri laudem tranſiens, ſcribit: *Unus de equis fortiſſimis (quos jam ante* Propheta *rufos dixit , quærebat exire ; & dictum eſt ei , perambula terram : quomodo Beato Laurentio dicenti ad Sixtum Papam: Quo progrederis ſine filio, pater ? Reſpondit ei Dominus per os illius, quod poſt triduum eſſet ſecuturus.*

4. Audiamus nunc, quid de hoc myſtico dicat ſonipede Thaumaturgus Antonius Patavinus ſermone XXIV. io Pſalmos. Is eoim prædicator egregius thema illud aſſumens : *Probaſti cor meum , & viſitaſti nocte ; igne me examinaſti , & non eſt inventa in me iniquitas* : inter alias Martyris laudes verſiculum 19. cum ſequentibus cap. 39. libri Job luculenter exponit, nimirum : *Numquid præbebis æquo fortitudinem &c.* ubi præclarum texit elogium fortitudinis Sancti Levitæ, in propoſita æqui Dominici figura perſiſtens: *Contemnit* (de natura equi ait ſecundum Job) *pavorem , nec cedit gladio . Super ipſum ſonabit pharetra , vibrabitur haſta , & clypeus : Fervens ſorbit terram , nec reputat tubæ ſonare clangorem . Ut audierit buccinam, dicit , vah* . Super hæc , inquam , verba Job addit : *In pavore futura pœna , in gladio pœna, præſens notatur . Has duos Beatus Laurentius non timuit , quia nec ſupervenientibus territus eſt , nec imminenti gladio ceſſit . Super ipſum ſonabit pharetra , in qua latent ſagittæ, adverſariorum machinatio occulta deſignatur : in haſta vero vibrata aperta violentia , in clypeo obſtinatio . Adverſus Beatum Laurentium non latens machinatio lictorum valuit , nec aperta violentia adverſarii potuit , nec obſtinatis eorum conſiliis Martyr glorioſus a fidei conſtantia declinavit : imo fervens cæleſti deſiderio , terram abſorbuit , quando Romanum Eccleſiæ incorporavit .* Obſtinata plane conſilia dicenda præſertim ſunt illa excæcatorum judicum , quæ obdurati homines poſt auditam de cælo vocem , poſt viſum hominem lethali verberationi plumbatarum ſuperſtitem , adhuc his perſpectis miraculis , excogitarunt , & perduxerunt in opus alia tormentorum genera . Quorum primum fuit, Martyrem equuleo torquere . Sub cujuſmodi cataſtæ ſupplicio ille , qui Divini equi rufi repræſeotabat imaginem , pro inimicis orans , deriſiſque tormentis , Romanum militem convertit ad Deum . Cæleſti namque deſiderio ſalutis animarum fervens (inqoit Antonius) gentilem hunc hominem incorporando Eccleſiæ , quaſi *terram abſorbuit*. Sive , ut Tirinus in cit. cap. Job loquitur : *Momordit , ſeu voravit*. Accipe Adonis acta , factum narratione hiſtorica deſcribentia. *Tunc* , ajunt , *unus ex militibus , Romonus nomine, credidit Domino Jeſu Chriſto, & dixit Beoto Laurentio : video ante te juvenem pulcherrimum ſtantem cum linteo , & extergentem membra tua . Adjuro te per Chriſtum, qui tibi miſit Angelum ſuum , ne me derelinquas* . Sic myſticus equus *terram abſorbuit*, licet amplius , atque amplius eam momordit , ac devoravit poſt ſui corporis mortem , quando admirabilis ſui martyrii virtute Roma, ſcriptore Prudeotio , de ritu barbaro triumphavit .

5. Expendit denique Patavinus Sapieos citatum reliquum verborum Job , nempe : *Nec reputot tubæ ſonare clangorem . Ut oudierit buccinam, dicit, vah* . *In tuba* , inquit , *terror, & perſecutio malorum : in buccina minæ , & inſtantia minarum : quæ duo Beatus Laurentius non reputavit , imo ad eorum inſtantiam exultovit : Unde dicit , vah , vox eſt exultationis*. Notant alii *vah* interjectionem eſſe non tantum exultantis, ſed etiam inſultantis, & irridentis. Nos autem , qui Sanctum noſtrum , in equuleo diſtentum , hoſtium conatus rideotem aſpeximus ſub citatis Adonis actis , conſpiciemus & infra ſuis etiam incenſoribus inſultantem . Attendere nunc juvat in conſpectu tantæ fortitudinis , ac libertatis aoimi Levitici , quid dicat , quid agat tyrannus illius ? Obſtupeſcit Cæſar iniquus , oonnulloque vaoo timore percellitur . Nihili facit audita converſi ad fidem militis Romani verba ; oec quicquam ſeveritatis cum illo exercet . Putat enim , eum patientis Laurentii præſtigiis dementatum , ſuique capitis viſionibus , præſtigiorum vi excitatis , delirare . Converſuſque , juxta Surium , ad Præfectum , inquit : Arte magica victi ſumus. Hinc pertimeſcens , ne ſicut Romano , ceteris militibus , vel etiam ſibi quid ſimile contingeret , juſſit protinus reum ſuum de cataſta ſolvi , & elevari . Quem ſolutum Hippolyto in ejuſdem regii palatii ædibus cuſtodiendum tradidit ; ut eum ad novum exhibeat mandatum . Ipſe vero de loco acti judicii in ſecreta cubicula receſſit cum ſibi adſiſtente , ut conjicitur , Urbis Præfecto . Quandoquidem indubitatum eſt , is præſens fuerit ſubſequenti oocte ultimo Martyris agoni ; ut teſtantur Prudentius , & Surius : & veriſimiliter , quum Martyr a cataſta ſolutus eſt , ac Hippolyto redditus , dies jam declinabat ad veſperas . Quid porro invicem conſiliati fuerint , ſequentia paſſionis acta demonſtrabunt ; quum patebit impletum illud Pſalmiſtæ *66. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio* : ſive ut Auguſtinus vertit : *Defecerunt ſcrutontes ſcrutationes conſilia mala* : Nam proxime ante pſaltes dixerat *ſcrutati ſunt iniquitates* . In Divinum interea nos potius intendamus conſilium . Nactus enim Romanus miles occaſionem iſtam , quam vehementer optabat , ut poſſet ab eodem Sancto Laureotio admioiſtrari ſibi baptiſmatis ſacra-

Digitized by Google

ſacramentum; metallicum accepit urceum (quem nos in Sancti baſilica extra urbis mœnia vidimus, manibuſque contrectavimus) & aqua plenum attulit, atque ad pedes ſeſe demittens Beati Levitæ, cum lacrymis eum rogavit, ut conferret ſibi aquæ lavacrum in verbo vitæ; dum eo loci nemo eſſet, qui prohiberet. Tum ejus precibus, ac lacrymis exoratus Levita ſanctiſsimus, brevi ſupplicem inſtruens ſummis, ac neceſſariis ſcitu, fidei articulis, aquam benedixit; & baptizavit eum. Id ſactum pervolgavit ipſe Romanus; quod audiens Valerianus, ſtatim juſſit eundem Neophytum ſibi cum ſuſtibus exhiberi. Qui, ne interrogatus quidem, clamare cepit coram Cæſare: *Chriſtianus ſum*. Moxque, tyranno jubente, ductus extra propinquam viæ ſalariæ portam, decollatus eſt quinto idus Auguſti. Prædicti oblati urcei meminit etiam S. Greg. PP. in Reſponſoriali ſub ſecundo nocturno off. S. Laur., nec non Beda, in homil. & Surius in actis, in quibus & Ado idipſum confirmat. Corpus ejuſdem Romani Martyris Juſtinus in novum intulit Cœmeterium Cyriacæ in agro verano, ut idem ſcribit Ado in Martyrol. 10. Auguſti.

6. Nemo autem ſit, cui parum videatur, quod orante Laurentio, unus tantummodo ad fidei lucem pervenerit ex tot militibus, illic adſtantibus. Non enim Martyr oravit, ut omnes circumſtantes converterentur ad Chriſti fidem; ſed ſpiritus ſancti motione inquit: *Domine, da nobis gratiam, ut cognoſcant omnes circumſtantes, quia tu conſolaris ſervos tuos*. Hujus plane orationis fructum reportavit illico per unius militis converſionem; qui, Laurentianæ conſolationis, deſuper conceſſæ, præco factus & teſtis, publice claraque voce circumſtantibus omnibus, quod Divini ſolatii cum patiente Levita fieri videbat, aperuit. Vertendum eſt autem audientium vitio, ſi oblatam reſpuere notitiam veritatis ad propriam damnationem, delirio dantes, quod cæleſti erat beneficio tribuendum. Noluerunt impii vocem illuſtrati militis audire, ſeſeque ad Deum cum illo convertere, *quia* (dicam cum primo Regum libro, Cap.2. ℣. 25.) *voluit Dominus occidere eos*: & Levitici effuſi ſanguinis vindictam ſumere die iræ ſuroris ſui; ſicut poſtea rei probavit eventus; quum duplici contritione, temporali ſcilicet, & æterna perdidit illos. Sed neque myſterio vacat, quod unus tantum ex eis, & quidem *Romanus* nomine, converſus fuerit: quemadmodum & in paſſione Dominica ex duobus impiis unus dumtaxat ad agnitionem Filii Dei pervenit; nempe, ut unitatis fidei ſervaretur ſacramentum: unus enim Dominus, una fides, unum baptiſma, una & Eccleſia. Quocirca Sanctus Auguſtinus tract. 17. in Jo. cap. 5. exponens, quare de tot languidis in probatica piſcina, motum aquæ ad Angeli adventum exſpectantibus, unus ſolummodo ſanaretur; unumque ſimiliter in ea ſanaverit Dominus: reſpondit, quia præter unitatem non eſt ſalus. Pulchre igitur ad preces Laurentii, deſcendente Angelo, unus, *Romanus* nomine, veram Chriſti ſuſcepit fidem, animæque ſalutem. Quo ſignanter daretur intelligi, extra unum Catholicum Romanum cætum, ſive unam Catholicam Romanam Eccleſiam, unamque fidem ejus, animæ ſalutem inveniri non poſſe. Aut etiam fortaſſe in paſſione tanti Martyris id actum eſt, ad præoſtendendum, quod ejuſdem præcipue Ducis triumpho Romanus ipſe populus in unitatem fidei aliquando ſine ulla animorum diſcordia foret coiturus, quaſi cor unum, & anima una, gentium penitus ſuperſtitione delata.

7. Poſt ſolis occaſum ejuſdem diei nonæ Auguſti, qua laudatus miles, ut diximus, martyrii gloria coronatus eſt, nocturnis jam invaleſcentibus umbris, filii tenebrarum Cæſar & Præſectus, odientes lucem, conſilia, quæ in occulto inierant, ut exſequerentur; paucos delectos milites, qui ſibi magis fidi viſi ſunt, in ſecretiorem miſerunt locum, nempe ad Olympiadis thermas, in domum, ut alibi notavimus, proprietatis Valeriani, priuſquam eſſet is Imperator, ubi tribunal parari juſſere, ſicut in Surianis legitur actis: eoque mandarunt Hippolyto, ut ſecum duceret Sanctum Laurentium, quo & ipſi venturi erant. Cuſtos autem Hippolytus, conſiderata principis feritate, nocturnique temporis circumſtantia, necnon ſecretioris loci deſignatione, horrendum aliquid moliri animadvertens contra Sanctiſſimum Juvenem; huic, magno mærore confectus, imperatoris mandatum cum fletu aperuit. Cui Sanctus Diaconus interrito, ac hilari vultu ait: *Noli flere, ſed lætare potius, & tace; quandoquidem ego proficiſcor ad gloriam*. Quaſi diceret: Tu me diligis; & ad hæc, quæ mihi nuntias, fles? At iſta duo non ſibi bene cohærent; nam ſi me diligis, gaudere potius, quam flere debes; quia ego ad æternam beatitudinem & ad Patrem vado. *Lætare* igitur, *& tace*. Qua propter Hippolytus tali exhortatione roboratus, animos reſumens, & cogitans, quod ſanctus Levita paullo ante plenam feciſſet Romano militi copiam, ut chriſtianum coram imperatore ſtatim ſe proderet; ſibi autem altum imponeret de ſuſcepta religione ſilentium: *Quare* (inquit apud acta, quæ Rupertus legit, & Surius affert) *ego non vociferor, quia chriſtianus ſum* (nimirum ſicut Romanus egit) *& tecum occumbo?* Reſpondit Levita prudens: *Abſconde potius in homine interiori Chriſtum; & poſtmodum cum clamavero, audi, & veni*. Non enim expediebat eidem Cuſtodi ſe manifeſtare Chriſtianum; unicus

Digitized by Google

cus quum eſſet, qui, viſo ultimo Martyris agone, fide dignum perhibere poſſet Eccleſiæ teſtimonium de omnibus iis, quæ geſta fuiſſent in ſecreto palatii conclavi collis Viminalis illo ſub extremo, tremendoque conflictu; licet hunc Fortis Domini non timeret. Altera etiam urgebat ſilentii cauſa, nempe ut, completo certamine, ac diſcendentibus operariis iniquitatis, liber manere poſſet Hippolytus in iiſdem thermis (reputatus Imperatoris fidus miniſter) ad curam ſepulturæ illius ſacri corporis; quod barbari relicturi erant ſuper ignem; ut redactum in cinerem omnino diſperiret. Hæc, quæ Hippolytus non prævidebat, prænota erant Spiritui Sancto, qui in Martyre loquebatur. Quod vero pertinet ad alterum Leviticæ reſponſionis membrum, videlicet: *Et poſtmodum cum clamavero, audi, & veni*. Satis illuſtratum habemus Ruperti calamo lib. VI. de oper. Sp. S. cap. 18. ita ſcribente: *Dixit erga cum clamavero, audi, & veni. Magnum utique ſuæ paſſionis miraculum parvæ rei, ſcilicet vocali comparans clamori ... & hunc clamorem audi, inquit, & veni. Videlicet quomoda ad claſſicum magni Ducis, ad ſanitum tubæ ingentis excitatus, atque excuſſus miles animoſus ad bella procurrit*. Hiſce itaque verbis imperturbabili vultus ſerenitate prolatis; Martyr eximius greſſus cum Hippolyto ad Olympiadis dirigit thermas, opaca jam nocte; ſciens eam eſſe horam furentis regis, & poteſtatis tenebrarom.

8. De hoc a Salluſtianis ædibus poſtremo S. Laurentii egreſſu Floravantes Martinellus loquitur pag. 44. dicens: *Hinc eductus ad mantem Viminalem ignitam martyrii palmam in Olympiadis thermis obtinuit*. Salluſtii autem domus ab iiſdem diſtabat thermis, vix ſupra unum milliare; unde Ado & Surius ſcripſere, præfatas thermas fuiſſe prope Salluſtii palatium. Illudque traditione perpetua certum eſt, Valeriani domum adnexas habuiſſe Olympiadis thermas, in quibus Heros invictus, clauſis palatii foribus, martyrium conſummavit. Hoc porro Valeriani palatium, quod tum temporis incolis erat vacuum; veriſimiliter exiſtimamus habitationem ejuſdem fuiſſe; quum eſſet ipſe Conſul, & Cenſor in Urbe Decii tempeſtate uſque ad Galli, & Voluſiani dies; quum miſſus fuis, ut Celticas, & Germanicas legiones adduceret; qua in expeditione a militibus ſalutatus eſt imperator; reverſuſque Romam, ac princeps a Senatu recognitus, ad Imperiales tranſiit ædes; quamvis priorum dominium retinuerit, quæ in Viminali erant ſitæ monte; unde *Valeriani* retinuere nomen una cum ipſis adnexis thermis (in magnatum domibus per ea tempora paſſim conſtructis) quæ etiam *Olympiadis* dictæ fuere, quod ab aliquo Olympio, vel Olympia ædificatæ ante Valerianum fuerint, ut antiquarii nonnulli conjiciunt. V. Fau. lib. 4. c. 6. & Marl. lib. 4. c. 21. Perpauca modo ejuſdem palatii conſpiciuntur veſtigia. Quotquot autem ſcripſere, domum eandem fuiſſe Decii, laborarunt errore, dicentes, quod Sanctus ſub Decio paſſus fuerit. Ceterum eos Marlianus confutavit, adlegans cap. 20. in nullo veterum auctorum legiſſe, quod idem Decius eo loci unquam palatium habuerit. Huc itaque Valerianus cum Urbis præfecto Cornelio, relicta Salluſtiani palatii cohorte, privatim ſe tranſtulit nocturnis ſub umbris, vulgari forſan uſus vehiculo velariis diſtentis, extremum cum ſummo chriſtianæ religionis Heroe certamen initurus. Cur autem homo ferox tam ſecreto rem hujuſmodi peragendam duxerit; egregie Rupertus explicat, dicens: *Hic intus, intra palatium noctu Marſyrem incluſit, ut ſcelus perpetrare ſibi vacaret abſque arbitris. Quale enim erat baminem vivum aſſare, vel hoc fieri paſſet in publico, in aſpectu ſolis in conſpectu ſam magnæ, tamque amplæ civitatis? Quamvis beſtia eſſet Roma, ſive mulier de ſanguine ſanctorum ebria, non tamen præ ipſa beſtiali ebrietaſe, iſa faciem, vel aculas bominis perdiderat, ut in ea ſexus amnis & æſas tale ſpectaculum æquanimiter ferre valeret crudeli patientia. Noctu igitur, & in palaſio cum paucis, & eiſdem miniſtransibus, latra crudeliſatis vivum illum præcepit aſſari uſque ad plenam coctionem devorandæ carnis, mirabiliter tam diu continente animam intra carpus ſpiritu fortitudinis, ut ſi aries, aus piſcis eſſet, manducari poſſet, & maligni illius coci palato nibil quaſi crudum male reſponſaret.*

9. Verum ut in tanta re hiſtorico procedamus ordine, clauſis palatii foribus, ſedente Valeriano pro tribunali præſentatus ei fuit ſanctiſſimus Juvenis, ſuis veſtimentis indutus; atque ut inter nocturnos horrores frangeretur excelſi Viri conſtantia, ſub iſtius oculis allata ſunt iterum tyranni juſſu omnia genera rormentorum, ſicut Ado ſcribit: *Plumbatæ, fuſtes, laminæ, ungues, lecti, baculi*. Dixitque neſarius Cæſar oblato ſibi Levitæ: Jam depone perfidiam artis magicæ, & die nobis generoſitatem tuam. Cui tranquilliſſimus reſpondit Martyr, ut ad verbum laudatus habet Ado: *Quantum ad genus, Hiſpanus ſum: eruditus, ac nutritus Romæ, & a cunabulis Chriſtianus, eruditus omnem legem ſanctam, & divinam*. Reſumſit ſacrilegus rex: ita ne vero, eruditus es in omni lege ſancta, & Divina, qui nec deos cogitas; nec tormenta formidas? Dedignatus eſt Martyr de vanis ſimulacris verbum facere, dæmoneſque vel ore tenus appellare deos, ſecundum gentium

rium loqnelam ; ſed ad poſteriorem propoſitionis tyrannicæ partem magna frontis ſerenitate reſpondit: *In nomine Domini Jeſu Chriſti non timeo tormenta tua*. Nota ſapiens reſponſum. Tyrannus dixerat : tormenta *Non formidas* : quod idem eſt, ac non multum times. Noluit Martyr reſpondere: *Non formido:* ne barbarus ſibi conceſſum præſumeret, ſaltem parum quid timoris eſſet in conſtituto ſibi reo : ſed ait : *Non timeo*: ſcilicet neque multum, neque parum timoris in me eſt a facie machinarum omnium, quas hactenus oſtentaſti, vel oſtentare pores ad mei corporis cruciatum. Jam hæc inſtrumenta una ſimul oſtendiſti mihi ab initio conflictus: dixique tibi, ludicra puerorum eſſe territamenta in oculis meis. Quid fruſtra iterum ea exponis in conſpectu meo? Numquid expertus non es, illis in me adhibitis, tormenra omnia vel cum riſu, vel ore penitus imperrurbaro fidenter excerperim? Vis denuo experimentum capere Divinæ, quæ in me eſt, fortitudinis? En me paratum habes. Conceptum a te votum perdendi animos meos non potuiſti, non poteris expletum obtinere: quia ſicut ante non rimui, ita nec modo vel minimum timeo tormenta tua.

10. Neſciebat crudelis Cæſar, quid ultra rerrifici excogitare poſſet ad Virum intrepidum deterrendum, niſi admovere manum ad poſtremum ſuæ crudelitatis inſtrumenium; quo diu Martyrem intolerabili torquerer ſupplicio inier noctis umbras. Quapropter ultimo ad illum inquit: ſacrifica diis, aliter nox iſta in te cum ſuppliciis expendetur. Libere, impavideque Levita reſpondit: *Mea nox obſcurum non habet*, *ſed omnia in luce clareſcunt*. Perinde ac ſi dixerit: Non aliud habes, quod addas machinis tormentorum, niſi abuſum nocturni temporis? An putas, tibi proderunt umbræ vacuæ, ubi inſtrumenra ferri, plumbi, & ignis ad voluntatem tuam minime profecerunt? Sed ne forte in vanis nmbris ſpem reponas, atque ab exſpectatione rua decipiaris; certo ſcias, quod *mea nox obſcurum non habet*, *ſed omnia in luce clareſcunt*. Tale reſponſum audiens furibundus rex, ſeſeque ludibrio affectum ſentiens, ad carnifices extemplo inquit: Eja manus ad ſaxa extendite, atque os, quod hujuſmodi verba protulit, lapidibus cito contundite, denteſque luxaie. In ram acerbo, ſeveroque rormento (cui poſt alterum ignis nullnm videtur, quod comparari queat) quodnam Martyr dederir ſuæ virtutis argumenrum, ex Adone & Surio intelligemus. Scribunt enim: *Cum cederetur lapidibus os ejus*, *ridebat*, *& confortabatur*, *ac dicebat: Gratias tibi ago*, *Chriſte*, *quia tu es Deus rerum omnium*. Blandirus ſibi fuerat Princeps efferatus, irrogato illi cruciatu ram diro, tormentorum ſuorum Irriſorem coercendum fore; ipſiuſque contemtom in luctum converrendum: & ecce dum ab eo fletum exſpectar, ab illo riſum obtinet. Diſcere tot prioribus experimentis noluit, ſe longe imparem eſſe ad decertandum tanto cum Viro: æquiſſima temeritati ſuæ pœna inflicta eſt, nempe iterum novas deriſiones abſorbere.

11. Ar ne videamur ſuper inſanum hominem habere ſermonem, dum paſſio Martyris noſtram expoſtular attentionem; æquum eſt, parumper intendere in Heroem illuſtrem, qui ore contuſo, & ſanguine madeſacto, gratias Deo agir lætus, & hilaris in ſignificata rormenti acerbirate. Decuir eum plane, qui ad primatum honoris inter Martyres capiendum vocabatur, ut cum ceteris paſſionibus ictus quoque lapidum ſuſtineret; ne videlicet inſtrumentis paſſionis ejus deeſſet illud martyrii Beatiſſimi Stephani, qui in numero Martyrum inventus eſt tempore primus; ſicur ipſe Levita Laurentius principatum obtinuir dignitate paſſionis. Dulces autem ſi uni Protomartyri fuere lapides torrentis; dulcia pariter ſaxa & alteri, de quo loquimur, Proromartyri: vel ſi ſuſcepir ille lapides gaudens; Iſte etiam & ridens. Unum in ntriſque valde norabile diſcrimen invenio; nimirum, quod inclytus Stephanus vehementi lapidum turbine brevi conquaſſatus, occubuit: oti vero Laurentii admota ſaxa lentis ictibus dentes illius concuſſere, qnibus luxatis, ſive a propria ſede dimotis, extremum eidem peperere dolorem, haud morte celeri finem habiturum, quamvis foret ipſa morte ſeverior. Lacrymatur Jeremias in threnis, perſonam obſeſſi judaici populi induens cap. 3. ℣. 16., ac dicens: *fregit ad numerum dentes meos*, *cibavit me cinere*: Ideſt, *ſubcinericiis panibus*, qnibus ut plurimum admixti ſunt calculi, ſeu lapilli; in quorum morſu dentes ſranguntur: ut Chaldens, LXX., Vatablus, & Hebræi explicant. Quales lacrymas non debuiſſer excutere a Laurentii oculis illa percuſſio dentium, ſaxorum ictibus ſic temperata, ut non radicitus eoſdem dentes evelleret, ſed tantum luxaret; quo acriori, ac prolixiori eum dolore torqneret? Et tamen quid ad hæc ille? Audiſti paullo ante Viri fortitudinem? *Ridebat & confortabatur*. Talia miracula patrabat, qui miraculo vivebar; ſæculorum omnium ſupremum ut fieret ſpectaculum fortitudinis.

12. Ergo funeſtiſſimus imperator non amplius ſufferre valens, conſpectum hominis, cuncta excogitabilia tormenta quaſi nihilum coram ipſo punitore Cæſare deridentis; deſperato jam, quem ſibi præfixerat, fine; ſubvertendi nimirum inexpugnabilem hunc Athletam a Chriſti fide; totius tartari abreptus furiis, omnem exuit

Digitized by Google

exuit humanitatem; & conſilium ferale, quod in occulto ſcrutatus fuerat cum Urbis præfecto, exſequi deliberavit. Caminum ferreum tribus, ut ait Ado, compactum coſtis in medio afferri jubet; militibuſque præcipit, ut veſtimentis ſuis Sanctum Levitam expolient, extendantque nudum ſuper cratem ferream, atque catenis ligent ferreis; accenſas dein prunas ſub horrendo illo ſternant lecto, nec in tanta quidem copia, qua facile, ac cito Martyris os occupari, & ipſe interimi poſſet; ſed quantum ſatis ad eum vivum lento aſſandum igne. Ita Prudentius a ſtroph.85. ad 87. & 90., nonnullis adjectis a nobis ex Adone, Surio, & Beda: quanquam ille Sanctus Vares rem geſtam non hiſtorica ſcripſerit methodo; nam prius narrat, fuiſſe accenſum rogum, poſtea Martyrem catenis illic vinctum. At fieri neutiquam poterat, ut carnifices tam proxime ad ignem accederent, candenſque lecti ferrum pertractarent, quatenus & Martyris corpus deſuper extenderent, & extenſa membra flammanti eidem vincirent ferro; ni & ipſi cum illo aliqua ex parte uſtulari voluiſſent. Standum iccirco videtur Adoni & Surio, qui non vatum, non oratorum geſſere munus, ſed ſimplicium hiſtoricorum, ordine debito facta narrantes, figuris rhetoricis, ad oratoriam, vel poeticam artem pertinentibus, prorſus omiſſis. Utrum vero Martyr egregius hunc ſibi parandum doloris lectum antea cognoverit? Reſolvit affirmative Rupertus loco ſæpe citato *De Op. Sp. S.* ſcribens: *Mortis ſuæ novitatem omnibus ſæculis admirandam præſentiens, Hippolito dicebat: cum clamavero audi, & veni*. Neque ſolum præſenſit, verum etiam & prævisam libentiſſime acceptavit: unde adnotat Drexellius lib.iv. cap.i. de Conſorm. Volunt. §. v. *Craticulæ candenti, velut feſſus viator, ſcamno incubuit Laurentius*. Quæ ſententia nec latum diſtat unguem a ſenſu Petri Chryſologi, docentis: *Ille craticulam ſupplicii lectum quietis putabat*. Tantam animi & corporis tranquillitatem tortores æquis oculis aſpicere haud valentes, manus ad furcas ferreas extenderunt; ut eam ſerenitatem ab illius fronte, ac pectore exturbarent. Comprimebant Martyris membra ſuper candentes craticulæ coſtas, vim cum diſtrictis iiſdem furcis adhibentes ad Sacri Corporis vexationem; ſed aerem diverberabant: fruſtra omnis conatus eorum: ne rantillum quidem dimovere illum poterant a quiete ſua. Abſurdis, diſſoniſque vocibus, narrat Graſius, obtenebratum opplebant cælum: rex inhumanus inclamabat, dicens: ſacrifica Diis: At Martyr auguſtus ſerena facie ad eum converſus, reſpondit: *Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuovitatis: quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus*.

13. Liberentur hinc errore, quotquot (ſi vel ſunt ſcioli) qui falſo putant, Martyrem haud ſenſiſſe urentis flammæ tormentum; componere neſcientes talem in Laurentio cordis & frontis tranquillatem cum exacerbato ardoribus carnis ſenſu. Sed opus hoc hujuſmodi ſuſpicaces imbecillitate propria, non miris ſancti viribus, æſtimant. Ecce ſe contribulatum ſpiritu Martyr dicit: Certe non alia ex cauſa, niſi quia de inferioris ſubſtantiæ doloribus fiebat particeps ſuperior pars ob intercedens inter utramque vinculum. Qua hominis paſſione ne Dei quidem Filius immunis eſſe voluit; unde Matthæi xxvi. 38. ait: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Sed nulla eſſe poterat in Domino, ac ſervo animæ triſtitia, ſi nullus in eorum corpore aut excitandus, aut excitatus fuiſſet doloris ſenſus. Poſſet obiter heic quæri, quomodo in homine volente, ac complectente corporeos dolores, poteſt triſtitia locum habere; quum ſit de his, quæ nobis nolentibus accidunt? Reſpondent Theologi ſatis ad triſtitiam eſſe *Nolitionem mali inefficacem*, cum qua poteſt conſiſtere voluntas efficax perpeſſionis malorum: qualis fuerit in Beato Laurentio, non dubitamus. Tertium adi ſententiarum librum, ubi de paſſionibus animæ Chriſti, quas nonnulli *propaſſiones* vocant; vanum ſibi creantes ſcrupulum, ſi *paſſiones* appellent, ut advertit cum aliis Dupaſquerius diſp. v. concluſ. i. ſub prob. 2. part. Me interim arceſsit Prudentius ad contemplandum inter tot audita prodigia innovatum alterum in paſsione Martyris miraculum, nempe ſtropha 91., dum concinit:

Illi os decore ſplenduit,
Fulgorque circumfuſus eſt.

14. Poſtquam enim S. Vates ſtroph. 93. claritatem emiſsi hujus ſplendoris de Laurentii facie laudat, ſimilem eam declarat qualitati luminis, olim vibrantis e Sancti Stephani Protomartyris vultu (de quo Auguſtinus ſerm. 99. de diverſis inquit: *rodiaſſe inſtar ſolis*) additque, ipſam coruſcaſſe Martyris faciem mira quadam varietate. Nimirum, reor, inſtar columnæ ignis, opacam creantis noctem infidelibus; claram diem fidelibus, ideſt, Hippolyto, qui præſens ibi aderat. Uſus eſt ſiquidem Hymni auctor figura Synecdoche in quarto modo, quo plura pro uno prædicantur. Denique adducit exemplum conſimile, quod accidit Hebræis & Ægyptiis, concinens:

Ægyptiæ plogæ in modum:
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret, Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.

Hæc, de qua loquitur Prudentius, nona fuit Ægypti plaga; cujus ſit mentio Exodi 10. ℣. 22., & 23. *Factæ ſunt tenebræ horribiles in univerſa terra Ægypti ... ubicunque autem habita-*

Digitized by Google

bitabant filii Iſrael lux erat. Haud aliter factum invenimus etiam per unam eandemque prodigioſam nubem in tranſitu Iſraelitarum per mare rubrum, qnum ii ab Ægyptiis perſequerentur. Habet enim idem liber Exodi cap. 14. ℣. 19. & 20. *Columna nubis... ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael: Et erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem*. Ideſt, ut Interpretes inquiunt, ex anteriori parte, qua Hebræos præeuntes reſpiciebat, lucida erat & flammea, ſuæ lucis radios emittens uſque ad primam eorum aciem, & ultra omnia Caſtra: atque ita viam illis demonſtrabat in mari. A tergo autem, Ægyptios inſequentes habens, adeo tenebroſa erat, ut eis impediret fugientis Iſraelis aſpectum, & acceſſum ad eundem tranſeuntem populum. Et quia de eadem nube agit Romana Eccleſia ſub ſtatione Dominicæ ſeptuageſimæ, noſtro Archimartyri dicata, utens in Miſſæ ſacrificio epiſtola Beati Pauli Apoſtoli 1. ad Cor. cap. 9. & 10. ſic loquentis: *Nolo vos ignorare, Fratres, quoniam omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari... Hæc autem in figura facta ſunt noſtri. &c.* Venerabilis item Ruperti doctrina inſtruimur lib. 3. de officiis cap. xi. *Quæ apud ſingulos eorum* (ideſt Sanctorum) *officia ſolemnibus deputata ſunt ſtationibus, ſi rite conſiderentur, ſingulorum virtutibus, vel meritis conſonare probantur:* Ideo jure optimo concludimus, prodigioſam nubem illam Sanctum Laurentium præſignaſſe. Et ſane quid aliud delineavit clarius illa columna nubis, nocturno tempore lucida ſimul & tenebroſa, per mare rubrum Hebræos illuminans, obſcurans Ægyptios; niſi Levitam hunc magnum? Et indubitanter. Nam & iſte paſſionis ſuæ nocte in mari rubro ſui effuſi cruoris, ſpiritu & corpore flammeus, ſingulare lumen factus eſt populo Dei; Chriſtianis omnibus (in uno, ut jam diximus, Hippolyto propter unitatem fidei repræſentatis) viam beatæ æternitatis oſtendens, quando ſignanter reſplenduit facies ejus, ſicut ſol; perſecutoribus autem verorum id genus Iſraelitarum denſiſſimas creavit tenebras; præſignans, quæ illis erant ſuperventuræ, umbras tartari ſempiternas. Impletum eſt profecto in hoc pretioſo Martyrum Duce, quod Iſaias cap. 10. ℣. 17. vaticinatus eſt: *Erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus ejus in flamma*: Atque per idem tempus perſecutoribus Chriſtiani nominis, beatiſſimum eundem Martyrem divexantibus, viſa eſt, ſicut ſapiens cap. 17. ℣. 20. ait, *ſuperpoſita gravis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat*: Divina ſic exigente vindicta ob enorme, ac ſacrilegum illud facinus, quod perpetrarunt, ſanctum innocentemque Juvenem Dei Miniſtrum, lento igni devorandum dantes, ac ita moriturum exſpectantes, ut inquit Rupertus, *Crudeli patientia*.

15. Alterum, priori ſimile, acceſſit miraculum, eodem relatore Prudentio a ſtropha 97. ad 99. Cremata namque Martyris caro mirificum ſpirabat odorem Hippolyto fideli: infidelibus autem intolerabilem putorem: *His nidor*, ait S. Vates, *illis* (ideſt baptizatis) *nectar eſt*. Spirabat ambroſiam credentis naribus in teſtimonium veritatis illius ſententiæ, quam ipſe Martyr in craticula, dum urebatur, protulit, dicens: *Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis*: Quemadmodum paullo ſupra notavimus: Inſenſibilis enim iſta ſuavitas, quæ de ipſius ſacrificio aſcendebat in conſpectu Domini, ſuavitate illa ſenſibili probabatur. Aut etiam oblatio eadem corporaliter bene olebat ad ſpiritalem alteram præindicandam fragrantiam; de qua ſcripſit Auguſtinus ſerm. 32. de diverſ. *Per totum Orbem gratia meruit ſui fragrare martyrii*. Quem Doctorem ſequutus Tuiti Abbas lib. 7. de officiis in ſtatione feriæ quartæ Paſchalis ad S. Laurentium, inquit: *Cujus aſſatura in tota Chriſti fragravit Eccleſia*. Putorem vero intolerandum tortoribus exhalabat in præludium futuri, qui eis ob hujuſmodi commiſſum flagitium imminebat: ſicut & ſubſecuturæ illos erant infernæ tenebræ, ac inexſtinguibiles ignes, quos comminatus eſt Martyr incendentibus ſe, ut mox videbimus.

16. Defluebat interea ſuper accenſos carbones liquefactus adeps e Laurentii corpore ſuorum ob laterum coctionem: ſubſtratus craticulæ ignis extinguebatur, uti docet Ambroſius ſerm. *Beatiſſimi Laur.* Ex carnificibus vero is in opertos cinere carbones ſufflabat, ſemi extinctas, ut inflammaret prunas: ille batillis eas revolvebat ferreis: alter recentes ſubminiſtrabat accenſos ignis globulos: inſiſtebant alii furcis ferreis ad compreſſionem ſacratiſſimi corporis: ipſe demum truculentiſſimus Cæſar hæc ſuis juſſis fieri proſpectans, nec tamen obtinere valens, ut Martyr a quiete propria vel paullulum turbaretur, atrocibus averni furiis æſtuabat: & ut inquit Chryſologus, *Plus ardebat, quam urebat:* Levitam *urebat in carne*, ipſe autem *ardebat in corde. Supplicium ejus tanto erat gravius, quanto interius*. Quapropter amabilis Juvenis inter ignis tormenta, dolorum ſuorum veluti oblitus, ſuique tyranni miſeriam condolens, illum ad lumen Evangelicæ veritatis convertere nitebatur; minis adjectis, ni reſipiſceret, inquiens: *Diſce, miſer, quanta ſit virtus Dei mei. Nam carbones tui mihi refrigerium præſtant; tibi æternum ſupplicium. Quia ipſe Dominus novit, quod accuſatus, non negavi; interrogatus, Chriſtum confeſſus ſum;*

ſum ; aſſatus gratias ago. Verbum, quod Martyr heic dixit, *præſtant tibi æternum ſupplicium :* idem ſonat ac, *promittunt*. Multoties enim apud patres linguæ latinæ *præſtare* idem valet ac *fidejubere*, *aſſervare*, *promittere*. Ratio autem iſtius expoſitionis ea eſt, nimirum quia prolatum verbum *præſtant* æque ibi quum referatur ad *refrigerium*, & *ſupplicium æternum*, ſequitur, quod ſicut carbones tum judicanti perverſo non dabant de præſenti æternum ſupplicium; ſed tantum de futuro promittebant; ita & Martyri æternum aſſeverabant refrigerium. Unde ſenſus eſſe debet: Carbones tui mihi refrigerium adpromittunt; tibi vero æternum ſupplicium. Abſit, ut quis hinc argomentetur, non ſenſiſſe Martyrem ignis tormentum, ejuſque corporis ſenſum refrigerium ex ignibus percepiſſe. Neque enim Patres, qui dixere, *Frigidum erat illi omne*, *quod patiebatur*, de corporali refrigerio unquam loquuti ſunt; ſecus quid Martyr perpeſſus fuiſſet? aut quodnam ſuper alios Martyres, qui tormenta paſſi ſunt, illius meritum? Bene autem de refrigerio ſpirituali ejus ſermo fuit, uti Maximus hom. I. inquit: *Refrigerio conſcientiæ victricis exultat*: juxta quod translatum Auguſtinus de eodem ſcripſit: *Illo calice ebrius tormenta non ſenſit*; nempe nihili pendit, non curavit, nec mentem illis dedit.

17. Vetuſtum Reſponſoriale Gregorianum, nec non Adonis Martyrologium habent: *Vultu pulcherrimo dicebat*: *Gratias tibi ago*, *Domine Jeſu Chriſte*, *qui me confortare dignatus es*. Quo in primis confirmatam accipimus præcedentium verborum ejus expoſitionem; dum ore teſtatur proprio, ſe divina conſolatione refectum fuiſſe, utique in doloribus, ac preſſuris ſuis. Quandoquidem mærentium conſolator eſt Deus, & eorum maxime, qui graviores pro ejus nomine tolerant paſſiones. Deinde conſideratu dignum eſt, quod dicitur: *Vultu pulcherrimo* inter carbones ardentes viſus fuerit. Perſuaſum equidem habemus, nativam ejus faciem fuiſse pulcherrimam ex iis, quæ notavimus cap. IV. num. 22. & 23., At quod eadem ſui decoris detrimentum non ſubierit in tot vexationibus, & lanienis, ac potiſſimum in oris quaſſatione lapidum ictibus, ne de ignis uſtione verbum faciamus, mens refugit credere. Ceterum ſive hujuſmodi vultus deturpationem, admittamus in illo, ſive reſpuamus; unum vel alterum fuerit, ſuſtinere cogimur, magnum in eo contigiſse miraculum. Nam ſi Martyris vultum deturpatum fuiſſe in paſſione concedimus; fateri compellimur, a deformitate ad pulchritudinem tranſitum momento temporis fieri neutiquam potuiſſe abſque miraculo: Si autem ſentimus, illius vultum in tota paſſione nullam formoſitatis ſuæ incurriſſe jacturam, majus commemorato id erit miraculum omnipotentiæ Dei, ſervantis integram inter tot cruciatus illius congenitam faciei venuſtatem.

18. Spectacula id genus fieri cernens nequiſſimus Cæſar, planeque ſciens, vel ſaxa duriſſima ignis tandem ardore diſſolvi, non item diuturnis licet ignibus Laurentium divexatum poſse molliri (quaſi foret, ut Seraphicus Doctor loquitur, *natura adamantinus*) rex, inquam crudeliſſimus, conſilii expers, quo ſe verteret, neſciebat; nihil quum ſibi ultra ſuppeteret potentioris cruciatus, quod in exuſtum illud adhiberet corpus, ut inſuperabilis Viri conſtantiam poſſet frangere. Nec minus Cæſare præfectus Urbis, pudore ſuffuſus erat; eo quod & ipſe cum illo defecerat in conſiliis occulte initis (quibus cogitaverat, Sanctum Levitam extremorum vi tormentorum in propriam demum fore ſententiam pertrahendum.) Quare factis animadvertens, eum a ſua quiete removeri non poſſe, verbis ſic laceſſere nititur, dicens apud Surium num. XXI. Ubi ſunt ignes, quos tu diis minabaris? Ex quibus præfecti verbis colligimus, Martyrem non ſolum iniquis judicibus, ſed etiam eorum diis dæmoniis æternum ſupplicium aſſeveraſſe, quorum plurimi, ſecundum Epiſtolam Judæ Apoſtoli, ſub caligine mundi hujus reſervantur in judicium magni diei pœnas inferni æternum luituri, quum ex hoc aere, quo vagantur, detruſi erunt cum hominibus reprobis in abyſſi lacum. Quanquam enim modo huc illuc diſcurrentes, pœnam ignis ſecum ubique portent; ſed non adhuc ſollemni promulgata ſententia ſupremi Judicis toti mundo, relegati ſunt in tenebras exteriores; ubi eos ſempiternus manet luctus: ut Tirinus advertit in 2. Petri cap. 2. ℣. 4. Quo ſenſu de diabolo ejuſque angelis Rupertus ſcribit: *Futurum eſt autem*, *ut in infernum inferiorem*, *videntibus cunctis*, *præcipitetur in ignem æternum :* ſicut Matthæi cap. 25. legitur: *Ite in ignem æternum*, *qui paratus eſt diabolo*, *& angelis ejus*. Verum hanc evangelicam veritatem iniquiſſimi judices nolebant intelligere; exſpectabantque potius tum videre deſcendentem ignem de cælo in conſumptionem idolorum ſuorum; ut dictis crederent Sancti Levitæ; quoniam de præſentibus, ſenſui notis, tantummodo judicabant. Unde Martyri opus fuit ad præſens ſe convertere, experimentum, quod negare impii neutiquam poterant: atque ita commutavit craticulam ſupplicii in cathedram Magiſtri docentis, ac ſuos auditores indociles increpantis. Alterum ergo ab altero confirmans, dixit: *O veſtram inſaniam! Infelices*, *non cognoſcitis veſtros carbones mihi non ardorem*, *ſed refrigerium afferre?* Ita Surius num. XXI.

Certe

19. Certe hoc loci tranquillus Athleta de ſua egit tum præſenti temporali quiete, orta ex ſpiritali conſcientiæ victricis refrigerio. De qua etiam Fulgentius (vel quicunque fuerit ex vetuſtis Patribus auctor ſermonis: *Qui beati*) loquens, ait: *Imponitur itaque in refrigeroſum lectulum Craticulæ flammantis*. Similiter Auguſtinus ſerm. *Cum omnes* ſcribit: *Frigidum eſt illi omne, quod patitur*. Hæc enim per hypallagen dicta ſunt. Nam refrigerium victricis conſcientiæ, oriens ex ſuperatis craticulæ, ac ignis ardoribus, admirabilem illam, tanto Viro dignam, quietem pariebat; ad quam intuendam ſuos carnifices provocabat. Quos merito dixit inſania laboraotes: quia quum viderent eum ſumma quiete in camino ardenti cubantem, perinde ac ſi jaceret extenſus in molli ſubſrigidaque culcitra; adhuc tamen meote capti, Divinum in ipſo beneficium non agnoſcebant; ſine quo oihil hujuſmodi poterat evenire. Ideo experimentum hujuſmodi contemnentes, quod toti mundo vel auditum, profuturum erat ad credendas fidei veritates; reſervatam indicabat impiis gehennæ pœnam, quod obſcurato inſipienti corde io ſua permanerent veſania. Quia nimirum completum erat in eis illud Job cap. 38. ℣. 5. *Auferetur ab impiis lux ſua:* Unde nec deſiſtebant a coctorum officio, ut exuſtum Martyris vexarent corpus qua furcis ferreis, qua inſufflatis prunis, qua lignis rogo additis. Id autem faciebanr, ſi forte vel unum ſuſpirum ex illius pectore, vel unam ex ejus oculis lacrymam elicere poſſent; at omnia tentamina incaſſum abibant. Quocirca Vir conſcius cæleſtium ſacramentorum, intelligens eos omni lumine derelictos, Deumque ab illis omnino ſubtractum, nec quicquam eis profuturum, etiam ſi de cælo Angelus, viſibili amictus forma, comparens, reprehenderet eos, iiſq; Dei regnum evangelizaret; ſuprema illos confuſione ſuffuodere deliberavit modo ſequenti.

20. Poſtremum iſtud in converſatione cum deſperatis hominibus Laurentianæ virtutis opus, pie lector, attende; huic enim ſimile non eſt alterum facinus invenire. Humanam ſiquidem adeo videtur mentem exſuperare, ut niſi comprobatum iret auctoritate Prudentii, Ambroſii; Auguſtini, Maximi, Petri Chryſologi, aliorumque Sanctorum Patrum, ſupra hominum eſſet fidem. Erat jam unum corporis latus non modo affatum, ſed exuſtum, diutino in illud agente igne; laterali nam ſitu Martyr, pro ut in craticula reclinatus, & exteoſus a carnificibus fuerat, nullo a ſe motu edito, quiete jacebat. Intendebant furcis milites in compreſſionem ſacri corporis, nec quicquam de illo revolvando in partem alteram cogitabant, ita diſponente Deo, ut Fortis ejus, adhuc miraculo ſupervivens, ultimum ſuæ virtutis argumentum daret; barbarumque Cæſarem cum ſuis adminiſtris completa irriſione confunderet. Nam juxta Prudentium Stroph. 101. *Crematam*, ad tyrannum Heros ait, *partem corporis converte*. Nimirum, qui tanta excogitaſti, ut me variis, ſummiſque torqueres modis, quare nunc tuis in conſiliis deficis, oeſcieos, quid aliud addas ſupplicii? En pars una, remotior ab igne, tormenti capax adhuc eſt, ſenſu haud penitus deſtituta; altera vero, ſatis exuſta, ſenſum, in quo pati poſſit, amiſit; quid ergo moraris ad me ulterius torquendum? optimam efferatus princeps ratus eam eſſe occaſionem denuo vexandi Chriſti Archimilitem indeſatigabilem; nec præſentiens, quid inde ſibi ludibrii immineret, ſtatim Satellibus imperat, ut aduſtum invertant corpus in dorſum, ejus ut renes exuraotur, juxta laudatum Sanctum Ambroſium num. 16. Tum Levita beatus, more jam ſuo oihil id peoſi habens, blanda, feſtivaque facie tyrannum intuitus, ludibundus ait: *Rex manduca, jam coctum eſt*. Uti ſcribit Max. Taurin. hom. 4. Additque Eccleſia in ejus ore hæc, quæ ſequuntur, verba: *Nam facultates Eccleſiæ, quas requiris, in cæleſtes theſauros manus pauperum deportaverunt*. Et jure quidem optimo; etenim quid aliud fuit offerre Cæſari, auri, & ſanguinis exactori, exuſtum latus ad manducandum; niſi eidem dicere: Qui nec Chriſti fidem, neque aurum a me auferre potuiſti; ne ſicut crumenis, maoibuſque vacuis, ita vacuo etiam ventre hinc jejunus abſcedas, feſſus viribus poſt longum initium mecum certamen; alvi ſaltem iram his dapibus aſſatorum artuum placare feſtina; nihil quum præter has epulas tibi ſperandum ſuperſit.

21. Facile ſibi quiſque effingere poteſt, quomodo rex crudeliſſimus emarcuerit ad hujuſmodi devoratum ludibrium, ſibi inopinate miniſtratum. Ignorabat nefarius princeps, de illo, quem torquebat, Heroe implendum foret Prophetæ Habacuc teſtimonium cap. 1. ℣. 10., *Tyranni ridiculi ejus erunt:* ſive, ut verunt Septuagiota, *Tyranni ludibria ejus erunt:* Unde purpuratus Ugo inquit: *in deriſum, & deſpectum eos habebit:* Pulchre Tirinus. *Erunt illi riſui habebit illos ludibrio, faciet eos moriones ſuos* (ideſt quaſi ſtultos, ac ſanniones excipiet) *vel ſcabella pedum ſuorum:* Quocirca Gregorius Magnus in ſuo Reſponſoriali ſic Deum Laurentio loquentem adducit ſub 1. Noct. off. *Si tranſieris per ignem, flamma non nocebit tibi, & odor ignis non erit in te. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* Hæc inquam abſcondita erant ab avari, ſceleſtique Cæſaris oculis, ideo pro nihilo duxit hunc admirabilem adoriri hominem, cujus animus cæli amplitudinem ſuperabat, in quo Deus erexerat thro-

Digitized by Google

thronum gloriæ ſuæ. Blandiebatur enim ſibi vir ſceleſtiſſimus, ſi non primis, poſtremis ſaltem eum tandem ceſſurum ſore ſuppliciis, etiam ſi vel caro Martyris ænea eſſet. Digna propterea tyranno pœna fuit ſuam ob dementiſſimam temeritatem, ſicut initio, ita in progreſſu, & in fine certaminis tot ſalibus, totque facetiis ab inexpugnabili Chriſti Milite turpiter excipi, ac egregie ſubſannari. Haud aliter quam infans abſque nervis dignus baberetur omni ludibrio, ſi robuſto cum gigante temere manus conſerere voluiſſet. Hanc ultimam ab iniquo principe deriſionem ebibitam, quam ei Laurentius propinavit, conſiderans Maximus Taurinenſis hom. cit., exclamat, dicens: *Quam quæſo, crudeliſſimus tortor pudore confuſus eſt, cum inter ſupplicia conſtituti baminis, non ſolum nulla banoraſus eſt prece, ſed carreptione inſultantis eſt increpatus? Et quanto eum Laurentius ludibrio deputavit, ut cum ſibi eſcam opimæ ſubtraxerat prædæ, cibum aduſti ſui corporis exbibuerit ... Perſequentis inſaniam triumpbali voce damnavit:* Ea nimirum voce, qua dixit: *Rex manduca*.

22. Porro quicunque attendit inferiori Martyris ſubſtantiæ, ardoribus ſubjectæ ignis, mitari non deſinet, quomodo fieri potuit, ut immortalis Chriſti Archipugil inverti petierit ſuper partem alteram minus aduſtam, quo ludum faceret conſternato Cæſari? Qui enim delectus (dicet aliquis) ulterioris uſtionis proprii corporis ad exprimendam facetiam, irridendi gratia inhumani principis feritatem? Verumtamen in conſiderandis inclyti hujus Martyris geſtis aliud eſt humi repere, ſenſibilibus dumtaxat hærendo; aliud ad ea, quæ ſenſum exſuperant, aciem mentis erigere. Inverſionem corporis ſui in igneo illo ſtrato Sanctus Levita petiit, utique ut inhumanum ludificaret tyrannum; ſed non heic ſiſtebat ipſius perentis intentio. Ludum facere ſtuduit, non propter ludum; ſed ut per iſtum collinearet ad metam, quam ſibi Dei ſpiritus proponebat: qualis erar, ſe paratum oſtendere ad majora pro Chriſto ſuſtinenda tormenta præ iis, quæ illi tortor intulerat, ſi poſſibilia forent, neque inter tormenta ultimum eſſet ignis ſupplicium. Quocirca deficiente illo crudelitatis monſtro in exercitiis experientiæ virtutis ejus, opus fuit, ut ipſe vexatus Martyr ulteriorem carnifici ſuggeretet vexandi modum per ſui corporis inverſionem ſuper caminum ignis ardentis; ut ſic reiterato vehementia majori ludibrio, arreptus a dæmone princeps tandem aliquando manifeſte cognoſceret ingratiis ſuis, plus potuiſſe Laurentium libenter pati, quam ipſe valuerit in eum ſæviter agere, ac debacchari. Et quanquam nullo modo pepercerit ferro & igni; Martyris tamen ſpiritum ne minimum quidem, poſſibile fuit, ut læderet, tantum abeſt, ut eum ſubjugando contriſtaret.

23. Poſſibile, diximus, neutiquam fuit, ut Martyris pars ſuperiot aut læderetur, aut contriſtaretur, Beati Maximi fulti auctoritate; dum is hom. 2. non ſolum docet, illæſam permanſiſſe reapſe ejus conſcientiæ puritatem, ſed etiam, quod nec poterat mentis ejus conſtantia labefactari; quum de inſuperabili hoc Viro ſcribit: *Quem ſuarum confortabat multitudo virtutum, nan poterat vincere multitudo pœnarum*. Id ipſum confirmat hom. 3. dicens: *Fortiſſimum Martyrem incumbentium tormenta pœnarum, & ſæviſſimi perſequutoris ſuperare flamma* non *potuit, quia longe ardentius veritatis radiis mens ejus accenſa fervebat*. Haud aliter S. Leo Magnus ſcripſit: *Superari caritas Cbriſti flamma non potuit*. Neque enim fieri poterat, ut Martyr tyranno, ſuiſque ignibus inſultaret, niſi tanto gratiæ dono ſe a Deo communitum intellexiſſet, quo certior factus eſſet, nullo excogitabili cruciatu animum ſuum lædendum fore, an nec regis voluntati ceſſurum. Unde conjicimus, eum, ſancto illoſtrante Spiritu, cognoviſſe, quod de ſe ſcriptum fuerit in Iſaiæ vaticiis, cap. 43. ℣. 2. nempe ubi legimus: *Cum ambulaveris in igne, non cambureris, & flamma non ardebit in te:* Nam quod propheticus iſte ſermo revera de ipſo ſcriptus erat, teſtis eſt idem Maximus Taurinenſis Antiſtes cit. homil. 3. illam ſententiam proferens, aureis dignam conſcribi characteribus: *De boc validiſſimo Cbriſti milite illud credendum eſt dictum, quod ante multa annorum millia prænunciatum eſt per Propbetam, dicentem: Et ſi tranſeas per ignem, flamma te non combures*. Et quia Levita ſapiens optime noverat, Deum in ſermonibus ſuis non poſſe fallere, neque falli; conſectarium fuit, verbo intellecto, quod ad ſe pertinebat, præviderit ſe nullatenus poſſe lædi, vel ſuperari in ſpiritu ab illis ignibus, quos perſequutor accenderat. Ideo ardentis ipſius camini horribiles riſit ignis globulos, riſit & coquos ſatanæ, fruſtra in multo igne laborantes, ac deſudantes. Huic noſtræ piæ ſuaſioni favere videtur Eccleſia, quæ in ſacris officiis diei x. Auguſti repræſentat, quod veriſimiliter geſtum a Domino cum Levita Laurentio arbitramur, quum per hypotypoſim inquit: *Puer meur, noli timere, quia ego tecum ſum, dicit Dominus; ſi tranſieris per ignem, flamma non nocebit tibi, & adar ignis non erit in te*.

24. Sapienter interim Ugo in Myſt. Comment. ſuper laudata Iſaiæ verba: *In igne non combureris:* ait: *De B. Laurentio ad literam verum eſt: quoniam in igne, non fuit combuſtus in anima, licet ſit combuſtus in corpore*. Addimus tamen nos: Quinimmo oportuit in cor-

corpore combūri Laurentium, ut altius reluceret, quod in anima comburi non poterat; & non tantum, quod in Spiritu non ſit combuſtus. Hac enim de cauſſa Sanctus ipſe ad exſecrabilem regem ait: *verte*: ideſt, reliquum exure corporis; ſi plenum vis experimentum capere, quod meum Spiritum ignis tuus lædere, ſeu depravare non poteſt. Sic expertus eſt barbarus, quum ſuis ingratiis coactus eſt vocem ridentis poſt actam inverſionem corporis audire: *Manduca*. Qua vel unica voce Martyr excelſus evidenter oſtendit, ac confirmavit interiorem cordis hilaritatem, ſibi partam ab incontaminabili ſuo inter flammas ſpiritu; quantumlibet per novam illam membrorum converſionem in igne caro ejus ſuperadditis atrocibus torqueretur doloribus: tam longe fuit, ut per ea tormenta pars ſuperior potuerit maculari. Adſpexit etiam in hoc vatis Iſaiæ teſtimonium Venerabilis Tuiti Abbas, quum lib. *6*. de Victoria Verbi Dei cap. 12. affirmanter ait: *Ubi Martyr inſignis Laurentius aſſatus fuit ... Filius Dei glorioſius in eo triumphavit, quam ſi excuſſiſſet carbones, & ignitam ejus craticulam quaſi ventum roris flantem feciſſet. Tranſivit per ignem & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo non fuit, quia fides læſa non eſt, imo ſicut aurum per ignem probata eſt*: Illæſum porro ipſum Martyrem prædicans lib. 1. de Fort. vi. de Op. Sp. S. c. 17. ita eum probatum commendat *quaſi aurum, quod per ignem tranſit*, ut etiam addat, igne noceri nec potuit, quum inquit: *Fortior morte non potuit ignibus exſuperari*.

25. Deflectunt autem ab hiſtorica veritate, ſi qui narrant, in ſignificata corporis Martyris inverſione revolutum illud fuiſſe ex uno in alterum latus, ita quod, quum prius cubaret ſuper ſiniſtrum v. g. latus, converſum poſtea fuerit ſuper dexterum. Id enim fieri nunquam potuit. Quandoquidem certum eſt, Martyrem catenis ferreis ab initio ſuæ combuſtionis corporeæ adſtrictum fuiſſe craticulæ ex uno tantum latere; quantum ſatis erat, ne de camino, quum iſtud candeſceret, reſiliret. Prunis vero ſuccenſis, admotiſque ſubter craticulam, non ſolus Martyr pedetentim inflammatus fuit; ſed etiam ejuſdem cratis, & catenarum ferrum; quocirca tortores candentium iſtarum nexus contrectare, ac ſolvere nullo modo valebant; ut ſoluto uno corporis latere ſuper quod Martyr quieſcebat, ſuper alterum convertere poſſent. Hinc ſolum legimus, furcis uſi fuerint ferreis ad ſacri corporis compreſſionem. Igitur poſt diuturnam ejus uſtionem, quum Sanctus inquit: *Verte*: non aliud egerunt carnifices, niſi quod furcis iiſdem ferreis eum, ſuper latus cubantem, ſupinum revolverunt: quemadmodum Ambroſius, juxta Maurinos Patres, ſermone, qui incipit *Beatiſſimi*, expreſſe docet: *Iterum ergo Beatus Laurentius in dorſum ſupinus vertitur, & renes ejus ignibus exuruntur*. Ex quibus intelligere poſſumus admirabilem ejus in illo igneo lectulo quietem, quam, a nobis ſupra citatus, Petrus Chryſologus celebrat. Ut enim eum carnifices in craticula extenderunt laterali corporis ſitu, ita remanſit, nullo edito membrorum motu, ſive uſtionis initio, ſive in progreſſu, perinde ac ſi in florido cubaret refrigerante lectulo; quantumvis lentus ignis atrociter ejus exaſperaret ſenſum; cujus naturalis fuga aliqualem ſaltem ſitus immutationem in eo efficere debuiſſet. Sed ceſſit naturæ lex miraculo divinæ virtutis; quo factum eſt, ut Martyr ſentiret quidem ardorem ignium, & nihilominus inter ſævientes flammas immobilis permaneret, haud aliter quam ſi ſenſu careret; vel in apto quetis ſtrato decumberet, feſſis ut daret otium membris, diuturnos poſt exantlatos labores. Tale fortitudinis ſpectaculum inhumanis tortoribus ſe conſpicandum exhibuit, priuſquam verteretur ſupinus; tale virtutis miraculum ſe præbere non deſtitit, quum ſupinatus, renes ignibus obtulit exurendos: novum hunc præſertim amans ſitum, quo proxime iturus ad aſtra, deſineret terram aſpicere, ac cælum commode vel eminus intueri valeret.

26. Sanctus Vincentius Ferrerius decem enumerans tormenta Martyris, poſtremo, inquit, loco, prunis accenſis lictores ſalem injeciſſe, dicens: *Decimum tormentum fuit de ſale in igne poſito*. Nimirum ut fervore ſeſe diſrumpens, atque reſiliens, noviſſimis Sancti Levitæ corpus plagis afficeret. Veneramur quidem Auctorem, ſed id revera in noſtri Martyris paſſione actum fuerit, neque apud Patres veteres, neque apud recentiores hiſtoricos invenire potuimus. Et hoc quidem argumentum in ſolo Scriptorum fundatum ſilentio, minus ad aſſentiendum Ferrerio me retardaret: illud mihi fortius moram affert, quod erudiiſſimus Summus Pontifex Innocentius III. Serm. de S. Laur., ubi denarium tormentorum ejus numerum pariter refert, nullum omnino de ſale verbum habet; quod certe tacere nullatenus debuiſſet. Neſcio quei fieri potuit, ut perdoctum hunc virum lateret, quod S. Vincentium non latuit, qui duobus, & amplius ſæculis poſt Innocentium floruit. Dicendum iccirco videtur, aut poſterior ille Scriptor ab auctore minus fide digno factum iſtud hauſerit; aut per divinam revelationem acceperit, quod probatos hiſtoricos fugerit; vel ex actis exciderit; vir cum fuerit Vincentius ſanctitate conſpicuos, nobis imponere neſcius. Ceterum uno, vel altero modo res evenerit,

quum

Digitized by Google

quum ignoremus; conſultius duco, ſilendum eſſe, potius quam ejus improbandam auctoritatem; licet in nonnullis conſtet, candore animi ſui excepiſſe tanquam vera, quæ poſtea detecta ſunt ſubleſtæ fidei. Sed aliud eſt, loqui de iis, adverſus quæ reclamant graves Scriptores, certis ducti monumentis; aliud geſta damnare ob merum eorundem ſilentium: ideo rem hanc in medio linquimus.

27. Sciſcitabitur tamen aliquis, quonam modo Innocentius cum Ferrerio conveniat in tormentorum, quæ paſſus eſt Martyr, decade; dum non connumerat in iis cruciatum ſalis? Huic reſpondemus: Pontificem diſtinxiſſe pœnam catenarum, quibus fuit Sanctus conſtrictus, ab altera carceris, in qoo clauſus eſt; quas Vincentius non diſtinxit; propterea in denario ſuppliciorum ejus deſignato numero non diſcreparunt. Verum ex enarratis hactenus a nobis paſſionis ejus actis, tormentorum Decas ita diſtinguenda cenſetur per ipſius inſtrumenta martyrii. Horum primum fuit catenarum. 2. ſcorpionum. 3. fuſtium. 4. laminarum ardentium. 5. plumbatarum. *6.* equulei. *7.* ſaxorum. 8. craticulæ. *9.* carbonum flammantium. 10. ferreorum bidentium, vel tridentium, queis Sacrum ejus Corpus compreſſum, & inverſum fuit ſuper igneum caminum. Octavo repoſuimus loco tormentum craticulæ uti diſtinctum ab altero carbonum ardentium. Quanquam enim Patres per ſchema rhetoricum (quod *congeries* vocatur) dixerint, S. Laurentium ſuper ignitam cratem fuiſſe diſtentum; ſummatim factum narrantes, hiſtoriæ ordine minime ſervato (qua figura eſt etiam uſus Prudentius, quum ſtropha 89. cecinit: *Conſcende conſtratum rogum*) tamen acta Bedæ, Adonis, Surii, Antonii Nebriſſenſis, Graſii, & aliorum aperte habent, Sanctum fuiſſe prius in frigida ſeveris nexibus ferrearum catenarum vinctum craticula, puta, a brachio, & tibia, ac deinde ſubjectis accenſis prunis, eum barbari paullatim aſſare ceperunt: neque exiguum fuit, etiam in ſe inſpectum ſeorſim a flamma, tormentum illud delicati, vulneratique corporis, ſuper caminum ferreum crudeliter diſtenti, ac vincti. Demum advertas, velim: Ex hoc denario tormentorum numero habuiſſe ortum in pluribus Chriſti fidelibus illum cultum, quo Dominicalium orationum ac Angelicarum ſalutationum Decade quotidie Sanctus ab addictis ſibi ſervulis honoratur: ſicut in præfatione iſtius operis ad Lectorem notavimus.

28. Quod vero ibi addidimus: cultores id genus eas denarias recitando preces, canant illi velut in myſterio ad ſonum Pſalterii decem chordarum: proprium eſt hoc loci expendere aſſertionis hujuſmodi ſacramentum, nuper jam commemoratis decem Sancti Laurentii generibus tormentorum. Per hæc enim, quæ pertulit, tropologice Martyr ipſe reſonuit in conſpectu Altiſſimi, quaſi animatum ſelectiſſimumque decachordum Pſalterium. Unde fit, ut dena eadem tormenta in ipſius laudem recolentes ſervuli, ſalibus canoris vocibus admirabili eidem ſonoro quodammodo conſonent Inſtrumento. Pſalterium itaque harmonicis in organis, ut ad Caſſianum epiſtola cap. 4. Hieronymus ſcribit, triangulari gaudet forma, cui religatis decem diſtentis chordis, ut directis tangitur pulſibus, ſuavem reddit inter cetera muſica organa, & ultra modum dulciſſimam harmoniam. Advertit autem Gregorius magnus ſuper pſal. 7. & 1. Reg. 10., quod ad ejuſmodi ſonum edendum opus ſit, ut inſtrumentum pulſetur inferius; ſic enim in ſuperiori reſonat parte. Inde ſanctus idem Doctor exponit, in triangulo deſignari Sanctæ Trinitatis fidem: in decem vero chordis decem intellectum iri præcepta Decalogi, quæ ſimul ſpiritale componunt decachordum Pſalterium, quod pulſatum inferne per afflictationem carnis; ſuperne in anima dulce refert Deo ſonum laudis. Non longe hinc eſt Auguſtinus in pſalmum 32., ubi legit illud Davidis: *In pſalterio decem chordarum pſallite illi*. Admonet enim unumquamque noſtrum, quum præfatum audimus verbum, dicens: *Nemo convertat cor ad organa theatrica: Quod ei jubetur, in ſe habes: ſicut alibi dicitur: In me ſunt Deus, vota tua; quæ reddam laudationes tibi*. Sed hoc, quod commune intelligitur juſtis hominibus, in Beato Laurentio ſingulare diſcernitur; qui, ne fidem Trinitatis, Divinamque legem ejuraret, velut in decem chordis denis percuſſus ictibus, ſecundum increatæ ſapientiæ permiſſionem (diſponentis *omnia in menſura, & numero, & pondere*) quaſi decachordum divinum Pſalterium, dum quateretur inferne, ſuaviſſimum edidit ſuperne ſonum gratiarum actionis & laudis Deo, ſtupentibus vel ipſis barbaris; ita ut miro quodam, & inuſitato modo inſonans in Chriſti, univerſæque Curiæ Cæleſtis auribus, cunctos lætificaverit beatos Spiritus. Quocirca jure merito de hoc myſtico decem chordarum Inſtrumento videtur loquutus Dominus olim per os David, quum ait pſalmo 56. *Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium*. Nimirum, veluti ad Laurentium fecerit verba iſta, de quo per Iſaiam ait: *In gloriam meam creavi eum*. Quandoquidem eodem loci, cap. 43. ad ipſum dixerat præviſum in ſpiritu: *Quum ambulaveris in igne non combureris*. Unde iſte (quem flamma nocitura non erat) in ſpiritu reſpondit ſimiliter: *Exſurgam diluculo*: ideſt, exſurgam pri-

mus omnium pulſatorum Martyrum excellentia paſſionis; & reſonabo tibi, præcipuum velut decem chordarum pſalterium in oblectationem Divinæ Majeſtatis tuæ, amantiſſime Domine Jeſu Chriſte, Rex meus, & Deus meus, ut exalteris amplius atque amplius ſuper cælos; & dilatetur ſuper omnem terram gloria tua.

CAPUT V.

Orat Deum pro Urbis converſione, quam per Conſtantinum Imperatorem plene ſequuturam prophetizat. Quare hiſtoricorum acta cum Sanctæ Birgittæ revelatione ſuper poſtrema B. Martyris verba minime conſonare videntur? Eorundem conciliatio exhibetur: ſimul & expenditur ejus in Cælum tranſitus. imperator Valerianus cum Urbis præfecto, & militibus confuſus e martyrii loco diſcedit. Martyris corpus in craticula relictum, ſepulturæ traditur. Horribiles nocturnæ voces Romæ audiuntur: quidque indicaverint. Pro Martyris nece Valerianus turpiſſimas luit pœnas. Romanum interea ſcinditur Imperium. Chriſtiana Religio futuræ tum ſtabilis tranquillitatis ſpecimen prægustat. Firma Eccleſiæ pax num præcipue tribuenda ſit Laurentii martyrio: & an merito P. Fabrius prædicet, Martyrem noſtrum cunctas hæreſes enervare ac diſperdere ab univerſa Chriſti Eccleſia.

SPretis igitur, ac deriſis omnibus tortorum ſuorum cooatibus ultima illa (quam expendimus) emiſſa triumphali voce, quum inquit: *Rex manduca*; iiſque in ſua obſtinatione relictis viris ſanguinum (quorum cooſcientia denigrata erat ſuper carbones, quos miniſtraverant) manens invictiſſimus Heros ſupinus dum renes ejus pigris ignibus exurerentur; lumina tandem in altum ſuſtulit; ſupremum cælo daturus ſpiritum, teſte Prudentio ſtrophe centeſima tertia. Tum congemiſcens ethnicæ Urbis deplorabilem ignorantiam, orare cepit pro illius ad Deum vivum, & verum converſione, qua tandem aliquaodo Romanus Populus vanum idolorum cultum deponeret. Orationem autem iſtam quanto mentis ardore, quanta ſupplicantis ſpiritus efficacia perſolverit, donec afflatu prophetico ſequuturum deprecationis ſuæ fructum definito tempore prænuntiavit, quis unquam ea, qua par eſt, ſollertia enarrare ſufficiet? Citatus idem Sanctus Vates pro religioſo anioii ſui voto eam exponere conatus eſt, juxta poeticam, qua pollebat, artem, atque acumen ingenii ſui. Nec dubitamus in rei ſubſtantia, quam nuper tetigimus, vera dixiſſe. At quod ornatus carminis gratia, ſtilique poetiei a proſaico diverſitate, in multis compulſus fuerit a ſolutæ orationis ſinceritate diſcedere, nemo eruditorum ignorabit. Credet v. g. horum aliquis, oraſſe Martyrem ad expulſionem dæmonum e delubris gentium: Credet, imprecatum fuiſſe ruinam, & contritionem idolorum. Sed quis perſuaſum ſibi faciet, ſublimem illam Sancti Levitæ mentem a terrenis ſemper avulſam cogitationibus, mundique vanitatibus, voluiſſe in extrema mortalis vitæ periodo agere de Quirinalibus togis, de Remo, Romulo, & Numa, de Jano, Saturno, & Sterculo, de Phrigum pœnatibus, de Jove adultero, de Sororis ſtupro, deque aliis id geous eruditionibus? Audi, quid de hac oratione, Martyris nomine a Prudentio elaborata, cl. Pereſius ſentiat in ſuo vindiciarum pro Hiſpanis opuſculo part.2. cap.vi. pag.26. & 27. *Liceat*, inquit, *mihi Laurentii deprecationem, qualis in hymno habetur, cum ea, quam Levita Sanctiſſimus Chriſto Martyrum Regi inter flammarum turbines obtulit, paullisper conferre: Quam ſcilicet primævæ illius, & ut ita dicamus, archetypæ orationis ſtilus præ poſterioris hujus exempli, ceteroquin elegantiſſimi, ſublimior, efficacior, ac penetrabilior eſſet! Quam præ Laurentio Prudentii eloquium infans, ſermo rudis, indiſerta facundia! Quos Sanctiſſimus Levita gemitus, quæ inter flammas ſuſpiria, quos demum, nutantibus jam morte oculis, ſupernæ hauriendæ luci conjectus cælo non infigeret! Succumberet plane Attica Romana facundia, vel ſi adumbrando invictiſſimi Martyris ignito vero eloquio, collatis viribus conjuraret*. Quæ cum ita ſint, ſatis egiſſe arbitramur, ea tantum referendo, quæ ad ſubſtantiam laudatæ orationis pertinent una cum prænuntiata Eccleſiæ pace, quæ tum futura erat ſub Imperio Conſtantini ſequuturn; dum nullum habemus ex antiquis monumentis ipſius proſaicæ deprecationis exemplum, parnaſſi floribus expers, puritatique ſermonis Levitici conforme.

2. Nullum, dicebam hactenus exemplum laudatæ orationis, agendo de ipſius eloquii integritate. Ceterum penes Sacros Hiſtoricos fragmen-

menta quædam verborum ejus, quæ ante ſpiritus emiſſionem pronuntiavit, literis conſignata leguntur. Nam Ado in Martyrologio habet: *Gratias igitur agens, & glorificans Deum, dixit: Gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui. Et emiſit ſpiritum*. Adoni circa prolata Martyris verba conſonat Reſponſoriale Gregorianum; & uſque hodie illa retinet in divinis officiis Romana Eccleſia; haud aliter ſcribit Surius. Sed quia horum nemo verbum addit *ſtatim emiſit ſpiritum*. Videtur, locus fieri poſſit Graſio, Carthuſienſis Ordinis Scriptori, qui, ut alibi diximus, teſtatur, Acta Sanctorum, quæ exaravit, ex ſelectiſſimis ac probatiſſimis orthodoxis Patribus per ſe, ſuoſque venerabiles fratres accepiſſe. Ait enim vel conciſo, Martyrem ſic loquutum fuiſſe: *jam video, quod diu ardentiſſime deſideravi*, ſubditque: *Hæc clariſſima voce pronuncians, invictum ſpiritum per manus Angelorum in cæleſtes manſiones deportandum emiſit*. Neque obſtat, quod Prudentius inquit, nimirum edita prophetia de futura tum erectione templorum chriſtiaoo ritu ſub Conſtantini regno, finem Martyr in hoc mundo vivendi fecerit, dicens ſtroph. 123.

Hic finis orandi fuit,
Finis & idem vinculi
Carnalis &c.

Non; inquam obſtat. Nam quemadmodum reticuit illa Martyris verba: *Gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui*: ita potuit hæc alia tacere: *Video, quod diu ardentiſſime deſideravi*. Licet unum & alterum orationis Colon poſt latam prophetiam ſubtextum intelligi queat, uti advertimus lib. 1. cap. 1. num. 17. ubi Sanctus Vates ſub unico judicii actu non intermiſſo totam Beatiſſimi Levitæ paſſionem expoſuit, quaſi ſolo igne fuerit abſoluta; quanquam non dubium ſit, multiplicem inſtitutam fuiſſe interruptis actibus ſeſſionem; multiplicem & inflictam illi plagam ante ignis tormentum; ut ſupra vidimus. Unde non aliter ſalvari poteſt irreprehenſum carmen ejus, niſi dicendo, quod uſus fuerit figura, quæ appellatur *fictionis*, etiam ab oratoribus uſitata in ſacris concionibus, licet vir ſanctus magno id egerit moderamine, fabulis, quibus ſtuduerunt Virgilius, Propertius, Ovidius, aliique profani auctores, prorſus excluſis. Haud ſecus apparet, ſentiendum ſit, quum ab eodem explicata orationis Laurentianæ parte, quaſi totum eloquium complexus fuerit, adjecit: *Huic finis loquendi fuit*. Idque ſentire cogimur, ne damnentur erroris complures alii ſacri ſcriptores etiam ſanctitate præclari una cum vetuſtis, ac recentioribus Romanæ Eccleſiæ libris.

3. Reliquum eſt, non omittamus, quæ peculiari revelatione didicit Sancta Birgitta ad Sanctiſſimi Martyris pretioſum tranſitum pertinentia. Licet enim pugnare videantur cum vulgatis ejus actis; reipſa tamen, ut infra demonſtrabimus, nihil contradictionis involvunt. Lubeique interim non mortalium, ſed immortalis Reginæ Cælorum verbis expoſitam hactenus vitam concludere ſingularis hujus Chriſtianæ religionis Herois, cujus beatum finem ita reperimus deſcriptum lib. 2. Revel. cap. 26. *Maria* (inquit Birgitta) *loquebatur: Quum iſte Sanctus Laurentius* (coram enim is aderat in viſione) *ſuper prunas extenderetur, & adeps liquidus in ignem decurreret, & omnia membra ignis inflammaret, reſpexit oculis in Cælum, dicens: Benedictus es tu Deus meus, & Creator meus, Jeſu Chriſte, ego cognoſco, me non bene in diebus meis vixiſſe; cognoſco etiam me in honore tuo modicum feciſſe: ideo, quia miſericordia tua maxima eſt, rogo te, ut facias mecum ſecundum miſericordiam tuam: Et tum iſto verbo anima e corpore ſoluta eſt*. Revelationes autem S. Birgittæ quum ab Eccleſia Romana laodatæ noſcantur, relatis verbis libenter ſubſcribimus; & ſi præcitata S. Laurentii acta nihil horum meminerint. Ducimur enim ad hujuſmodi infirmandum hiſtoricorum ſilentium, quantum ad hæc Martyris poſtrema verba, ratione illa, qua iſtis fidem damus aſſerentibus, Martyrem ante mortem ea, vel ea, quæ ſupra retulimus, dixiſſe verba. Nam apud Patres vetuſtiores, unum ſi excipimus Prudentium, nullus invenitur, qui de ipſius oratione ad Deum habita faciat mentionem, neque propterea detrahere poſſumus auctoritati Eccleſiæ, & Gregorii Magni, teſtantium, oraſſe Martyrem in hunc modum: *Gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui*: Licet neque Prudentius horum verborum quicquam meminerit. Similiter dicimus, ex actorum ſilentio circa Revelationem Birgittæ concludi nec poſſe quippiam contra facti expoſiti veritatem. Opponet forte aliquis: quod Patres antiqui non hiſtoriam paſſionis Martyris ex integro ſcripſerunt, ſed iſtius aliqua, concionatorum more, tetigere; uti nos aliquando ſolvimus adverſariorum inſtantias, ab eorundem Patrum ſilentio, erutas. Diverſa tameo, ſubdunt, habenda eſt ratio, de ſilentio, quod objicitur contra Birgittæ revelationem, penes omnes omnino ſacros hiſtoricos deprehenſo: quorum eſt (niſi compendio acta ſcribant) geſta omnia, quoad fieri poterit, enarrare. Meo tamen aſpectui hæc difficultas leviſſima eſt, atque idoneæ reſponſioni obnoxia.

4. Veneramur equidem plenum hiſtoricorum cætum, nihil habentem in geſtis Martyris de revelatione Birgittæ: & ſuademur, neque in primævis tabulis quid ejuſmodi exaratum fuiſ-

ſe. Sed conſiderandum eſt, ſacros ſcriptores ea narrare potuiſſe de oratione Levitica, quæ voce exteriori, & ſenſibili ad Hippolyti adſtantis aures pervenere, teſte ipſo relatore; non quæ mente Sanctus protulit verbis; uti rem actam credimus, auctoritate revelationis Birgittæ permoti. Minuſque obſtare poterit, quod ajunt, nimirum, enunciatis illis verbis: *Gratias tibi ago*, *Domine*, *quia januas tuas ingredi merui*: vel etiam: *Video Dominum meum, quem diu ardentiſſime deſideravi*, Levita ſanctiſſimus animam efflaverit. Noo, inquam, id officit; quum adhuc reſpoodendi locus eſt; ita viſum fuiſſe Hippolyti oculis, qui certe non adeo proxime adſtare poterat Martyri poſtremo ſuo in agone, uti adſiſtuot v. g. morientis lectulo, qui animam commeodant; experiunturque, admoto naribus lumine, num adhuc ſpiraculum vitæ trahat, qui mortuus videtur. Stratum enim igneum erat, haud facilem prebens acceſſum cuique, approximare illuc volenti. Quid ſi addimus imperatoris, & carnificum præſentiam illi ſpectaculo? Nonne impedimento id erat fideli homini ad explorandam hujuſce rei veritatem? Ita plane: ſatiſque potuit eſſe ſibi ceteriſque adſtaotibus, quod Sanctus Martyr poſt ſenſibilia articulata verba, nullum ediderit viventis hominis motum, adeo ut jam mortuus putaretur: idque Hippolytus Romanis poſtea Notariis, ſive Juſtino Presbytero indicaverit, ut in geſta Martyris referretur; quanquam tum reapſe non emiſerit Spiritum, ſed ecſtaſim paſſus, , omniqne deſtitutus corporis motu, poſteriora, quæ Beatiſſima Virgo Birgittæ revelavit, verba mente protulerit, currente jam quarta noctis vigilia ante primum lucis crepuſculum diei decimæ Auguſti, anni, alibi commemorati, 259. reparatæ ſalutis, quo in Cælum Victor glorioſus aſcendit.

5. Ut vero perfidus rex intellexit Sanctum jam mortuum, ſtatim cum omnibus ſuis operariis iniquitatis inde diſceſſit, confuſione, ac pudore repletus, & quaſi alter Cain, clamante ſaoguine Abel, perculſus timore, non quo impius juſtificatur, ſed quo conſcientia iniqua torquetur, conſilii neſcius, vagus, & profugus, nec ibi in propriis ædibus conſiſtere valens; neque ad Sallnſtianas, redire; neque ad maximum Tiberii palatium pergere; quibus locis ſanguinem Innocentis ſuderat, in alteram Tiberianam domum, *Trajani* appellaram, ſanguine Martyris non pollutam, (quæ *thermæ Cormitis* vulgo nuncupatur, in valle, quæ dividit inter montem Viminalem, & Exquilinum ſita) uoa cum præfecto ſub ipſis noctis tenebris confugit, ſervatus pro ſollemni victima iræ Dei in diem occiſionis, quam illi brevi deſtinabat ad retributionem tam ſacrilegi facinoris: quemadmodum non multo poſt, quid actum de illo fuerit, referemus. Manſit interim in Olympiadis thermis ſolus Hippolytus, titulo fortaſſe obſerandi fores atrii, ſive thermarum; quum haberetur apud infideles, uti unus ex fidis de Cæſaris curia miniſtris; nec ulla de ſua religione adhuc eſſet orta ſuſpicio. Is, ut vidit tortores ſacrilegos retro abiiſſe, relicto Martyris corpore ſuper craticulam; ut ſic, quod reſiduum erat illius exoviarum, penitus ignis abſumeret; confeſtim uno ex batillis arrepto, carbones igneos de ſub craticula procul extraxit, ne ſacrum amplius conſnmerent corpus; ſimnl & ut candeos fertum illius camini, & catenarum, quibus membra vincta erant, deferveſceret per illud temporis ſpatium, quo advocaret ad ſepulturæ officium Juſtinum Presbyterum, in proximo Viminalis collis declivio verſus orientem in cripta Nepotiana latitantem apud vicum Patricium, ſicut in Adonianis legimus actis.

6. At nos, qui multa in eorundem actorum decurſu expendimus notatu digna, æquum maxime cenſemus ſub declarato temporis intervallo, quo beatus Hippolytus ad Juſtinum Sacerdotem abit, ſecum ut illum ducat ad elevandum de craticula Sanctiſſimi Levitæ corpus, juxta Surium, & alios, quippiam etiam dicamus de hoc admirabili Sacrificio myſtico; quod glorioſiſſimo inclyti Viri fine completum audivimus, & quaſi oculis perſpeximus conſummatom. Non quod exiguitatis, & infirmitatis noſtræ admodum conſcii, audere velimus, os noſtrum io Cælum ponere, ideſt, ſingularis bujus, atque ſublimis adeo Martyris gloriam prædicare, omni ævo a Sapientum Republica ſummis laudibus celebratam. Id enim ſi auderemus, profecto non aliud foret, niſi Davidicæ merito ceoſuræ ſubjici. Pſal. 72. ℣. 9. *Poſuerunt in Cælum os ſuum*, *& lingua eorum tranſivit in terra*. Nam quei fieri poteſt, ut laudabiliter ore ſolvamus, quod ne mente quidem concipere idonei ſumus? Cæleſti doctrina imbutum commendat Eccleſia ſanctum Patriarcbam venetum Juſtinianum, *lect. 3. ſecund. noct. off. diei 5. Septembr.* Qui tamen ſuo voleos ſermone Beatiſſimum celebrare Levitam, aſſerere non dubitavit, eſſe mortalium neminem, qui ſatis ſit ad ejus contexendas laudes idoneus; inquiens: *Militis hujus quis ſufficit enarrare præconia?* ſubintelligas, *Nemo*. Longe ante Juſtiniani ætatem auctor ſermonis, *Qui Beati*, a nonnullis definitus *Fulgentius* (qui ſæculo vixit quinto ad annum uſque 29. ſæculi ſexti) hæc ſcripſit: *Quam laudem dicamus Beato Laurentio? Infirmi ſumus, pauperes ſumus: Ipſe eſt columna cæleſtis altaris, contineat linguam noſtram, ut ejus poſſimus laudare coronam*: Omiſſiſque aliis, abunde nobis erit unum audire Auguſtinum ſerm.

Quan-

Quando Natalitia, exclamantem, ac confitentem: *O ſancte Laurenti, candidus in mente, candidus, & corporea veſte, non valeo condigne laudare meritum tuum*. Et ſi id exſequi Auguſtinus non valuit, quis ſe adpromittet ſibi valiturum? Noſtrum ſit ergo conſilium, de tam admirabilis potius, quam prædicabilis Martyris Sacrificio pauca vel breviter, (ne mens deficiat) quoquo, ut fieri poteſt, modo diſſerere, quæ Spiritus Sanctus ad ipſios incomparabilem honorem, & gloriam in una ex multis teſtamenti veteris figuris ſub diſpoſitione nocturni holocauſti obſervata voluit a ſacerdotibus Hebræorum; ut Levitica, de qua agimus, Oblatio perſpicue ad litteram ſignaretur. Blandimur etenim, conſilium hoc noſtrum placiturum Illi, qui olim ſuper cratem extenſus, inſanienti tyranno, ac jubenti, ut ſacrificaret diis ſuis, non aliud reſpondit, quam hoc unum verbum: *Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis, quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus*.

7. Exodi igitur XXVII. ℣. 34. & 5. legimus Moyſi dixiſſe Deum pro altare holocauſtorum: *Facies ignium receptacula craticulamque æneam uſque ad altaris medium*. De oblatione autem veſpertina, quæ ſuper hoc altare facienda erat diebus ſingulis, Levitici VI. ℣. 9. talis præſcriptus erat ritus: *Hæc eſt lex holocauſti: cremabitur in altari tota nocte*. Et ℣. 10. ac 11. additur: *Sacerdos tollet cineres, quos vorans ignis exuſſit . . . & efferetque eos caſtra in loco mundiſſimo*. Deque hoc ipſo holocauſto loquens Deum ad Moyſen cap. 1. ejuſdem libri, ait: *Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam Domino, de bobus, & ovibus offerent victimas, ſi holocauſtum fuerit ejus oblatio de armento, maſculum immaculatum offeret ... adolebitque Sacerdos ſuper altare in ſuavem odorem Domino*. Dicit autem Apoſtolus 1. cor. 9. ℣. 9. *Numquid de bobus cura eſt Deo?* Super quæ Menochius: *Quaſi dicat: Præcipua cura Dei in hac lege non fuit boum, ſed quia altius ſpectavit, videlicet nos, & noſtri ſimiles, qui ſumus boves typici*. Sed præter illud, quod eo loci intendebat Apoſtolus, liceat nobis paullo meotem erigere in ejus, de quo loqui volumus, gloriam. Ipſe ſiquidem Paulus ad Romanos 8. ℣. 36. inquit: *Æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis*. Quam ſeotentiam in laudem Martyrum, qui præſertim ſunt oves Dei typice, mutuatur Eccleſia in eorum officiis. Hi etenim potiſſimum cuſtodiere illud laudati Apoſtoli ad Epheſios cap. 5. ℣. 2. *Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis*. Quid eſt porro, quod Eccleſia teſtimonium nuper adductum Doctoris gentium ad Epheſios, recitandum ſibi quot annis ſervat Dominica tertia in quadrageſima; quum ſtationem ſuam Laurentio Martyri decernit? Jam alibi de hac re Gregorii Magoi, ac Ruperti ſeoſa perpendimus. Unde deducimus, eam eſſe mentem ejoſdem ſanctæ Eccleſiæ, ooſtrum videlicet elebrare Sanctum, tanquam inter beatos Martyres præcipuam hoſtiam, oblationem, & holocauſtum oblatum Dei in odorem ſuaviſſimum: quemadmodum ſingulariter inter eoſdem Martyres Spiritus Sanctus ſub præſcriptis holocauſti nocturni ritibus eum voluit apertiſſime conſignatum; ſive craticulam, ſuper quam cremandum eſſet holocauſtum, attendimus; ſive temporis nocturni, ac diuturnitatis cremationis circumſtantias conſideramus: quamobrem Tirinus ait: *Tota nocte cremabitur, nempe lento igne*: ſive demum qualitatem maſculini ſexus (io qua fortitudo) aut immunitatem a macula (io qua innocentia vitæ relucet) ioluemur. Hi namque characteres ſimul ſumti adeo proprii ſunt Levitæ ſanctiſſimi, ut nihil ſupra optandum ſuperſit, quo comprobatum eat, hunc præcelſum Heroem manifeſtis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis voluerit Divinus paracletus ſpiritus typicis in ſacrificiis quaſi digito præmonſtratum.

8. Eandem Martyris excellentiam, juxta quod refert Prudentius ſupra citatus, novo miraculo Deus voluit confirmatam; quando extenſum in craticula ſacratiſſimum ejus corpus, admotoque igne, nectareum fidelibus ſpiravit odorem ut ii currerent in fragrantiam unguentorum ejus; quemadmodum poſtea rei probavit eventus. Sicque etiam fieri oportebat, ut immaculatus hic Præſul (dicamus, immaculatus hic agnus) in holocauſtum Domioo inceoſus nocte illa, experimeoto eſſet juſtis, quod, ſecundum ſcripturas, Deo redoleret *odorem ſuaviſſimum*: Qualem ergo ſuavitatem myſtici odoris halare potuit coram Deo novum hoc holocauſtum, rationabilis oblatio iſta, ad quam ſuavitatem ſignificandam tam ſuaviter io Sancti hominis Hippolyti naribus fragravit? Æſtimo, quemadmodum ante nos reperimus ſcriptum, illam, vix capere potuit, quæ, *huic admirabili ſpectaculo univerſa curia cæleſtis interfuit*: Ne de præeminentia ejus ſuper odorem irrationabilium oblatorum animalium in lege veteri mentionem faciamus: dum Laurentianum nectar tam longe alterum holocauſti primævi ſuperavit, quam non eminet ſuper terram cælum, & ſuper umbram veritas.

9. Reliquum erat ad figuræ complementum, ut impleretur etiam, quod ſcriptum eſt: *Sacerdos tollet holocauſti cineres, quos vorans ignis exuſſit, efferetque eos extra Caſtra in loco mundiſſimo*. Idque ad litteram præſtitum, fuiſſe conſtat, quum Sacerdos Dei Juſtinus, coadju-

djuvante Hippolyto, *primo*, ut inquit Ado, *lucis crepuſculo* e craticula ſublatum Martyris, corpus extra Urbem in nuvum Cyriacæ intulit cœmeterium in agro verano: atque ut Prototypus in honore typum excederet; Altiſſimi diſpoſitione factum eſt, ut non ſolum ſua novitate locus ille mundiſſimus foret, verum etiam recenti ſanguine Romani Martyris, præcedenti ſero ibidem ſepulti, conſecratus inveniretur. Rem geſtam ſuſius narrant Surii acta, quæ nullatenus ab Adone diſcordant, licet is eam ſummatim deſcripſerit. Habent itaque Suriana ſcripta. *Eadem nocte imperator* cum præfecto *inde abiit ad palatium Tiberianum, relicto corpore Beati Laurentii in craticula: Porro ſummu mane rapuit illud Hippolytus, & e ſuis facultatibus condidit aromatibus, & linteis. Significavitque Juſtino Presbytero, quemadmodum ſuper prunas Beatus Laurentius egiſſet animam. Iidemque Princeps & Præfectus pudeſacti abiiſſent, & magna crudelitate ſanctum corpus in craticula ſuper carbones reliquiſſent. Itaque Juſtinus Preſbyter, & Hippolytus plorantes, & multum triſtes tulerunt corpus ejus, venienteſque in prædium Viduæ Cyriacæ via Tiburtina, cum ſacrum corpus abluiſſent, uſque in veſperam illic depuſuerunt illud in crypta via Tiburtina in eodem Cyriacæ prædio in agro verano* 4. *idus Auguſti*. De corpore autem Romani Martyris, recenti madente ſanguine ob capitis abſciſſiunem, eodemque loci prima noctis vigilia elapſæ diei nonæ Auguſti condito, jam ſupra egimus cap.IV. num.5., Adone ibidem citato.

10. Quod autem dicitur in relata Surii teſtificatiune, ſummo mane Sanctiſſimi Levitæ curpus Hippolytus rapuit, condivitque aromatibus, & ſignificavit Juſtino mortem illius: non ita intelligendum exiſtimamus, quaſi beatus idem Hippolytus ea perſolverit circa curpus Martyris officia pietatis & amoris ſe ſolo, priuſquam nuntiaret Sacerdoti ejuſdem Martyris tranſitum. Quei enim fieri poterat, vetante Principe ſub pæna capitis, ne Martyrum corpora ſepulturæ mandarentur, ut tantum inſumeret temporis, quantum opus erat, nedum ut craticula & vincula ligati corporis deſerveſcerent, poſſetque iſtud ſolvere, ac eripere de ferreo camino; verum etiam ad exportandum idem curpus alio loci in ipſa Urbe, puta, in domum ſuam (quod geſtum aſſeritur ſummo mane ad primum lucis crepuſculum) inſuper & aliud temporis neceſſarium ad emenda veriſimiliter aromata in ſacri corporis unctionem, illudque reipſa odoribus condiret; ac poſtea Juſtinum quæreret; inventum duceret in domum ſuam, tumque, multo ſane jam die, paganis, per Urbem diſcurrentibus, ac tem ſpectantibus, ambo ſuper humeros elevatum corpus transferrent per ejuſdem Urbis viam, donec per Tiburtinam exirent portam, & ad alterum circiter milliare viæ publicæ illud portarent in Cyriacæ prædium? Profecto ultra vectorum diſcrimen, haud parvo periculo pretioſum, quod ferebant, pignus ſuiſſet expoſitum; unde ſic factum nullo modo ſuaderi valemus. Senſus igitur Adonis, & Surii, dicentium, *Rapuit corpus ejus Hippolitus, & cundidit aromatibus*, ſic accipi debet, nimirum veluti ſit propoſitio, rem geſtam ſtricte indicans in ſua ſubſtantia, ut paſſim ſolet fieri narrationis initio; quam deinde ordine debito ſuis cum circumſtantiis explanare ſolemus; quemadmodum uterque Auctur expoſuit, licet magis fuſe Surius præ Adone. Ita quod ſacti exordium capiamus ab illis verbis, quæ idem Surius de Hippolyto habet: *ſignificavit Juſtino Presbyteru &c.*. Uti nos ſupra num. 5. prope finem innuimus, nempe, quod excuſſo ſtatim igne de ſub craticula, ut hæc ſrigeſcerer una cum vinculis, tum ipſe Hippolytus ad Juſtinum ſe contulit, ut Sancti Levitæ mortem nuntiaret. Amboque venientes ad Olympiadis thermas, ſolutis catenis, beatum ſuſtulerunt corpus primo diluculo, ſicut in Reſponſoriali S. Greg. PP. ſnb 1. Noct. 13. Aug. legitur: *Juſtinus & Hippulitus rapuerunt corpus Beati Laurentii*, rectoque tramite, quum hora illa pagani quieſcereot, in Cyriacæ prædium abiere, eoque depoſitu in crypta viæ Tiburtinæ, Juſtinoque Presbytero manente ad illius theſauri cnſtodiam, Hippolytus in Urbem rediit, aromata, & linteamina comparavit; reverſuſque in cœmeterium, corpus Sancti Archidiaconi lavit, & unxit, eodem coadjuvante Juſtino. Veſpere autem ſacto poſuerunt illud in monumentu. Sic Venerabilis Beda, qui floruit ante Adonem 150. ann. ſcripſit: *Mane autem primo adhuc crepuſculo rapuit corpus ejus Hipppolytus, & cundivit cum linteis, & aromatibus cum beatu Juſtino presbytero: jamque veſpertina hura ſepelierunt eum in agro verano*. Graſius autem more ſuo Surium compendio perſtringens, ſcripſit: *Sanctiſſimum illius corpus in craticula relictum Hippolytus ſummo mane rapuit, conditumque aromatibus, in crypta viæ Tiburtinæ in agro verano ſepelivit*. Haud per hæc intelligens uni tantum Hippolyto deſcripta geſta tribuere, ac Juſtinum excludere, quem ſancti corpus dediſſe ſepulcro, maniſeſte conſtat tum ex ipſo Surio, Adone, ac Beda, tum etiam ex Martyrologio Romanæ Eccleſiæ, dicente: *Cujus corpus a beatu Hippulytu, & Juſtino presbytero ſepultum fuit in cœmeterio Cyriacæ in agru verano*. Ita & nun aliter, ſentiendum eſt de ceteris auctoribus, qui raptum corporis, ejuſque unctionem

aro-

aromaticam, ſuppreſſo Juſtini nomine, ſoli perſonæ Hippolyti adſcripſerunt: fortaſſe quia eorundem geſtorum cauſſa præcipua Hippolytus fuit; dum is & Juſtinum monuit, & ex ſuis facultatibus balſamum ac linteamina emit, ut corpus illud Sanctiſſimum honore debito humaretur.

11. Alucinatus eſt porro Du-meſnillus, quum lib. VII. de doctr. & diſcipl. Eccl. nu. 59. ſcripſit: *Senatores, quibus tanti Martyris conſtantia Chriſtum Deum eſſe ſuaſerat, humeris extulere ſanctum corpus*. Motus nimirum auctoritate Prudentii canentis ſtropha 123.

Vexere corpus ſubditis
Cervicibus quidam Patres,
Quos mira libertas viri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.

Unde citatus Doctor conſiderans, Senatores vocari paſſim Patres Patriæ, perſuaſum ſibi fecit, de his loquutum fuiſſe Prudentium, quum ait, *Patres vexere &c.* quaſi non optime poſſit ſanctus Vates intelligi de ipſis Juſtino, & Hippolyto, pro quibus ſtat cum Romana Eccleſia ſacrorum Hiſtoricorum univerſitas. Recte hi *Patres* dicti ſunt, quorum unus Sacerdotali dignitate donatus, curam animarum in Urbe habuit; alter claritate ſanguinis, ſed magis fide conſpicuus, magni Levitæ individuus comes fuit: quique ambo poſt Sanctum Laurentium, quanquam diverſo tempore, martyrii gloria coronari meruerunt. Sanguis etenim Martyrum ſemen in procreationem Chriſtianorum fuit; ideo & horum *Patres* illi appellati ſunt, qui ſanguinem pro Chriſto ſuderunt: De quibus pſalmo 44. dicitur: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii*: verba ſunt iſta Spiritus, Eccleſiam alloquentis. Hac ſalva pro otriſque potiori ratione, quare a Prudentio vocati ſint *patres*; poſſet quis adſertioni nobilitatis Hippolyti Bedam opponere in ſerm. S. Laur. dicentem: *Imperator præpoſito ſuo*, nempe Urbis præfecto, *dixit, ut cuſtodiret eum*. Præfectus autem Sanctum Laurentium *tradidit cuidam villico ſuo, qui cuſtodiebat omnes illos, quos Imperator, vel ſuus Præpoſitus faciebat capere, & ille villicus vocabatur Hippolytus*. Dum autem is a Beda *villicus* nuncupatur; quomodo *eques Romanus* a nobis aſſeritur? Hujuſmodi oppoſitioni reſponſum damus: Apud ſcriptores veteres *villici* nomen commune erat non iis taotum, qui villas excolebant, vel cuſtodiebant; ſed etiam quarumcunque rerum curatoribus, guberoatoribus, & cuſtodibus. Sic Juvenalis ſat. 4. ℣. 77. Urbis Præfectum *villicum* vocat. Tibullus in quodam epigrammate Ærarii Cuſtodem appellat *villicum*, Vid. Facciolatum ſub eodem vocabulo; ut mirum non ſit, ſi Veo. Beda Imperialis carceris cuſtodem *villicum* dixerit; haud in vocabulo iſto *ruſticum* intelligens hominem; ſed publicæ cuſtodiæ Præſidem, ac miniſtrum Cæſareum ſuper univerſos vinctos, uti Venerabilis ipſe Beda ſub adducta ſe explicat auctoritate. Quod certe non vulgaris hominis erat officium, cujus fidei, graviſſimas etiam ob cauſas, a militibus vel Cæſaris, vel Urbis Præfecti nomine capti, committebantur. Magis id pateſcit ex numero familiarium Hippolyti ad viginti & novem (ut idem refert Beda) in ſui obſequium aſcendente; nec non ex actis ejuſdem B. Hippolyti 13. Auguſti apud Surium, qui narrat, Porphyrium militem avaritia ductum, veniſſe ad Irenæum, & hunc incitaſſe ad extrahendum Sanctæ Concordiæ corpus in cloacam præcipitatum; quod putaverit, in ejus veſtibus reconditæ eſſent gemmæ, atque aurum, & argentum domus Hippolyti, cujus fuerat nutrix; quibus addi poſſunt, quæ de familiaritate ejus cum Imperatore in actis S. Laurentii perſpecta ſunt; item & Cæſaris verba ſub torſionibus ad eundem Hippolytum facta: *Memor eſto dignitatis tuæ*. Ex iis ſimul ſumtis, non obſcure colligitur, inter Romanos equites idem Hippolytus habitus fuerit, noo velut qualiſcunque gregarius miles: abſit, ut villæ curator, & ruſticus agnitus ſit.

12. Nec denique officit quod Prudentius de iiſdem Patribus, Martyris Vectoribus, dixerit, fuiſſe perſuaſos, viſa Martyris conſtantia, ad amplectendam Chriſti Fidem: Juſtinus vero præſumitur inter Clericos relatus ante Sancti Laurentii adventum in urbem. Huic enim difficultati occurritur reponendo, loquutum eſſe Poetam venerabilem per ſyllepſin, plurali uſus voce ad unum Hippolytum ſignificandum. Qua figura uti licuit Evangeliſtis Matthæo, & Marco, ſcribentibus, latrones convitiatos fuiſſe Chriſto Domino in Cruce pendenti; quanquam unus tantum ex duobus id egerit, ſecundum Lucam: prout ſentiunt Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, & Auguſtinus. Magis licere potuit metri gratia noſtro Vati tropo uti; quo inſinuaret nobis, unum ex latoribus ſacri corporis fuiſſe principem carceris Hippolytum, quem Sanctus Levita ſuaſerat deſiderare, & excipere Chriſtum, relicto inani, ac pernicioſo idolorum cultu. Hunc ſenſum tropicum in Prudentio libenter admittimus; ne cogamur in unum omnes reprobare ſcriptores cum ſacris Eccleſiæ libris. Hac igitur rei veritate comprobata, ſacrorum Hiſtoricorum actis, Sanctum Laurentium contingentibus, finem ponimus; adducentes, quæ ex Adone, ac Surio Antonius Nebriſſenſis, alibi laudatus, ſcribit poſt Levitici corporis depoſitionem in tumulo. Habet enim: *Juſtino Presbytero multa chriſtianorum frequentia*

Digitized by Google

tia, *exequias*, *& triduo ſacras vigilias celebranti comitata eſt*. *Quin etiam tremendum altaris obtulit ſacrificium: populumque univerſum*, *qui frequens ad vigilias confluxerat*, *eorundem myſteriorum participem fecit*.

13. Hieronymus de Bardis in Chronologicis mundi ætatibus part. 2. ad annum Chriſti 259., adnotato Martyris ex hoc mundo tranſitu, nec non celeri expeditione impiiſſimi Cæſaris adverſus Perſas, addit: *Romæ auditæ fuerunt nocturno tempore complures voces horribiles*. Citatque more ſibi ſolito in calce paginæ vetuſtos auctores, ex quibus ſuas eruditiones extraxit, quæ ad eandem ſpectant, nimirum Damaſum in Sixto, Euſebium lib. 7. Pomponium Lætum, Eutropium lib. 7. Relatus autem eventus noſtram ſane provocat attentionem. Nam poſt Chriſti Domini mortem, regnante adhuc Tiberio Cæſare, inter alia mira illud ab Euſebio accidiſſe narratur, videlicet auditas fuiſſe in Jeroſolymitano templo voces dicentium: *Tranſeamus ex his ſedibus*. Diſceſſum nimirum Angelorum de loco ſancto indicantes. Alteram ex Plutarco idem tradit auctor lib. 5. de præpar. Evang. 9. auditam fuiſſe vocem a nautis apud Echinadas inſulas noctis tempore, dicentem: *Pana Magnum mortuus eſt*. Et ſubito multus in eorum auribus obſtrepuit planctus innumerabilium veluti flentium. *Hæc vero*, inquit Spondanus in præſtrictis Baronii annalibus ad annum Chriſti 34. *ab aliquibus in eum ſunt recepta ſenſum*, *ut Pan Chriſtus Dominus univerſorum intelligeretur*, *ejuſque mortem*, *& ſuas ipſorum clades lugerent dæmones*. Cerne, pie Lector, miram Divinorum myſteriorum conſonantiam, qua Sanctum noſtrum mirificare Deus ſingulariter voluit ſuper terram. Cujus rei gratia recolere oportet, quæ cap. III. hujus ſecundi libri num. 25. & 26. diximus ad ejuſdem Martyris laudem; nempe quod Chriſti tempore, priuſquam is pateretur pro ſalute hominum, facta ſit vox de cælo, præindicans, quod ſuamet paſſione Filius hominis eſſet clarificandus; in eo nimirum, quod morte ſua princeps tum mundi diabolus judicabatur; quia inique tyrannicum exerceret dominium ſupra ipſum mundum, dicente eodem Domino: *Nunc judicium eſt mundi*. Simulque adnota, quod ſimiliter vox de cælo facta ſit tempore Laurentianæ paſſionis, haud ambigue ſignificans, quod morte hujus ſelectiſſimi Adminiſtri ſui præcipue clarificabatur Deus per ejectionem ejuſdem principis tenebrarum e gentilium fanis, ſicut commentatur Rupertus, loco illic citato, productus. Modo conſidera, poſt Chriſti mortem lugubres in aere auditas dæmonum voces in ſignum, quod actum jam fuerit de illis judicium; neque minus attendas, velim, poſt Laurentii mortem horribiles eorum clamores, ſuper Urbem auditos; procul dubio indicantes, quod Romæ tum maxime pellerentur ex atriis ſuis, e delubris exſecrandis, in quibus quaſi ſortes armati conſederant; eo quod Dux idem maximus Romanæ Eccleſiæ, juxta Venerabilis Ruperti ſenſum, fortior ipſis armatis fortibus, ſuperveniens, vicerit eos, & foras ejecerit. Quibus perpenſis, protinus deprehendes, quanta & quam mira inter Pontificem magnum, qui penetravit cælos Jeſum Filium Dei, magnumque ipſius miniſtrum Levitam Laurentium intervenerit factorum conſenſio. Cujus poſterioris mirabile opus ſic exornat Prudentius, concinens ſtrophe 125.

Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium:
Plebs in ſacellis rarior:
Chriſti ad tribunal curritur.

Sequentibuſque ſtrophis ejuſdem facti rationem adſignans, ait:

Dum dæmon invictum Dei
Teſtem laceſſit prælio,
Perfoſſus ipſe concidit,
Et ſtratus æternum jacet.
Mors illa ſancti Martyris,
Mors vera templorum fuit:
Tunc veſta palladios lares
Impune ſenſit deſeri.

Prudentii teſtimonio cooforme invenimus alterum Gregoriani Reſponſorialis, ideſt Reſp. 3. Noctur. feſtivitatis S. Laurentii, in quo legimus: *Hic eſt Vir*, *qui conculcavit caput ſerpentis antiqui: modo coronatur*, *quia fideliter vicit*.

14. Sed jam tempus inſtat inquirendi, quonam modo de hoc Martyrum Principe illud ſit completum oraculum, quod S. Gregorius Papa cit. lib. in Reſp. 1. Noct. ejuſdem feſti ex pſalmo 109. deſumtum, huic Archipugili a Rege gloriæ dictum eſſe intelligit, ſcilicet: *Ponam inimicos tuos ſcabellum pedem tuorum*. Paraphraſtice inquit Ugo: *Plenarie tibi ſubjiciam victos*, *ut ſub te locum teneant ſive gratiæ*, *ſive pœnæ*. Locum gratiæ ſub Laurentio tenuete duo a ſe victi perſequutores, & inimici, quos Chriſto genuit, nimirum Hippolytus, & Romanus; locum vero pœnæ Valerianus imperator cum reliquis obſtinatis tortoribus, qui omnes mala morte perierunt, uti notant hiſtorici. Sed de his Valeriani ſatellitibus vel generatim dicemus quicquam poſtea; dum peculiariter nunc præſtat, agamus de nequiſſimo Cæſare, quem dupliciter Deus poſuit ſcabellum pedum magni Levitæ. Primum videlicet, quum iſte ſprevit, atque deriſit ſupplicia inferentem; adeo ut plus tortor incenſus fuerit animi dolore, quam patiens corporali flamma, teſte Chryſologo, alibi citato. Secundum, quum ad ignominioſam illam pervenit conditionem, mortemque turpiſſimam, quam

mox

mox relaturi ſumus. Diſceſſit itaque miſerrimus imperator ex Urbe cum ingenti exercitu. Et initio quidem ſors arridere ſibi viſa eſt; quum Perſæ, præſentientes imminentem adventum ejus Antiochiam, terga vertendo, civitatem captam reliquerunt. Hinc animoſior factus Licinius Valerianus, Meſopotamiam ingreſſus eſt; alternanteque ſorte modo proſpera, modo adverſa, plurimum cum Sapore Perſarum Rege commiſit bellum anno, ut advertit Muratorius 260., quo in funeſtum ipſius Valeriani præſagium fulmen de cælo in ejus domum Romæ cecidit, ut ſupra laudatus de Bardis ſcribit, eamque demolivit: locum nimirum, ubi rex crudelis ſanctiſſimum Chriſti Martyrem lento igne conſumſerat. Juſtoque Dei judicio actum eſt; ut ædes, quibus imperator ſacrilegus uſus eſt ad contegendum enorme ſacinus, quod perpetravit, prolongata combuſtione innocentiſſimi viventis hominis; igne ſulfureo conflagrarent. Quo & præſignaretur ſceleſtus ipſe, Dominus ædium, in deteriorem præ domus ſuæ ruinis deſolationem perventurus; non momentanea fulminis, aut ignei excuſſi globuli percuſſione de hoc ſæculo exturbandus; ſed ſuppliciis ipſa morte amarioribus, ad plures, ac plures potractis annos, miſerrime conſumendus.

15. Proſequutus eſt igitur certamen adverſus Saporem ad annum uſque 261. at in ultimo conflictu magnam exercitus ſui cladem eſt paſſus; unde retrocedere coactus eſt; atque, ut melius potuit, curavit ſibi, & ſuis tutum in locum receptum iri. Supervenit interea militi ſæva peſtis, quæ ſuperſtitem exercitum depaſcebatur; quare corde confractus, Imperiales miſit ad Regem Perſiæ legatos, huic offerens auri pondus ingens; pacem ut obtineret. Rex autem legatis in longum detentis, quo ſpatia ſibi ſaceret in augmentum, & robur exercitus Perſici, dimiſit eos tandem, dicens, nihil ſe velle concludere, niſi prius habita cum ipſo Cæſare, quam petebat, collocutione, determinato apud Edeſſam loco, & die. Annuit Valerianus, & juxta condictum, apud eandem ſe contulit urbem; & quia pervenerat neſandi ſui ſacrilegii luendi dies; nulla opportuna, prudentique cautione adbibita, parva cum militum manu Regi Sapori ſe obviam fecit. commodam nactus occaſionem Perſarum Rex, illico eum comprehendi, ac ligari juſſit, atque ad majorem captivi Cæſaris ignominiam regalibus ac purpureis una cum aurea corona ei relictis veſtibus, in Perſidem, tanquam vile mancipium, catenis onuſtum abduxit; circumducens illom undique ad populorum abſorbenda ludibria. Quoties autem ipſe Rex vehiculum, aut equum conſcendere volebat, cogebatur Valerianus flexis genibus, demiſſiſque ſimiliter manuum palmis ad terram, dorſum, inſtar beſtiæ, illi offerre pro ſuppedaneo ad equi, vel currus aſcenſionem. Tum intolerando faſtu Rex dorſum ejus pede comprimens, ajebat: Hoc eſt verum, non quod tabulis, aut parietibus Romani pingunt. Neque unquam ſupplicibus litteris Regum, ipſi Sapori conſederatorum; vel minacibus addictorum Romano Imperio, induci potuit ad captivum principem tandem aliquando dimittendum. Quodque amplius eſt. Gallienus, Valeriani filius, Imperii gubernacula tenens, auditis ærumnis, & ignominiis patris ſui, nulla commiſeratione permotus, plena tranquillitate animi univerſis Romæ deliciis perfruendis operam dabat. Mortem interim ſibi conſciſcere optabat imperator inſelix; ſed mors ſeſe illi denegabat, longos ut ei protraheret dolores: quemadmodum ipſe attenuatis ignibus, Levitæ Martyri vitam cito finire non dedit. Ea in turpiſſima ſervitute decem circiter annos tranſire ſibi opus fuit(Mirum ſi præfatus annorum numerus non adluſerit ad tormentorum decadem, qua Sanctum torſit) donec ſceleſtus contumeliis, & opprobriis Regis Perſarum ejuſque populi exſaturatus, juſſu ipſius Saporis, oculis primum illi erutis, ut ait Euſebius, vivus dein, Agatio teſte, excoriatus, doloribus plenus interiit ſecundum corpus; ſecundum vero animam æternis ignibus concremandus. Quocirca Maximus hom.3. de S. Laur. inquit: *Non dubitamus perſequutorem Martyris pro ignibus, quos accendit, præparata impiis incendia ſuſtinere:* Ideſt, ut diximus, ſecundum animam, donec etiam æternum ea ſuſtinebit ſecundum corpus.

16. Detractam ejus pellem præcepit Sapor rubro tingi colore, paleiſque infertam, & conſutam, in deorum ſuorum delubro ſuſpenſam voluit ad perpetuum illius ignominiæ monumentum: ad quam viſendam invitare ſolebat quoslibet novos Legatos Regios, quoties illuc in Perſidem iī a ſuis Principibus mittebantur: idque ad oſtentationem potentiæ ſuæ, exterorumque Regum terrorem. Ex Eutropio, & Vopiſco in Gallieno addimus, quod is, accepta notitia mortis ſui genitoris, ne cadaver quidem ejus redimere voluit, ut honeſte ſepeliretur. Quare increpatam, ut inaudiit, a Senatu crudelitatem ſuam; Senatores quatuor necari juſſit. Tali ſcritate inhumanus imperator a proprio filio tractari meruit, qui ferino pluſquam corde vivum Laurentium pigris ignibus aſſari præcepit. Celebris Petrus Bleſenſis factum iſtud brevi commemorans in tractatu de Jeroſolymitana peregrinatione acceleranda, ſcripſit: *Valerianus Beatum Laurentium Martyrem fecit. Hic a Sapore Perſarum Rege captus, & perpetua ſervitute damnatus, morte viliſſima diem ſuum clauſit.* Sed majori energia Dionyſius Carthuſianus Serm.3. de San-

cto Laur. *Excellentia*, inquit, *Sancti Laurentii eſt, quod Deus mortem ipſius tam terribiliter, tamque evidenter eſt ultus, ut per hoc fidem Chriſtianam non mediocriter ſublimarit*. Sanctus, ac Doctus Vir iſte verum dixit, licet cum ceteris illius ævi ſcriptoribus erraverit, putans Decium fuiſſe noſtri Martyris interſectorem: ſuper cujus mortem fabula quædam conſtructa fuit, auctore nobis incognito, quæ tranſcripta etiam legitur in quodam Vaticano codice, quamque Blanchinus in lucem edidit tom.1. oper. Card. Thomaſii pag. 293. *Verum*, inquam, *dixit*: quia Divinam ultionem, quam fabuloſam in Decio deprehendimus, veram, & abſque pari exemplo, in Valeriano exſecutioni datam agnoſcimus, uti ſupra Bleſenſis cum aliis multis ſapientibus teſtatus eſt. Quodque ſingulare impietatis facinus efferatos hic, poſterior Decio, imperator auſus fuit perpetrare; ſtudens contegere noctis tenebris, clauſoque palatio ſuæ crudelitatis exceſſum in Levitam ſanctiſſimum; publica demonſtratione diuturni, ac infamis ſupplicii lui coram ſuorum inimicorum oculis ſolvere compulſus eſt pœnam: ſolus inter omnes Cæſares tam enormiter vilipenſus etiam in hoc ſæculo. Juſta retributio, qui ſingulariter Sanctum torſerat, ſingulariter torqueretur: quodque horrendi ſacrilegii inter umbras commiſerat, in conſpectu ſolis penſitaret. Denique præter Valerianum (uti liquet ex Oroſio lib.7. cap. 22.) quotquot fuere tanti ſacrilegii exſequutores, ſuaſores, ſpectatores, vel etiam tacita voluntate adprobatores, omnes peſſima morte periere; atque ita poſiti ſunt a Deo ſcabellum pedum Archimartyris Levitæ, ſub iſto locum tenentes pœnæ temporalis, & æternæ, juxta productam Dei nomine a Gregorio magno ſententiam, quam ſupra retulimus: *Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*.

17. Hæc dicta ſint de peculiari, quam ſumſit Deus, vindicta, clamante ſanguine myſtici hujus Abel, ſecundum venerabilis Ruperti ſenſa, contra ſceleſtiſſimum Cain, Valerianum Cæſarem; & contra quaſcunque perſonas, quæ partem tanto in ſacrilegio quomodolibet habuerunt. Verum non intra hos ſolum limites ſeſe ultio Divina continuit; Exarſit etiam ira ejus in univerſalem ferme ſuperſtitioſi Imperii vaſtationem, ac preſſuram, ſicut adnotat Jacobus Boſſuet Meldenſis Antiſtes, ſcribens ad annum Chriſti 259. *Eodem temporis momento, quo Sanctus Laurentius eſt affectus martyrio, viſa eſt inundatio barbarorum in Orbe Romano*. Quorum incurſiones ita diſtinguit Spondanus in Epit. Baron. laudato ex Oroſio num.111.
„ Solutæ ad hoc undique circumpoſitæ gentes
„ in omnes Romanos fines invehi cæperunt; ac
„ Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia pe-
„ netrata, Ravennam uſque pervenerunt. Ale-
„ manni Gallias pervagantes, etiam in Italiam
„ tranſierunt: Græcia, Macedonia, Pontus,
„ Aſia, Gothorum eſt inundatione deleta, Da-
„ ciaque trans Danubium in perpetuum ablata:
„ Quadi, & Sarmetæ Pannoniam depopulati
„ ſunt: Germani ulteriores abraſa potiti ſunt
„ Hiſpania: Parthi Meſopotamiam abſtulerunt,
„ Siriamque corraſerunt. Meminit quoque ea-
„ rundem Barbaricarum incurſionum Trebellius:
„ additque, tunc a Scythis, hoc eſt, parte Go-
„ thorum, Aſiam vaſtantibus, Epheſinum Dia-
„ næ templum (quod tamqoam eximium Orbis
„ miraculum univerſa gentilitas admirabunda
„ ſpectabar) deſpoliatum fuiſſe, atque incen-
„ ſum „. Inter hæc autem idololatrarum flagella illud, quod Sozomenus lib.2. cap.5., & Nicephorus lib. 8. cap. 33. ſcribunt, peculiari memoria dignum eſt, nempe irruptiones eaſdem barbarorum ad fidei Chriſtianæ propagationem magnopere contuliſſe: quod videlicet molti Chriſtiani Sacerdores, facti captivi, & in exteras regiones abducti, tum miraculis, tum prædicatione quamplurimos ad Chriſti fidem perduxerunt; citra dubitationem, meritis juvantibus profuſi præſertim ſanguinis Levitæ ſanctiſſimi; cujus ſingularis triumphus ab omnibus Dei præconibus per orbem undique divulgabatur. Ad altiorem porro idololatrarum conſternationem, & ſupplicium immiſit Dominus famem, & peſtilentiam in ipſum Romanum Imperium, nec non horrendis terræmotibus, aliiſque cladibus illud divexavit; adeo ut pavore ac tremore loca omnia replerentur. Vide Trebellium in Gallieno.

18. Capto præterea Valeriano a Sapore, Macrianus Dux exercitus, collectis militibus, eum Gallieni contemtu Imperium uſurpavit, Aureolus in Illyrico, in Galliis Poſtumius, atque, ut brevi dicamus, in triginta tyrannos fœdiſſime proſciſſus eſt Orbis Romanus. Quocirca Gallienus quamvis natura ſæviſſimus, nec patre remiſſior eſſet in Chriſtianis perſequendis, tot tantiſque auditis Romani Imperii cladibus, terrore perculſus, furentem adhuc in Chriſtianos perſecutionem protinus compreſſit, nimirum circa finem anni 262. juxta Euſebium in Chron., liberum eis concedens propriæ religionis exercitium. Diximus, *circa finem anni* 262. Euſebio credentes; nam tum impleri potuerunt menſes quadraginta duo ſæviſſimæ perſecutionis, de qoibus loquutus eſt, alibi commemoratus, Sanctus Dionyſius Alexandrinus, cui adveniſſe Antichriſti tempora viſa ſunt; incipiendo nimirum a Junio anni bis centeſimi quinquageſimi noni ad menſem uſque Novembris anni biſcenteſimi ſexageſimi ſecundi, tertio a Martyris paſſione anno jam expleto. Reſciſſo igitur nefario Valeriani reſcripto adverſus Chriſtianos per Gallienum,

num, convenire ceperunt Fideles in unum ad ſacra celebranda ſine contradictione gentilium poteſtatum; ſic prægustantes pacem illam, quam aliquando ſtabilem ſub Conſtantino futuram evangelizaverat Chriſti Martyr, dum in craticula ureretur; accepto veluti pignore ſuperventuræ felicitatis ante prædefinita tempora, in quæ reſpexerat Spiritus prophetiæ. Et notandum eſt valde, quod publice ſe congregantibus in unum Chriſti cultoribus, idololatræ invicem diſſiderent; adeo ut per diverſa loca tyranni, ſicut diximus, triginta principarentur. Ita ſane renovari viſum eſt illud indicium, in diſperſionem idololatriæ, quod apparuit Chriſti tempore in diſperſionem Judæorum, nimirum quia ii pro culpa perfidiæ diſpergendi erant, *in Judeæ regno*, inquit Gregorius, *per quartam partem plurimi principabantur*. Huic conſiderationi apprime ſuffragari videtur Eccleſia in ſtatione Dominicæ tertiæ Quadrageſimæ apud Sanctum Laurentium, cui refert acceptam, infidelis dominii deſtructionem, recitans in Evangelio Miſſarum illam Domini noſtri ſententiam: *Omne regnum in ſe ipſo diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Si autem Satanas in ſe ipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus?* Luc. 11. ℣. 17. & 18. Tales profecto demonſtrationes, cæleſti moderante Numine, poſt Levitæ beatiſſimi paſsionem & mortem, factæ ſunt; quibus palam vel Cæcis fieret, quanti meriti apud Deum fuerit magnum illud de craticula Sacrificium, quod Vir, ceteroqui ſanctitate incomparabilis, pro Chriſto tepentibus flammis traditus, factuſque ſacerdos ſimul & victima, obtulit Deo in odorem ſuavitatis; dum tantæ oblationis intuitu excitatus Altiſsimus, vexatorem infidelem ſuſque deque turbavit orbem; & ingemiſcenti Eccleſiæ in preſſuris ſuis aliquantulum reſpirare conceſsit; eam ſic erigens in meliorem ſpem conſequendi tandem prædefinitis temporibus, quæ, inſectatoribus extinctis, certo futura plenæ tranquillitatis ſæcula vivæ vocis oraculo ipſe Martyr aduſtus ediſſererat.

19. Veruntamen de hac ampliori loquendo pace, per Conſtantinum Eccleſiæ lata, erectis Chriſtiano ritu templis, ac idolorum fanis demolitis; revocatum aliquando in dubium audivi a quibuſdam, eruditionem oſtentantibus, videlicet num pax eadem merito tribui poſsit virtuti Laurentiani triumphi; ea nimirum objecta ratione, quod a die Leviticæ paſsionis ad alteram lati Conſtantiniani edicti pro Chriſti religione, interfluxerint anni circiter quinquaginta. Quo temporis intervallo, Gallieno de medio ſublato, multis ærumnis Eccleſia exagitata fuit ſub Imperio Claudii II., & Aureliani; maxime autem Diocletiani, & Maximiani, quorum impietatem ſequuti ſunt Licinius, & Maxentius, donec Conſtantinus his devictis, ſoluſque regnans, pacem Eccleſiæ dedit. At difficultas hæc videtur mihi eruta ex infidelium Rabinorum officina, qui a Chriſti cultoribus redarguti, quod propter Deicidium perpetratum exulent a terra ſua; cito reſpondent, non propter occiſum Jeſum a Nazareth ea eſſe pœna multatos, ſed propter alia cummiſſa a ſuis majoribus crimina paullo ante obſeſſam, vaſtatamque Jeruſalem; abſit, inquiunt, in cenſum venire debeat Nazareni Crucifixi cauſſa; opus, quod exſequuti fuerant patres noſtri ante Jeroſolymitanum excidium annis quadraginta. Inepta proculdubio reſponſio Rabinorum hæc eſt: ineptum & argumentum, prolatum in affirmantes, præcipuam Conſtantinianæ pacis, fidelibus latæ, cauſſam fuiſſe Laurentii triumphum. Judicia Dei non humanis ſe ſinunt perſtringi rationibus. Infinita namque ſapientia: *Attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter*. Diſtulit Judeis ultionis tempus, ut perpetrati delicti pœnitentiam agerent: ſicut Petrus Act. 3. ℣. 19. ajebat: *Pœnitemini, & convertimini, ut deleantur peccata veſtra*: Diſtulit & univerſalem illam Eccleſiæ tribuere pacem; ne præordinatos Milites ſuos ad martyrii palmam, futuros ſub nona, & decima perſecutione, præparata in cælis corona privaret; quam ſine legitimo præſcripto certamine non poterant conſequi. Et quidem dilatio iſta conceſſionis laudatæ pacis venerabilem Prudentium non latebat; vicinus quum is fuerit præfatis temporibus; neque propterea dogmatizare liquit, quod *Laurentio Duce, Urbs ritum triumphavit barbarum, monſtruoſis idolis jugum ponens*: Unde Rupertus ſcripſit: *Poſt Apoſtolorum Principes iſte eſt Dux maximus Eccleſiæ gentium*. Quum igitur tota motæ litis cauſſa in Chriſtianum populum idololatrarum ſuperſtitio fuerit; inſequens eſt, maximo iſtius Proculcatori Laurentio tribuenda ſit pax, & tranquillitas, ex ejuſdem idololatriæ conculcatione ſuborta. Ridiculum eſt autem moram temporis, vel intermedias perſecutiones objicere, quæ, Deo diſponente, a die mortis Levitæ ſanctiſſimi fluxere uſque ad optatam Eccleſiæ requiem: Quemadmodum ipſe Martyr prophetaverat. Sic enim oportebat coram eo fieri; ante cujus oculos mille anni ſunt *tanquam dies heſterna, quæ præteriit*. Unde cum Ruperto lib. unic. de Fortitud. cap. 20. concludimus: *Laurentii ſanguis in terra Sanctæ Eccleſiæ clamavit melius, quam Abel*. Iſtius enim ſanguis tantum vindictam de interſectore Cain expoſtulavit; myſtici vero noſtri Abel ſanguis & vindictam de Eccleſiæ hoſtibus, & miſericordiam pro converſis ad pœnitentiam, nec non pro populi Dei tranquillitate impertienda clamavit. *Clamavit, & exauditus eſt*. Hinc

quiſque videat, quanrum debeat huic Martyri univerſa Chriſti Eccleſia. Dum nos progredimur ad poſtremum finientis Capitis reſolvendum quæſitum.

20. Eruditiſſimus Mathias Fabrius Laurentii delectatus Nomine, omnique re digna, per idem importata Nomen; pro ingenii ſui vivacirate laudis argumentum ex iiſdem objectis concione quinta in ejuſdem Martyris feſto deſumit; oſtendens, Levitam magnum eliminare, atque diſperdere cunctas hæreſes ab orbe Catholico; ac totius Eccleſiæ Chriſti potiſſimnm eſſe decus, & ornamentum, ſimilitudine prehenſa ab arbore lauri. Ait enim: *Plinius lib.* 15. *c.* 30. *vocat laurum gratiſſimam domibus janitricem Cæſarum, Pontificumque: quæ & domos exornat, & ante limina excubat*. Hoc *honoris titulo merito nos ornamus Martyrem Laurentium: exornat enim totam Eccleſiæ domum, & ſua fortitudine decorat, & ſua fide defendit* ... H*æreſcos venenum diſpellit, & enervat*. Penes antiquarios legimus, ante januam maximi auguſtalis palatii (de quo egimus cap. 3. ſecundi hujus libri num. 19.) duas hinc, & hinc proceras fuiſſe lauri arbores. Nam laurus laudis & gloriæ inſigne erat; immo apud veteres ipſa laurus *laudum* dicebatur, ut linguæ latinæ interpretes advertunt. Unde in ornamenrum Imperatorum, maximorumque Pontificum ſuperſtitioſæ gentis (ſibi vindicantium ſummam laudem, ac gloriam) aſſumebatur: quam & Cæſar Auguſtus, Pontifex maximus declaratus, quique primus maximæ auguſtalis domus fundator extitit, in ſui honoris, & gloriæ argumentum accepit. Verum, quod inanis jactantiæ Romanis Principibus lauri arbor pariebat, hoc veræ, plenæque laudis & gloriæ pondus attulit Eccleſiæ Dei arbor myſtica, in domo Domini plantata, Levitarum maximus, unus Laurentius; cunctorum Doctorum lingua, & calamo celebratus. Idque quum apud omnes Orthodoxos exploratiſſimum ſit; minime opus eſt, ut de noſtro quippiam addamus. Unice ſupereſt peculiariter inveſtigandum, quod laudatus Fabrius ex citato adjecit Plinio, narrante, laurum venena perdere, unde concluſit: *Facit hoc Laurentius, quia hæreſeos venenum diſpellit, & enervat*. Theſim vero iſtam probavit auctor, pauca ex Martyris actis commemorando, quæ generatim ad hæreſum diſſipationem faciunt; ut ſuæ concionis brevitas poſtulabat. Sed quia, relicto hac in re diſtrictiori examine (quod certe a nonnullis accuratius deſideratur) notabilis hæc Martyris laus haud parum in obſcuris deliteſcet; minus enim eruditi facile dicent, eam ingenioſum potius eſſe inventum, quam dogma ſolidum, Sanctum diſtinguens Levitam in gloria Sanctorum. Congruum iccirco eſt, peculiari conſideratione laudem præſatam illuſtrare; ut menti fidelium tenacius adhæreat; arque, ut par eſt, in majorem veniat cenſum. Quandoquidem revera hic Martyr excelſus qua dictis, qua factis, auctoritatis ſuæ gladio perpetuum cum Erronibus, vel ante, vel poſt ſe natis, inire viſus eſt ſingulare certamen ad eorum perniciem ſempiternam. Idque magna ut ex parte clareſcat; opus eſt, ad eadem indicanda ſingularia deſcendere documenta.

21. A facie itaque hujus Martyris, per quem Eccleſia Chriſti communi Patrum conſenſione in univerſo mundo clarificata eſt, refugientes hæretici, quaſi fulgure percuſſi, concidunt. Atque inprimis Bongomili, garrientes, ac venditantes, in Catholica Eccleſia Joannis, non Chriſti Domini, baptiſmum adhiberi. Ex adverſo autem inclytus Martyr tyrannicæ interrogationi reſpondet: *Ab incunabulis ſum Chriſtianus*: Quod fieri certe non aliter potuit, niſi per Chriſti baptiſma, ſibi in cunis ab Eccleſia miniſtratum. Pelagianos, Petrobruſſianos, Anabaptiſtas, & Albigenſes eadem auctoritate condemnat, qui perperam ſentiunt, parvulos ante rationis uſum eſſe neutiquam baptizandos. Dicens vero in craticula, *Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis*, nihil diſtinguens inter utramque ſubſtantiam; Manichæorum figmenta peſſundat, dum adſtruunt carnem de ſe malam eſſe, & a Deo malo creatam. Si enim mala eſt, quomodo ſecundum animam & corpus offerre ille ſe potuit Deo in odorem ſuavitatis? Brevi porro ad Denm prece fuſa, *Domine Jeſu accipe ſpiritum meum*; acuto veluti mucrone Arabicos, & Thnetopſychitas tranſigit, blaterantes, animas hominum, ſicut & beſtiarum, eſſe mortales, & in corporis exanimatione corrumpi. Ecce Martyr celeberrimus animam ſpiritum eſſe dicit, haud corruptioni ſubſtantiæ inferioris obnoxiam: ipſumque ſpiritum, ut in exitu a corpore bene receptum ear, Domino commendans, poſt corporis mortem ſuperſtitem eſſe declarat. Seleucianos, Hermianos, & Albanenſes, comminiſcentes, Mundum non a Deo, ſed a ſe ipſo factum eſſe, tranſverberat illa ſententia, quam incredulo protulit Cæſari apud Surium num. XVII. inquiens: *Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti conditor eſt univerſæ creaturæ*. A quo vulnere immunes non eunt, profligati jam ſupra Manichæi. Cerinthianos, Ebionitas, & Arianos, blaſphemantes, Chriſtum non eſſe Deum, uno ſui oris teſtimonio, inter igneas laminas producto, confundit; dum ſic oravit: *Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, miſerere mihi ſervo tuo*. Hanc orationis particulam, nimirum qua teſtatus eſt, eſſe *Dominum Je-*

ſum


ſum Chriſtum Deum de Deo , conceptis verbis Eccleſia in Generali Nicæna, & Conſtantinopolitana Synodo fidei ſymbolo (quod in Miſſæ Sacrificio multoties præſcribitur recitandum) inſeruit adverſus hæreticos . Inſuper Cerdonianos , Proclianitas , & Mennoniſtas, veram in Chriſto humanitatem diffitentes , nec non Marcitas , & incorrupticulos , Dominum negantes paſſum, atque iterum Cerinthianos , ejus reſurrectionem ſateri renuentes, paucis jugulat verbis , in Catechiſmo Lucilli habitis , penes Surium num. xv. *Credis in eum, qui mortuus , & ſepultus eſt , & tertia die ſurrexit ?* Quo loci eidem addens Lucillo : *Qui venturus eſt judicare vivos , & mortuos , & ſæculum per ignem* : Borbotianos , ac Florianos, ſuturum judicium non admittentes, veloci telo transfigit . Flagellantes , & Lollardos , aquæ benedictionem reſpuentes , ſacto damnat ; quum ante collatum illi cathecumeno baptiſma , apod eundem Surium legitur: *Benedixit aquam* : Baſſum , & Abailardum, datam hominibus ſalutem, & libertatem a dæmonum poteſtate ob Chriſti Domini in mundum adventum neutiquam agnoſcentes , veluti gladio ex utraque parte acuto, tranſadigit, dum plumbatis cæſus ait : *Domine, qui pro ſalute noſtra dignatus es formam ſervi accipere, ut nos a ſervitute dæmonum liberares &c.* Neque ſecus contra Iconomacos , & Vuicleſſiſtas , crucis , imaginumque figoras ſenſibiles exſecrantes, ſignum crucis , per quod cæcos illuminavit , quaſi enſem adhibet . Macedonianos blaſphemos in Spiritum Sanctum , cujus Divinitati reſragantur , exquiſitiſſime torquet ; quod adminiſtraverit Sixto Pontifici ſacrificanti (ut hic poſtea Valeriano declaravit) *Deo Patri , & Filio , & Spiritui Sancto* : juxta Surium x. Aug. num. viii. Latriæ autem cultus Spiritui Sancto impendi minime potuiſſet , niſi is Deus eſſet .

22. Ad terram Pettobuſſianos elidit , impie dogmatizantes , eſſe templa deſtruenda , quum ipſe promit oraculum apud Prudentium ſtropha 121. de ſacris ædificiis ære & marmore ornandis ſub Principe Chriſtiano . Pſeudoapoſtolos extinguit , opes Eccleſiaſticas reprobantes ; has quandoquidem Archidiaconus fideliſſimus cuſtodivit . Recentiores dein ſectarios , cælibatum miniſtrorum Eccleſiæ arcentes , noſter in carne Angelus ſua incorrupta caſtimonia in turpem convertit ſugam . Lutheranos , miſſæ ſacrificium abolentes , ſuo ad aram miniſterio conterit , atque deridet . Calviniſtas , veritatem exiſtentiæ corporis , & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis , & vini conſecratis inſuſcare volentes , per ſibi commiſſam , quam teſtatur , Dominici ſanguinis diſpenſationem , æternum expulſos a cæleſti convivio , ac perpetuæ fami deſtinatos eſſe declarat . Utroſque detrectantes ſacrarum reliquiarum cultum , invocationemque ſanctorum ; ſecundum ea , quæ oſtendimus , a Sancto Diacono geſta in translatione corporum Apoſtolorum , præcipites mittit . Atque ut ejus de univerſis hæreticis ſtragem actam , vel etiam , uſque ad mundi finem agendam , breviter enucleemus , exponere ſufficiat demiſſionem ipſius animi , obedientiam , ac reverentiam , quam in omnibus , & per omnia Romano impendit Pontifici . Hoc etenim vel unico exemplo , quaſi pugione arrepto, Levita Magnus cunctas interimit hæreſes in univerſo mundo, ſicut optime laudatus P. Fabrius advertit , dicens : *Nobis Laurentius triumphalis eſt laurea contra hæreſes , quas ipſe , tamquam Catholicæ fidei aſſertor ſtrenuus , ſternit , & conculcat* . Nec multo ante ſcribit : *enervat , & diſſipat* .

21. Plane in Sanctorum Martyrum actis, qui primis Eccleſiæ ſæculis floruerunt , & ſi multa ſparſim legantur , quæ veluti acutæ ſagittæ intorqueri adverſus hæreſes poſſunt , nullam tamen , dicere libeat , id genus pharetram, myſticis plenam jaculis , deprehendimus , quemadmodum illam geſtorum Levitæ ſanctiſſimi , in qua nihil pene ſit dicti , vel ſacti , quod ad feriendos rebelles Eccleſiæ Catholicæ filios, quaſi jaculum emitti nequeat . Et quidem decuit eum tali niteſcere gloria , ut quicquid dixerit , quicquid egerit , in ejuſdem Fidei Catholicæ verteretur argumentum adverſus omnes adverſarios ejus ': eum , dico , id decuit , qui Dux apparuit in militanti Eccleſia , cujus typus fuit Gedeon , ad quem ait Angelus Jud. vi. ℣. 12. *Dominus tecum , virorum fortiſſime* . Nam & in Madianitis (contra quos huic pugnandum fuit) non ſoli idololatræ , ſed etiam quicunque infideles veniunt ; de quorum numero ſunt hæretici , etymologiam nominis præ ſe ferentes in ſactis . Siquidem Madianitæ *litigantes* iuterpretantur, uti perpetuo etherodoxi faciunt , maledicta loquentes, & ſcribentes in Eccleſiam Chriſti . Inter figuram igitor & figuratum ſimilitudinem experiamur ; ut hinc eluceſcat, quam jute optimo Levita celebris in hæreticorum profligationem tantæ virtutis ſibi vindicaverit excellentiam . Selectus enim vetuſtus Gedeon ad Madianitarum excidium , carnes excoctas , & panes azimos ſuper petram , Deo per Angelum dirigente , concremanda compoſuit . Romanæ autem Eccleſiæ Dux , non ut ille quondam Iſraelitarum hædinas carnes , ſed ſui corporis membra viva , dicamus , ſemetipſum ſuper Apoſtolicæ confeſſionis petram , & quaſi panem de craticula, obtulit exurendum Domino in odorem ſuavitatis ad Madianitas myſticos diſperdendos . Quemadmodum ſcriptum erat : *Aſcendit ignis , & carnes , azymoſque panes con-*

conſumpſit. Antiquus ille Bellator videri meruit, poſt oblatas carnes, & panes azimos, velut & ipſe ſubcineritius eſſet panis, ſe ſe de terra elevans, ac volutans, donec caderet ſuper Madianitarum tabernaculum, illudque proſterneret: nimirum, ut ajunt interpretes, ob humilitatis virtutem, qua ſe Deo ſubmiſit, inquiens ℣. 15. *Obſecro, mi Domine, in quo liberabo Iſrael* (ideſt, de manu Madian) *ego minimus in domo patris mei*. Humilem enim hominem ſibi vult Deus ad magna patranda: juxta illud Eliæ ore ad Sareptanam mulierem 3. Regum ℣. 17. *Fac mihi primum ſubcinericium panem parvulum*. Verum in hoc virtutis genere antiquum Ducem novus Gedeon longe ſuperavit; dum igne licet exuſtus, in eum devenit humilitatis gradum, ut adhuc ſe indignum teſtaretur obtinere cælum: Quomodo non magis præ veteri habendus eſt parvulus ſubcinericius panis præcipuus iſte Dux Eccleſiæ gentium, in ruinam decidens colligantium ſectariorum? De illo viſionis pane dixit quidam, viſum audiens: *Non eſt hoc aliud, niſi gladius Domini, & Gedeonis*. De ſecundo autem ſublimiori myſtico, azimoque oblato Laurentii pane, quem & ſubcinericium, & de craticula panem merito appellamus, recte & nos vocem extollere poſſumus, dicentes: *Non eſt hoc aliud, niſi gladius Domini & Gedeonis*. Nam ut ille panis decidens, Madianitarum caſtra turbavit (unde Judic. vii. ℣. 20. *Mutua ſe cæde truncabant*; ita hic, de quo loquimur, panis in confuſionem, & interitum cadens hæreticorum, facit, ut ii oppoſitis fidei dogmatis, quæ tradunt, invicem conflictentur, invicem conterantur: quemadmodum apud Theologos, de illorum controverſiis mutuis pertractantes, videre licet. Atque ut de antiquis Erronibus taceamus, innuere ſatis ſit, hiſce temporibus Calviniſtæ in Lutheranos, Lutherani in Calviniſtas inſurgunt; mirumque in modum illimet, qui ſub eodem titulo proprii hæreſiarchæ comprehenduntur, etiam inter ſe, quoad fidei articulos, digladiantur. Nam qui ſub Calvino militant, alia tenent dogmata Rigidi, alia Molles, alia Gommariſtæ, Arminiani alia. Qui vero ſub Luthero, alia docent Puri, alia Mitigati, alia Confeſſioniſtæ. Ecquid aliud hoc eſt, niſi quod immittit Dominus, ſicut olim ſub veteri, ita ſub novo Gedeone gladium in Madianitarum caſtra, quo cæde mutua ſe confodiant? Sic profecto merita, & orationes tanti Martyris in bonum Catholicæ Eccleſiæ poſcunt: poſcunt, & obtinet: *Non eſt hoc aliud, niſi gladius Domini & Gedeonis*. Quemadmodum, quod Idololatræ poſt ejus mortem in factiones plurimas diviſi, ut ſupra notavimus, invicem uſque ad internecionem exarſerint, cauſa deſtructionis diabolici illius proſciſſi regni idem fuit laudatus Domini, & Gedeonis gladius; Eccleſiæ hoſtibus excidium creans; filiis autem unitatem & pacem, donec ad perfectam completamque illis requiem tribuendam perveniret, infidelibus dominantibus ſub Chriſtiano Principe prorſus extinctis: quando nimirum eadem Sancta Eccleſia læta conſpexit, quod ipſe myſticus præſertim Gedeon, ut Iſaiæ verbis utamur ix. ℣. 4. *Jugum oneris ejus, & virgam humeri ejus, & ſceptrum exactoris ejus ſuperavit, ſicut in die Madian:* Neque minus præclare Dux ille Iſraelitici populi tranquillitatem hanc præſignavit; quum Judicum. vi. ℣. 24. *Ædificavit altare Domino, vocavitque illud Domini pax uſque in præſentem diem*. Suo namque triumpho Levita Laurentius Romæ altare myſticum ædificavit, nempe ex vivis lapidibus gentium ad fidem converſarum, pacem impetrans Eccleſiæ finibus. Quo elogio lubenter præſentia claudo Actorum Sacratiſſimi hujus Martyris commentaria, gratias tibi Deo meo agens, ſicut David pſal. xci. ℣. 4. & 5. ait, *In decachordo Pſalterio: quia delectaſti me, Domine, in Factura tua*, Certe adeo mirabilis, adeo excelſa, adeo magnifica, ut nihil ſupra.

LIBRI SECUNDI COMMENTARIORUM IN ACTA S. LAURENTII FINIS.



PARS

PARS SECUNDA

COMMENTARIA, SIVE PIAE EXPOSITIONES IN VIRTUTES SANCTI LAURENTII LEVITAE, ET MARTYRIS.

LIBER PRIMUS

SUPER VIRTUTES EJUSDEM THEOLOGICAS.

MUlta quidem ex enarratis hactenus Sancti Laurentii geſtis admiranda conſpeximus vietutum ejus opera, queis virtutes ipſæ, in imo ſui pectoris confideotes, per exterius exercitium lucis ſuæ radios foris mulriformiter emiſere, modum luminis virtutis heroicæ, in aliis Chriſtianæ Religionis Heroibus quondam repertæ, quodammodo excedenres. Sed quia magnum hoc perfectionis exemplar ſpecolatori amanti aſpexiſſe vel obiter in hiſtoriæ diſcurſu neutiquam ſatis eſſe videtur; ideo pecoliaris heic rractatus de virtutum earumdem excellentia offertur, expetitus diu a ſtudioſis præconiorum tanti Martyris. Magis quod de complurimis virtutum ipſarum nullum in iiſdem geſtis factum ſit verbum. Meriro igitur deliberavimus præſentes adjicere conſiderariones ſupec ſingulas potiores ejus aoimi dotes, harom perquiſitis elogiis a divinis literis, ſanctiſque Patribus, ac ſamigeratis auctoribus; qoo ſolide meotibus noſtris ſedere valeat, & afſulgere ſublimitas meriti celeberrimi hujus Archipugilis Catholice Fidei. Simulque poſſimus & nos inardeſcere, juxta capacitatem uniuſcujuſque propriam, ad imitandum tantæ virtutis exemplum: quod eſt præcipuum hujus Operis objectum, prout in ooſteom vergit ſpiritalem profectum. In id enim debemus præſertim incumbere, ſi potentiſſimi hujus Martyris vere cupimus eſſe devoti; ejuſdemque validiſſimis communiri patrociniis. Nam cultores id genus ſibi obſtrictos Martye amat, & protegit; ſuaque ſenſibili præſeotia vel in vita, vel in morte lætificat, ac beatos efficit. Et quanquam parum ſit, quod de virtutum ejus magnificentia, in ſe inſpecta, poterimus exponere; longe quum hæc ſuperet mortalium meotem; ipſum nihilo ſecius *parum* multum oobis erit, ſi vel ex parte, ſecundom ſufficeotiam ooſtram, conàbimur in opus perducere; uode ingens felicitaris bonum in tempore, ac in æternitate obveniat oobis.

CAPUT I.

De Fide Sancti Laurentii Martyris.

THeologicis in virtutibus primum quum ſibi vindicet locum Fides, taoquam baſis & fundameotum, ſuper quod virtutes reliquæ fundantur, hæc prima omnium in conſiderationis cenſum venit; de qua ſcribit Apoſtolus xI. Hebr.I. *Fides, eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.* Dicitur *ſubſtantia*, quia totius ſpiritualis perfectionis ſuſtinet ædificium, veluti fundamenti primus lapis, ſuper quem myſtica ſapientis hominis conſurgit fabrica, non ventis diabolicæ rentationis, non pluviis temporalium calamitatum, non fluminibus perſecutionum hoſtilium unquam caſura. Tanta porro Fidei ſoliditas iode eſt, quia primæ innititur veritati, ſive revelaori Deo, a cujus indefectiſibili oris verbo pendet. Qua & virtote ſit, ut homo fidelis agens ea, quæ ſunt rectæ Fidei, vividus ac robuſtus, ineluctabilis reddatur diabolo. Hanc plane Fidem operoſam in gradu heroico ſunt amplexati ſancti homines Dei, quos intee rali ſe illi obſtrixit perfectionis vioculo Levita Laurentius, ut non ſolum dixeris, eum ſuodatum ſuper hanc petram ſolidam, non ſolum hoc nutritum ac roboratum cibo (quemadmodum ſcriptum eſt Deuter. VII. 3. *Non in ſolo pane vivit bomo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei:* val ſicut ad Hebr. x. 18. Paulus ait: *Juſtus autem meus ex fide vivit*) ſed etiam hac veluti animæ anima vivificatum. Lubet autem pau-

paulliſper in poſteriori notata vitalis cibi ſimilitudine perſiſtere ; qua ſub conſideratione configurari videntur mihi fideles homines juſti quatuor illis Hebræorum pueris , in regali Nabuchodonoſoris domo ſanctam abſtinentiæ legem exactiſſime obſervantibus, de quibus Dan.1.15. legitur: *Poſt decem dies apparuerunt vultus eorum meliores , & corpulentiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio*. Ita ſane , quia Fidei alimento nutriebantur , valde meliori dapibus illis regiis , a quibus abſtinuere . Spiritalis enim hic cibus præter interiorem animæ formoſitatem , quam illis attulit , venuſtatis quoque gratiam corporeis eorum addidit genis ; ut præ aliis illic nutritis pueris digni apparerent regali Principis conſpectu. Haud aliter , juxta ſpiritus intelligentiam , operatur in Sanctis lectiſſimus Fidei cibus , ut coram Deo , regum Rege , venuſtiores , ac peculiari reſperſi gratia compareant , quaſi florido nitenreque vultu. Unde Gregorius in Ezecb. lib.1. hom.3. *Facies* , inquit, *ad fidem pertinet . Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoſcimur , ſicut ipſe de ſuis ovibus dicit : Ego ſum paſtor bonus , & cognoſco oves meas* . Expoſitam generatim laudem peculiariter ſacrare Martyri videtur Eccleſia die Auguſti decima in Miſſarum ſolemniis, dum intonat: *Confeſſio & pulcbritudo in conſpectu ejus* : Nec ſemel , aut bis modulatione cantici ejuſdem contenta , ut in introitu illius ſacri myſterii mnris eſt, tertio quoque repetit ad offertorium : *Confeſſio & pulcbritudo in conſpectu ejus* . Sponſa Dei hæc eſt , viri ſui ſecretorum non ignara ; etenim ſpiritus in proverbiis XXXI. ℣.11. certos nos facit, quod *confidit in ea cor viri ſui* . Dum igitur citatum tertio repetit canticum in commendationem venuſti aſpectus noſtri Martyris almi (quod pro nemine Sanctorum ſolet, quorum meminit per univerſum anni circulum) aperte ſatis demonſtrat filiis pulchitudinem ejus eximiam, qua condecoratus apparuit ob ſuæ Fidei admirabilem confeſſionem. Cujus virtutis alimento ſpiritus ſaginatus , ac mira ſingulari ſpecie atque decore, myſtico in vultu exornatus; coram oculis tandem Domini, totiuſque cæleſtis curiæ glorioſus apparuit , ſe ſeque diſtinxit , in aulam Regis Regum ætheream introductus .

2. Legimus lib.3. Regum Cap.1., quantæ fuerit pulchritudinis Abiſag Sunamiris , de qua ℣. 3. & 4. reperimus ſcriptum : *Quæſierunt adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael , & invenerunt Abiſag Sunamitidem , & adduxerunt eam ad Regem . Erat autem puella pulcbra nimis* . Legebant & olim Patres in Canticis Canticorum VI. & VII. *Revertere , revertere, Sunamitis , revertere, revertere, ut intueamur te . . . Quid videbis in Sunamite niſi choros Caſtrorum ?* Hinc Ven. Rupertus Abbas in libro aureo *De Incendio* Cap. 21. ad Beatiſſimum converſus Martyrem , cujus Fidei pulchritudo ſuper omnem aliam in Chriſtiani orbis finibus Chriſto Regi placens ejuſdem contemplativi oculis illuceſcebat, ſequenti eam exaltavit elogio: *Quid videmus in te , o anima beatiſſima , niſi Sunamimitem illam , quam Dilectus amat , clamans , & dicens : Revertere , Sunamitis , revertere , revertere , ut intueamur te? Quænam eſt hæc Sunamitis niſi fides?* Tantæ formoſitatis æſtimavit ſapientiſſimus iſte Theologus Laurentii Fidem ; ut in omnibus Iſraelis , ſive univerſalis Eccleſiæ finibus ſelectiſſimam , Chriſtoque Domino Regum Rege ſumme dignam judicaverit . Magnum plane deſiderium oculorum Chriſti ſentiendum eſt , tantæ virtutis , fuiſſe venuſtatem , ſemel comperto , quod Sponſum Regem Deum provocavit ad quater repetendum verbum illud *Revertere*. Scimus, non deeſſe quoſdam Interpretes, qui congeminatum bis idem verbum in ore ſanctarum animarum ponunt . Sed hæc opinio nullum inferre intendit præjudicium aſſertioni alteri, habitæ a famigeratis aliis Theologis. Quandoquidem idem ſcripturæ teſtimonium multorum capax eſſe poteſt ſenſuum , a Spiritu Sancto intellectorum . Dicatur itaque , Creaturarum ſanctarum illud eſſe verbum ; non parum inde laudis reſultabit Laurentianæ Fidei , quæ deſiderabilis adeo ſpiritibus , animabuſque juſtis prædicetur ſuam ob inenarrabilem pulchritudinem. Veruntamen omnes creaturæ finitæ quum ſint cognitionis; & ut Chryſoſtomus advertit hom. *66.* in Joannem: *Pulchritudo , quo ad pulchrius non deprebenditur , in admiratione babetur ; cum vero aliud præſtantius apparuerit , illa prior deſpicitur* : Non ita noſtrum movere debet animum , ſicut illud in exceſſum pertrahit mentis , quod nimirum tanta extiterit Leviticæ laudatæ Fidei venuſtas , ut non modo creaturæ iſtius deſiderio tenerentur , verum etiam earum Creator Dominus Jeſus Chriſtus , quem nulla virtutis formoſitas latet , nec latere unquam poteſt; adhuc tamen , viſo Fidei Martyris decore , ipſe quoque ſibi quodammodo deſiderabilem ad intuitum eam venuſtatem exponat , clamans , ac dicens, juxta prælaudatum venerabilem Rupertum: *Revertere , revertere , ut intueamur te* : Perinde ac ſi creatum in ſupernaturalibus donis pulchrius vix fuerit , quod inveniri unquam potuiſſet .

3. Amator itaque Sponſus in Canticis tantæ Sunamitis (ſive , ut vulgata inquit editio , *Sulamitis* , quod vocabulum in allegoricis Matthæi Laureti ſignat idem ac *Sunamitis* , ideſt *perfecta*) ſic proſequitur ſuæ dilectæ laudes cap. VII. *Quid videbis* , inquiens , *in Sulamite niſi choros caſtrorum* . At quæ connexio, dicet aliquis,

Digitized by Google

quis, inter choros & caſtra? Chori ſunt ludentinm & canentium; caſtra vero ſerio agentium atque cettantium. Vultus ſpecies bene eohæret primis; ſecundis autem ſeveritas potius & auſteritas aſpectus, quæ non proſecutionem, ſed fugam ſpectatoribus incutiat. Magnanimitas bella quærit; puſillanimitas ludos & ehoros. Quonam modo diſparia hæc in uua potuere Sulamite eoire? Supra tamen edocti ſumus eruditione Ruperti, Sulamitem iſtam Laurentii eſſe Fidem, non minus certe fortem, quam pulchram. Nam & idem vir ſapiens cit. eap. ſuum cum Martyre alloquium inceptum proſequens, ita dicere pergit: *Qualiter ergo Sunamitem banc in te videmus? vere ſicut mulierem fortem:* Nempe in qua ſimul coeunt fortitudo & decor, ſicut in Proverbiis XXXI. 15. Salomon inquit: *Fortitudo & decor indumentum ejus*. Neque ad Sulamitis hujus adſpectum admirationes Sponſi aliunde proceſſere, uiſi ex eo, quod una & eadem iu hoc Martyre Fidei virtus optime componere novit robur ſimul & venuſtatem; ſive quia in eadem anima fideli eonſpexerit virtute Fidei ſimul unitas hilaritatem luſoris, ac bellatoris ſerietatem, omni puſillanimirate procul depulſa. Quamobrem illud ſibi promeruir a Chriſto elogium, Eccleſia dicente in laudem ejus: *O Mulier, magna eſt fides tua*. Maih. 15. 28. Stationalem pius lector adeat Miſſam feriæ v. poſt primam in Quadrageſima Dominicam, in honorem celeberrimi hujus Martyris conſiguatam: cujus initium illud idem eſt, quod legitur die Auguſti X., nempe, *Confeſſio, & pulcbritudo in conſpectu ejus*: Evangelium vero deſumtum inveniet ex adducto S. Matthæi capite, ubi de Chananæa muliere ſermo eſt, filiæ ſanitatem a Domino implorante; cujus fidem ſecundum litteram Salvator eſt admiratus. Verum quantum diſtat a littera ſpiritus, tantum litterali præſtat myſticus ſenſus, exceditque gloriam laudatæ rei, ſecundum litteram. Siquidem illa quondam mulier, fide Chriſti animata, de habitationis ſuæ finibus extulit pedem; ut inde tranſeuntem adiret Dominum, pro ſalute filiæ oratura. Sed Levita fidelis, ut Chriſti teneret veſtigia, non ſolum utcunque duras Sanctorum Martyrum anguſtaſque calcavit ſemitas; quemadmodum per os David Pſal. XVI. ait *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras*; verum etiam exceſſit in cruciatibus perferendis fines conditionis humanæ; quum miraculo Divinæ potentiæ manſit ſuperſtes mortalibus plumbatarum contuſionibus ad ulteriora ſuſtinenda pro Chriſti Fide ſupplicia; ſicut in ejus perſpeximus actis. Quantum enim eapio, id cauſſæ fuit, quare admiratus ſit Sponſus Dominus in beatiſſima illius anima granditatem & meritum Fidei ejus, dicens: *O Mulier, magna eſt Fides tua*: Per quam Virtutem ea fortitudine ad majora illa ſubeunda certamina paratam Laurentii animam invenit; ut non tam facile parem in fidelium turmis deprehendi poſſe dignoſceret; ſed *Procul & de ultimis finibus precium ejus*: Immo & procul *a finibus illis*, (cum Evangelio dicere libet) *egreſſam*: Quemadmodum alio loco legitur: *Jeſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit; Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael*. Dicet aliquis, quomodo exceſſus myſticæ noſtræ Mulieris a finibus ſuis in ipſius vergi poſſit laudem, qui exceſſus ſuper vires humanas miraculo Divinæ omnipotentiæ diſcernitur tribuendus? Sciſcitanti reſpondebimus: Quia nimirum Levita Laurentius miraculum iſtud de congruo meruit in ſe fieri ejuſdem ſuæ Fidei amplitudine. *Magna*, inquit Dominus, *eſt Fides tua; fiat tibi, ſicut vis*.

4. Qui vero admirabilem bellantis ſerietatem attigimus; paulliſper modo peregrinam ludentis hilaritatem attendamus. Non enim vel minimum ceſſit myſterioſæ Mulieris pulchritudo fortitudini ejuſdem; ſed æque operoſa & laude digoa viſa eſt Fides ipſius in fortitudine belli, ac in pulchritudine luſus. Iccirco ſapiens utrumque connexuit, ſcribens *Fortitudo, & decor indumentum ejus*: ſtatimque addidir: *Et ridebit in die noviſſimo*. Ad decorem ejus pertinet poſterius iſtud elogium: Sicut ad illius fortitudinem præmiſſum alterum: *Manum ſuam miſit ad fortia*. Et quæ ſane in fortibus Chriſti, in Sanctis Martyribus Fides ſpecioſior illa, quæ reſplenduit in noſtro Archilevita; dum per eam, poſtquam riſit lanienas omnes, in ſancto, illo adhibitas corpuſculo, lentos etiam in noviſſimo paſſionis die riſit ignes, riſit carnifices, ipſumque tyrannum Principem ludis excepit? An placet etiam in ipſis caſtrorum choris formoſam audire canentem, ſicut in Canticis legitur: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora?* Ecce Fides ejus hoc alterum inter urentes præſtat flammas, laudes indefeſſa recinens Creatori, gratias agens, & benedicens Deum, quemadmodum noſtri Herois acta teſtantur. Ita profecto, quæ ſunt fortitudinis, quæque deeoris, in unum eomponere didicit ad immortalis ſuæ gloriæ ornamentum. Multa denique ſunt, quæ de hac forti & pulchra Muliere poſſemus adjicere, in ſingularem ejus reſultantia laudem, ex cit. Proverb. cap. ſententias depromendo: ſed ne præfixam tranſgrediamur brevitatis legem; innuere dumtaxat licebit obiter, Fides Laurentii ea fuir, quæ *de nocte ſurrexit*, in hoſpitia Chriſtianorum contendens pauperum (qui tum præſertim erant familiares ejus) *deditque prædam domeſticis ſuis*: pretioſam videlicet ſubſtantiam domus Dei; quam ſibi prædam faciendam cogitaverat perſequutor avarus. Fides & Lau-

rentii ſic *operata eſt conſilio manuum ſuarum*, ſapienter illa bona egenis diſtribuens, prout unicuique indigenti opus erat. Neque facti hujus unquam pœnituit, quin potius *Guſtavit. & vidit, quia bona eſt negotiatio ejus*. Vidit nempe adprobavit, & confirmavit, quod egerat. v. g. quum vel exuſtus Martyr ad barbarum imperantem dixit: *Facultates Eccleſiæ, quas requiris, in Cæleſtes theſauros manus pauperum deportaverunt*. Alter propheticus ſermo ad eandem directus eſt Fidem, dicens: *Non extinguetur in nocte lucerna ejus:* De cujus lumine gaudens ipſe Martyr, Judici minanti, ac diceoti: Nox hæc expendetur in te cum ſuppliciis: reſpondit hilaris: *Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt*. Fieri quippe non poterat, ut lucerna ejus extingueretur in tenebris; cui, ut alibi notavimus, adpromiſſum a Spiritu Sancto fuerat per os Iſaiæ LVIII. 10. propter optimam utique negotiationem ſuam: *Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies*. Hæc & alia, quæ brevitatis gratia nos omittimus, pius inveſtigator inveniet Laurentianæ Fidei præconia, queis illuſtrari promeruit Fides ipſa ſermone prophetico, priuſquam ſe viſendam mundo præberet S.Levitæ actibus decoratam.

5. De Fidei porro virtute audivimus dicentem Apoſtolum: *Eſt argumentum non apparentium*. Vertit Syrus, *Eſt revelatio*, ſeu manifeſtatio *eorum*, *quæ non videntur*. Quia tamen ex infallibili Dei ore procedit, tantam vim & efficaciam in rerum manifeſtatione habere ſe prodit, ut quæ futura, vel abſentia ſunt, quaſi præſentia mentis oculis faciat cernere. Unde objecta ipſa inviſibilia, pluſquam viſibilia, fidelem moveant hominem ad ſui proſecutionem, ſi bona ſunt; ſi vero mala, ad fugam: Atque adeo iſte de rei veritate certior interim redditur; ut magis adhæreat revelatis, quam iis, quæ corporis videt obtutibus, manibuſque pertractat. Neque aliter fieri poſſet, ut homo viſibilibus præferat bonis inviſibilia, & præſentibus abſentia, niſi virtute fidei vivificæ ſupra ſe ipſum elevatus, ſenſum relinqueret, ac mentis acie ſuperna complecteretur objecta. Hinc magna lis exoritur inter utramque ſubſtantiam; dum ſpiritus ſurſum, caro autem quærit ire deorſum: & quo potentiora ſunt iſtius in infimis blandimenta, quæ ad deſcendendum adliciunt in ima; eo robuſtior fides exigitur, ut de ſenſu triumphet, hominem ad ſublimia elevando. Cujuſnam ergo generis Fides eſſe debuit in illo, quem prædicamus, Heroe; dum eum nullatenus movere potuit ardor ſæculi, vel puerum conſideremus, qui paternam florentem domum expedite dimiſit; aut adoleſcentem, qui liciras etiam mundi voluptates, æſtuante quamvis ætate, odio habuit; aut maturiori ævo juvenem, qui majorum imperio ad dignitates & honores primarios evectus, ſeſe iis, oppetendæ ſacræ mortis ſtudio, quantocius fieri potuit, exuere feſtinavit? Arrideat nihilo ſecius, nobis, ceteris ſilentio preſſis, poſtremam conſiderationem expendere; quanquam ſingulæ ſummam in eo comprobent Fidem; ſi diligentius ſuis cum adjectionibus perluſtrentur.

6. Et quidem Sanctorum fides id egit in ipſis, ut præſentia bona deſpicerent, quaſi præterita; futura vero, aut abſentia, velut præſentia æſtimarent. Quare multos eorum, legimus, tanta viguiſſe fide, ut coronas & infulas, ditiones & regna contemſerint, atque reſpuerint; vel antequam principatum, aut prælationem potirentur; vel honoris conſcenſo throno, rerum uſu pertæſi, temporalium bonorum vanitatem faſtidientes, ſive etiam ingraveſcente jam ætate, ad manſuram ſibi acquirendam ſubſtantiam providum intenderint animum, ſeligendo potius domi, aut in clauſtris, vel deſertis locis humilem abjectamque ducere vitam. In his plane ſpecioſi quippiam elucet, quod magnifice operata eſt alma fides, non inventum in aliis, qui vulgarem in fidelibus ſortiti ſunt conditionem. Veruntamen, quum menti occurrit operoſa Laurentii Fides, fateri adigor, ita me iſtius magnalia in admirationem rapiunt, ut omnino neſciam, quibus eam juſtis proſequar laudibus. Obviam etenim ſe mihi facit, quod Heros iſte ſumma erat poſt primam in Eccleſia dignitate donatus; ingentibuſque domus Dei opibus, uti ejus Arcarius, circumdatus; juventute pollebat florida; deſiderabilis erat aſpectu, morumque ſuavitate ac excellentia univerſis in Urbe credentibus amabilis valde: Quare facile viri prudentes, pergente ad mortem Sixto Pontifice, haud levibus conjecturis moti, præſentire poterant, primariam Orbis coronam & infulam illius eſſe proximam capiti; ea quum ætate bina vidiſſent id genus exempla, nempe cum Stephani, tum ejuſdem Sixti, qui ex Archidiaconis ad Petri Cathedram fuerant ſublimati; neque tamen in adeptis, aut fortaſſe adipiſcendis hiſce ſummis honoribus ipſe Laurentius magnum quid putat, acturus ſit, omnia ſi enumerata virtute Fidei relinqueret; vel ea declinaret, antra deſerti petendo; vel ad ſe venientem perſequutoris gladium præſtolando: Parvi hæc faciebat, niſi præterea peravide quæreret, & cum lacrymis ſe Pontifici ſiſteret ad oppetendam eodem ſuo cum Sacerdote plenam doloribus mortem. O ineffabile ſupremæ Fidei opus! o vere dignum tanto Viro facinus! cui unquam primatum cedet? aut cui ſimile comparabimus illud!

Totus

7. *Totus*, inquit Juſtinianus Patriarcha, Serm. de S. Laur., *ferebatur deſiderio ad ea, quæ videbat in fide*. Nihil Sanctus Præſul diſtinguens inter Laurentii carnem & ſpiritum, abſolute ſcripſit, *Totus*. Ita enim in eo Fidei virtus invaloit, ut ipſum totum facillime circumtulerit, ſecundum utramque partem, in prædam eorum, quæ illi futura præoſtenderat: quaſi caro ipſius corporeos non haberet oculos, quibus amabilis appareret vita præſens; vel ſpiritus ſua in operatione ab inferioribns non penderet ſenſibus, queis tantiſper retardari poſſet, ne tam expedite ad inviſibilia deſiderio tranſferretur. Unde dicere quiſque poſſit, eum cæleſtem potius, quam terreſtrem fuiſſe hominem. Conſiſtamus iccirco in commemorato ejus eum Pontifice occurſu. Ecce, ut Sacerdotem videt ad martyrium pertrahi; ſuaque diu concepta ignea deſideria fundendi pro Cbriſlo ſanguinis minime impleri; lacrymas, ſuper margaritas pretioſas nimis, inceſſanter effundit; non publico virorum conſpectui, non erubeſcentiæ naturali, non dignitati perquam eminenti, non gravitati propriæ perſonæ parcens. Terrena iſta penitus ab eo diſparent: acies eſt ſibi oculorum, non qua mundana conſideret, ſed qua cæleſtia dilata perpendat: *Flere cepit*, ait Ambroſius, *ſuam remanſionem*. Ubi autem ad optata præpediri ſe audit exercendæ cauſa erga pauperes caritatis; ærarii eccleſiaſtici, qunm ſit Præſul; ad Diaconias, ad egenorum hoſpitia extemplo ire feſtinat; volatque huc illuc, *quaſi columba ad feneſtras ſuas*: Cito ſacras prehendit ſubſtantias, citiuſque intempeſta jam nocte diſpenſat illas egenis. Mane ad ſuum velociter revertitur Epiſcopum, ut Martyr Martyri adjungatur; ne ulla, ſi poſſibile eſt, mora pertranſeat, quominus deſiderii ſui circa ea, quæ videt in Fide, compos reddatur. *Plenus* enim *Spiritu Sancto*, & *Fide*, intolerabili hac angitur ſiti, nonniſi per mortem diu ſuſpiratam extinguenda. Ideo protinus columba celeris, unde diſceſſerat, reverſa, inenarrabilibus iterum orat gemitibus, ut ſibi fundere illico liceat pro Chriſto ſanguinem una ſuo cum Antiſtite, clamans, & dicens: *Noli me derelinquere, Pater ſancte, quia theſauros tuos jam expendi, quos tradidiſti mihi*. Ceterum ſplendidiſſima quæque mundi hujus in oculis ejus adeo vileſcunt, ut profundo ſibi ſit mærori vel ad horam hiſce ſenſibilibus detineri bonis.

8. Præclara fidei, non ignoramus, producit exempla Paulus, ad Hebræos ſcribens cap. XI., quæ in veteris Teſtamenti Sanctis, diſpenſante Dei gratia, evenerunt. Proponitque Abel, Henoc, Noe, Abraham, Iſaac, Jacob, alioſque id genus beatos viros, quorum alii ludibria, verbera, vincula, & carceres experti ſunt; alii lapidati, ſecti, tentati, in occiſione gladii mortui ſunt: omneſque laudat jore merito tanquam teſtimonio fidei probatos: quos inter fuſius Moyſen honorat, moltiſque præconiis exornat a ℣. 23. ad 29. Is enim præcipuus Iſraelitarum Dux fuit, qui *Fide reliquit Ægyptum*, educens inde populum Dei, *non veritus animoſitatem*, ſive iram, *regis*. *Inviſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit*. Vertunt interpretes, „ Deum inviſibilem tanquam viſibilem virtute „ fidei expectavit adjutorem „. Additque Tirinus „ Fide expectavit ſibi certo affuturum, „ ac ſi viſibiliter præſentem illum haberet „. Eodemque ductore filii Iſrael (Apoſtolus ſequitur) *Fide tronſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram: quod experti Ægyptii devorati ſunt*. „ Moyſes & populus (inquit Menochius) promiſſis Dei crediderunt, & diviſa „ aqua, intrepide ingreſſi ſunt mare rubrum: „ quod ingredientes inſequutores, aquis maris „ abſorpti ſunt „. Non unius Prudentii, ſed etiam Auguſtini, aliorumque Patrum ſenſus eſt, S. Laurentium Ducem fuiſſe ac principem populi gentium, de quibus, pro Chriſto ſanguinem dantibus, ait Eccleſia: *Mirabile conſequuti ſunt iter, ut invenirentur illæſi in aquis validis. Terra apparuit arida, & in mari rubro via ſine impedimento*. At ſi tanta inventa eſt fides in Moyſe, cui contigit in figuris, quod Laurentio in ſpiritu & myſterii veritate conceſſum eſt; ut nimirum Dux eorum aut prioritate temporis, aot dignitate martyrii exiſteret, eorum nempe, qoi non aquas maris rubri, ſed rubras proprii cruoris undas pertranſire meruerunt, per quas eundo, introducerentur in promiſſam æternitatis terram, terram viventium; quanta in hoc ſecundo Moyſe (cujus typus priora fuerant) exiſtimabimus Fides extiterit, eſſeque debuerit? Communis, receptaque doctorum ſententia eſt, Apoſtolos Domini, nonnulloſque inſigniores novæ legis Sanctos virtute ſuperaſſe priores veteris Teſtamenti. Etenim per Chriſti adventum, ejuſque merita, non jam exhibenda, ſed exhibita, copioſiora Deos dedit dona hominibus, uberiorem gratiam, potentiora ſacramentorum auxilia, efficaciora ipſius incarnati Verbi exempla: quibus provocati, eo perfectionis complures aſcendere viſi ſunt, quo non item attingere valuerunt, qui præceſſere Divinæ incarnationis tempora. Hanc in utriſque differentiam Nazianzenus agnoſcens; *Orat.* x. *de Macbabæis Martyribus* ita philoſophatur: *Qui Martyrium ſubiere ante Chriſti paſſionem, quid facturi erant, ſi poſt Chriſtum perſecutionem paſſi fuiſſent. Quorum enim nullo propoſito exemplo talis tantaque virtus fuit, an non ii exemplum illud intuentes, fortius in certamen deſcendiſſent?* Diſcrimen iſtud attendamus & nos inter utroſque lau-

datos veteris, novæque Legis Duces. Ille carnalium Iſraelitarum, ſcribit Apoſtolus allaro capite, *Fide magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem:* Spiritalium vero Dux magnus, Levita Laurentius, Fide magis elegit, non quidem qualitercunque affligi cum Sanctis Martyribus, ſed diriſſimis diuturniſque torqueri ſuppliciis, quam dignitatum opumque temporalium gloria vel licite perſrui, *Fide non eſt veritus* (ait de Moyſe idem Paulus) *animoſitatem regis:* Fide noſter Archimartyr Imperantis iram, homunculi velut invalidi, ſprevit, atque deriſit. Fide ille percuſſit Ægyptium, præfectum hominem, laboribus divexantem, ac percutientem Hebreos: Fide iſte, devictis hoſtibus, triumphans, ſicut canit Prudentius ſtroph. 127., *perfodit Diabolum, & in æternum ſtravit.*

9. Quod autem Moyſes in Ægyptum deſcedens, ac viſitans fratres ſuos, percuſſorem iſtorum confodit ante annos quadraginta, queis expleris, liberandi erant ii a ſervitute Pharaonis; Laurentius vero in mundi hujus Ægyptum veniens, ac viſitans fideles fratres ſuos, contrivit infeſtantem eos ſatanam ante annos quinquaginta tres, quibus elapſis, liberandi quoque ii erant a jugo idololatrarum Cæſatum (cujuſmodi factum præcipue meritis Laurentianæ paſſionis tribuitur a Patribus una cum laudato Prudentio) propter myſterii diverſitatem diverſa ſunt annorum præſtituta ſpatia ab uno eodemque Domino, qui novit univerſa diſponere, ut ſapientiæ XI. 21. legitur, *in menſura, & numero, & pondere.* Nam quadragenarius annorum ſervatus eſt numerus ratione habita ad liberationem filiorum Iſrael de Ægypto a die viſitationis Moſaicæ, ac percuſſi oppreſſoris eorum. Hic enim numerus ſecundum Myſticos ad pœnalem veterem pertinebat legem, ſicut & Patres docent. Quinquagenarius antem ſpectat ad legem remiſſionis & gratiæ, in qua Trinitatis myſterium revelatum eſt. Ideo ad Chriſtianorum libertatem de ſervitute infidelium Principum a die confoſſi dæmonis virtute noſtri victoris Ducis interfluere Sapientia Divina diſpoſuit annorum quinquagenarium, adjecto ternario. Sacramentum itaque primi numeri conſtat: quandoquidem Iſraelitæ, qui erant filii ſecundum carnem, ad teſtamentum vocabantur, tradendum in monte Sina, quod erat, juxta Paulum ad Galatas IV. 24., *in ſervitutem generans:* Unde in Actis etiam Apoſtolorum XV. 10., dicentibus quibuſdam: *Oportet ſervare legem Moyſis:* Reſpondit Petrus: *Quid tentatis Deum, imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* Iccirco quadragenarium expectationis tempus, ad pœnam pertinens, conſtitutum ſuit eis. Veris autem Iſraelitis ſecundum ſpiritum, ex multitudine gentium credentibus, & in omnimodam libertatem filiorum Dei vocatis, quanquam incredulorum regnantium tum preſſis imperio, annorum quinqnagenarius remiſſionis præfixus eſt numerus a die Leviticæ viſitationis eorum, quum Sanctus perſodit diabolum ſævientem. Hoc enim erat eis tempus exſpectandum, inſtar ſacri circuli, revoluti ſepties Orbis, quo vetuſtæ legis facta olim ſuit remiſſio, ac veluti, a gravi jugo filiis data libertas in virtute Trinitatis Deificæ, ſive, a Patre per Filium in Spiritu Sancto. Quod myſterium character eſt novæ legis, legis gratiæ ac remiſſionis; in ternario ut diximus, numero, ſuper inducto ad quinquagenarium plenitudinis temporum, conſignatum. Denique fluxiſſe annos quinquaginta tres a die triumphi Levitici uſque ad latam Eccleſiæ pacem & libertatem Imperiali Conſtantini Magni reſcripto, manifeſte liquet ex Chronographicis tabulis. Oſtenſo ſiquidem in noſtri Martyris actis, Hunc triumphaſſe anno Domini 259., conſtans aliunde quum ſit Chronographorum adſertio, nimirum Conſtantinum edidiſſe relatam legem ſinendi fideles libere ſuæ Religionis actus exercere toto in orbe Romano, anno videlicet 312.; manifeſte concluditur, is quinquageſimus tertius annus ſuerit, ex quo Levita triumphans, diabolum vicit, atque proſtravit. Ab effectis autem hiſce diſparibus novi ac veteris Ducis, virtute Fidei operantium, colligere licet, quantum præcelluerit Moſaycæ Laurentiana Fides.

10. In utroque ſiquidem Duce mirabilia patravit Fides, per quam ambo inviſibilem Deum tanquam viſibilem exſpectaverunt adjutorem: expectaverunt, & experti ſunt. Sed tanto magis præ Moyſe adjuvantem atque præſentem expertus eſt Deum Levita Laurentius, quanto amplius Fidei oportuit in iſto eſſe, qua non ſolum pertranſiret impavidus aquas maris rubri effuſi ſui ſanguinis, ſed etiam tranquillus cubaret in medio carbonum ardentium; & quo flamma diuturnior, eo longius iter, & via formidabilis, quam calcaret alacer, & intrepidus Heros. Quod ſi vetuſtus Ductor ſua egit Fide, ut perſequutores Iſraelitarum ſepelirentur *quaſi plumbum in aquis vehementibus:* Præſtitit & alma novi Ducis Fides, ut Chriſtiani populi perſequutores deficientes, ſicut ſumus deficerent, ac perirent, ſicut fluit cera a facie ignis, quemadmodum in laudatis ejuſdem Martyris obſervavimus Actis. De qua ſamigerata penes ſacros hiſtoricos perſidorum ruina Martyr ipſe beatiſſimus per os David loqui videtur in pſalmis, quum in horum ſeptuageſimo ſecundo legimus: *Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium, Domine, in Civitate*

Digitized by Google

tate tua imaginem illorum ad nibilum rediges, quio inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. Jeruſalem novi Teſtamenti, Deique Civitas Urbs Romana ſit, in qua fixa eſt Sedes ſuper thronum David, Doctores myſtici non ignorant. Verba, quæ produximns ex citato nuper pſalmo, de Fidei hoſtibus ab ea diſperdendis, ſunt eadem in ſubſtantia eum iis, quæ juxta Prudentium, Martyr in craticula exuſtus protulit, prophetico & ipſe afflatus ſpiritu; quæque in effectu jam impleta videmus. Non opus erat huic Prophetæ cauſam iſtius deſolationis & diſperſionis impiorum expromere; ſatis enim erat in conſpectu gentium triumpbus ejus: quem ante annos mille (pbraſi utamur Sancti Maximi) prænuntiaverat idem pſaltes regius, perſonam induens ipſius Laurentii, ac dicens: *Quia inflammatum eſt cor meum*. Quo igne inflammatum eſt cor ejus? Reſpondet Ambroſius ſerm. 1. de S. Laur. *Igne Fidei .... Cor enim niſi Cbriſti flamma non urit*. Seqnitur pſalmus: *Et renes mei commutati ſunt*. Ideſt, male affecti elementari lenta flamma. *Renes ejus*, idem inqnit ſanctus Doctor, *ignibus exuruntur*. Innſitatum exſecrandumque facinus, quod perpetrarint impii, excogitantes non illum copioſis incendiis ſtatim perdere; ſed ignem ſubminiſtrare, quantum ſatis ad colorem illius ſacri corpuſculi paullatim commutandum, ac denigrandum, inſtar obuſti torris. Quid crudelius? quidve inhumanius? Hoc plane inauditum ſacrilegium cauſſa fuit, juxta propheticum Davidis verbum, ut coctores ſacrilegi, eiſque conſentientes, veluti ſomnium ſurgentium, a Civitate Dei morte tandem peſſima diſperirent, atque ad nihilum redigerentur. Ita profecto de his omnibus Fides Laurentii triumphavit: quemadmodum lib. 2. Act. cap. v. notavimus; poſtquam de illius felici egimus ad Cælum tranſitu.

11. Supereſt, videamus (loquendo de idololatris aliis extantibns in ipſa tum Urbe, qui licet partem in tanto non habuerint ſacrilegio; aliorum nihilominus in Chriſto credentium perſequutores ſaltem fuere) videamus, inquam, quonam modo & iſti, triumphante Laurentii Fide, ſepulti ſint in aquis vehementibus, quanquam longe aliter a relatis prioribus, qui in Sanctum Levitam ſacrilegas extenderunt manus. Revera namque & iſti Ægyptii erant, veros Iſraelitas perſequentes: attamen Dux laudatus, qui mitior Moyſe fuit, rogavit enixe Deum pro eis validis cum gemitibus, ut meliori ſorte deficerent: eo nimirum modo, quo David pſallit CIII. 35. inquiens: *Deficiant peccatores a terra, & iniqui, ita ut non ſint*. Nempe ſic peccatores deficiant, ut non amplius ſint iniqui, & perfidi; ſed ad Deum vivum, & verum denique convertantur. Talem fuiſſe Martyris orationem in Actis ejus exploratum habemus. Tantaque oravit Fide, dum in craticula ſuperpoſitus ureretur; ut merito in laudem ejus convertat Eccleſia illud Chriſti ad Chananæam mulierem directum elogium, cujus ſupra meminimus: *Magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis*. Exaudita eſt plane Martyris oratio, magna Fide animata, ſecundum ipſius Oratoris voluntatem. Etenim, teſte Prudentio, Quirites, paterna ſuperſtitione relicta, ex illa die ad Chriſti fidem amplexandam turmatim acceſſerunt. Ecquid aliud id fuit, niſi quod iniqui quum eſſent, ſalutaribus ſepulti aquis, mortui ſunt, qui erant; renaſcentes juſti, & ſancti, in novam ex veteri converſi creaturam? Hoc ſane majus fuit miraculum, quod, juxta novi Ducis placitum, egit Deus, quam non item alterum, quo, Moyſe orante, obruti ſunt Ægyptii aquis maris. Poſterius iſtud Fides obtinuit Ductoris Hebræorum; illud prius impetravit Fides alterius, qui a Prudentio & Ruperto conſalutari meruit: *Dux maximus Eccleſiæ gentium, Eccleſiæ Romanæ Matris Eccleſiarum*.

12. Sed ne putaremus, Laurentianæ Fidei opus ſola Romani Populi converſione fuiſſe conclusum; admonet nos Auguſtinus ſerm. *Cum inter*; Quod eodem Levita Sanctiſſimo *a ſæculo recedente, Fides ejus univerſo loca pervoſerit*. Datum equidem fuit ſanctis diverſorum locorum Martyribus, aut Epiſcopis, vel Evangelii præconibus, ut eorum clarificata Fides illuceſceret huic, vel alteri Oppido, aut Civitati, huic, vel alteri Provinciæ, aut Regno, vel nationi; pro ut eo, vel eo loci ſanguinem ſuderunt, aut verbum Domini diſſeminarunt. Non ſic Laurentii paſſione in una, vel altera tantum regione Chriſti Fides effulſit; ſed veluti ad ſonitum tubæ ingentis undique auditum, efficaciter promulgata, communi gentium plauſu recepta eſt. *Mors ejus*, Rupertus ait, *inſolita, ſive inuſitata quoſi tuba maxima univerſo mundo audita eſt*. Tuba quidem maxima illius paſſio fuit, qua totum per orbem reſonante, ingenti cum ſplendore verbum Fidei, quaſi fulmen ſimul cum tonitru, proſtravit ad Chriſti pedes *turbam magnam ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione*, videlicet adorabundam in conſpectu ejus, quemadmodum prædixerat David pſal. XXI. 28. *Adorobunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium: quoniam Domini eſt regnum*.

13. Innumera hæc ſecundæ Matris Eccleſiæ proles, ſub uno ſulgore triumphi Levitici edita, pertraxiſſe videtur in ſui admirationem Vatem Iſaiam, capite ult. ſcribentem: *Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic ſimile? Numquid parturiet terra in die una?*

aut

aut parturiet gens ſimul, quia parturivit, & peperit Sion filios ſuos? Quod enim idem Vates præcedenti ſcripſit verſiculo: *Antequom parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus peperit maſculum* : etſi, juxta mentem ſacrorum Interpretum, intelligi queat de cunctis ſimul editis ab Eccleſia Sanctis Martyribus (hi enim viri fuerunt egregii, maſcula virtute præditi propter ſortitudinem in cruciatibos ſuſtinendis; ſub unius prolis maſculæ vocabulo ea propter comprehenſi) adhuc tamen, quia ſecundum Patrum ſenſa inter ſortes iſtos præcipuus ſuit Levita Laurentius, nulli melius quam huic antonomaſtice congruit dictio *Maſculus*; qua per Prophetam indicatus peculiariter cenſeatur : cujus virtute martyrii Eccleſiam peperiſſe docemur in univerſo mundo filios ſuos, ſive credentium univerſitatem. De hac prolis numeroſiſſimæ procreatione laudatus Iſaias eodem capite LXVI. 12. ſubtexuit: *Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriom gentium* : Dandam ſic prænuntians Eccleſiæ ſub Conſtantino plenitudinem pacis, ſimul & inundantem gentium multitudinem in confeſſione nominis Chriſti. Opus, ut vidimus, ſignanter impletum clamore ſanguinis noſtri Abel, qui per Fidem ſuam vicit regna terrarum, & ſua morte mortem inſectorum idololarriæ peſte deſtruxit: unde Prudentius cecinit: *Martyris Laurentii prælio non incruento armata pugnavit Fides, & morte diruit mortem*. Ex ſtroph. IV. & V.

14. Joannes Apoſtolus epiſt. I. v. 4. de Fidei victoria generatim loquens, ait: *Omnis qui natus eſt ex Deo vincit mundum & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra*. Sed alia eſt victoria fidei, qua homo intra ſe ipſum vincit mundum; alia, qua extra ſe ipſum illum vincit; quum nimirum propriæ fidei exemplis ad imitationem ſui alios cogit. Fides altioris vigoris exigitur in eo, qui non tantum ſe ipſum, ſed & alios vincere per fidem optat. Commune eſt omnibus ex Deo natis ſe ipſos vincere per fidem, per quam horum quilibet vincit concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ; in quibus enumeratis conſiſtir omne, quod eſt in mundo, ſecundum relati Apoſtoli doctrinam eadem in Epiſtola cap. II. 16., atque ita quiſque natus ex Deo mundum vincit in ſemetipſo. Tum vero illum exrra ſe vincit, quum ipſamet vitia in aliis mundi amatoribus opprimit exemplis ſuis; caprivans eos de mundo in obſequium Chriſti. Qua in re amplior atque ſublimior propriæ fidei vis deprehenditur, quo majora de fide ſua experimenta id genus exhiber converſionis aliorum. Multiplicitas ſiquidem effectorum majorem efficacitatem cauſæ recte concludit. Vicerunt Martyres mundum intra, & extra ſe ipſos, ſubjugantes quoque perfidos legi Dei: ſed, ut ſupra notabamus, conſiderati ſeorſum, non æquæ omnes victoriam iſtam ſua in amplitudine ſunt aſſequuti per fidem: alii enim ſic, alii autem ſic: Laurentius per Fidem ſic triumphaſſe legitur, *ut paſſione ſua mundum illuminaverit univerſum*.

15. Haud obſcure mater Eccleſia hanc ipſam, quam Martyri conteximus, laudem perficir; quum ejus natali die tum in Miſſæ epiſtola, tum in Evangelio de multiplicato valde frumenti grano Dominicam recitat parabolam, Apoſtolicamque ſententiam: quod non facit in aliorum Sanctorum Martyrum feſtivitatibus (licet & hi grana etiam frumenti fuerint, quæ miſit Dominus *In ſemine*, ait Gregorius, *ut multarum meſſium fruges reciperet ex noſtra fide*). Quia nimirum potiſſimum uberem demeſſuir Dominus, moriente Laurentio, exercitæ ſuæ Fidei per immania tormenta fructum in toto mundo. Nam & ipſa Martyris victoria, quæ mundum vicir, Fides ejus fuit. Et fructus uberrimus ejuſdem Fidei, ſive innumerabilium gentium ad Deum converſio, per hoc mortuum ſelectiſſimum frumenti granum fruges multarum meſſium æquavit, ita ut nulla pene fuerint terrarum ſpatia, in quibus Leviticæ Fidei germina, veluti ariſtæ ſegetum, meſſium ſpicæ non apparerent, idololatris videlicet, illius audita paſſione, amplectentibus fidem Chriſti. Queis ergo præconiis tanti Victoris Fidem exaltare poterimus, quæ fere immenſum eidem Archimiliti triumphum contulit, teſtante Gregorio ſuper pſalm. VII. in Regiſt., *Merito Fidei paratur victoria?* Dum autem in Laurentio victoria ſumma fuit, qua ſupra omnem modum intra, & extra ſe ipſum vicit mundum, eatenus ut ſingolariter coram Deo lætatus fuerir, ſupra quam gaudent ii, *qui lætantur in meſſe*, ſupra quam *exultont victores, capta præda, quando dividunt ſpolia* : Conſectarium hinc eſt, ſumma in eo Fides fuerit, ſummum & Fidei meritum ejuſdem, cui talis ac tanta meſſis, talis ac tanta præda, quanta eſt illa Orbis univerſi, reſpondit.

16. Alto admirationis ſupercilio in hanc Fidem intendens Petrus Chryſologus, ſecum ad illam provocat admirationem populum Dei, Serm. de Sancto Laur. inquiens: *Donum Dei miremur. Ibi Fides non ſolum non arſit, ſed conſolabatur ordentem*. Si vero taliter conſolabatur ardentem, ut ardens rideret ignis incendia, cujuſmodi opus Fidei in nullo ceterorum Martyrum factum novimus; vide, quor ſint capita, ex quibus eruimus, in hoc almo Martyre donum Fidei ad eam amplitudinem deveniſſe,

Digitized by Google

veniſſe, ut ſi ceteris per partes datum id fuerit, in iſto tota ſimul ſe infuderit Fidei plenitudo. Quemadmodum pro hac adſertione noſtra Sancti Maximi Taurinenſis pugnat auctoritas, Hom.1. in S. Laur. docens: *Huic plenitudo Fidei martyrii contulit dignitatem*: Eam nempe martyrii dignitatem, qua, juxta eundem Maximum, *Apoſtolico ſe conſortio copulavit*: ut in Sanctis omnibus nihil ſit ultra meriti ac dignitatis circa fidei excellentiam, quod Sanctum Laurentium præterierit, ac omiſerit exornare.

CAPUT II.

De Spe Sancti Laurentii Martyris.

TAntæ porro Fidei plenitudini, quam hactenus in Sancto noſtro conſideravimus, reſpondere oportuit plenitudinem Sanctæ Spei, ſcilicet quod eſt maximum ipſius virtutis incrementum. Multiplicem enim gradum ſpes habet, quem poſſit ſcandere; atque ut ad notabile pervenit augmentum, *Fiducia* penes Theologos appellatur, quæ ſumma erit, ſi, juxta Philoſophos, attigerit *maximum*, *quod ſic*. De ſpe Theologica ſcribit Haymo ſuper epiſtolam ad Romanos cap. v. *Eſt certa expectatio gloriæ futuræ*. Oratorum eſt enim per notiora, ſive per operationes, ſcholaſtico miſſo rigore, naturas rerum explanare: ſicut eſt noſtræ mentis hanc regulam tenere, quam in præſenti cepimus virtutum tractatu. Elementa ſiquidem rerum per poſteriora, quæ ab illis dimanant, nobis innoteſcunt. Non igitur natura, ſed naturæ ſpei actus eſt *Exſpectare*; includitque, juxta Scotum, *Certitudinem*, quæ pertinet ad intellectum, & Fidem: quandoquidem in divinis fundatur promiſſis; quæ infallibilia ſunt, quantum eſt ex parte Dei. Quare nihil certius Divina ſpe, prout Deum reſpicit: quantum vero ex parte noſtra conſiderata, pendet ab uniuſcujuſque meritis: ſecundum quam rationem, dubitationem nonnullam involvit. Poteſt autem & ipſa virtus dubitationem iſtam expellere a ſubiecto, in quo eſt, Divinæ revelationis beneficio: ſicut Apoſtolorum contigit Principi, dum Mamertino teneretur carcere, ut plures ſentiunt. Epiſtola namque ſecunda, quam illic ſcripſit cap.1. 14. habet: *Certus, quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſignificavit mihi*: Nimirum quod brevi eſſet per crucis patibulum aſſumendus ad gloriam. Eandem Spei certitudinem noſtro affulſiſſe Martyri, citra controverſiam eſt; ne dum quia prædeſtinationem ſuam a Sixti didicit prophetia, quum audivit: *Poſt triduum me ſequeris*: ſed etiam quia interiori Divini Spiritus illuſtratione certioratus, Hippolito, de imminenti ſua morte contriſtato, dixit: *Noli flere, ſed lætare potius; quandoquidem ego proficiſcor ad gloriam.* Veruntamen quum ſpei certitudo id genus omnem amputet in corde hominis dubietatem ob præviſionem Divinæ operationis omnino futuræ, innitaturque revelanti Deo; minime capax eſt ſuſcipiendi magis & minus; ſed una eademque in omnibus, ad quos fit manifeſtatio, Dei veritate individua ſolidatur. Ex alio igitur capite major minorque Theologicæ ſpei excellentia (quam Patres adſtruunt in Sanctis hominibus deprehendi poſſe) requirenda eſt.

2. Sanctus Leo Magnus ſermone 9. de Quadrageſima modum indicans acquirendæ firmitatis hujus ſpei ex parte noſtra, diſerte inquit: *Certa atque ſecura eſt expectatio promiſſæ beatitudinis, ubi eſt participatio Dominicæ paſſionis*. Quo loci Sanctus Doctor ponit certitudinem ſpei fundatam in Divinis repromiſſionibus ſimul & in exiſtentia meritorum, quæ maxime conſiſtunt in participatione Dominicæ paſſionis. Hæc autem participatio perpeſſionis malorum ex noſtra ſe tenet parte; licet non ſine Dei auxilio in nobis ſit; unde complete procedit illa perfecta exſpectatio, quæ juxta Theologos: *Eſt firma animi conſtantia, qua ad promiſſa bona attendimus, nihil hæſitantes, ſed tam certi, ac ſi ea teneremus*: utique meritis non deſtituti, ſecus ipſa exſpectatio graviter claudicaret; foretque præſumtio. Et quia plus minuſve fieri poſſumus participes Dominicæ paſſionis; ſequitur plus minuſve certi fieri valemus ſecundum præſentem providentiam de futuris bonis, quantum ad noſtram pertinet partem. De hac ergo completa ſpei certitudine loquentes, perſpicue concludimus, Spem Laurentii Martyris culmen certitudinis attigiſſe; in quo ſumma prævaluit participatio ejuſdem Dominicæ paſſionis. Is profecto maxime firmus, plene ſecurus, omninoque certus, & nihil hæſitans dici potuit hæreditatis æternæ, ac ſi eam manibus teneret, magnis non deſtitutus meritis; qui quum innocens fuerit in toto ſuæ vitæ curriculo; adhuc tamen, Juſtiniano ſuffragante, talibus ſe dedit pœnitentiæ quotidianæ macerationibus, ut hæ aptæ forent ad inſtruendum ſemetipſum, ne ſuccumberet in acerbo futuro certamine martyrii, ad quod perpetuis id genus exercitationibus parabatur: *In pœnitentiæ quoti-*

quotidianæ ſe ſtadio exercebat, quatenus glorioſum poſſet triumphum obtinere martyrii. Atque adeo expeditus & promptior ad carnificum lanienas inventus eſt per paſſionem præviam, manu propria ſuo inflictam corpori; ut ſeſe ſpontanee tortoribus offerret, impatiens moræ ad ſuſtinendas Chriſti plagas in membris ſuis. Quod fieri nullatenus poterat, niſi ſecuritas Spei ejus ſupremum in ſui fundamentum habuiſſet apicem certitudinis ob præcedentem participationem Dominicæ paſſionis in carne ipſius.

3. Salvo itaque gradu diſpari cæleſtis fiduciæ, loquutus eſt Auguſtinus de cunctis Sanctis Martyribus ſerm. VII. de S. Laur., quum inquit: *Magnam habuerunt, Fratres chariſſimi, ſpem reſurrectionis Sancti, & ideo tolerabant tormenta paſſionis: ſperabant magnam claritatem, glorioſam requiem, ſperabant cæleſtem Jeruſalem, ſperabant paradiſum; & unde Adam tranſgreſſionis cauſa deceptus eſt, illuc ſancti, proſtrato eo, qui Adam deceperat, trophæa victricia reportarunt.* Inter ipſos autem Martyres, magnam ſpem habentes, quantum capere poſſumus, altius dederunt ſuæ fiduciæ ac ſecuritatis experimentum, qui, Deo inſpirante, ultro pro confeſſione nominis Chriſti ſe diſcerpendos carnificibus obtulerunt. Haud enim ea laudabili, ut ita dicam, prodigalitate vitam præſentem ſic facile pro futura commutaſſent; ut inimicos Dei quærerent, a quibus necarentur, minime exſpectando, ut ipſi a fidei hoſtibus inquirerentur, niſi longe ſecuriores de futura obtinenda, quam de præſenti obtenta vita, forent. Heroica illa facilitas ab heroica peculiari quadam ſpei ſecuritate manavit. Supereſt, attendamus his in Heroibus, quam ſe diſtinxerit Levita Laurentius. Sed prompte id quiſque colliget ex iis, quæ diximus cap. I. de Fide num. *6.* Ceterum, etſi multi viri ac mulieres ſanctæ, grandi ſpe reſulgentes, ſponte ſeſe ad martyrium, obtulerunt, præſertim in Africa Cypriani ferme diebus, ſed non item multi Duces, ne Reges dicam, non multi Præſules, non multi cujuſque generis Primores, Optimates, ac Summates. Horum plures atque plures mortem utique, cauſa fidei venientem ad ſe, indubitanter excepere; ſed quod ad eam perquirendam acceſſerint, Sancto impellente Spiritu, idque anteactæ vitæ meritis eorum exigentibus, exploratum, ſane rarum, inveniemus exemplum. Facinus hoc egregium eluxiſſe potiſſimum deprehendimus in eo, quem laudamus, Levitarum Maximo; qui ſua, ut jam notavimus, florenti ætate, immo vividioris juventutis ſuæ tempore, contradicente divitiarum affluentia ob ſibi creditam earum adminiſtrationem, reclamante Archileviticæ ſuæ dignitatis culmine, imminenteque proxime capiti ejus ſumma Pontificatus infula ob Sixti mortem; quum fideli populo, Cleroque Romano acceptiſſimus eſſet; adhuc tamen Divino inflammatus Spiritu, ad vitæ ſuæ terminum feſtinare cum gemitu lacrymiſque contendit. Et quidem id egit, non adhuc a Sixto edoctus de ſuæ victoriæ proſperitate; quandoquidem de ſuo triumpho accepit oraculum, poſtquam coram perſequutoribus flens largiter, ad ſanctum clamaverat Sacerdotem, dicens: *Quo progrederis ſine, filio, Pater*: Nimirum poſtquam intrepide talia dicens, ſe dilancinandum obtulerat, præſentibus ſanguinariis hoſtibus. Maxima igitur inter alios Chriſti Pugiles eum oportuit ſuæ Spei ſecuritate aliunde repleri, quæ nonniſi ab ipſius virtutis ſummitate procedere debuit; dum nulla ex actis conſtat, quod præceſſerit ad hæc revelatio ſibi tum facta: ideoque a certa ejus exſpectatione ſive Fiducia ſuprema, undequaque completa ob participationem Dominicæ, ut diximus, paſſionis, ortum habuit, quod tam facile, tam propere, tam libenter, tam alacriter, tam ardenter (omnia hujus mundi proſpera, honoreſque ſummi momenti, nihil penſi faciens) optaverit, ſtuduerit, niſulque ſit ea cum morte, atque acerba tam morte commutare. Hæc plane rara Lanrentii Fiducia fuit, certitudinis exſpectatæ rei culmina tenens.

4. Validiſſima profecto hac ratione ſundatam agnoſcimus laudem illam, quam centum firmiter & amplius ante nos annis quidam ſapiens ſuis in homiliis Laurentio dicavit; celebrans eum Chriſtianæ genti datum cælitus magnis illis in calamitatibus ſæviſſimæ perſecutionis; ut vel ſolo aſpectu & præſentia mærentem recrearet, ac lætificaret Eccleſiam, tam crudeliter exercitam, ac divexatam. Erat quidem & ipſe in iiſdem preſſuris corpore in terra poſitus, animo tamen ob altiſſimam Spei virtutem ſuper ſidera elevatus; tanta mentis vultuſque hilaritate perfuſus, ut vel aſpicientes mirifice refoveret. Notum eſt apud Aſceticos in ſmaragdo propter gratiſſimum ſuum pretioſum virorem ſpei donum conſignari: de quo Proverb. XVII. 8. legitur: *Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis*. Nobilis enim lapis ille ultra peculiarem, quam habet, ſoliditatem, congenita ſua viriditate ſuperat herbas, vicinum aerem & alia propinqua ſibi corpora tingit, viſumque intuentis recreat, & conſortat, juxta ea, quæ Theophraſtus refert. Spês autem, ſive *certa expectatio*, ſecundum relatam Haymonis definitionem, Saoctique Leonis Papæ doctrinam, in ſmaragdi ſoliditate figuratur. Spes enim eorum, qui patiuntur cum Chriſto, frangi nullatenus poteſt. Nam Sap. III. 4. *Spes illorum immortalitate plena eſt:* Semperque virens, marceſcere neſcia, cor lætificat, in quo eſt. Super id autem Sanctiſſimi Levitæ Spes vireſcere

co-

coram hominibus viſa eſt, ut non ipſum ſolummodo poſſeſſorem interius hilaraverit; ſed etiam exterius ſic lætum reddiderit, ut proprietatibus quodammodo communicatis, eum effecerit veluti ſmaragdum ſuo tingentem virore fideles omnes, appropinquantes ſibi; eoſque recreantem, ac mirabiliter reſtaurantem: Ita profecto, in ſimilitudinem pellucidæ Smaragdinæ gemmæ, univerſam in ſe cæli beatitudinem tanquam in ſpeculo cunctis ſpectatoribus repræſentavit. Quare videbatur eſſe (laudatus inquit Auctor) *animatum Cælum, ac totius beatitudinis compendium*.

5. Quæſitum movet Ildephonſus Flores lib.3. part. 2. de Martyrum ſpe Cap. 14., inveſtigans, quare ſpes cum ſpeculari ſmaragdi gemma componatur? Solvitque petitionem reſponſo Sancti Bonaventuræ in Dieta ſalutis tit.5. cap.4. de ſpe, dicens: *Spes eſt ſicut gemma, quia ſicut gemma eſt pellucida, ſic ſpes eſt quodammodo adyaphana: quia per eam videntur loca cæleſtia. De ipſa dicitur: Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis.* Talis erat Levita nobilis, nimirum quaſi una & eadem cum Spe gemma; in eaque, tanquam in adyaphano virenti lapide, compendiatim totius cæleſtis beatitatis amplitudo translucebat. Inquit enim Plinius lib. 37. cap.5., ex gratioſo ſmaragdi lapillo mira olim fabricabantur ſpecula, fulgores ac ſplendores emittentia; ut Athenæus etiam cum aliis ſcribit. Quapropter obverſus Cælo ſpecularis lapis, Cæli pulchritudinem ſibi vindicabat. Haud ſecus feliciſſimus noſter Diaconus, mentis acie ad ſupernæ beatitudinis regna ſemper obverſus, propter Spem vividam futurorum bonorum, pulcherrimam in ſe illorum imaginem repræſentabat. Quid hac viſione jucundius oppreſſis Chriſti fidelibus ſub illa perſecutione immani obtingere ad levamen poterat? Exiſtimo, creatis ſuper hanc terram rebus delectabilius nihil. Quemadmodum relatus Plinius de ſmaragdinis ait lapillis: *Nullius coloris aſpectus jucundior eſt: ſoli gemmarum contuitus oculos implent, nec ſatiant: quin ab intentione alia obſcurata, aſpectu ſmaragdi recreatur acies.* Id erat equidem Dei ſervulis experimento, contuentibus gemmam noſtram. Quod ſi talia, ut ſcripſerunt alii, operabatur exterius virtute Spei Levita mirificus, quid putabimus in ejus præcordiis egerit tanta virtus? Vix, reor, mortalis homo qualitercumque concipere valebit: res etenim ſenſum noſtrum nimis excedit. Cogimur nihilominus edicere quippiam, prout noſtra patitur imbecillitas, ne ſuſceptam conſiderationem, ſecundum potiorem ſui partem, in medio relinquere videamur.

6. Quanquam apud Theologos controverſum ſit; num habitus Fidei & Spei ſimul componi queant cum lumine gloriæ: præter dubium tamen eſt, coire cum iſto nullatenus valeant actus illorum, docente Apoſtolo ad Rom. VIII. 24. *Spes, quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam expectamus.* Quod ergo Chryſoſtomus ait de ſpe ſuper primam epiſtolam ad Corinthios: *Hæc, quod ſperat, jam cernit*: non aliud importat, niſi quod homo Dei ſperans, ipſam, quam poſſidere cupit, terram viventium, non in ſe, ſed in ſpecie, & a longe videt, ſenſuum caligine, quæ ſeſe interponit, infuſcatam. Licet caligo iſta in aliis denſior, in aliis rarior ſit; juxta minorem, aut majorem eorundem ſenſuum purgationem, qua viri ſancti gaudent, dum in via ſunt. Hoc autem nitore quum præſtaret miram ob ſuæ vitæ innocentiam Levita cæleſtis; fieri neutiquam poterat, quin eidem ſe viſendam præberet in ſpecie valde clara beatitudo futura: quam certiſſima expectatione manibus veluti contrectabat, & quodammodo poſſidebat: Sicut Juſtinianus ait: *Spe tenebat*. Exemplo rem declaremus. Accidit namque interdum, ut, conſopitis ſenſibus externis, horis præſertim matutinis, in dormiente ſpecies aliquarum rerum ita vehementer excitentur, & combinentur in ſignificationem alicujus objecti, tantaque luminis claritate, quanta fortaſſe nec ſub luce diei quicquam ſimile ſeſe videndum expeditis exterioribus objiciat ſenſibus: quamvis re ipſa dormientis oculis nihil hujuſmodi applicetur intuendum, immo per id temporis omni penitus operatione iſti careant. Haud ſecus quandoque contigit in ſomno myſtico animarum ſanctarum, ut miras quaſdam illuſtrationes, excitationes, & effectiones circa ea, quæ ſperant, ac vehementer deſiderant, liberali a Deo recipiant manu; appareatque illis veluti jam intraſſent Cæli januas, atque ſi introductæ forent in gaudium Domini ſui; licet in corpore non extra corpus reapſe adhuc ſint, nec quid hujuſmodi, niſi ſpecie tenus, fiat. Idem porro favor evenire poſſet alicui Sanctorum hominum, operante Deo, propter merita *de congruo* vividiſſimæ ſummæ Spei, arbitror, Theologorum nemo refragabitur. Hoc, videtur, cæleſti ſua doctrina indicare voluerit geſtum in Sancto Laurentio laudatus Venetus Patriarcha, nimirum quod eo proceſſerit Spei virtus in tanto Heroe, ut is meruerit, ſic ad vivum repræſentari ſibi futura bona, quaſi jam futura non eſſent, ſed præſentia, ſuiſque manibus tangeret; ſicut alibi de ipſius diximus fide. Juſtiniano accedit Petrus Chryſologus, qui non minus Leviticæ Spei, quam Fidei donum prædicavit *Mirum*: non minus igitur unius, quam alterius doni opus mirabile oportuit eſſe, nempe quod ſicut objectum abſens, fide quaſi præſens, magnus Levita cerneret; ita, & quod futurum

erat, velut præſens Spe ſua, inexplicabili teneret pugno.

7. Et quia Spei proprietas non tam ad rem contemplandam, quam ad poſſidendam pertinet; unde idem Sanctus Juſtinianus ſcripſit: *Quæ videbat in Fide, Spe tenebat*; opportune ad ſermonem venit noſtrum, quod in Apocalypſeos libro exaratum aſpicimus IV. 2. & 3., ubi Joannes inquit: *Sedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens ... & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ*. Smaragdina erar iris, quæ ſedentem in imaginaria figura Deum circumdabat, & complectebarur ambitu ſuo. Sic quondam Iſaias eum vidiſſe teſtatus eſt C. VI. dicens: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum: & ea, quæ ſub ipſo erant replebant templum*. Inſtar namque hominis regis in gloriæ rhrono ſedebat. In ſolio iſto plerique Myſtici ſanctam intelligunt Virginem, in qua Verbum caro ſactum, ſedir, uri Rex regum, & Dominus dominantium. Quod enim Iſaiæ rempore ſururum erat, quaſi jam ſactum, oſtendebatur. Mille namque anni ante oculos Dei ſunt ramquam dies heſterna, quæ præteriit. Haud alirer coram Joanne Apoſtolo, Spiritu Dei afflato, in Apocalypſi a capire IV. ad XIII. plura, quæ in Chriſti Eccleſia ſurura erant, quaſi jam ſacta viſa ſunr, ſicut Interpretes paſſim ſentiunt. Immo S. Dionyſius Alexandrinus (uti advertimus in Martyris Actis, de Valeriani perſecutione loquentes) Caput XIII. ejuſdem Apocalypſis expoſuit de eadem Eccleſiæ divexatione graviſſima; in qua poriſſimum Levira Magnus velut iris in multa nubium opacitate reſplenduit. Iridis quippe in ſe rationem expreſſit; quandoquidem arcus ille miſericordiæ divinæ ſymbolum erat, beneficiorum imbrem in creaturas effundens; cujus proprietarem imirarus idem Dei Miniſter Alriſſimi, copioſam miſerationum pluviam ſuper indigentes effudir. Verſicolor erat iris, in eodem Apocalypſeos codice deſcripta, juxra quod inquiunt Expoſitores; ſed maxime ſmaragdum viridis coloris repræſenrans: ſecundum quam conſiderationem ex dictis jam ſupra, Laurentianæ Spei excellentiam præ ſe tuliſſe viderur; quæ bearirudinis objectum quaſi teneret, & circumplectererur in ipſo throni, ſive ſedis cæleſtis ambitu. Hoc enim vere mitablle operata eſt in Laurentio pretioſa Spes ejus, nimirum ut ea virrute diratus ad plenitudinem; quod ſibi obvenrurum eſſer bonum abſens, jam veluti præſens, rara claritate conſpiceret, ac contrectarer: *Spe tenebat*: perinde ac ſi beariſſimus Juvenis in cælo ſoret, atque ad Dei uſque ſolium pervenrus, quaſi ſmaragdinus arcus circumdarer Filium hominis brachiis ſuis in rhrono ſedentem.

8. Reliquum eſt, diſpiciamus, quomodo per laudaram Spei virtutem ampliſſimam Levita præcelſus circumdabat ſedem Dei, ſupernam cæli beatirarem ſuis quaſi ulnis amplectendo; quum Juſtinianus dicat, eandem Paradiſi gloriam, quam firmiſſime ſperabat, *complectebatur amore*. Verum Theophraſtus, coram Tirino ſupra ciraro in Cap. XXI. Apocal. 19., docet, pretioſum lapidem ſmaragdum virore ſuo puriſſimum, reſerre oleum. Auguſtinus autem ſerm.23. de verb. Dom. *Quid magnum*, inquir, *ſignificat oleum. Putas, non Charitas, eſt?* Paulloque infra dubium omnino reſolvit, dicens: *Charitas merito oleo ſignificatur. Omnibus enim humoribus oleum ſupereminet: Charitas numquam cadit*. Sed dicet aliquis, quonam modo a Spe Cariras exprimi poteſt, velut oleum ex ſmaragdo? Non de habitibus Theologicarum virtutum infuſis loquuti ſumus; ut ex ipſis conſiderarionibus patet, ſed de acquiſitis, & ſecundum actus ſuos. Habitus priores rationem cauſæ & effectus invicem habere non poſſunt; ſed a Deo in anima hominis ſimul infunduntur: poſteriores vero non ſic. Unde Peraldus tom. I. Summ. Virt. cap. I. uti fidem agnoſcir cauſam ſpei, ira ſpem caritaris, dicens: *Ideo enim quia credimus Deum liberaliſſimum, ſperamus in eo; & quia de liberalitate ipſius ſperamus, eum diligimus*. En quei ſpes virore ſuo tanquam ſmaragdus myſticus ſpiritale puriſſimum Caritatis oleum refert. Hoc igitur amore, qui ſanctæ ſpei fructus eſt (per quem & creatura feſtinar ad Crearoris amplexum, ob excitarum deſiderium ſummi boni futuri, aliquando poſſidendi) Levita inclytus, ſmaragdina velut iris, ſedem Dominatoris omnium, mente ſupra ſe ipſum in cæleſtibus elevarus, circumcingebat; ut vi nulla viſibilium, aur inviſibilium poteſtarum inde poſſer avelli. *Sedes poſita erat in Cælo, & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ*.

9. Apoſtolus ad Hebræos VI. 18. *ſolatium*, ait, *habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis*. Hebræi namque in templo velum renebant, ſegregans Sancta Sanctorum ab anteriori Sanctuarii parte. Anagogice pars illa nobilior, *Sancta Sanctorum* dicta, triumphantem Eccleſiam ſignificabat, cæleſtes opes, delicias, gloriam Sanctorum, claramque vel maxime viſionem, & fruitionem Dei, quæ mortalium oculis deneganrur, conrinenrem. Anterior aurem templi pars mortales credentes indicans, militantem denotabat Eccleſiam ob interpoſitum velum, quibus tamen viatoribus ſolatium datur virtute ſpei, quam habenr, ac tenent, *ſicut anchoram animæ tutam, incedentem uſque ad interiora velaminis*. Spes enim juſto-

juſtorum continere ſe neſcit in anteriori parte, ubi ii degunt; non enim contenta eſt præſentibus terrenis viſibilibus bonis, quæ dona etiam Dei ſunt; ſed ultra ſpiritualia deſiderantium extendit brachia, ultra incedit, cælum penetrans, apprehendenſque cæleſtia, & in ipſo Deo in ſolida velut rupe ſeſe defigit. Sed iterum monemur, non æque ſpes omnium credentium firmiter adhæret Deo, quin dentur in ea, ut Scholæ ajunt, *remiſſionis & intentionis gradus*: Quicquid autem de ſingulis ſit; certe Laurentianæ Spei exemplum tantæ fuit efficaciæ, ut eodem pro ſua bene informati capacitate Romanus, & Hippolytus, eam vividam, Deoque valide adfixam conceperint ſpem, qua moras fundendi pro Chriſto ſanguinis ſuſtinere nequiverint. Hinc extemplo clamavit unus coram ſurentibus idololatris: *Chriſtianus ſum*: conqueſtus eſt alter, quod detineretur a Sancto Diacono ad breve tempus, ne ſe proderet ſervum Chriſti; unde mæſtus ajebat: *Quare non vociferor, quia Chriſtianus ſum, & tecum incumbo?* Sic profecto amborum ſpes, velut anchora defixa in Deo, perquam alte inventa eſt formata ad imitationem Leviticæ Spei, quam utrique intuiti ſunt. Quod ſi laudata Sancti Levitæ anchora ab iiſdem vel curſim inſpecta, egit exterius, ut inſpectores talem conciperent, quoque ſpem præcipui ordinis, præcipuæque adhæſionis Deo; quis comprehendet, quæ in intimis ipſius Archimartyris operata ſit, ubi pleniſſime confidebat? Brevi rem finiemus cum Ugone in citatum Apoſtoli locum. Navis eſt anima, anchora, ut diximus, ſpes eſt. Penetrat hæc uſque ad interiora Sanctuarii cæleſtis, quamvis laboret navis in medio fluctuum, donec per mortem corporis optato in littore collocetur. Id plus ſuam ob eminentiam & efficaciam obtinuiſſe videtur in Laurentio Spes admirabilis; iſtius nempe animæ navem in ipſis procelloſi maris fluctibus non ſolum a naufragio tutam reddidit; ſed etiam immobilem ac firmam, velut in tranquilla jam foret ſtatione compoſita, nullis furentibus ſævientis ſæculi undis agitata; haud ſecus ac ſi Spes ipſa foret, quæ interiora velaminis, ſive cæli Sanctuarium penetraſſet: *Iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſionis ſmaragdinæ*.

10. Ex eodem beatitudinis ſpecimine, quod Sanctiſſimus Juvenis, Spei ſuæ virtute propinante, guſtavit, ſubortum eſt in cor ejus illud gaudium, quod in ejus etiam faciem exundavit ſub maximis quoque tormentis, queis undique corpore urgebatur ad lentam uſque ignis exuſtionem; adeo ut in illo inferno temporali, ut ſcribit Gregorius Magnus, conſiſteret tranquillus, *pulcherrimo vultu jucundus*: ſuoque coctori tyranno ſerenus illuderet amœnis ſaltibus; immo, ut ait Maximus, ipſis pariter *inſultaret ignibus*. Et unde ſane tale, tantumque gaudium obvenire illi poterat, niſi a participatione quadam ſupernæ beatitatis, ſive a ſede Majeſtatis Dei, quam, Spe ſua factus iris ſmaragdina complectabatur? Quod ita: reſpondet Petrus Chryſologus, nos inſtruens, hæc mirabilia perpetraſſe, *Quia fidelem tenebat promittentem*: Atque ſi promittens, quæ ſibi promiſerat, contuliſſet; de futuris gloriæ dotibus congaudebat. Hoc eſt alterum diverſæ ſpeciei oleum, quod ex ſanctæ Spei ſmaragdo in cor ejus exprimebatur oleum: de quo in pſalmis legitur: *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*. Laurentii conſortes fuere Martyres Domini, qui fere omnes gaudentes in cordibus ſuis, & fortaſſe non ſemel exterius hilares, dedere complures pro Domino animas ſuas; vel ad minus, ſi non lætantes ad extra, ſaltem patienter. Præ lætantibus autem intus & extra conſortibus ſuis Levita ſublimis in candenti ferreo grabato lætitia ſuperfuſus apparuit, unctus nimirum ſuperabundanter ſmaragdinæ pretioſæ Spei ſuæ oleo; ut ſi illum Protomartyri compares Stephano (de quo, in ſaxorum turbine poſito, propter ſuæ mentis gaudium canit Eccleſia: *Gaudens ſuſcepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriæ*) altius exultantem Laurentium cum Auguſtino deprehendes ſerm. 38., ubi uni eidemque Levitæ noſtro eam reſervat laudem, dicens: *Lapidabatur Stephanus, & orabat: Aſſabatur Laurentius, & hilari facie congaudebat*: Hilari, inquam, facie non ſub brevi lapidum nimbo, ſed in accenſis carbonibus, pedetentim urentibus; *In illa* (idem Doctor ait tract. 27. in Jo.) *longa morte, in illis tormentis*, nulli alteri torſioni comparandis, haud ullus acerbiſſimarum paſſionum ſuarum dolor, ſive luctus unquam potuit extrema ejus gaudii occupare: quemadmodum & ex ipſis facile liquet actis; in quibus legitur, ita lætus, ita jucundus, & mente, & vultu inter verbera, lanienas, & exuſtiones viſus ſit, ſuis etiam ſtupentibus lanionibus, coquiſque inhumanis; ut illata perquam horrenda tormenta reputaverit puerorum joca. Certè ſi veniret doloris incapax de Cælo Angelus in aereo aſſumto corpore, humanam fingens in ſe naturam; eamque ludi gratia ſæviſſimis religionis noſtræ hoſtibus lacerandam, & exurendam offerret, proſcindentibus iſtis, ac aſſantibus oblatum corpus (quum nihil interim incommodi pateretur illuſor ſpiritus, nec pati poſſet) neſcimus, quid ultra hilaritatis exultationis, ac tranquillitatis in mutuata ſibi facie valeret oſtendere ſupra id, quod ſereniſſimus iſte Levites, dum in ſua vera cruciabatur carne mortali, aperte monſtravit, atque ſi jam glo-

glorificatus eſſet, omnium dolorum immunis. Tantum olei præ ſuis conſortibus ſmaragdus myſticus illi attulit; eum elevans ſuper hæc infima, mœrorem affetentia; ut Virum magnum in ſimilitudinem eorum redderet, qui non in ſpe, ſed in re poſſident, videntque Deum ſuper aſtra cæli; Laurentium ipſum efficiens, quaſi virentem iridem *in circuitu ſedis*.

11. Sed jam quæritur, quonam modo Spes excelſa tam copioſo lætitiæ oleo unxerit eum præ conſortibus ſuis, ut univerſa diaboli tormenta facili negotio derideret? Quamobrem notandum eſt, quod Theologica hæc virtus duo in homine gerit munia; unum eſt ſolidare illum, ne languore laboret; alterum delectationem eidem afferre, ne diſplicentia, ſive dolore tabeſcat; ſicque ſolidando fortem efficit hominem; oblectando lætum reddit. Haud aliter ſmaragdus, ſpei ſymbolum, utraſque ſibi proprietates viodicat. Non enim ſolum lætificat hominem, oculot iſtius corporeos oblectando, ſed etiam debilem confortat, utramque ipſius aciem ſolidando. Ipſe vero lapis, qui in æreis invenitur ſodinis, ajunt Scriptores naturarum, adeo fortis, ac durus eſt, ut *invulnerabilis* appelletur. En quæ Divina magnalia operatur in ſperante homine Theologica ſpei virtus, *fortiſſimum* nempe *ſolatium*, (ut laudatus docet Apoſtolus) quo interius roboratur homo, & fortis redditur: quoque magis ac magis ſpes ipſa fibris hæret cordis; magis magiſque ſpiritu invulnerabilis efficitur idem homo, communicatis per intimam conjonctionem proprieratibus ipſius virtutis ſubjecto, in quo reperitur. Indeque ſequitur, ut ille fortitudinis acceptæ conſcius, ad menſuram collati roboris gaudeat, & exultet. De potentioribus porro ſolatiis ſanctæ Spei, quibus Martyr egregius conſortatus, ac roboratus eſt in ſuarum acerbitate paſſionum, Adoniana, & Suriana ſæpe loquuntur acta, in quibus novimus, quam frequenter Deo benedixerit, & gratias egerit; quod eum mirifice in horridis ſuis torſionibus confortare dignatus ſit. Hinc ſubortum eſt ingens in eo illud oblectamentum, quo lætus & hilaris adverſantia cuncta rideret. Quare in una eademque petra myſtica, ſive ſmaragdino beatæ Spei lapide & duplicem penes Laurentium operationem ſeu effectum agnoſcimus; & modum, quo per unum ad alterum proceſſerit actum. Deuteronomii ſiqoidem capite XXXII. 13. habemus: *Conſtituit eum Dominus ſuper excelſam terram: ut ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo*. In terræ celſitudine merito ſublimitatem ſanctitatis attendimus; in qua perfectionis auctor Deus conſtituit Levitam ſuum; cujus Spes, quaſi ſmaragdinus lapis (ſynonimo plurimo eodem loci & *Petra*, & *ſaxum duriſſimum* nuncupata) geminum ſugenti Martyri liquorem reddidit, nempe mel & oleum; mel divini ſolatii, quo ad miraculum uſque Martyr ampliſſimus eſt conſortatus: ſicque roboratus, de eodem ſaxo duriſſimo ſuxit lætitiæ oleum præ conſortibus ſuis, ita ut ludis ſe daret, in medio decumbens prunarum ardentium. Vide hinc, quam in ſublime Spes ejus ex hiſce infimis elevaverit eum, ut veluti cæli habitator factus, infernis hujus ſæculi tempeſtatibus lætus illuſerit.

12. Sic equidem impletum eſt in eo, quod Eccleſiaſtici XLV. reperimus ſcriptum: *Similem illum fecit* Deus *in gloria Sanctorum*: vertit Ugo de S. Caro: *Similem illum fecit Sanctis exiſtentibus in cælo*. Sermo eſt eo loci de Moyſis gloria propter ſplendorem vultus ejus, in quem intendere non poterant filii Iſrael, quum ille iſtis tabulas afferret teſtimonii, cujus erat miniſter a Deo conſtitotus. Nos autem de altero etiam intelligimus Miniſtro idoneo prolatam ſententiam, qui olim ad ſuum Sacertem ajebat de ſe ipſo: *Experire, utrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem*. Quod ſi ille veteris Teſtamenti, quia tulit lapideas tabulas Dei digito ſcriptas, ſimiles fieri meruit Sanctit exiſtentibus in cælo; quanto magis alter, qui non mortis litteram, juxta phraſim Apoſtoli ad Cor. 2. III. 8., ſed vitalem Chriſti ſanguinem fidelibus adminiſtravit; quanto, inquam, magis ſimilis ſactus concelebrandus eſt in gloria ſanctorum? Quique non in lapidibus, ſed in tabulis cordis carnalibus Evangelicam Dei legem impreſſit? Quomodo per hanc Spiritus adminiſtrationem fieri poterat, quin etiam in terris poſitus, ut quondam Moyſes, aſſimilaretur Sanctis exiſtentibus in cælo? Præſtitit hoc illi ſpiritaliter, ſicut jam diximus, alma Spes ejus, reddens eum quaſi reſulgentem ſmaragdinam iridem in cæleſtibus; ſed ut exterius quoque appareret, quod interius cum eo in ſpiritu Divinitus agebatur, ſolari ſplendore facies ejus, teſte Prudentio, meruit circumſundi; ſimilis etiam ita ſactus (quemadmodum Divinæ Scripturæ ſenſus eſt) in gloria Sanctorum. Nec quis miretur, ſi ratione multiplici reſulgentem eum obiter prædicamus ſimilem ſactum ſanctis exiſtentibus in cælo; dum non uno tantum, ſed variato ſulgore micuit in terris. Ait enim laudatus Eccleſiaſtici liber cap. XLIII. 12. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Giravit cælum in circuitu gloriæ ſuæ manus Excelſi aperuerunt illum*. Specioſum valde arcum in ſuo ſplendore dicit eſſe, miram ob varietatem colorum ſervatam in ipſis ſplendoribus. Haud aliter mundo ſplendeſcere viſus eſt Levita Laurentius multiplicitate colorum, dotes ejus plurimas conſi-

gnan-

gnantium . Unde Augnſtinus etiam ſerm. 37. de diverſis inqoit : *Quanta virtutum multitudine quaſi florum varietate diſtincta ſit Laurentii Martyris corona , univerſa teſtis eſt Roma*. Quod autem nunc nrget potiſſimum adducere in ıpſius Leviticæ Spei laudem , illud eſt, nimirum hac virtote inter varias ſic ſefulſerit Vir magnus , nt præſertim ſmaragdinum præ ſe ferret ſplendorem , inſtar Apocalypſis iridis , dum in cælo Eccleſiæ ſanctæ cum hominibus converſaretur: quod ſymbolice dictum volumus, ad conſignandos effectus beatiſſimæ Spei ejus. Nam & de viſo ab Apoſtolo Joanne arcu expoſitores ajunr, oon ita oportere ſcripturam intelligi , perinde ac ſi unius dumtaxat fuerit coloris ſmaragdini; ſed quia verſicolor quum eſſet, viriditate nibilominus coloribus ceteris prævaleret . Molta itaque ac mira virtutom opera patravit Levita percelebris ; in quo autem illoſum maxime ſe diſtinxerit , & ad quod cetera ordinaverit , illud fuit , nempe ur univerſam lætificaret Eccleſiam , jnxta ea , quæ ſupra vidimus , cujuſmodi lætificandi opus in proprietate ſmaragdini coloris elucet. Aſſimilatus quo circa ſtrenuo illo Machabæorum Duci (de quo 1. Machab. 111. 7. Divina Scriptura inquit, *Lætificabat Jacob in operibus ſuis*) id egit , ut in cujuſque virtutis operibus Spes ejus ampliſſima triumpharet ; qua credentium ſpiritalem aciem mirabiliter conſortaret , ac pleniſſime recrearet in triplici nimirum tum ſobſequenti perſecutionum ſæviſſimarum æſtu , nempe Decii , Galli , & Valeriani , de qnibus in ejus egimus actis.

13. Neque ſic putare debemus , quod in Laurentianis operibus triumphaverir alma Spes, ur non etiam triumphum retulerir de ipſorum operum potentiis , ſive principiis , unde illa prodieruot , nempe de intellectu & voluntate ejus; quum utraſque ſibi devinciens , captivavit in obſequium Chriſti : quo in mirabiles exirent actus. Nam & Qniotilianus lib. 5. docuit : *voluntatem ſpes facit* . Si autem humanis in rebus ſpes naturalis taliter potenriam liberam ad opus acuit , & inflammat; quei non altius in Divinis eam ſuccendet ad omne opus bonum Theologica ſpes ? Hæc ergo , quum io Laurentii pectore omoem modum exceſſerir , in triumphali veluti ſolio illic reſedit , ipſum admirabilem Levitam conſtituens animatam iridem , ſive arcnm gloriæ in ſimilitudinem illius , quem ſæpe in nubibus extenſum cernimus , triplicem exhibentem ſplendoris zonam , demta quarta exteriori, convexum circnmornante ; de qua paollo poſt quippiam dicemus. Modo lubet attendere trino ſplendori , qui reſulget io concavo , velut in ſinu & intimis ejuſdem arcus . Unus eſt enim rubri coloris, alter viridis , tertius crocei ſive aurei . In ſubedine, ſecundum Gregorium lib. 1. Regum 16. *Caritas* deſignatur ; in virore , uc ſupra oſtendimus , *Spes* ; in aureo *Fides* , juxta Rupertum in cap. 1. Apocalypſis . Atque ut color viridis inter rubrum & croceum medium tenet locum , ampliorem qne zonam perficit ; ita in arcu myſtico, quem exponimus , Spes beatiſſima medium honorabilem inter fidem & caritatem locum obtinuit , utriuſque circumornata virtutibus : Iiſque pro majori quadam ſua latitudine conterminis gaudens , oullnm in Sancti noſtri operibus laudis ſibi præfixit rerminum . Reſtat , dicamus aliquid de ſuperaddito ſplendore ignei coloris in convexo apparentis irridis. Non enim archetypo deſuit , quod in typo conſpicimus ; ſed trino illo jam expoſito Theologicarum virtutum coruſcante fulgore , quo vel ante paſſionem *giraverat cælum in circuitu gloriæ ſuæ* , ſplendor demum eidem acceſſit igneus in convexo , ſive in exteriori parte ; quando nimirum ejus corpuſculum accenſis fuit inflammatum prunis , ſuique *martyrii gloria* , ur ſcribit Ambroſius , *mundum illuminavit univerſum* . Ita ſane, omni ex parte perfectiſſimus ſeſolſit arcus , quem *manus Excelſi aperuerunt* Eccleſiæ ſoæ io ſignum fœderis , quod tandem aliquando deſituræ forent perſecntionum aquæ ſuper terram peregrinantium a Domino : pro ut ipſe Martyr flammis aduſtus , priuſquam emitteret ſpiritum , illis fidelibus prophetavit ; ſic arrham eis rribuens , pretioſum certiſſimæ ſpei ſmaragdum , ſequuturæ tandem Chriſtianæ pacis .

CAPUT III.

De Sancti Laurentii Martyris Caritate.

IN exponendis Beati Martyris virtutibus non eſt , qood me magis delectet , ſed nec eſt , quod rerrear magis , quam de ipſius Caritate habere ſermonem . Ecce laudavi Fidem ejus , & defeci ; Spem prædicavi , & ſuccubui ; quid mihi eveniet , quum Caritatem ejus , quæ major eſt omnium , explanare voluero ? Numquid tantus ignis, tanta lux ardenr, papilionculum , ad ſe audentem accedere , non in cinerem redigetꝰ Conſummabit equidem, & potiori me ſane jure, quam flamma papilionem adurit. Vermiculus namque lucis amans , ignis activitatem ignorat ; nec eidem imputari poteſt auſoi , quod appropinquare conetur ureoti faculæ ; ego autem

tem multiplici doctus experimento in minoribus tanti Levitæ pertractandis dotibus, ad majorem nihilominus inveſtigandam haud lento greſſu progredi nitor. Et quanquam rei magnitudine deterritus; adhuc tamen circa lumen ejus volitare præſumo; licet probe conſcius activitatis illius, qua mente periturum me tandem fore, certo ſciam. Nibilo ſecius quippiam donandum eſt mihi. Non enim ex me penitus ad hujuſmodi volatum accingor, ſed hortante, ac animos addente Chryſoſtomo lib. de Sancti Pauli laudibus, ubi docet: *Eſt maximum hoc laudis genus, cum orationis copiam virtus exſuperat, & magnitudo laudati: ſicque vinci nobis eſt glorioſus, quam ſæpe viciſſe*. Dicat itaque de hac Laurentiana virtute Sanctus Patriarcha Juſtinianeus cum aliis Eccleſiæ Patribus: *Charitatis ejus qui valet explicare fervorem?* Reſpondebimus: Eſt hominum nemo. Verum, quia non verbo tenus, ſed facto etiam verbum iſtud novimus confirmatum, lubenter accedimus in expoſitionem relatæ virtutis, ut reapſe legentibus compertum ſit vel experimento, non potuiſſe de illa nos quippiam digne apteque diſſerere, atque in ipſo de re ineffabili ſermonis officio defeciſſe; quandoquidem *ſic vinci glorioſius eſt nobis, quam ſæpe viciſſe*.

2. Caritas igitur *Amor eſt, quo Deum diligimus propter ſe, & proximum propter Deum, vel in Deo*. Ita Magiſter in 3. ſent. Dicitur, *in Deo*, propter eos, qui juſti ſunt, quique in Deo manent per gratiam. Additur *propter Deum*, quantum ad illos, qui nondum juſti ſunt, ſed amandi, ut juſti fiant, & in Deo per gratiam maneant. Excellentiam amoris S. Laurentii erga proximos ſuos opportuniori expendemus loco; quum de illius miſericordiæ geſtis in eorum ſive corporale, ſive ſpiritale bonum dicendum occurret. Modo in potiſſimum dilectionis ejus objectum, in quo ultimo quieſcit amor, intendimus, quod Deus eſt; amari dignus *propter ſe*, quia in ſe, & ex ſua natura bonus eſt. Quo ſenſu Chriſtus ait Luc.XVIII. 19. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*. Hinc ſequitur, nulla ſit Caritas, niſi ad Deum ſaltem denique referatur. Quare Auguſtinus diligentem fidelem quemlibet admonet, dicens: *Qui amat homines, amare hos debet, aut quia juſti ſunt, aut ut juſti fiant*. Utroque nam modo ſit dilectio, ſemper ad Deum tendit: & ideo dicitur Caritas, Deique amor; increatum bonum ſibi ſtatuens præcipuum, quod reſpicit, objectum: in quo velut ignis in centro, tandem ſuam invenit quietem, non in homine, quem proxime quandoque afficit. Iccirco Apoſtolus 1. ad Tim. 1. 5. *Finis*, inquit, *præcepti eſt Charitas*: ſublimitatem iſtius virtutis oſtendens, quæ finem Deum ſolum agnoſcit, ſicut ipſa ſuo modo præceptorum omnium, finis eſt; immo beneficiorum omnium, omniumque donorum Dei; quum enumerata omnia ſive præcepta, ſive beneficia, ſive dona ſint, ordinata inveniantur, ut diligamus Deum: cujus rei gratia creati ſumus, legibus inſtruimur, auxiliis munimur, donis ac ſavoribus cumulamur.

3. Hunc porro ut aſſequamur virtutum omnium finem, opus eſt (ne in tam gravi erremus negotio) ſigna in nobis cognoſcere genuini amoris Dei, ea inveſtigando ex germanis illius fontibus, ex quibus oritur. Ut enim amor adulterinus non ſit, neceſſe eſt oriatur, ſicut ſcribit Apoſtolus eodem loci, *de corde puro*: ideſt ſecundum Auguſtinum in Gloſſa, cor nihil diligat, niſi Deum. *Et conſcientia bona*, ſcilicet juxta Peraldum, ſit a ſpe, quam ſola bona conſcientia parit. *Et Fide non ficta*: Nempe non ſimulata, non fragili, non pigra, ne dicamus, erronea; ut eſt illa hæreticorum. His Apoſtolicis imbuti doctrinis, non ſolum diſcernere poſſumus, qualis ſit cujuſque in Deum amor, qui *Caritas* vocatur; ſed etiam ex ipſa magnitudine vel parvitate perſectionis, quæ deprehenditur in fontibus (unde oritur caritas) incrementum aut defectum ejus in nobis ac proximis noſtris agnoſcere apti erimus. Defectum, inquam, noſcere, quem corrigere valeamus: incrementum, quod ultra acquiſitum augere poſſimus. In Sanctis vero perfectiſque hominibus commendare poterimus, juxta uniuſcujuſque meritum, ejuſdem Caritatis celſitudinem; certi, quod non errabimus, Doctoris gentium lumine ducti, in illius æſtimatione valoris; quemadmodum aberraverunt ii, de quibus ibidem ℣. 6. ipſe inquit Apoſtolus: *Quidam aberrantes* (ſupple ab expoſitis amoris fontibus) *converſi ſunt in vaniloquium*. Tractatum ea propter de noſtri Martyris Caritate inſtituentes, cujus veluti fontes Fidem, & Spem in ſupereminenti gradu ſplendeſcere vidimus; fontem tertium, ſupereſt, ſcrutemur, unde pariter gignitur eadem caritas, ideſt, *de corde puro*. Semel enim comperiemus ſummam in eo fuiſſe cordis puritatem; conſectarium erit, hanc conjunctam ſummæ Fidei ſummæque Spei ejus, pari excellentia in illo Caritatem genuiſſe, quam *acquiſitam* Theologi vocant. Quo & ſenſu loquuti jam ſumus de ipſius Fide ac Spe.

4. *Purum* itaque *cor* dicitur, quod terrenorum eſt amore vacuum. Idque in primis habetur, ſecundum Auguſtinum lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 5., quum voluntas eſt vacua pravis cupiditatibus, ſiniſtriſque intentionibus: ſine qua vacuitate amor Dei conſiſtere nequit in hominis pectore. Unde Gregorius hom. 30. in Evang. erudit nos, inquiens: *Qui adhuc per illicita deſideria diffluit, profecto Deum non amat*.

Nulla

Nulla enim eſt participatio juſtitiæ cum iniquitate . Quare munditiem id genus cordis , ſive mentis puritatem , neceſſe eſt , ut habeat , quiſquis vulgari cupit indui habitu acquiſitæ caritatis, quem , frequentatis actibus , omnes fideles obtinent , qui in accepta juſtitia perſeverant , ut de acquiſita gaudeant virtute , præter infuſam in eorum juſtificatione . Neque opus eſt nobis de hac infimi ſubſellii puritate cordis , ſolam gravis criminis fæcem excludente , impræſentiarum agere ; qui altiorem , ſancto dignam Laurentio , quærimus . Eſt & altera defæcatior cordis puritas , quæ haud ſæpe admittere ſolet plena cum advertentia venialis culpæ ſordes : quo terreno pulvere per varias vitæ hujus actiones nonnumquam religioſa etiam corda , ſordeſcunt . Sublimior eſt illa , quæ omnino ignorat plena cum deliberatione vel levia errata patrare , quod perfectorum eſt proprium . Maxima demum eſt , quam myſtici Theologi adſtruunt per multos altiores & altiores diſtentam gradus. V. G. 1. quum quis ſibi diſplicet , & ſoli Deo placere cupit . 2., quum ſuam ſemper abnegare voluntatem ſtudet , ac majorum ſive præpoſitorum exſequi . 3., quum de nullo niſi de peccato, aut ad peccatum inducente , vel a bono retrahente dolet . 4. denique, quum ſic Dei præſentiam cogitat , veluti ſi ipſum in ſua videret eſſentia . Hæc ex S. Bonaventuræ doctrinis in myſtica Theologia . Et recte quidem ; nam quum puritas intendatur per receſſum a contrario , eo excellentior erit, quo recedet ab amore ſenſibilium, quæ vel innoxia mentem obſcurant , Deique preſentiam , ut par eſt , cogitandam impediunt; unde ſequitur , fraudari hominem ea claritate, qua contemplari poſſet ſic Deum præſentem , perinde ac ſi eum in ſua quodammodo videret eſſentia quæ in hac vita iis dumtaxat conceditur , de quibus ſcriptum eſt : *Beati mundo corde , quoniam ipſi Deum videbunt* . His quocirca neceſſariis a nobis poſitis adnotationibus, ad eam contemplandam accedimus puritatem cordis, qua in ſancta Dei Eccleſia refulſit Levita Laurentius .

5. Puer namque aliquando fuit Homo iſte ſublimis, qui tamen , Ferrerio teſte , non ſolum a culpis vel levibus ſemper abſtinuit ; ſed etiam ab innocentibus puerorum ludis, eorumque converſatione ſeſe privavit : viſus perfectam vitæ rationem attigiſſe , quum vix loqui didiciſſet ; adeo ut infantia illi computaretur tantum in annis , dum magna ſenectus menti ejus videbatur ineſſe . Magno quidem pollebat ingenio ; nec tamen ad hominum captandam gloriam aſpirabat , ſed ſemetipſum deſpiciens , ſibique diſplicens , ut ſoli Deo placeret , atque in ejus cognitione & amore proficeret, *Plus* , ſubdit idem Ferrerius , *ipſe ſub uno die ſtudebat , quam ceteri conſtudentes parvuli ſub una hebdomada* . Quare laudatus concludit Auctor in laudem ejus : *Impletum in illo fuit verbum Salomonis* : *Puer eram ingenioſus , & ſortitus ſum animam bonam* . Quam animæ bonitatem? Num illam , quam Sancti nonnulli heroicam ſortiti ſunt , qui lubenter exiere de paterna domo , quamvis hæc multis floreret opibus , ac ſplendore ſanguinis emicaret ; ut nimirum virtuti altius operam darent? Neve a ſuis genitoribus in majori aſſequenda perfectione quoquo modo impedirentur? Id fortaſſe a paucis tenera ſub ætate geſtum fuiſſe inveniemus . Illud plane valde rarum deprehendetur , quod Laurentius puerilibus in annis Parentes non minus ſanctitate quam nobilitatis genere illuſtres , divitiarumque copiis florentes (in quorum converſatione laudabili ac ſancta , nihil erat periculi, ut eorum exemplo cor Filioli vanitate aliqua reſpergeretur) ultro dimiſerit , & in longinqua perrexerit . *Mundum* , ait Doctor Seraphicus , *cum ſuo flore contempſit patriam* , *&* *omnia dereliquit* . Quibus in verbis ſanctos , quoque Genitores eum, intelligimus, reliquiſſe, ut ſublimiora quæreret ſanctitatis exempla . Quam magna igitur eſſe in ipſo debuit cordis puritas , atque a ſenſibilium amore vacuitas ; dum præter Deum nec ſibi ſaperet naturalis innocens Parentum amor ; quo vel minimum retardari valeret ad æmulanda cariſmata meliora? Fugerunt, diximus , ſancti aliqui adoleſcentes nativitatis ſuæ terram , quia non habebant illic , quid eximiæ perfectionis diſcerent a Parentibus ; quin potius timebant , ne genitorum blanditiis ad Mundi amorem allicerentur . Nec unum , neque alterum Laurentio cauſa fuit , ut a ſuis recederet . Clari nam erant ſanctimonia , quam imitari Filius potuiſſet : neque ullus obrepſerat timor , quod illorum ſuaſionibus a meliori ſuo averteretur propoſito; nihilominus inde ſeceſſit, ut inacceſſam altiſſimæ perfectionis arriperet viam . Si rei ſubſtantiam in utriſque , peregre abeuntibus , attendimus , idem eſt actus; at perſpectis ejuſdem actus circumſtantiis aliter atque aliter a ceteris dignoſcetur cor in Sancto noſtro a terrenis elungatum affectibus, quantumvis innoxiis .

6. Penſabit quis : Laurentius magnum utique puri cordis exemplum dedit , ſanctam ac ſplendidam ſimul relinquendo Parentum domum ; ut ſanctioris vitæ aggrederetur inſtitutum : qui tamen non in abjectum abiit oppidulum, aut ſolitudinem , ut Sancti plurimi egerunt , ſed Romam ſeſe recepit , Orbis Caput petiit , ubi mundus potiſſimum florebat : ubi honoribus ac dignitatibus Chriſtiano in populo auctus eſt . Quomodo eum ab omni humano ſolatio & affectione prædicabimus alienum

ſuper

ſoper illos etiam, qui, bonis omnibus temporalibus dimiſſis, omnique vitæ commodo ſpoliati, vitam anachoreticam Chriſti amore delegerunt? Sed hoc eſt admirabilis præcelſi ejuſdem Viri miraculum, in quod intendimus. Parum illi erat cor a terrenis, vel licitis affectibus avvulſum habere, mundi amabilia eliminando a ſuorum oculorum aſpectibus. Facilius etenim a corde fit procul, quod exulat a noſtris obtutibus. Difficillimum pugnæ genus eſt (quod omnino mirabilem effecit Alexium, Joannem Calybitam, alioſque perpaucos) ſervare cordis puritatem in divitiarum, ac illecebrarum aſpectu. Quid, non ſolum videre, ſed ſolum etiam ingentes adminiſtrare facultates? Virginibus, pupillis, ac viduis, in magna poſitis penuria, levamini, & auxilio eſſe? Dignitates, honoreſque primarios vel invite, (propria in omnibus abnegata voluntate, majorumque ſervata) ſuſcipere; atque in horum medio tanto mentis nitore conſiſtere, ut ne minima quidem terrenæ affectionis caligine cor hominis invadatur? Certe in Laurentio majus id fuit miraculum, quam eſſe in aquis, & non madefieri: in ignis medio verſari, & non comburi. Ita ſane cordis ejus puritas invaluit, ut cuncta hæc infima prorſus excluderet, ſoluſque in ea vacuitate amor Dei locum inveoiret, atque repleret. Hinc nullo rei creatæ occupatus amore, dolere nequibat niſi de peccatis, quæ ab hominibus perpetrari ſciebat, aut de inducentibus ad peccatum, aut a bono retrahentibus. Patriam utique reliquit, ubi pax erat cultoribns Chriſti; ideo non qualemcumque urbeculam, non qualecunque oppidum, non ſolitudinem petiit, queis in locis æquali, vel tutiori tranquillitate frueretur; ſed Romam pergere feſtinavit adhuc parvulus, ubi perſequutorum furor ardebat; quo propius adhæreret illi, qui non pacem venit mittere, ſed gladium; mira ſiti ductus ſui ſpargendi pro Chriſto ſanguinis. Non ferebat cordis ejus puritas in hac lutulenta mundi valle diu immorari: ratuſque nullibi facilius, ac citius offerri ſibi poſſet occaſio perdendi pro Deo animam ſuam, quam eodem loci; ideo ſollicitus illuc abiit, nec inde diſceſſit, donec optatam paſſionis acciperet palmam.

7. Sciſcitabitur aliquis, affectio ſaltim illa peculiaris, quam Levita Sanctus erga beatum Sixtum Pontificem tenebat, adeo de corde puro manavit, ut nil terreni amoris ſapuerit; ſed mera & impermixta ſpiritalis caritas extiterit, reſpectum unicum ad Deum habens; nullum vero ad ſui ſulatium, quod ex dilecti Sacerdotis conſortio hauriebat? Ven. Thomas a Kempis in ſuo aureo de Imit. Chriſt. opuſculo aliter ſentire videtur. Ait enim lib. 2. cap. 9. num. 2. *Summum Dei Sacerdotem Sixtum, quem maxime diligebat, pro amore Chriſti etiam a ſe tolli clementer ferebat. Amore igitur Creatoris amorem hominis ſuperavit, & pro humano ſolatio Divinum beneplacitum magis elegit.* In eo autem, quod aſſerit, Sanctum Laureutium amore Creatoris amorem creaturæ ſuperaſſe, implicite innuere videtur, aliquam fuiſſe inter utrumque amorem luctam. Merus vero amor Dei & proximi contradictionem, quæ ſuperari debeat, non habent ad invicem, ſed unam potius Divinam concorditer integrant caritatem, tanquam partes unius ejuſdem rei. Unde Joannes epiſt. 1. cap. tv. 20. ſcribit: *Qui non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Ad hæc expedite reſpondemus. Sancti Laurentii dilectionem erga Sixtum, ejus educatorem, magiſtrum, & Epiſcopum, omnino ad virtutem pietatis ſpectaſſe, ſive ad quartum Decalogi præceptum, atque, ut ſcholæ ajunt, *reductive* ad primum, ſicut de illo generatim Doctores loquuntur. Neque hac in re cauſſa eſt, cur nobis umbram creet Venerabilis contemplator a Kempis, qui non ex profeſſo materiem iſtam examinavit; ſed obiter ſuum aperuit ſenſum, ſeſe fundans in eo, quod paſſim Dei etiam ſervis inſignibus accidere ſolet. Secus autem de Laurentiana Sanctitate cenſendum ſit, apertis, Sanctorum Patrum documentis mox oſtendimus.

8. Et quidem juxta Ven. Thomæ principium, *Non perditur ſine dolore, quod cum amore tenetur.* Ambroſius autem lib. 1. Off. cap. 41. de noſtro tranquilliſſimo inquit Levita. *Quum videret Sixtum ad martyrium duci, flere cœpit, non illius paſſionem,* (qua nimirum illius terreno conſortio privabatur) *ſed ſuam remanſionem* in terris. Idem affirmat Petrus Chryſologus ſerm. unic. de eod., ſcribens: *Cum Epiſcopum pergentem ad martyrium ſequeretur, triſtis affectu, non quia ille patiebatur, ſed quia ab illo deſerebatur* in mundo. Max. Taurin. hom. 1. ſuper Sixti verba: *Noli, fili, mæſtus eſſe: quo ego præcedo, tu ſequeris:* ait: *Unde apparet chariſſimi beatum Laurentium non de Sacerdotis ſui victoria habuiſſe triſtitiam, ſed doluiſſe, quia non etiam ipſe mundum pariter cum ſuo Sacerdote vincebat.* Vides, hos Patres in unum conſpiraſſe ad nos inſtruendum, quod Levita Sanctiſſimus non aliud fleverit, non de alio doluerit, niſi quod migrante hinc Sixto, detineretur ipſe adhuc in hoc ſæculo? Si ergo non dolebat de ſui dilecti Antiſtitis amiſſione, ſive tranſitu; mundanus non erat illius erga iſtum amor, neque ad ſui ſolatium ordinatus: ſecus non ſine dolore ſuſtinuiſſet paſſionem illius, ejuſque mortem, qua tali converſationis ſolatio privabatur. Quod tamen

men Patres in Laurentio factum negant. Quocirca, ſecundum S. Thomæ doctrinam, evidenter infertur ex Patribus, expers terrenæ dilectionis fuerit Levita magnus, ejuſque cor puriſſimum ab hujuſmodi vel levi caligine prorſus immune: abſit, proprio adhæſerit ſolatio, quo in illius converſatione ſe ipſum quæreret; ni velimus in alteram incidere foveam, ſentientes, quod a Dei amore ceciderit, eodem a Kempis dicente: *Ubi quis ſe ipſum quærit, ſtatim a Dei amore cadit*. Intellige *caſum* a ſummo dilectionis Divinæ gradu: quod nonniſi temere de miro Caritatis incendio S. Laurentii, a nobis incomprehenſo, ut Patres docent, afferi poſſet. Vide hic num. 12., ubi de ſui ipſius amore ſit ſermo.

9. Obduci ſentio: ſi Laurentius non doluit de Sixti paſſione, conſequens videtur, ſine affectione inſtar gentium fuerit, quo nihil abſurdius. Sed oppoſitorem conſiderare oportebat, Patres fuiſſe loquutos de terreno ac mundano dolore, qui mundialem ſequitur amorem in amiſſione rei amatæ. Amorem utique iſtum, ejuſque conſectarium dolorem ob defectum objecti amati Patres in Sancto Laurentio conſtantiſſime denegarunt; non item dolorem illum, qui ex virtute pietatis oritur in parentum, magiſtrorum, aut præpoſitorum morte, quos in Deo, vel propter Deum amare jubemur. Idque perſpicuum fit ex ipſis Patribus, qui ſumme commendare intelligunt grandem hunc Sanctum, quum ajunt, eum non doluiſſe de Sixti paſſione; ſed in mundo ſe illi fleviſſe ſuperſtitem: neque tamen ignorabant, non laudi, ſed probro & crimini vertatur homini, ſine affectione reperiri, quam virtus exigit. Quemadmodum Paulus gentes hujuſmodi furfuris eriminatur. Ep. 2. ad Tim. c. III. 3. & ad Rom. cap.I. ℣. 31. Unde etiam Dei Mater Virgo de paſſione Filii ſui eſt vehementiſſime contriſtata. Quin immo ipſe Homo Deus, ut Auguſtinus habet tract. 116. in Joann. *Humana patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: & exemplo ſuo inſtruxit Magiſter bonus, ut a filiis piis impendatur cura parentibus*. Amor enim, & id genus dolor ſunt pietatis opus; quod ultime, ni vitietur, ad Dei refertur caritatem, atque inter caritatis ſpecies a Doctoribus in morum regulis connumeratur; nihil cum terreno mundi amore, vel dolore commune habens; niſi natura oſcitanter relinquatur ſuo uti jure, nec elevetur per virtutem, qua in omnibus Dei obſequatur voluntati: ut in re noſtra fieri debet, quum jubentem audimus: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam*. Quo in præcepto contineri honorandos, ac diligendos educatores, magiſtros, & præpoſitos a ſuis alumnis, diſcipulis, aut ſubditis, apud ſapientes indubitatum eſt. Humana hæc igitur dilectio, ſecundum rationem iſtam, Deum reſpicit in ſimilitudinem dilectionis proximi; in Deumque ultimo refunditur, unde moraliter procedit. Ex his facile difficultatis ſolvitur nodus, qui ex lectione primæ & ſecundæ homiliæ S. Maximi poſſet inſurgere in lectoris mente; dum in earum prima de Sancto Laurentio inquir, non habuiſſe triſtitiam de ſui Sacerdotis nece, qua is de tyrannide triumphabat: uti ceteri loquuti ſunt Patres: in ſecunda vero habet: *Laurentius paſſionem paternam, ut piiſſimus filius, inconſolabili mœrore deflebat*. Primum aſſerit; quia non amabat Sanctus hic admirabilis hominem, ſiſtendo in homine ſine conſideratione ſeu reſpectu ad Deum; ideo neque triſtatus eſt in morte hominis, juxta naturæ motum, a virtute pietatis neutiquam modificatum. Secundum docet, quia Sanctus Levita diligebat Sixtum vigore quarti præcepti: ea propter expreſſe addidit, ejus conſiderans pietatem: *Paſſionem paternam, ut piiſſimus filius, deflebat*: Deflebat, inquam, licet ſciret, Sacerdotem ſuum ea paſſione triumphum de perſequutore conſequuturum fore. Spatia namque in puro illo pectore ſibi fecit pietatis virtus, ubi pulverulenta mundi dilectio locum neutiquam obtinebat, ſed ſola Dei regnabat Caritas, ad quam ipſa pietas reducebatur.

10. Quid ergo ſupererat ad Laurentiani cordis plenam omnino puritatem, ut nihil ſupra excogitari queat, quo præpediri neutiquam poſſet, ne Dei præſentiam cogitaret, ac ſi ipſum in ſua videret eſſentia? Numquid deſideratum ibat abnegatio amoris proprii, ita ut iſte ne vel minimum ſe movere auderet extra ſanctæ voluntatis imperium etiam in rem temporalem licitam, & innoxiam, ſibique commodam? Id procul dubio ultima eſt voluntatis carnis mactatio: quæ carnis voluntas, ſecundum Aſcetas, nomine tenus differt ab amore proprio. Verum huc quoque pervenit Levitici cordis munditiès; nimirum ut nullum in ſua peracerba paſſione amoris proprii motum admitteret, quantumvis innocentem; qualis v. g. fuiſſet, a Deo quærere, ut ab atroci aliquo eximeretur tormento. Opus certe ſingularis puritatis, quod nec in maximi nominis Martyribus reperimus obſervatum. In ipſis enim magnis Chriſtianæ religionis Heroibus, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt, de quorum caritate Veritas dicit: *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*: Jo. XV. 13. In ipſis, inquam, ſamigeratis Chriſti Militibus, per varias tranſeuntibus lanienas proprii corporis, adhuc amor proprius vel innocenter, paullulum obtinuit loci; petens afflictis membris nonnihil indulgentiæ; ne videlicet quibuſ-

S dam

dam perhorrendis urgeretur caro doloribus : idque perens, incunctanter exauditus eſt. Hinc non ſemel ad Martyrum preces, legimus, præparatas pavendas tortorum machinas Divinitus foiſſe confractas; ferrea vincula diſſoluta ; vim flagellorum eluſam ; activitatem ignis enervatam ; & ſæva id genus alia ſupplicia incaſſum abiiſſe. In Heroe tamen ooſtro nihil hujuſmodi geſtum deprehendimus, quod amor indemnitatis propriæ poſtulaverit. Quin immo putans Martyr ſub tormento plumbatarnm ſe jam reſolvi; commendanſque Deo ſpiritum ſuum; vocem utique audivit de cælo; ſed non, qua vocaretur ad ætherea regna, ut compluribus Chriſti Martyribus contigit ; ſed qua ſe pararet ad immaniores alios ſuſtinendos agones, exantlandaqoe crudeliora certamina : Ubi nonnullis Sanctorum, in carcere detentis, orantibuſque, ut reciperet Deus animas eorum, priuſquam caro acerbis torſionibus exagitaretur, datæ ſunt cælitus petitiones cordis illorum. Adde, quod ſuperna vox, ad noſtrum Martyrem facta, diſponente Numine, ad efferati quoque judicis intonuit aures ; qua impius Cæſar abuſus, animos aſſumſir ad ſæviendum amplius, atque amplius contra ſanctiſſimum Juvenem. Miſſus eſt quidem deinde a Deo Angelus ad ipſum Athletam, in equuleo diſtentum ; veruntamen non ut ejus curaret ulcera : ſicut perſuaſum ſibi fecit poſterioribus temporibus Venerabilis Beda, (ſi reapſe ille ſermo de S. Laur. non ſit ſuppoſititium ejuſdem Bedæ opus) longe ſentiens a vetuſtiori Romanæ Eccleſiæ traditione, docente, Angelum linteo abſterſiſſe tantum cruentas Martyris plagas. Vulnerum ſciſſuras Angelorum miniſterio fuiſſe novimus obductas aliis Divinitatis teſtibus; non item id actum ad integram ſanitatem beati Levitæ; ſed miſſus eſt ad iſtum cæleſtis ſpiritus, inſtar illius, qui Redemtori noſtro, prolixe oranti, acceſſit, ut conſortaret eum ad tolerantiam oblatæ ſibi crucis a Patre. Quid plura? Patientem Laurentium in Sanctorum Patrum ſcriptis reperimus ; orantem autem, ut quippiam de tot paſſionum inſtrumentis, a carnificibus ſibi applicatis, abitet irritum, neutiquam legimus : ſed modo benediceorem Deo in tormentis ſuis, modo gratias agentem, modo lanionum impetum deridentem, donec in craticola lento aſſatus igne, jucundus tyranno ludum faceret lepidus; quaſi caro ejus ænea eſſet, nil doloris ſentiens, aut in permolli decumberet ſubfrigidaque culcitra, conſumtæ carnis ſuæ prorſus oblitus. Miraculum, quis dicet, id fuit divioæ omnipotentiæ. Aſſentior & ego. Verum, adjicere, mihi detur, talibus infinitæ virtutis miraculis & illud quoque, nimirum hiſce in experimentis nullum penitus in eo fuiſſe amoris proprii motum, omnemque ab ipſo voluntatem carnis, quantumvis innocentem, exulaſſe. Hæc ſuprema Laurentiani cordis puritas fuit, adeo nil terrenum admittens; ut nec vel in re minima propriæ incolumitatis corporeæ amorem ſocium habere paſſa ſit. Hæc poſtremæ vacuitatis abyſſus in eo fuit ; quam replere pro merito Divina poſſet Caritas, oriens *de corde puro*.

11. Quum igitur, juxta myſticos Theogos, Divinus amor eo largius in cor hominis diffundatur, quo altius a terrenis affectibus invenit vacuum ; quam copioſe, quam exuberanter, exiſtimabimus, ſe diffuderit in puriſſima illa Sanctis Levitæ viſcera ; in cor illud, extraneo ac proprio, qui terram ſaperet, expers amore? Demiratus quondam exclamavit Sanctus Venetiarum Præſul ſuper activitatem vivificæ hujus flammæ ſerm. unic. de S. Laur., dicens: *O charitatis vehementia, quam noſtra ignorat ætas, penetralia noſtra non ſentiunt!* Et is inquam ſtupore affectus eſt in conſideratione magnitudinis Leviticæ Caritatis, qui (ut legit Eccleſia die quinta Septembris) *Tanto in Deum æſtuabat ardore, ut nutantes etiam Sodales ad Jeſu Chriſti amorem inflammaret :* Quique viſus eſt poſt mortem facie rubeſcere. Indicium illius ferveſcentis amoris, quo cor ejus exarſerat, dom vitam viveret. Quale igitur debuit eſſe Laurentiani pectoris incendium, qood tantus Patriarcha, mentis admiratione correptus, confeſſus ſit, neque ſibi, neque alteri eam per ætatem datum eſſet, ſcire vel experiri ardoris illius vehementiam? *Vade* (ajebat olim Uriel Angelus ad Eſdram lib.4. cap.IV. 5.) *pondera mihi ignis pondus*. Reſpondit illi Eſdra : *Quis natorum poterit facere, ut me interrogas?* Res factu impoſſibilis. Longe impoſſibilius, reor, ſit, æqua ut ponderetur judicii lance, (dum in mortali nos ſumus corpore) ignis amoris Levitæ hujus ampliſſimi, quo iſtius, dum in mundo eſſet, præcordia conflagrarunt. Quandam enim ipſe amor plenitatem & intentionem habuit, quæ humanum ſuperant captum. Almus hic enim Diaconus (inqnit Rupertus lib. unic. de Fortitud.) *digne appenditur Opificium Spiritus Sancti* : Viam autem, quam accepit Deus in mirandi hujus operis conſtructione, quis poterit inveſtigare? Similibus fere verbis Uriel angelus ad Eſdram ſermonem concluſit ſuum, inquiens: *Quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam?* Dicemus utique, viva Spiritus Sancti flamma ſingularis iſte Sanctus fuit ; ſed ipſius flammæ pondus, quis capiet? Dicant ſapientes, Deique Spiritu elevati ad intelligenda ſublimia, in explicandis illius laudibus, quantum velint, impares ſe ſemper invenient : quid conſilii nobis miſeris ſuppetet in contexendis id genus elogiis, qui nec tacere, nec loqui, ut par eſt, valemus. Mutuabimur potius ſenſa majorum, queis

queis expenderunt iſti Divini amoris qualitates, ut pro modulo noſtro declaremus, qualis fuerit Laurentii Caritas. Idque ſolvemus, uſque dum mentis acies ſiſtere ſe valebit ad inacceſſum ejuſmodi lumen: hac vero deficiente, nibil lubentius adveniet nobis, nihilque jucundius, quam ſuccubuerit noſtra fragilitas in exponendis magnalibus tantæ virtutis, quæ potiſſimum fuit hujus Martytis decus, & ornamentum.

13. Contemplator ille celebris paullo ſupra citatus, Thomas a Kempis de Divini amoris proprietatibus & effectis, in humano pectore conſideratis per varia Sanctorum geſta, in unum ea colligens, multa pie, docte, ſubtiliterque conſcripſit: quæ in noſtri Martyris Caritate, compendio veluti, reſulſiſſe conſpicimus. Quandoquidem amor ejus a ſumma fide, a ſumma ſpe, a ſumma cordis puritate procedens, in omnem virtutis ſuæ proſiliit actum; oſtenditque per id temporis, quo altitudinis perſectionis in puro poſſet homine pervenire. Nam Laurentii Caritate nihil ſublimius in militanti Eccleſia ſupereſſe quærendum videbatur: ſicut nec quid celſius ſontibus, nnde manebat. Quam Caritatem reddidit omnibus in ſua excellentia maniſeſtam ejus triumpbus incomparabilis paſſionis. Certe Unigenitus Dei Filius, Chriſtus Dominus, quaoqnam nihil unquam omiſerit in demonſtrationem ſui erga Deum Patrem amoris, dum eſſet in mundo, ubique, ae ſemper æterni Genitoris gloriam quærens, in itineribus, in in doctrinis, in laboribus, in vigiliis, in prædicationibus in univerſiſque miracolis; ultimæ nihilominus Cœnæ ſermone, attendamus, quid Apoſtolis dixerit Jo. xiv. 31. *Ut cognoſcat*, inquit, *mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mibi Pater, ſic facio. Surgite, eamus binc.* Nimirum eamns, ut me tortoribus, ad necem quærentibus, promtum exhibeam, opportuno eis expoſitum loco, nempe in horto Gethſemani. Maximum id plane fuit amoris ſui erga Patrem argumentum, nempe Crucis ſubire tormentum, juxta Patris voluntatem: demonſtratio dilectionis adeo evidens, nt eam tergiverſari nullatenus poſſet. Reſpectu cujus experimenti ſigna præcedentia ſui erga Patrem amoris, quæ ſupra ennmeravimus, quaſi nihilum repotavit. Quinimmo in poſitione etiam, quod non Judæam ſolum, ſed totum quoque Mundum ad fidei convertiſſet veritatem, adhuc nibil ſibi viſum fuiſſet, comparatum cum paſſione ſua, per id temporis in re ſubeunda: qua notam facere volebat univerſo terrarum orbi ſummam erga Genitorem Deum dilectionem ſuam ad exaltationom Paternæ gloriæ. Ita in creaturis mortalibus, ratione præditis, nulla major cenſetur in effectu caritas, ea, qua Martyres pro Deo ad mortem uſque paſſi ſunt. Verum uti paſſio in iis ſupremam dilectionis ſpeciem oſtendit, ſic præter dubium eſſe cenſetur, juxta vulgatum pbiloſophicum axioma, quod in ipſa ſpecie major vel minor paſſio, libenter ſuſcepta, majorem, aut minorem amoris perfectionem, ſecundum actum, declaravit. Hinc aperte colligitur (conſiderata Laurentianæ paſſionis qualitate ac magoitudine, gaudenter excepta) quantus fuerit Sancti noſtri amor erga Deum, teſtante Auguſtino coram Tertull. Prædic. *Inter omnes Martyres Laurentius victrice palma radiavit.*

14. Concluſa iccirco ſummitate iſtius Leviticæ Dilectionis ex ejus cauſis & effectis, non moramur uti in rem noſtram Ven: Thomæ verbis, dicentes: Amore Laurentii nihil erat altius, nil jucundius, nil ſortius, nil copioſius, nihil plenius, nihil melius. Labores non reputabat, onus non ſentiebat, neque unquam de impoſſibilitate rei agendæ, aut patiendæ cauſabatur, vel ob eam retardabatur; ſed cuncta ſibi poſſe, ac licere judicabat. Vigil ſemper erat, etiam quum ipſius amantis quieſceret corpus. Fatigatus non laſſabatur, arctatus non coarctabatur, terroriſque neſcius, quaſi vivax flamma, & ardens ſacula, ſurſum erumpens, ſecure pertranſibat. Erat in hoc amante Dei Miniſtro amor velox, ſapiens, ſincerus, pius, ſeſtivos, ſerenus, imperturbabilis, ſortis, patiens, fidelis, prudens, longanimis, virilis; non mollis, non levis; ſed circumſpectus, humilis, ſobrius, caſtus, ſtabilis, quietus, & in cunctis ſenſibus cuſtoditus. Ad bonum proximi motu perpetuo erat agilis, currebat, volabat, liber erat, nec tenebatur; hos videlicet inſtruens, illos admonens, corripiens alios, alios ſovens, viſitans, conſortans, roborans, adjuvans, alens, exhortans, illuminans, accendens, confirmans: per quem amorem mitificus Heros factus omnibus omnia, dabat omnia pro omnibus, habens omnia in omnibus; quia in uno ſummo bono ſuper omnia, ex quo omne bonum fluit, & procedit, ſuaviſſime quieſcebat, quaſi flamma in centro ſuo. Nam & ad mentalem Dei intoitum ſuper omnia factos celſior, velut non jam in terris (uti de ſancta ejus Fide, & Spe diximus) ſed in cælis poſitus eſſet, in Oceano Divinæ dulcedinis abſorbebatur. In ipſo autem Deo, qui Sanctorom beat animas, pauſabat ſuper omnem ſalutem & pulchritudioem, ſoper omnem gloriam & honorem, ſuper omnem potentiam & dignitatem, ſuper omnem ſapientiam & ſublimitatem, ſuper omnes divitias & voluptates, ſuper omnem lætitiam & exultationem, ſuper omnem laudem & ſamam, ſuper omnem ſpem & promiſſionem, ſuper omne meritum & deſiderium, ſuper omnia dona & munera, ſuper omnes denique Aogelos & Ar-

changelos, ſuper omnem exercitum cœli, ſuper omnia viſibilia & inviſibilia, ac ſuper omne, ut uno dicamus verbo, quod Deus non eſt. Quietem iſtam, quam Laurentio peperit ineffabilis ſuus erga Deum amor ſuper omne id, quod Deus non eſt, portæ inferi tolerare neutiquam valentes, quid non egerunt, ut aliquantulum ſaltem perturbarent? Satis erit noſſe, temporalem in hoc mundo Levitæ amanti creaverunt infernum; experiri volentes, num revera talis ejus foret animi requieſcentis in Deo tranquillitas, qualis eſſe videbatur. Quid autem noſtro in carne Seraphim tum ſenſus, quum jam inferni circumdatus eſſet doloribus? Repetentem audi Petrum Chryſologum: *Craticulam ſupplicii lectum quietis putabat*, ab altiſſima quiete ſua nullo pacto dimotus. Suſpirabat olim David, inquiens: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine*. Quies, juxta S. Auguſt. in Pſalt. & Bernard. in cant. ſerm. 25., non invenitur vel a Sanctis Deum diligentibus, niſi locum ii ſecurum & carentem inſidiis, & a conturbatione hominum remotum, petant. Id admirandi viſum eſt in Laurentio, quod inſerventi erate in medio carnificum, cælum diſſonis implentium vocibus poſitus, ſingularem quietem obtinuerit, ſuam ob excellentiſſimam Caritatem.

15. Quæ quum ita ſe habuerint in hoc feliciſſimo Juvene, nobis rimam aperiunt ad illud perſcrutandum arcanum, nempe quare ſancta Romana Eccleſia in celebrandis Pentecoſtes octavis pro unoque dierum peculiarem decernens Miſſam, nihilominus pro die quinta, ſtationi Martyris adſignata, demptis Epiſtolæ & Evangelii lectionibus, alia noluit uti Miſſa, niſi ea, quam præſcripſit pro ipſo Dominico feſto die ſollemniſſimo illapſus Divini Spiritus ſuper Apoſtolos. Hoc profecto Eccleſiæ ritu haud obſcure indicari videtur, Levitam ſanctiſſimum ea fuiſſe Spiritus Sancti plenitudine decoratum, qua in exordiis Evangelicæ legis, Pentecoſtes die præditi fuere ipſi Eccleſiarum Principes, quorum conſortio, ſecundum Beati Maximi doctrinam, ac Mozarabici Miſſalis, juxta S. Iſidori regulam, ſeſe Levita Laurentius copulavit. Et illi quidem Deum in viſione ignis ſuſcipientes, per amorem ſuaviter arſerunt; ut eorum inflammatis cordibus, impleretur, quod de iis ſcriptum erat: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in nes orbis terræ verba eorum*. Magnus autem iſte levitarum Princeps, qui vel a teneris annis inviſibili flamma Divini Spiritus ſuaviter etiam intus exarſerat, opus habuit, ut aliquando viſibiliter arderet exterius elementari ſuæ paſſionis incendio; quo apparens, ſicut Iſaias vaticinatus fuerat, *Lumen Iſrael in igne, & Sanctus ejus in flamma*, mundum (ut ait Ambroſius) illuminaret univerſum. Quin etiam neceſſe fuit, ut per exteriorem paſſionis ignem ructaret exterius ingentis amoris verbum, quod intus latuerat; dum, ſicut ſcribit Venerabilis Tuiti Abbas lib. cit. de Fortitud., *Pretioſa mors beati Laurentii novo, & inaudito genere paſſionis clamavit in cælum; Clamavit, & audita eſt per mundum univerſum*. Videlicet in plenam illorum ſimilitudinem, de quibus nuper diximus: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Quare merito laudatum Miſſale Mozarabicum magnum hunc Martyrem prædicat, *Apoſtolorum in Domini confeſſione non imparem*: Quem & pari laude Romana commendat Eccleſia, eandem ingeminans Miſſam ſub commemorata iſtius Martyris ſtatione, quam præſcripſit recitandam ſacratiſſimo Pentecoſtes die; quum Apoſtoli repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis magnalia Dei.

16. Sed neque myſterio vacat, quod eadem Sancta Eccleſia Epiſtolam immutaverit & Evangelium Miſſæ laudatæ in Laurentiana ſtatione. Signanter enim in iiſdem immutatis lectionibus gloriam Martyris indicare videtur. In epiſtola namque, deſumta ex Apoſtolicis actis cap. VIII. legendam offert expulſionem dæmonum ab obſeſſis corporibus Philippi Diaconi manu, dum is Chriſtum prædicaret, in urbe, Samariæ Metropoli; unde *Factum eſt gaudium magnum in illa civitate*. Similiter Evangelica in lectione profert Apoſtolorum poteſtatem ad immundos ab energumenis ejiciendos ſpiritus, collatam iiſdem ſacris adminiſtris a Chriſto Domino Lucæ IX. Per utramque igitur lectionem virtus & efficacia Divini Spiritus commendatur, dicente Domino: *Si in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei*. Lucæ XI. 20. Spiritus enim Sanctus ea propter appellatur *Digitus Paternæ dexteræ*. Dum ergo Romana Eccleſia exponit ſub indicata Laurentiana ſtatione, quod geſtum eſt ab Apoſtolis in effugandis tenebrarum principibus ab hominum pectore Divini Spiritus virtute, idque ante oculos mentis noſtræ ponit ſimul actum ab uno Diaconorum Maximo in dicta Samariæ Metropoli: plane haud obſcure oſtendere nobis vult, ampliorem illam Dei Caritatem, Apoſtolis datam, qua Divino repleti ſpiritu, excluſere diabolum a mente infidelium, eandem, inquam, exuberantem Dei Caritatem in corde puriſſimo almi noſtri Levitæ fuiſſe diffuſam: qua & iſte inflammatus intra & extra, ſatanam expellere valuit ab Orbis Metropoli, ab Urbe Roma, totumque mundum admirandis doctrinis, & exemplis ſuis illuminare, ſuiſque flammis corda fidelium inflammare. Unde non ſolum

lum *factum eſt gaudium magnum in illa Civitate*, quæ per antonomaſiam ſic appellatur, verum etiam in univerſo mundo. Ita profecto ſenſa Eccleſiæ capiemus, ſi Prudentium, ſi Ambroſium, ſi Auguſtinum, ſi Maximum, ſi Rupertum, alioſque id genus viros attenderimus, laudes iſtius Archimartyris contexentes in ſuis editis, habita ratione, monumentis.

17. Egregie conſiderationi huic favet, quod idem Philippus Diaconus vivam expinxerit in ſe ſimilitudinem ac imaginem noſtri Levitæ ſanctiſſimi, aliqua licet ex parte. Nam poſt mortem Stephani Protomartyris (ait Ugo de S. Charo) hæres dignitatis iſtius ille fuit, factus Archidiaconus in ſeptem Levitis Apoſtolicis: quemque Matthæi xxi. miſerat quondam Chriſtus una cum Petro ad ſolvendum pullum & aſinam. Sedens autem Dominus *in pullo* (ait Ambroſius lib. 2. ſuper Lucam) *generalitatem populi gentilis expreſſit. Et ideo pullo ſedetur aſinæ*. In typo igitur Philippus gentilem eſſe ſolvendum populum ſub pulli ſolutione præſignavit: neque aliter Samariæ prædicans Evangelii veritatem, & a Samaritis dæmonia ejiciens, Divina diſpoſitione confirmavit id ipſum. Quandoquidem Tertullianus advers. Judeos, Auguſtinus tract. 15. in Jo:, & Ambroſius ſerm. 31. & de Iſaac 4. docent, Samaria typus quoque fuit populi gentilis; ſicut & Samaritani idololatrarum gentium. Hinc etiam ſanctus idem Diaconus non multo poſt, Angeli juſſu, deſcendens ab Jeruſalem in Gazam, ac obviam habens Eunuchum Reginæ Candacis, audivit a Spiritu, ut ſe adjungeret ad currum illius; quo factum eſt, ut gentilem illum converteret ad fidem Chriſti, initiaretque Baptiſmatis Sacramento. Ex quibus omnibus evidentiſſime liquet, quam manifeſte in eodem Archilevita Philippo Spiritus Sanctus præluſerit ad delineationem Laurentii Martyris, tum futuri. In eo enim Etyope, præſignante univerſitatem gentium ad fidei myſteria conceſſuram eſſe, oſtendit, quod alterius ſummi Levitæ paſſione implendum id erat. Ideo Philippi Archidiaconi manu eundem gentilem hominem baptizare diſpoſuit. Quemadmodum & Patris Filius Levitæ ipſius miniſterio in aſinæ pullo ſoluto eandem generalitatem populi gentilis oſtendit, eam indicans fore a ſatanæ vinculo diſſolvendam Laurentiana victoria. Quin etiam re ipſa per Philippi operationem in dæmonum expulſione idem Dominus præſtitit ſpecimen quoddam eorum, quæ in univerſo terrarum orbe geſturus erat; quum aliquando ſuis triumphans amoris ignibus in Laurentii pectore, non coram Samariæ urbe ſolum; ſed, & coram mundi Metropoli, ideſt Romæ, (unde fama reſonaret uſque ad terminos terræ ad deſtructionem idolorum) Evangelicam veritatem in meridiano veluti lumine collocare debuiſſet, expulſo dæmone ab hominum pectore.

18. Intonet iccirco Catholica Eccleſia ſub quinta feria Pentecoſtes pro Miſſarum exordiis, in noſtri celſi Martyris laudem repetens, illud quod cantici ſacravit die ſollemniſſimo: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*. Quod videlicet Laurentii quoque paſſione (quæ primus ac potiſſimus amoris ejus actus fuit) idem Spiritus a ſolis ortu uſque ad occaſum hominum corda ſuæ caritatis igne ſuccenderit. Tanti elogii veritas firmiter comprobabit, qualis quantaque fuerit noſtri percelebris Archilevitæ Caritas; quali quantaque plenitudine Spiritus Sanctus in eum deſcenderit inſtar illius, quæ venit Apoſtolos ad redundantiam; qua fidelium etiam univerſitas repleretur. Quare non eſt nobis opus, ut in hujus rei commendationem quidquam de noſtro ulterius addamus; dum adigimur potius pleni ecſtaſi, ejuſque oppreſſi gloria, finem verbis ponere. Quandoquidem lingua, calamus, vis dicendi, animuſque me deficit; experimento perdoctus, quod theoretice futurum præſenſeram. Neque tamen in hanc animi defectionem incidiſſe me torquet, ſciens ab iſtius expoſitionis initiis, glorioſius mihi futurum eſſet ſic vinci, quam ſæpe viciſſe.

LIBRI PRIMI DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS FINIS.

LIBER

LIBER SECUNDUS

EXPOSITIONUM IN VIRTUTES S. LAURENTII CARDINALES.

QUatuor eſſe Virtutes Cardinales, circum quas reliquæ virtutes morales vel tanquam partes integrantes, vel tanquam affines verſentur, commune ſapientum dogma eſt. Suntque Prudentia, Temperantia, Juſtitia, & Fortitudo. De his loquitur Salomon lib. Sap. c. VIII. 7., laudes recitans Sapientiæ, ac dicens: *Sobrietatem, & Prudentiam docet, & Juſtitiam, & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus*: Temperaotiam & Fortitudinem ſub vocabulis *ſobrietatis* & *virtutis* exponit, ſervans pro duabus aliis dictiones uſitatas. Hæ porro virtutes nuncupantur *Cardinales*, a ſimilitudine cardinis, io quo janua vertitur ob ſignificaram rationem, quod circa virtutes iſtas reliquæ volvantur. Quare de Sancti Laurentii Virtutibus tractatum proſequeotes, expedit pro ſingulis quatuor principalium ſuis cum partibus & appeodlcibus ſingula inſtituamus Capita; ne materiei explicandæ ploralitas ſine congruenti diviſione lectori pariat confuſionem.

CAPUT I.

De Prudentia. Quæ hæc ſit: quotque in partes dividatur; quarum potiores juxta Sanctum Auguſtinum conſiderantur, nimirum Memoria, Intelligentia, & Providentia: in quibus oſtenditur, quam heroice ſeſe Beatus Laurentius exercuerit. Prout in Scripturis Sanctis eadem Cardinalis virtus cum Sapientia & Scientia confunditur, mira, quæ in eodem laudato Subjecto eſt operata, peculiari quadam excellentia prædita, perpenſis circumſtantiis, relevantur.

PRudentia, virtutum omnium auriga, *Intellectualis eſt virtus, in veri cognitione conſiſtens*. Humanarum hæc directrix eſt operatioourn moralium, & mediorum electrix in agendis; ne homo ſuis decipiatur io actis, & erret. Unde Auguſtinus ſerm. de Provid. ad Frat. de Erem. Sic eam deſcribit. *Prudentia eſt, quæ docet, quid fugiendum, & quid tenendum ſit*. Sive autem (ut Philoſophorum otamur loqoela) Prudentia ipſa per modnm *permanentis* & *habitus*, ſive per modum *tranſeuntis*, & *dictaminis* in Chriſtiano inveniatur homine, ſemper eam oportet, adnexum habere gratiæ ſupernaturalis auxilium; ut quiſque fidelis per eandem Prudentiam valeat, ſecundum Chriſtianæ fidei principia, lumeo accipere; quo ſciat, qoid agendum; quidve omittendum, cavendumque ſit; ut ſupernaturalem aſſequatur finem. Id ipſum de Prudentiæ dicimus partibus; quum omnes ad idem tendant: quæque octonarium complent oumerum. Suntque memoria, intelligentia, Providentia, docilitas, ſollertia, ratio, circumſpectio, cautio. Verum quia poſteriores quinque partes ad noſtrum inſtitutum (quod eſt potiora in vitutibus quærere) parum conducunt; *docilitas* enim & *ſollertia* in quadam ſacilitate, adjecta potentiæ intellectuali, conſiſtunt; nempe una in audiendis, & accipiendis conſiliis; altera io excogitandis mediis ad finem; qoæ ambæ promtitodines inſtinctu Spiritus Sancti, ejuſqoe impulſu ſupplentnr, ſicut tertia, quæ *ratio* appellatur (loquimur enim de actis heroicis) reliquæ, nimirum *circumſpectio*, & *cautio*, quarum una circumſtantiarum conſiderationem; altera declinationem occurentium impedimeotorum importat, pene nihil a Providentia diſtant. Deliberamus iccirco de primis ac præcipois tribus dumtaxat Prudentiæ partibus impreſentiarum agere, ſanctum Auguſtinum ſequentes, qui lib. 83. Quæſt. q. 31. abſolute docet: *Prudentiæ partes ſunt memoria, intelligentia, & providentia. Memoria, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt: Intelligentia, per quam perſpicit, quæ ſunt: Providenia, per quam futurum aliquid videtur antequam ſit*. Illudque certi præmittimus, in Cbriſtianis heroicis actibus, præter commemoratum gratiæ ſupernatoralis auxilium, ut virtus in opus exeat, requiri Spiritus Sancti donum, quod vocatur *conſilium* una cum ejuſdem Spiritus inſtinctu, & impulſu, ſicut Theologi docent.

Et

2. Et quidem in primis geoeratim de Prudentiæ operibus, quæ in noſtro refulſerunt Sancto agentes, ſi mature, ſi digiligenter ejus perluſtrabimus acta, nibil ab eo inveniemus geſtum, quod ab heroica virtute Prudentiæ non emanaverit. Nonniſi enim ea exotnatus dote, Operator mirificus tam perſpicaeitet, tam ſolletter, tam expedite, tam circumſpecte, tam caute in ſuos potnit magni momenti actus exire; operationeſque ſuas proſpere incipere, feliciterque perficere, nulla vel manca relicta, nulliſque prævalentibus ex adverſo, inextticabilibus quantumvis, obſtaculis, aut ipſorum operum arduitate. Unde licet eruere, qusm clarus Divinitatis radius meoti ejus conſtanter affulſarit; quam ſublimi Prudentiæ virtute, humanum ſuperante captum, ſuetit hooeſtatus. Ea propter a Maximo Taurinenſi ſuis in homiliis non ſemel ſuperlativo dignus eſt habitus appellari vocabulo: *Vir Prudentiſſimas*: Quin etiam, conſiderato Spiritus Sancti dono *conſilii*, quo regebatut in diſponendis, gerendiſque rebus; præſertim quum Eccleſiæ facultates diſperſit, deditque pauperibus; idem Sanctus Epiſcopus hom. 1. demiratus, exclamavit, dicens: *Quam profundum ſpiritalis viri, & quam cæleſte conſilium, ut & egenis, conſuleret, & multitudine conſumente, quæ dederat inveniri non poſſet, quod raperet perſequutor.* Neque ſecut ac cæleſti, profundoque conſilio paternam deſeruit domum, illam Deuteronomii XXXIII. 9. ſeqnutus ſententiam: *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro vos: Hi cuſtodierunt eloquium tuum.* Eadem cæleſti ductus Prudentia, Romam petiit, Eccleſiaſticis miniſteriis ſe addisit, Leviticum ſuſcepit ordinem, curam panperum aſſumſit, ſacri ærarii claves, ſibi delatas, admiſit, atque omnia, quæ ſui erant muneris, mira dexteritate perſecit: quare ſummum fidelium omnium ſibi conciliavit amorem. Quodque longe altius eſt, talia libenter elegit media, quæ ſallete nequiverunt ipſum Electorem prudentiſſimum, quin pretioſam vitam ſuam pretioſiſſimo concludere fine, ſuptema donatus martyrii palma.

3. Sed ut ordinatim de ſingulis tribus potioribus ejus ſupernæ Prudentiæ partibus quippiam dicamus; æquum eſt, ad ea primum convertere mentem, quibus Vit prudens *memoriam* excitabat; poſtea vero ad experimenta, quæ dedit ſuæ perſpicacis intelligentiæ; demum ad mira, qoæ virtute ſuæ providentiæ operatus eſt. Memoria itaque penes Doctores, *Quoddam conſervatorium eſt eorum, quæ facta ſunt.* Divinorum autem geſtorum ſpiritale tepoſitorium ſæpe luſtrare valde profiguum eſt homini ad acquitendam prudentiam juſtorum. Quemadmodum, v. g. eſt recolere creationis, & redemtionit beneficia cum innumetis aliis, quæ in totius vitæ diſcurſu a Deo, bonorum omnium largitore, abundanter unuſquiſque accepit in ordine cum naturæ, tum gratiæ. In hujus enim commemorationis lumioe ambulantes filii lucis, prudentiores erunt filiis tenebrarum. Talis profecto recordatio lucerna erat Laurentio ardens, & lucens, omnem caliginoſi ſæculi præſentis nmbram ab illius mente procul eliminans, cordiſque teporem in eo nullom admittens. Divinis quandoquidem ſecum commemoratis, quæ ſuſceperat, beneficiis, innata ejus animi erga ſplendidiſſimum Beneſactorem ſuum gratitudo conſiliabatut ſuis in abſconditis, quid digne Donatori poſſet pro acceptis tependere bonis. Reminiſcenſque, Deum beneſactis ſibi nullum poſuiſſe terminum; id elegit conveniens ſibi, nimirum nullum ponere modum in ſancto Dei ſervitio. Hinc memor ſemper erat præceptorum, & conſiliorum, quæ Chriſtus Dominus ſuis dederat diſcipulis; in ejuſque lege meditabatur die ac oocte; ut, quaſi lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, non aliquo tantum, ſed omni tempore ſelectiſſimum bonorum operum fructum daret in abundantia. Inde quoque fiebat, ne vel unum quidem cogitationis aut verbi ſui folium areſceret, aot a ſe decideret, quod ſemel etnpiſſet; ſed omne productum in ſui, vel etiam in proximi cedebat bonum, atque ad majorem Dei gloriam reſultaret. Relictis a Chriſto Domino, ejuſque imitatoribus exemplorum veſtigiis intendens, hæc ad mentem perpetuo revocabat; queis inflammatus, ſicut Juſtinianos ſcribit, factus eſt *Bonorum omnium ſectator præcipuus.* Verum quid opus eſt noſtro exponere ingenio mitam Laurentianæ memoriæ culturam; quando iſtius ob excellentiam a Deipara etiam Virgine, vel ſecundum aliquam ſui partem, reperimus aſſumtam io exemplar, peoes Sanctam Bitgittam lib. 2. Revel. cap. 26. ut mox videbimus? Res matura ponderatione digna.

4. De hac eoim perilluſtri Sveciæ Matrona refert Eccleſia in ſecundi nocturni lectionario, dicens: *Decennis poſt auditum de paſſione Domini ſermonem, ſequenti nocte Jeſum, in cruce recenti ſanguine perfuſum, vidit, & de eadem paſſione ſecum loquentem: quo ex tempore in ejuſdem meditatione ita afficiebatur, ut de ea ſine lacrymis cogitare deinceps numquam poſſet.* Et tamen eidem Sanctæ Viduæ, ſeſe in lacrymas ſolventi, quoties memoriam paſſionis Chriſti recoleret, Regina Cælorum, Virgo Dei Mater apparens, altius impreſſam illi volens eam recordationem; præſentem in viſione indicans Sanctum Archidiaconum: *Imprime tibi*, ait, *Filia*, *monile paſſionis Filii mei*,

mei , ſicut iſte Sanctus Laurentius impreſſit ſibi. Adeo Levita ſanctus excelluit in habenda præ mentis oculis memoria patientis Domini , ot Birgittæ , ſingulariter id genus contemplationi deditæ , in exemplum daretur a Sanctiſſima Dei Genitrice ; quo profectum ſaceret ſancta mulier in tanti recordatione myſterii. Vide ſublimitatem virtutis Leviticæ in cultura memoriæ circa redemptionis noſtræ beneficium.; per quam talem acquiſivit Prudentiam juſtorom beatiſſimus ipſe Vir , quali opus habebat ad deſpicieoda cuncta ſævientis diaboli tormenta ; ita ut in multo ſibi pateſceret lumine , quam inania , & non timenda iſta ſorent in ſervo ; quum Dominus omnium pro amore hominum tanta pati dignatus eſt . Unde concludere valeas , quo majora fuere in hoc Heroe ſuſtinenda tormenta , eo ſublimior in ipſo illuxerit , ac viguerit veritatis hujuſmodi recordatio ; oc ſcilicet vel quicquam illatis in ſuppliciis eſſet , quo ejus cæleſtis magnanimitas ſrangeretur . Dum vero tormenta iſta in univerſo paſſionum genere communi Philoſophorum calculo æſtimata ſunt maxima; ita ut ab ignis lenti diuturnitate crudeli non ſit ad graviora ultro ire; conſectarium eſt, in eorum ſpretu , immo & ſubſonnatione, Prudentia ipſius reſulſerit maxima ; quæ potiſſimum oon aliunde proceſſit , niſi ex profunda nimis , ac non intermiſſa commemoratione dolorum ac vuloerum Redemptoris .

5. Diximus , *Commemoratione non intermiſſa* dolorum Chriſti , eo nimirum ſenſu , quo Paulus 1. ad Theſſalon. v. 17. ſcribit : *ſine intermiſſione orate* : ideſt omni die ſtatis horis , ut Doctores exponunt . Libro autem cit. Revel. S. Birg. Virgo Deipara expreſſe de noſtro inquit Sancto : *Ipſe enim quotidie ſic cogitabat* : ideſt , ut ibi videre licet , meditabatur Domioicam paſſionem . Tum profecto ſanctus Diaconus a meditatione ulceratæ humanitatis Domini tranſiens ad contemplationem Divinitatis ejus , experiebatur in ſe ipſo , quod de perſectione memoriæ multo poſt adnotavit Seraphicus Doctor , ubi de Reform. ment. p. 2. cap. 14. ait ; *Perfectio memoriæ eſt , ita in Deum eſſe abſorptum per mentis exceſſum , ut etiam ſui ipſius obliviſcatur homo , & in ſolo Deo abſque omni ſtrepitu volubilium cogitationum , & imaginationum ſuaviter quieſcat* . Conſideranti ſiquidem incarnatum Verbum (quod credeotibus eſt oſtium , ſicut Dominus in Evangelio dicit Jo. x. 9. *Ego ſum Oſtium*) patet aditus ingrediendi , & egrediendi , eodem Domino teſtante, ac ſubdente : *Et ingredietur , & egredietur & paſcua inveniet* . In quem locum Auctor libri de ſpiritu & anima : *Ingredietur* , inquit , *ad Divinitatem meam , & egredietur ad humanitatem , & in utriuſque contemplatione mira paſcua inveniet* . Sic Levita ſanctiſſimus ſæpe cooſiderans vulneratum Jeſum , veluti egreſſus , contemplabatur hoc oſtium ab exteriori parte , memoriam recolens paſſionis ejus, miriſque reficiebatur paſcuis : amplioribus autem ad ſuæ memoriæ perſectionem replebaaur , quum ingreſſus ipſum oſtium , illam cum Deo unionem obtinebat ; ut tota ejus anima ſuis cum omoibus potentiis ad Deom collecta, uous ſpiritus cum Deo fieret (ut Bonaventuræ utar verbis 7. proc. rel. c. 13.) quamobrem nihil reminiſceretur niſi Deum , oihil ſentiret & intelligeret niſi Deum , & omoes affectus ejus in amoris gaudio uniti , in ſola Conditoris fruitione quieſcerent . Atque ita perfectioni memoriæ ſuæ ſupremam apponebat manum : quum , ſicut idem laudatus ioquit Doctor : *Hæc ſit hominis in hac vita ſublimior perfectio* . Unde factom eſt , ut in omnibus (ſicut in ejus legimus paſſionis actis) quæ dixit , quæ diſpoſuit , quæ egit , noo aliud oſteoderit niſi oblivionem ſui , & Dei ſolius memoriam . Memoria vere beata , qua nihil eſt ſupra , quod melius ſit .

6. Mira porro hac in Sancto memoria , vel breviter conſiderata ; opus eſt oobis accedere ad alteram Prudentiæ partem , qoæ *Intelligentia* nuncupatur. *Eſtque Advertentia , & æſtimatio rerum præſentium , de quibus formandum eſt judicium* . Ariſtoteles autem 6. Etic. cap. 11. docet , ſagacitatem , & booam intelligentiam idem eſſe . Per quam virtutem homo prudens bene conſulit de rebus impræſentiarum agendis . Nam ex eodem Philoſopho cap. 8. Prudentia non univerſalium ſolum eſt , verum etiam ſingularium . Idem quocirca eſt munus chriſtianæ Prudentiæ , ſupernaturali adjutæ auxilio , nempe beoe conſulere , beneque dirigere media , ut laudabiliter in ordine ſupra naturam quiſque fidelis operetur , quod ſine intelligentia ſive advertentia & æſtimatione rerum præſentium perfici oullatenus poteſt . In heroico vero conſiderata hæc gradu , id pluris obtinet , quod oedum facile , ſed etiam ſtatim abſque longo diſcurſu & conſultatione , juvantibus donis ſcientiæ & conſilii ultra Spiritus Sancti inſtinctum & impulſum , repeote , quid ſit agendum , prudens homo ſanctus intelligit ; pleneque compreheodit . Quare in noſtro Levita mira illa oriebatur ad operandum celeritas , animique promtitudo . Spiritu enim infuſæ intelligentiæ , præter acquiſitam , repletus erat ; cujus vel uno intuitu ſingula , rei agendæ opportuna , protinus attingebat ; quantumvis res pertractanda maximi momenti foret , aut quomodolibet in ſe implexa . Quod ut clarius in eo experirentur Eccleſiæ filii (licet ii plurima ſub occaſione ab ejus munerum exordiis perſpectum haberent) ad

ad ſummum Deus experimentum prudentiſſimum hunc Virum adduxit; exempla ut is potiſſima mundo daret admirabilis intelligentiæ, qua fruebatur.

7. Ecce immanis perſecutio premit populum Dei; premit & fames: undique illum anguſtiæ tenent. Quærit tyrannus non ſolum ſanguinem credentium ſundere; ſed etiam patrimonia pauperum expilare, ſacrarium Eccleſiæ diripere: quo ſpes omnis ſubſidii temporalis, latentibus, miſeris, in piorum domibus, aut cavernis tenebroſis, adimatur. Nimis extenta Cæſaris eſt manus, qua ditiſſimum ad ærarium templi perveniat, illudque furetur. Sic prudenti Viro occaſio lata eſt; ut impræſentiarum oſtendat, quantum advertentiæ hiſce in circumſtantiis, quantum æſtimationis rerum, de quibus rectum urget formare judicium, Divinitus præ ceteris diſpenſatoribus ſibi conceſſum fuerit. En opus intelligentiæ ejus: omnes ærarii Eccleſiaſtici opes in pauperes diſpergendas eſſe judicat; manuſque ſuas ad ipſam celerem diſperſionem extendit: argentum & aurum, fulgida ſacri miniſterii vaſa, pretioſa quæque mobilia diſtribuit egenis. Neque ſe ſiſtit heic Laurentiana Prudentia: Longe altius acuit Vir ſublimis aciem intelligentiæ ſuæ; quo humanæ cujuſque mentis acumen aut penetrare nequivit; aut ſi pertingere potuit, in opus redigere non præſumſit. En altera huic Sapienti offertur occaſio ad demonſtrationem Prudentiæ ſuæ. Pandere jubetur Eccleſiæ, theſauros; ut in uſum prophani hoſtis cedant. Verum quid Scriptura dicit? *Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia... Scientia Sanctorum Prudentia*: Audi, quid de prudenti hoc Homine ſæpe citatus alibi ſacer Vates in Periſteph. pronuntiat: *Nil aſperum, aut turbidum ad iſta refert Laurentius, ſed ut obſequi paratus, annuit*. Nullæ ſunt cogitationes, in tanto rerum diſcrimine, queis perturbetur intelligentia ejus; ne opportuna inveniat media, quibus ſe poſſit extricare feliciter a præſentibus capturæ, præceptique Imperialis laqueis ſine ullo cæleſtis ſui negotii detrimento. Tranquilla reſpondet fronte, dicens: *Obtemperanter juſſa complebo: dentur mihi dumtaxat induciæ, ut mandata exſequi valeam*. Cernat, quiſque eſt, ſub hac reſponſione, quam ſe diſtinxerit Sapientis hujus Prudentia a communi Sanctorum. Poterat ſane Levita ſapiens ad miniſtri Cæſarei quæſita reſpondere: Jam exhauſtum fuerit ſacrum ærarium; nec quicquam eſſe, quod inde diſtrahi poſſit: uti ceteri reſponderunt Martyres, de ſuis requiſiti facultatibus; quum ſe invenere a tyrannis detentos; dicentes, manus ſuas ad inopes extendiſſe. Veruntamen aperta id genus confeſſio ei, qui altiora peragere meditabatur ad majorem Dei gloriam, parum conferre viſa eſt ad ſcopum; in quem ſua vota collineabant. Quanquam aliter eſſet intrepida, ac ſatis heroica. Sublimis ejus intelligentia in diſpoſitione ſuorum operum ad inacceſſum perfectionis verticem pervenire illum compulit. Sagaciſſimam ergo ipſius attendamus advertentiam, qua ſingula ſine ulla mora perpendit. Noverat ſiquidem, perverſos ſceleſtoſque homines non deeſſe, de quibus in Proverbiis cap. 11. 14. legitur: *Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis?* Idque fieri non ſine graviſſima Dei offenſa. De quorum genere jactantium (ut refert Maximus hom. 2. in S. Laur.) ipſi erant Martyris perſequutores. Noverat & eos, de fidelium effuſo ſanguine gloriantes, invicem collætari: quare ſanctiſſimum comedit Juvenem zelus domus Dei; quod impii Eccleſiam Chriſti tam audacter peſſundare, ac ſpernere præſumebant. Dignas iccirco illis deliberavit reddere vices; quibus non ſolum ſperneret, ac proculcaret infidelis Cæſaris præceptum; ſed etiam ludibundus exſultaret de ignominioſe habita Imperiali majeſtate: quemadmodum egit, quum reverſus poſt induciarum triduum, multis ſtipatus inopum turmis, in faciem dominantis avari, ipſos indicans egenos (ut habet ſermo vetuſtus, quem nonnulli Fulgentio tribuere) *Ecce*, inquit, *hi ſunt theſauri mei, boni laturarii mei, qui ibi portaverunt divitias meas, ubi tu non poteris extendere manus tuas. Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do*. Addit Prudentius: *Eccum talenta, ſuſcipe*.

8. Quid ſenſiſſet ad hæc, vel quid dicere tum potuiſſet humana prudentia? Utique: Non debuiſti tam audacter pergere in occurſum armatis: tam impavidam animi exſultationem oſtendere ob actam tranſgreſſionem & proculcationem auguſtalis mandati: Potentem irridere Cæſarem, quem totus pertimeſcit Orbis; atque ſic eum ad exceſſum iracundiæ provocare: nec non pro theſaurorum exhibitione pauperes illi offerre, ut de ſuo eis expenſas faceret; qui avidiſſime alienis divitiis inhiabat. Nonne id fuit ſcalpere, non modo tangere, ulcus avaro, quo *nihil eſt ſceleſtius*? Inſuper addidiſti tam manifeſte, tam publice, tamque ſollemniter exſpectantem Cæſarem ludibrio ſuis cum miniſtris afficere. Ne Sancti quidem maximi momenti in Chriſtiana gente viſi unquam ſunt ſimile quid audentiæ perpetrare; quanquam a ſuis, habita ratione, judicibus de facultatibus (quas in pauperes erogaverant) quæſiti fuerint. Veruntamen oppilare oportebat os ſuum terrenam prudentiam coram cæleſti Divina, quam in Laurentio demirati ſunt Patres, demirati ſunt Sancti, heroica virtute præditi. Conſiderare potius præſtabat ad lumen ſupernæ doctrinæ, quid de

hoc Viro, inter ceteros heroes celeberrimo, ſcriptum erat io libro Job. xxxix. 21., ubi de myſtico eſt equo verbum, ad bellum accedeote: quemadmodum Patavinus Antooius in ſermone de S. Laur. perpendit ſuper ea verba: *Terram ungula fodit, exſultat audacter: in occurſum pergit armatis: contemnit pavorem, nec gladio cedit*. Hæc noſter præſtitit Heros, non quaſi futurorum providentia deſtitutus, ignoraret, quæ ſibi ſuperventura forent horrenda ſupplicia (ut animanti relato, aut imprudenti evenit homini) Non enim ulla ex parte Prudentia defecit eum, qua perpetuo gaudebat. Sed quia prævidens, quæ furibuodus efferatuſque princeps, adverſum ſe adeo irritatus, horribilia eſſet facturus, *Beatus Laurentius*, (ait Patavii Thaumaturgus) *pœnas non timuit: non ſupervenientibus territus eſt:* nec *imminenti gladio ceſſit*. Argeotum & aurum quaſi pulverem terræ diſperſit: actoſque potentioribus Divinæ caritatis ſtimulis, de ipſa diſperſione perſoluta audacter exſultans, in occurſom perrexir armatis porentibus, nil veritus iram eorum. Hæc ſane impiis, exſultantibus in rebus peſſimis, digna per eum reddenda fuit retributio; ut de ſanctiſſime geſto munere audacter in illorum faciem Levita intrepidus exſultaret, dicens: *Hi ſunt theſauri mei, boni laturarii mei, qui ibi portaverunt divitias meas, ubi tu non poteris extendere manus tuas... Eccum talenta, ſuſcipe*.

9. Pulchre S. Maximus Taurinenſis, de eadem theſaurorum diſpenſatione loqoeos, homil. 2. inquit: *Nihil magis Laurentius præ omnibus curat, quam ut avaritia perſequentis, quæ de morte Sanctorum contriſtabat Eccleſiam, de præda Eccleſiæ gaudium non haberet*: Sed pulchrius, qoum addit: *Invenit vir prudentiſſimus, unde acrius ſuum poſſit torquere tortorem:* Tortorem utique ſuum torſit; non tam, quia vacuis exſpectantem reliquit manibus omni præda taleotorum argenti, & auri, (quod plures alii Chriſti Milites, diſpergendo ſuas paupetibus ſobſtantias, perfeceruot) quam, quod ſoper fruſtratum prædonem audacter exſultavit, ſagaci ſua intelligentia, ſive intelligenti ſagacitate; modum inveniens, quo coram populi multitudine de contemtis ejus juſſis poſſet magnifice, (viodictas offeoſi ſumens Numinis) gloriari. O vere magnum, inauditumque Prudentiæ Divinæ miraculum! Intelligenriæ ſublimis cæleſte conſilium! Inſremit, en taliter inhonoratus, Imperator; inſanit hoſtis eluſus; ad atrociora quæque Irriſori ſuo inferenda ſupplicia protinus exardeſcit. At homo iofelix, quid agat, expers conſilii, neſcit. Dum exiſtimat egregium punire Illuſorem, reddit hunc voti ſui compotem; pro cujus aſſecutione omnem Prudentiæ ſuæ intelligeotiam in electione mediorum impenderat. Fatigatur ergo in excruciationem taoti Viti tyrannus; & quo ſævitiæ vires exſerit, eo majorem illi ſervitutem præſtat. Has eoim graviſſimas pænas pro amore Chriſti ſubire diu jam optaverat Archimiles Altiſſimi; ut qoantum Divinæ dilectionis eſſet in corde ejus, indubiis ſic patiendo probaret argumentis. Sciebat Vir ſapieos experimento, qualibus triumphatricis gratiæ abundaret auxiliis; ooverat, quali eſſet cælitus fortitudine corroboratus; prævidebat, quam impares exacerbati quaotumvis principis eſſent vires ad ſecum certamen ineundum; quodoam ſibi magis prudens poterat eſſe conſilium eo, quod ſagacitas ſive ſubtilitas intelligentiæ ejus adinvenit; quo & poſſet ad ſupremum triumphorum omnium pervenire? Mira igitur, & pluſquam mira Prudentia imperantis barbari ſprevit mandata; vulcus avaro pluſquam graviter ſcalpſit; ferocem præ conctis ſanguinariis beſtiis irritavit hominem; omnique pompa eidem illuſit: contemſit pavorem, exſultavit audacter, nec ferro, nec igni ceſſit; ſuom ut Vir prudentiſſimus aſſeqoeretur feliciſſimum finem: cujus gratia in oblectationem ſibi ipſa etiam ceſſere ſupplicia.

10. Angelicæ huic, quam expoſuimus, intelligentiæ reſpondit ex nuper dictis tertia Prudeotiæ pars, quæ appellatur *Providentia*: quam Boetius lib. Conſolat. ita declarat: *Eſt præſens notio, futurum pertractans*. Adnotare tamen heic convenit, quod pars hæc prudeotiæ, ſecundum naturæ poſſibilitatem, pertractare dicitur futura ex præteritis & præſentibus: non quaſi vir prudens ex iis certo præſcire valeat futurum; quum id ſoli præſcientiæ Dei reſervetur; bene vero, quod ex præviis experimentis conjicere poſſit, quod veriſimiliter futurum ſit. Unde ſap. IX. 14. mooemur: *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ*. Quam ob rem humana virtus moralis prudentiæ, circa partem iſtam, haud ita conſtat; ut per eam homo ſemper, & quaſi falli neſcius, ad ſuum collineet ſcopum. Quia nimirum etſi plura ac plura prævidere futura, vel dubitando, valet, oon tamen omnia; infinitæ quum oon habeat perſpicacitatis oculum mentis. Quare merito nos inſtruit hac in re S. Ambroſius, epiſt. 82. dicens: *Id agere debemus, ne nos arbitrii noſtri pœniteat, aut facti. Prudentis eſt enim proſpicere, ne frequenter pœniteat ſui. Numquam enim pœnitere ſolius Dei eſt*. Subintelligamus: Et eorum quoque, qui gerendis in rebus Spiritu Dei aguntur: cujus & doois ſcientiæ & conſilii, inſtinctuque ducuntur: uti noſtro eveniſſe Martyri monſtratum eſt ex ipſius actis, iiſdemque confirmare pergemus. Ajebat quondam Salomon Proverb. III. 13. & 14. *Beatus*

tus vir, qui affluit prudentia: melior eſt acquiſitio ejus negotiatione argenti, & auri. De prudentia Spiritus (inquit Ugo) hic ſermo eſt. Hebraica vero, & Chaldaica lectio habet: *Melior eſt negotatio ejus negotiatione argenti & auri*. Negotiationis porro emolumentum, ad quod ipſa negotiatio, tendit, maxime pee providentiam *futurum* negotiator eeſpicit; ideo ad tertiam iſtam potiſſimum pertinet prudentiæ partem. Sane, quod vel a teneris annis affluxerit Laurentius Prudentia juſtorum, eamque negotiatus fuerit, Dei Spiritu in ipſo mirabiliter operante, declaravit abunde perpetua Sanctitas ejus, qnam omni tempore florentem in eo prædicarunt Maximus, Thomas Aquinas, Bonaventura, Vincentius Ferrerius, Juſtinianus, aliique Patres. Negotiatus autem eam fuerit exercitio virtutum omnium; perſpicue ne dum patet ex iis, quæ in preſenti egimus tractatu; ſed etiam ex ceteris, infra dicendis in ſubſequentibus capitibus. Modo, interioris hominis omiſſis negotiationis actis, pauca quædam exterioris meminiſſe ſufficiat. Adhuc enim puerulus agebatur a Spiritu Sancto, ut in ſuam innocentem ſæviret carnem; quo dignum aliquando corporis & animæ ſacrificium non incruentum lubentiſſime offerret Deo, voluntariis jam aſſuetus plagis. Hujus perficiendæ oblationis cauſa, non quaſi de ſpatio ſuæ ignarus ætatis, vel dubius de futuro ſibi præparato conflictu, Romam adoleſcens petiit; ſed providus negotiatior illuc acceſſit, impulſu, inſtinctuque Divino, comitantibus ejus cæleſte conſilium; ad ea nimirum ut acceleraret manſionem, ubi ſuum complendum foret holocauſtum. Quo & loci ſemel perveniens; abſit, inde unquam cogitaverit pedem efferre; licet eum ad egrediendum Urbe compellerent modo peſtis, modo ſames, modo perſecutiones, & quicquid crudelitatis ad divexandum Chriſtianum populum barbari adhiberent. Quin potius validis hiſce ſub tempeſtatibus tranquillus ac lætus, Eccleſiaſticos ſuſcipiebat ordines; curam alendi gregis Chriſti, ſibi delatam, admittere nec dubitavit. Noverat enim iſta munia ſuperſtitioſis Imperatoribus valde forent exſoſa: per quæ ſibi aperiabatur aditus ad futurum ſubeundum cruentiſſimum certamen. Ideo in deliciis habuit his exerceri officiis, ne Prudentiæ talentum, ſecundum rei prævinſionem ſibi cælitus datum, abſque negotiatione opportuna ſineret otioſum.

11. Mirentur igitur nationes gentium in diſpenſatione theſaurorum Eccleſiæ laudati animi Levitici ſplendorem, liberalitatem, hilaritatem, miſericordiam, caritatem, & quicquid ultra in opere tam magnifico virtutis eluxit. Optime & non ad inſipientiam admiratoribus iſtis: digna plane ſunt, quæ non ſine ſtuporis ſupercilio contemplentur. Veruntamen ſi negotiationem hanc myſticam argenti & auri, ſui in origine perſcrutabimur; cito altera Prudentiæ negotiatio melior obviam ſe nobis ſaciet; quandoquidem ex iſta illa proceſſit. Rem attentius inveſtigemus. Quare enim tam ſplendide, tam hilariter, tam miſericorditer liberalis hic Diſpenſator univerſa Eccleſiæ bona diſpetſit in pauperes? Certe, quia prævidit, defecturum Chriſti fidelibus, egeſtate laborantibus, neceſſarium in diuturna perſecutione ſubſidium, mentem ejus Sancto illuſtrante Spiritu; propterea diſpoſuit largiter, *pro ut unicuique opus erat*, caritateque flagrante, mobilia pretioſa quæque dividere. Prævidit & Cæſarem perfidum, divitiis inhiantem, exploratores callidos miſſurum; queis ut delatoribus in notitiam aliquando perveniret loci, ubi aræ theſauri eſſent abſconditi; ſicque optatam capturum prædam: iccirco decrevit Levita prudens per inopum manus argentum & aurum in cæleſtes transferre theſauros: *Ubi fures non effodiunt, nec furantur*. Matth. vi. 20. Negotiatus eſt mente per providentiam, antequam poneret negotiationem in opere, per diſtributionem argenti & auri. Eo igitur melioe cenſenda eſt prima negotiatio præ ſecuoda, quo excellentior reputatur ſuo effectu cauſa. Ceterum & ſi ejus providentiæ opus intelligimus famigeratam illam diſpenſationem bonorum Domus Dei; non ſic proptera id aſſertum volumus, quaſi præter id non ultra ſe extenderit eadem ampliſſima virtus. Adeat lector Martyris acta; inveniet ibi ſtupenda, quæ geſſit in Salluſtiano palatio, in baſilica Jovis, in Viminali monte, ubique nullius momenti æſtimans inflicta ſibi ſupplicia; eeperietque, tranquillitatem illam ſervatam in cunctis torſionibus ſuis, vultuſque jucunditatem, nulla apparente in eo arbitrii, vel facti pœnitudine ſub extremis illis doloribus; deprehendet, inquam, lector, hæc fuiſſe fructum admirabilis ejus Prudentiæ: quæ per providentiam ſic negotiata eſt; ut univerſa generatim prævilſa ſupplicia (licet in ee poſita, corpus ejus lancinarent, atque conſumerent; ipſique carnifices, omni humanitate ſpoliati, ſupra quemcuoque modum in illud ſævierint) mentem ipſius neutiquam tangere, ne dicamus, lædere unquam potuerint.

12. Hæc ſummatim vel panca ex actis ejus commemorata, quæ ad potiores tres Prudentiæ attinent partes, expoſuiſſe ſit ſatis; ne, quam animo ſervare ſtatuimus, brevitatem prætergrediamur in noſtri ſingulatis Viri laudibus ordiendis. Reliquum eſt, quippiam agamus de ipſius Prudentia, quæ cum ſapientia & ſcientia convertitur, juxta uſitatum loquendi ſæpe modum ſanctarum Scripturarum. Sicut autem eelinquimus nunc ſtrictum vocabulorum ſen-

ſum, diſcriminantem inter Prudentiam & Sapientiam; ita & alterum mittimus, dividentem inter ſapientiam & ſcientiam: quarum una in rigore *Divinarum rerum cognitio eſt*, altera *bumanarum:* illa æternorum, hæc temporalium eſt notitia. Vulgari ea propter ſenſu, qui utriſque communis eſt in ratione *cognitionis*, utemur; quemque Auguſtinus non reprobat, lib. 14. de Trinitate ſcribens: *Utrarumque cognitionem, ideſt divinarum & humanarum, ſapientiam & ſcientiam dici poſſe, non nego*. Apoſtolus vero 1. Cor. 12. ſermonem ſapientiæ ab altero ſcientiæ diſtinguens, ubi ait: *Alii datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum:* Non in vulgari acceptione, ſed in pleno dictionum rigore loquutus eſt. Illud utique animadvertendum cenſeo, præſatam diviſionem ſubjectorum, quibus unum vel alterum donum id genus datur, non ſic intelligi oportere, quaſi uniter dona ipſa, in rigore diverſa, nemini concedantur; ſatis quum ſit, juxta mentem Apoſtoli, quod diviſim multoties tribuantur. Qua cum doctrina bene cohæret, quod utrumque donum uni eidemque homini dari queat. Sub hac ſane poſitione, ut in noſtro factum eſt laudis Subjecto, non cogimut ipſa dona diſtinguere: magis, quod ex occurrentium materiarum tractatu, ſtatim obviam veniet, num de ſcientia in rigore, vel ſapientia ſermo erit; nempe, conſiderato rei diſcriminc, ſi de humanis, vel Divinis rebus verba fiant.

13. Ad laudem itaque noſtri Martyris accedentes, de quo doctor Sorbonicus Ciſtercienſis Ordinis, Joannes Raulinus ſerm. in S. Laur. inqnit: *Sapientiæ culmen evaſit*: id ipſum confirmare non dubitamus. Quod enim repleverit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, evidens eſt ex iis, quæ retulimus lib. 1. actorum cap. v. num. 2. 3. & 20., ubi deſcripſimus, quanta in Romanæ Eccleſiæ Archidiacono per ea tempora, quibus Sanctus Levita floruit, requireretur ſapientia, quantuſque intellectus; ut magna cum laude complurimum, ſibi demandatum, poſſet munus obire. Queis officiis, licet hodie in plures ſapientes Præſules & Cardinales diviſis, vix ſatis fieri poſſe cenſetur; Quid ſentiendum, ſi adjicimus, ſanctum Diaconum, ætate juniorem ceteris ex ſeptem Diaconorum principibus, longo annorum curſu provectis, ſcientia, & ſanctitate præclaris, rerum uſu probatis, quique omnes Chriſti Martyres tandem fuere, iis, inquam, omnibus Laurentium fuiſſe præpoſitum; ingens ut ſuſtineret pondus Atchidiaconalis officii, & qnidem judicio incorrupti, Sanctiſſimique Pontificis, Athenarum quondam Philoſophi, ac poſtmodum magiſtri totius Orbis Catholici? Dicamus, neceſſe eſt, hortori fuerit Eccleſiæ Dei illud ingenium, ſapientia illa, qua ſub ipſo juventutis ſuæ flore in clero Vir iſte refulſerit, ſcientiam habens quaſi Angelus Dei. Heben! Diuturnus ſæculorum decurſus tantæ ſapientiæ monumenta edita, pro ut poſtulaverit occaſio agendorum in Divinis, aut humanis rebus, ex hominum mente ingrata oblivione delevit. Vix enim geſtorum ejus pauca tenemus fragmenta; unde conjectare poſſimus, quanta in eo fuerit ſapientia in inſtruendis ſuo ex munere clericis, in peccatoribus corrigendis, in confirmandis juſtis, in ſedandis diſcordiis, in pace ſervanda, in etbnicis couſutandis, ita ut ſcripſerit Auguſtinus ſerm. *Cum omnes*, de S. Laur. *Errores eorum manifeſta caſtigatione convinceret*. Quare nec moram patimut dicendi de illo, quod Lucas in Apoſtolorum actis vi. 10. de primo Levitarum Stephano ſcripſit: *Nemo poterat reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur*.

14. Sed quia *de ore Prudentis procedit mel, dulcedo mellis eſt ſub lingua ejus, favus diſtillans labia ejus*: libet, de dulcedine verborum ſapientiæ ejus quippiam, quod in ejus conſignatum eſt actis, deguſtare. Dixerat enim illi perfidns Cæſar apud Surium: Sacrifica Diis, & obliviſcere artes magicas, in quibus confidis. Tanta, Vir inclytus, accepta contumelia, quid miti tranquilloque animo, affluens dulcedine, reſponderit, audiamus ex eodem Surio num. 17. *Vos ipſi*, ait, *judicate, juſtum ne ſit, nos cervices noſtras inclinare dæmoniis potius, quam Deo viſibilium & inviſibilium omnium Creatori? & utrum adorari debeat, qui fecit, an qui factus eſt? Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti conditor eſt univerſæ creaturæ: & tu dicis, ſacrifica lapidibus, & adora rem mutam, & ſurdam*. De ore Prudentis proceſſit mel, favus diſtillans labia ejus. Quid ſane hac reſponſione ſapidius? dulcius quid? At depravatns Cæſaris palatus loquelæ hujuſmodi dulcorem ſeutire nullatenus valuit. Quin potius exaſperato ad hæc genio, tormentis per quam ſævis in ſapientem mitiſſimum eſt atrociter debaccatut Juvenem. Nec propterea cruciatibus illis aſperrimis veratus ipſe Vir ſapiens, dulcoris ſui gratiam ſubtraxit, vel in amaritiem commutavit: ſed quemadmodum ſcriptum eſt Eccleſiaſt. xxvii. 13. *Homo ſanctus in ſapientia ſua manet ut ſol*, diſtillare non deſtitere labia ejus, quaſi favus mellis. Videns enim inſanus Rex, ſe cum ſapiente Viro neque minis, neque verberibus, neque lanienis quicquam antea profeciſſe, licet nulla corporis pars innocentis Hominis vulnere vacaret, aut ſanguine; age, inquit ad lictores ſuos, ſaxis os iſtius contumacis obtundite, quo diſcat coram principe demiſſe loqui. Verum Homo ſanctus, etiam ore quaſſato, idem omnino

nino in ſapientia ſua permanens, a priori, quam tulit, ſententia ne dum non diſceſſit, ſed iterum eam repetens, confirmavit. Dixerat enim prius: *Deus eſt conditor univerſæ creaturæ*: quas inter creaturas computans lapides, queis utebantur carnifices ad ſuorum dentium ſuccuſſionem, ſauciato vel ore, acerrimiſque affectus doloribus, ſerena inquit fronte, ſubridens: *Gratias tibi ago Domine, quia tu es rerum omnium conditor Deus*. Sic Homo ſanctus in ſapientia ſua manſit ut ſol.

15. Quanta ergo eſſe debuit illius ſapientiſſimi cordis latitudo, quæ nullis anguſtiis arctari, nullis perſtringi preſſuris, nullis potuit concludi limitibus? Prædicat Scriptura Divina ſapientiam Salomonis lib. III. Reg. 4. dicens: *Dedit Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris... Et fuerunt ejus carmina quinque, & mille*. Non de theoretica loquamur ſapientia, ſed de morali & practica; quæ ad ſpiritalem profectum efficaciter juvat hominem, vereque beatum efficit. Reor ſane, Levitam Laurentium hoc uno, quod produxit, gratiarum actionis cantico, dum os ejus lapidibus contundebatur, cuncta Salomonis cantica ſuperaſſe, ſapientiam viciſſe, cordiſque latitudinem fuiſſe ſupergreſſum. Aliud eſt enim melos pangere, latumque habere cor in oſtenſionem ſapientiæ, iſtius opera in lucem edendo, dum terrena omnia ad votum fluunt; aliud ea præſtare facinora, quum hominem undique tenent anguſtiæ, agoneſque pervadunt, omni morte amariores. Tirinus in citatum Scripturæ locum docte philoſophatur, inquiens: *Dedit Salomoni Deus latitudinem cordis, ideſt magnanimitatem; qua, quæ ſapientia, & prudentia ſuggerebant, audebat confeſtim in opus conferre, nullo metu retardante: & ſane abſque hac dote fruſtra videri poſſet omnis prudentia, & ſolertia, & ſapientia: nam cui hæc bono, ſi non audeat quis uti?* Veruntamen laudata magnanimitas in ſapiente fuit Rege, ut ſupra innuimus, quia pacificum a Deo regnum obtinuit; quia nihil ſibi obſtare cernebat, quominus poſſet ſapientiam ſuam in opus redigere: procul ab eo metus erat hoſtium, patris ſui gladio proſtratorum: temporalis dominii auctoritate pollebat, qua non ipſe malevolos, ſed hi eum potentiſſimum principem formidabant; ita ut nullus eſſet e regione Satan, vel occurſus malus, quo poſſet ab operibus ſapientiæ retrahi. Utrum vero nec ne tanta cordis latitudine donatus fuerit, qua temporibus etiam difficillimis ſapientiæ ſuæ actis vacare potuiſſet, atque prudentiæ uti ſceptro, haud compertum habemus. Quin potius eum novimus, affluentibus ſæculi rebus omnino ſecundis, a rectis ſapientiæ ſemitis turpiter deflexiſſe. Quapropter Eccleſiaſtici liber XLVII. 21. & 22. ſic illum carpit: *Inclinaſti femora tua, mulieribus: dediſti maculam in gloria tua, profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & irritari ſtultitiam tuam*. Quomodo in ærumnis ſi poſitus fuiſſet, prævalente fletu, a cantionibus & proverbiis minime deſtitiſſet? Quomodo latitudo cordis ejus contracta neutiquam viſa eſſet? Veraciter autem de noſtro Heroe ſapiente, conſiderata ejus cordis latitudine ſive in proſperis, ſive in adverſis, dicere abſolute non ambigimus: *Dedit ei Deus ſapientiam & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris*: Quoniam & inter ingentes verſatus divitias, ac pro implendo ſui muneris debito inter illecebras ſæculi perambulare coactus; nulla ſtultitiæ nota inuſtus, dignas Deo componere laudes non omiſit: ſuper hæc autem & inter cruciatus horribiles poſitus, ad texenda Divinæ gloriæ cantica os ſuum adaperire ſerenus, & hilaris non detrectavit; in opus ſic redigens ſapientiam ſuam. *Hæc eſt enim virtus Prudentiæ* (valde appoſite ad rem noſtram Cornelius a Lapide ſuper caput 44. Eccleſiaſtici ℣. 4.) *ut quod verbo doces, doceas & exemplo: facta enim dant efficaciam verbo*.

16. Hæc, Martyri tributa, laus ut clarius eluceſcat; operæ pretium eſt, perpendere, quid de magna illa Salomonis ſapientia Scriptura dicat. Liber ſiquidem III. Regum c. IV. 30. & 31. hoc illam commendat elogio: *præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus, ſapientior Ethan Ezrabita, & Eman, & Chalcol, & Dorda filii Mahol*. Sacrum Teſtimonium proprio citans nomine commemoratos viros, turmatim aliis Orientalibus, & Ægyptiis indicatis, non obſcure manifeſtat, ſapientiores ceteris eos fuiſſe, uti ſpeciali dignos nota. Et recte quidem doctis aſtrorum ſcientia, uti erant Orientales & Ægyptii, eos propoſuit, qui Divinis in laudibus modulandis magiſtri erant, ſicut advertunt Lyranus, Abulenſis, & Pineda. Liber inſuper I. Paralipomenon XV. 27. addit, eos fuiſſe Levitas; immo & nepotes Patriarchæ quondam Judæ, levitarumque cantorum principes, juxta Commentarienſes ſuper pſalmi 88. titulum habentem, *Intellectus Ethan Ezrabitæ*: cenſetque Hieronymus, Hilarius, & Hæbreorum Rabbini, eundem Ethan auctorem eſſe cit. pſal. 88. Dubium autem nullum eſt, nominatis levitarum principibus præfuiſſe Choneniam. Ait enim idem liber I. Paralip. XV. 22. *Chonenias princeps levitarum prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens*. De quo

etiam

etiam cap. xxvi. 29. inquit: *Iſaaritis præerat Choneniae*. Tantæ nam ſapientiæ fuit, ut Iſaaritis, qui doctores erant populi Iſrael, reſpondentes de jure Moſaycæ legis in diſceptationibus cauſarum per Urbes & vicos Regni, præpoſitus a Rege Davide ipſe fuerit, *ad docendum*, ut ſcriptura inquit, *& judicandum eos*. Quemque virum ſapientiſſimum pluribus in locis liber II. Paralip. diſtincte collaudat. Quid eſt ergo, quod commemoratus liber Regum, ſapientiam Salomonis celebrans ſuper ceteros ſapientes, & nominatim ſuper Ethan, Eman, Chalcol, & Dorda filios Mahol, tacet omnino hunc Principem principum Levitarum, virum ſumma præditum ſapientia, Choneniam?

17. Sed priuſquam difficultatem propoſitam enodemus; animadvertere congruit, commendatum hactenus levitici ordinis principem in ſcripturis ſanctis præclarum geſſiſſe typum ſanctiſſimi noſtri Archilevitæ; qui, ut ex ejus liquet actis, Vicariam Pontificis Maximi poteſtatem exercens, primus erat poſt delegantem inter doctores Doctor, ſapientes ipſos corrigens, & emendans in iis, quæ cenſura & reprehenſione digna eſſent: quodque amplius eſt, inter filios Juda (qui *Confeſſio* interpretatur) inter Confeſſionis filios, ſive inter Martyres; qui pro Confeſſione Nominis Domini, Jeſu Chriſti ſanguinem fundentes, *Confeſſionis filii* appellari meruere, præcentor maximus in ſolvendis Deo canticis, ſecundum ſpiritalem intelligentiam, inventus eſt. Hic ſapienter, ſuaviterque in toto corde Dominum laudavit, Dominoque præcinuit non ſolum, ſecundum litteram, in ſacris miſſarum Pontificalium actis, ſollemnitatum tempore coram fidelium conventu; ſed præterea, juxta myſticam intelligentiam, in crudelium torſionum medio; quum iteratis gratiarum actionis canticis, ſecundum ſpiritum, ſuper ceteros myſticos Judæ filios altitonans, Dux & Princeps extitit cantorum id genus, qui nedum militantem, ſed etiam triumphantem hymnis dulciſonis lætificarunt Eccleſiam. Quod ſi typus ejus Chonenias, primamus dans operam in levitarum cætu canoris modulis, illud promeruit in Divinis litteris elogium: *Erat quippe valde ſapiens*: quanto magis ejus Archetypus, Martyr auguſtus, levitarum Primas, *ſumme ſapiens* dicendus eſt, cujus ſapientia naturalem traſcendens ordinem, Divina potuit cantica texere etiam in flammarum incendiis? Aliqua nihilominus umbratica inter unum & alterum Levitam ſimilitudine jam præoſtenſa; facile captu redditur, quare Divina Scriptura ſapientiam Salomonis extollens ſuper omnem aliam, quam celebrat, indicatorum levitarum, videlicet Ethan, & Eman, & Chalcol, & Dordæ, ſubticuit tamen verbum de Choneniæ ſapientia. Bernardus etenim ſerm. 2. de Aſſumpt. B. V. quæſitum ſolvens, cur in Evangelica lectione, ubi agitur de Marthæ domo, in quam divertit Salvator noſter, nulla fiat mentio Lazari, eam ſcopis mundantis; reſpondet, dicens: *Virginalem domum intelligi volens ſpiritus, ſiluit non incongrue pœnitentiam, quæ malum utique comitatur. Abſit enim, ut proprii quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuiſſe dicatur, ut in ea proinde ſcopa lazari quæreretur*. Haud aliter pie ad noſtri Martyris laudem præfatum in tertio Regum de Chonenia ſilentium interpretamur. In hujus enim magiſterio Laurentianam ſapientiam intelligi volens ſpiritus, ſiluit non incongrue, ſalomonicam ſapientiam ſuperaſſe Choneniacam. Abſit enim, ut ſentiamus, magna illa ſapientis Regis theoretica diſciplina prævaluerit alteri exercitæ ac practicæ noſtri Archilevitæ ſapientis; quæ vere beatum in tempore & in æternitate ſe poſſidentem effecit hominem, tanta cum magnanimitate conjuncta, ut per hanc cordis latitudinem, quæ ſapientia & prudentia illi ſuggerebant, confeſtim in opus conferre auderet, nullo eum metu retardante. Haud jam ſicut de Salomone dictum eſt, ſed longe aliter. Nimirum nil pertimeſcens principis hoſtis iram, nil irati regis potentiam, nil potentis avari furias, nil furentis barbari ſuppliciorum inſtrumenta, quin tranquillitate ſapientiæ ſuæ univerſa diſponeret, ac executioni mandaret. *In ſapientia ſua manſit ut ſol*, nullam propter ſibi obverſum lunarem ſtultorum orbem paſſus eclipſim: quo Salomonis ſapientia neutiquam valuit pervenire.

18. Porro inter plura, quæ noſter Levita præcentor edidit divinæ laudis cantica, vel ſcorpionibus dilaceratus, vel plumbatis contuſus, vel diſtentus equuleo, vel lapidibus in ore quaſſatus, illud præcipue audire delectet, quod, circumſeptus flammis urentibus, cecinit apud Gregorium magnum in antiph. & Adonem in Martyrol., dicens: *Ipſe Dominus novit, quod accuſatus, non negavi nomen Sanctum ejus: interrogatus, Chriſtum confeſſus ſum: aſſatus, gratias ago*: vultuque pulcherrimo ajebat: *Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me confortare dignatus es*. Hac plane melodia cecinit, juxta Sanctum Bonaventuram, velut *dulcis avicula Chriſto Domino*: Nimirum ad aurium ejus oblectationem: puta, ut ſuaviſſima voce inter omnes cæli aves luſcinia canit. Qua in re quid illi commune cum veteris Teſtamenti Levitis, de quibus II. Paralip. VIII. 6. legitur: *Stabant Levitæ in organis carminum Domini, hymnos canentes per manus ſuas?* Non enim ignoramus, eos Babylonica quondam captivitate multatos, exoratoſque ab Aſſiriis, ut quippiam

piam

piam illis repeterent de canticis Sion; reſpondiſſe cum lacrymis: *In ſalicibus ſuſpendimus organa noſtra. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Sapientes iſti erant viri, ſcriptura teſte, ſed non habentes latitudinem cordis in preſſuris ſuis, ſicut in proſperis; facile contracti ſunt, ne ad conſcripta extenderent manus carmina, neque os aperirent in laudem Dei. Sapientiores his fuerunt eadem in captivitate Ananias, Azarias, & Miſael, ac dilatato ſane corde, qui Dan. 1. 6. erant *de filiis Juda*, de filiis *confeſſionis*. Hos ſelectos in millibus, juxta Regis præceptum, ℣. 4. *Decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcentia, & doctos diſciplina*, introduxerat in regale palatium Præpoſitus Eunuchorum; ſed quia, urgente mandato infidelis principis, ut adorarent ſtatuam, quam is fecerat, noluerunt acquieſcere juſſis illius, maluerunt potius in fornacem ſuccenſam in ſeptuplum mitti, quam expoſitum funeſtum adorare ſimulacrum. Illuc vero projecti, ait Daniel III. 51., *Laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum*; nobile, ac dignum eorum ſapientia, canentes canticum. Notandum eſt tamen, quod præmittit idem Daniel ad citatum verſiculum præcedentibus puerorum canticum, nempe 49. & 50. Ait enim: *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & Socii ejus in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres, quaſi ex uno ore, laudabant Deum &c.* Similia reperimus, & in novo ſacta Teſtamento cum aliis, vere filiis *confeſſionis*. Nam de Euſtachio ejuſque ſociis invenimus ſcriptum, quod ſub Trajano in candentem bovem æneum incluſi, in divinas laudes ora laxarunt: Sed ut in eorum legimus actis penes Metaphraſten coram Graſio: *Bos, Chriſti virtute refrigeratus, non ad ſupplicium, ſed ad ſolatium potius eos recepit: ita ut placide ſine ullo doloris ſenſu ſuas Chriſto animas traderent.* Haud ſecus contigit pſallenti Euſtratio, Cæciliæ, Agneti, aliiſque Chriſti teſtibus, per ignem ſine uſtione tranſeuntibus; obtuſa eſt videlicet flammarum vis. Novum prodigii dignoſcimus genus in quibuſdam poſt Laurentii paſſionem Martyribus; qui grandibus injecti flammis, æmulatores quodammodo magni Levitæ facti, laudes Domino cecinerunt brevi ſub intervallo temporis, quo uſque ab elevatis ignibus vox eorum non intercepta fuit. Ceterum promere Dei cantica inter vorantes, & pigre vorantes ignes ad mortem uſque peruſti hominis, nullo, quod ſciam, exemplo prævio; ſingulare id mihi eſſe videtur noſtri Martyris opus. Inviſum ſpectaculum! Cernere Archidiaconum unum in urente crate recumbentem jucundo vultu, quaſi ſponſum in thalamo ſuo, benedicentem Domino tanta cordis latitudine, quanta nec mare gaudet oceanum; retuſa quaſi foret ignium vis, dum contra, ex omni corporis ejus parte liquatus excurreret adeps ſuper carbones ignitos! Apparuit equidem in medio flammarum ardentium illius inſtar Angeli, qui cum tribus pueris deſcendit in fornacem; quemque videns Nabuchodonoſor, demiratus rei novitatem, exclamavit apud cit. Dan. ℣. 91. & 92. dicens: *Nonne tres viros miſimus in medium ignis? & ego video quatuor, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei*. Similis utique Filio Dei fuit ſpecies noſtri Levitæ, in carne Angeli; dum in medio ignis exiſteret: quia ſicut Dei Filius nullum in ſua paſſione dolorem mitigatum volens, convertit crucem (ut Auguſtinus ait) *in Cathedram magiſtri docentis*, ut quiſque fidelis pati diſceret: ita illi ſimilis Miniſter ejus, urentem craticulam ſuam, in qua ſerenus cubabat, in cathedram vertit magiſtri, erudientis Chriſtianum populum, ne in ſummis etiam doloribus patientiam abiiceret; ſed potius pleno corde laudaret Deum: *In ſummis*, dixi, *doloribus*. Nihil enim reliqui afflato erat homini ſuper longos toleratos incendiorum ardores, prohibere valens patientem, ejuſque linguam a Divinis pronunciandis laudibus: quas in finem uſque vitæ incomparabili ſapientia celebrare non deſtitit.

18. Bene iccirco Romana Eccleſia in Miſſarum introitu die Auguſti decima illum ad iſtius Martyris honorem appendit verſiculum, nimirum: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra*. Eadem Eccleſia regina Saba eſt, quæ a finibus terræ in unum corpus aſſurgens, audire venit novum prælaudatum myſtici noſtri Salomonis carmen, depromtum non regalibus in deliciis, non ſub mundanæ pacis otiis, ſed in camino cratis flammantis: Audire, inquam, Regina hæc Auſtri, Regina lucis, venit ſapientiæ verbum, verbum confeſſionis, laudiſque Divinæ, peregrinum vere canticum; quod adeo clare, adeo dulciter inſonuit in hominum auribus, ut in ejus liquet actis, quale nempe fuit dicere: *Aſſatus gratias ago*: Canticum vere novum, vere mirum, vere Deo ſumme placitum; ad cujus Præcentoris imitationem filios ſuos Regina eadem provocat in hac valle fletus (ubi fere numquam deeſt tribulationis ignis) ut quiquis eorum rebus affligetur adverſis, vel animi exuratur ægritudine, diſcat cum exuſto Martyre gratiarum actionis promere canticum: *Aſſatus, gratias ago*: neque detrectet in ſe ipſo perficere, quod in tam magno celebrat Exemplari, quocumque afflictionis exqua-

coquatur igne. Sapere namque diſcipulum ad Magiſtri normam convenit.

20. Qui vero perſpeximus almi Martyris ſapientiam, ad Eccleſiæ inſtructionem & ædificationem pertinentem; æquum erit, ut eam paulliſper contemplemur, ad ipſius figuratæ Urbis terreſtris Sion, ſapientiſſimam defenſionem & tutelam, atque ad diſperſionem hoſtium Sanctiſſimæ Religionis intendentem. Scire ſiquidem propriam cuſtodire urbem, eamque a perſequentibus hoſtibus liberare, *ſcientiam* Eccleſiaſtes appellavit *maximam*, IX. a 13. ad 15. verſum inquiens: *Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam, & probavi maximam. Civitas parva, & pauci in ea viri: Venit contra eum rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inventuſque eſt in ea vir pauper, & ſapiens, & liberavit Urbem per ſapientiam ſuam.* Semel in vocabulis *parva Civitas* intelligatur Chriſti Eccleſia (quemadmodum purpuratus intelligit Ugo in hune Scripturæ locum) exiſtimo, eruditorum refragabitur nemo, quod ea, quæ hactenus in Eccleſiaſte lecta ſunt, Romæ præſertim in congregatione credentium, Sancto degente Laurentio, impleta fuerint. *Venit* enim *rex magnus*, Imperator ſcilicet Orbis, Valerianus impius adverſus humiles Chriſti cultores, qui animorum conjunctione parvam Dei urbeculam conſtituebant, reſpectu ingentis numeroſi populi, ibidem Romæ conſiſtentis. Venit, inquam, magnus rex furens, prædictamque urbeculam funditus evertere volens, *& vallavit eam:* ne[illegible] ſeveriſſimis vetuit reſcriptis, ne fideles vel in ſubterraneis locis ſacros agerent conventus. *Extruxitque munitiones per gyrum*: ſive communivit militibus ſpeculatoribus, ut terras extra Urbis mænia per circuitum obſervarent; ſi quæ forent loca, in quibus profitentes Chriſti nomen convenire ſolerent: ſicqoe *perfecta eſt obſidio*. Sed quia non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum; hujus altiſſimi diſpoſitione conſilii parva illa in civitate obſeſſa *inventus eſt vir pauper, & ſapiens*, ideſt Levita Laurentius, qui, juxta Petrum Chryſologum, *pauper erat opibus*, ſecondum ſpiritum; adeo vero *ſapiens*, ut opera ejus appellaverit Auguſtinus *facta ſapientiæ*. De hoc enim magno civitatis parvæ Incola, ſe præparante ad pugnam contra obſidentem regem, in conſiderandis præparationibus ejus idem Sanctus Doctor ſcribere non dubitavit: *ſciebat, quid faceret ſapientia*. Is ergo vir pauper, & ſapiens contra poteutem inſanum Cæſarem haud armis chalybis, ſed ſapientiæ dimicans, *liberavit Urbem per ſapientiam ſuam*. Videamus prius, quonam modo per ſapientiam ſuam adverſus hoſtem regem pugnaverit; poſtea vero quonam pacto per eandem ſapientiam liberaverit ſuam civitatem: ut inde concludere poſſimus, Laurentianam ſapientiam, multo ante per Eccleſiaſten prævisam, jure merito probatam fuiſſe *maximam*.

21. Pugnare ſiquidem cepit per ſapientiam ſuam, quum providit egentibus, *pro ut cuique opus erat* in diuturna illa tyranni obſidione; ne videlicet miſeri fame perirent. Quando autem prodere juſſus eſt Eccleſiæ theſauros, obtulitque avaro pro argento & auro pannoſos inopes, dicens: *Hi ſunt theſauri domus Dei, quos tibi promiſi*, aperto ſane dimicavit marte; graviterque regem barbarum vulneravit. Addiditque deinceps ſapieutibus intrepidis reſponſis ſuis furentis Ducis vulneribus vulnera; donec in conſummatione certaminis, ubi ait: *Aſſatum eſt jam, verte, & manduca*: ultimum jaculatus eſt telum, obſtinati regis tranſigens cor. Quocirca dolore, ae pudore ſuffuſus, omnimodiſque victus rex ille magnus una ſuis cnm militibus, prævalentibus adhuc noctis tenebris, de loco certaminis ſe ſubducere, ae in ædes alias tranſire, tanquam vagos, ac profugus, compulſus eſt. Ita profecto Levita ſapiens adverſus regem ſuperbum decertavit, facitque victoriam, non in arcu & gladio, ſed per ſapientiam ſuam: ſicut in libro Job XXVI. 12. ſcriptum eſt: *Prudentia ejus percuſſit ſuperbum*. Quomodo deinde per eandem ſapientiam liberaverit Dei terrenam civitatem, edicet ſapiens ejus oratio, ad Numen fuſa; qua Deum exoravit, ut manſueſceret Orbis caput, deſiſteretque ab inſectatione fidelium. Vide Prud. in Periſteph. a Stroph. 110. ad 121. Sapientes enim preces ejus tantæ fuerunt efficaciæ; ut, Valeriano cum exercitu ſuo Roma diſcedere feſtinante, neceſſitate compulſo, ad obviandum Perſis, terras Imperii (ipſo in Martyris tranſitu ad cælum) iuvadentibus, eodemque nequiſſimo rege in captivitatem Saporis fraude perducto, ſapientes, ajebam, preces Marryris tantæ fuerunt effieaciæ, ut exaudiri meruerint in conſpectu Altiſſimi. Didicit enim tunc caput Orbis manſueſcere; quum ipſius Valeriani filius Gallienus, Romæ imperans, accepto captivitatis paternæ, ac complurium rebellantium Ducum, aliorumque malorum nuntio, impium ſui Patris reſcriptum, adverſus Chriſti fideles editum, timore perculſus, reſcindere coactus eſt: atque ita parva Chriſti civitas, obſidione ſoluta, ſuam eſt libertatem adepta. Hæc fuſe narravimus lib. 2. Act. cap. v. num. 18. Nec quiſquam miretur, ſi talia evenere poſt annos ferme tres a die Laurentiani triumphi. Moram namque hujuſmodi, neeeſſe fuit, intercurrere duplici ratione. Primum quidem, ea de cauſa, quod pateſcere ſic debuit Leviticæ ſapientiæ opus,

in

in diſtributione theſaurorum præſtitum; nempe ſingulis providendo, juxta uniuſcujuſque indigentiam ad prædefinitum uſque perſecutionis tempus a ſæculorum conditore Deo: quod ſolus rei exitus poterat comprobare per experientiam ſufficientiæ collati unicuique ſubſidii. Alterum, quia innoteſcere oportebat, quantum roboris acceſſerit electis Dei ad reſiſtendum diabolo, eos exercenti perfidorum manu, poſtquam Chriſti Milites prudentia Levitæ Ducis inſtructi fuerant, ejuſque triumphi celebris exemplo confirmati: quemadmodum Proverb. xxiv. 3. dicitur: *Sapientia ædificabitur Domus*, & *prudentia roborabitur*. Eo enim temporis intervallo, perſecutione non intermiſſa, innumeri alii, Laurentii veſtigia ſequentes, promti & alacres martyria ſubiere. Lætanter paſſorum multitudinem qui ſcire cupit, Eccleſiaſticos adeat annales, luſtretque Baronium ad annum Chriſti 262., nec non Du-meſnillum ad 259., quibus in locis de Valeriani, & Gallieni perſecutione ſermo eſt.

22. Reſtaurare præterea cæleſtem Sion magna ex parte ob Angelorum ruinam ſic Deo placuit, triumphantibus tot Martyribus Laurentio Duce: Ea nimirum ratione, qua ſicut luciſer, ſapientiæ vento inflatus, complures ſeduxit Angelos; ita exſurgeret in terreſtri Eccleſia Levita hic magnus, ſapientiam habens, quaſi Angelus Dei, cum ſumma humilitate conjunctam; ut ſua operante ſapientia, pugnans contra principes tenebrarum, aſſeclas plurimos ſibi adjungeret *electorum* hominum, quibus cæleſtis patriæ damna repararet: quin immo & in ſe ipſo concludens dotes illius, qui fuit *initium viarum Domini*, eas in gloriam conditoris expendens, paradiſo reſtitueret, deperdita quæ fuerant bona in perſona luciferi. Poſtremum hoc, quod diximus, pia conſideratione ſcrutemur. Dona etenim ſublimiſſimi quondam illius ſpiritus, qui de cælo cecidit, Ezechiel ſub Tirii regis typo commemorat xxviii. 4., & ſeq., ſic eum alloquens: *In ſapientia*, & *prudentia tua acquiſiviſti aurum* & *argentum in theſauris tuis. In multitudine ſapientiæ tuæ*, & *in negotiatione multiplicaſti tibi fortitudinem.. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia*, & *decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, ſardius, topatius*, & *jaſpis, chryſolitus* & *onyx.* & *berillus, ſapphirus* & *carbunculus* & *ſmaragdus. Aurum opus decoris tui... Tu Cherub extentus* & *protegens*, & *poſui te in monte ſancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulaſti*. Hæc plane in ſenſu myſtico intellecta dona, quæ luciſer, ſuperbia tumens, perdidit; ſicut idem Ezechiel inquit: *Peccaſti, perdidiſti ſapientiam tuam*: & cum ea pariter pretioſa quæque, ab eodem manantia ſapientiæ fonte; quemadmodum ſapientiæ vii. legitur: *venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa...* & *ignorabam, quoniam horum omnium mater eſt*: Hæc inquam, dona, in luciſero deperdita ſuam ob ſuperbiam, reſtaurari viſa ſunt in uno Archilevita Laurentio, qui ſupremum in altitudine ſapientiæ ſuæ firmiter tenuit ad mortem uſque humilitatis gradum, quo nihil ſublimius excogitari poſſet; dum non ſolum exinanitus, ſed exuſtus etiam & pene ad nihilum pro Deo redactus, *adhuc ſe dixit indignum obtinere cælum*. Verba de illo ſunt Matris Virginis ad Birgittam loco alibi citato. Puto igitur non diſpliciturum Lectori, ſi laudatum Ezechielis elogium ſingulas per ſententias applicare conabimur in ejuſdem ampliſſimi Martyris laudem; dum ſingulæ miro conſpirant modo ad ejus illuſtrandam ſapientiæ celſitudinem, quam intendimus (licet non ſatis valeamus, ut par eſt, pro merito ſuæ conditionis) extollere.

23. Recte ſiquidem Levitam beatiſſimum alloqui, quanquam indigne, poſſumus, dicentes: *In ſapientia*, & *prudentia tua acquiſiviſti aurum*, & *argentum in theſauris tuis*. Sapienter quandoquidem & prudenter diſtribuens in Chriſti pauperes Eccleſiaſticas ſibi creditas facultates, non ad jacturam, ſed ad emolumentum id ſibi rediit per acquiſitionem cæleſtium theſaurorum. Neque minus in gloriam ejus proſequi valemus, addentes: *In multitudine ſapientiæ tuæ*, & *in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem*. Nam in præfata diſpenſatione theſaurorum (quæ vere magna negotiatio ſibi fuit) multitudinem ſuæ ſapientiæ adhibens, non ſolum de futuris ſibi providit, providit & egenis, avaroſque divites dimiſit inanes; ſed præterea inexpugnabilem multiplicavit in ſuo pectore fortitudinem. Exinde enim intrepidus, nihilquo veritus formidabilem Cæſaris majeſtatem, ſemel, & iterum mira libertate deriſit, cunctaque tormenta diaboli deridendo contemſit. Porro quod ſcite ſapientiſſimo huic Viro ſententia illa conveniat: *Tu ſignaculum ſimilitudinis*, nempe *Dei*: ex plurimis in præſentis operis decurſu ſimilitudinibus, clare ſecernitur, quam multiformiter aſſimilatus fuerit Filio Dei. Sed ut Eaechielis ſenſum, juxta Ugonis placitum, propius tangamus, qui ait: *Signaculum*, ideſt, *habens expreſſiorem ſimilitudinem Dei in ſcientia, ratione*, & *poteſtate*: Dicimus, Levita nobilis vivaciorem iſtam ſimilitudinem Dei in ſe declaravit; quum firmis argumentis, rationibuſque certiſſimis, ac fere Divina quadam reprehendendi poteſtate adhibita, ſuper illum re-

gem, quem ceteri pertimeſcebant reges terræ, vilus eſt expreſſius illi ſimilis, qui *Rex regum eſt*, *& Dominus dominantium*.

24. Nec moramor eidem verbo ſubtexere: *Plenus ſapientia, & perfectus decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti*: Nimirum, *dum adhuc corpore in serra degeres*. Interius enim ſelicisſimus Juvenis Divinæ contemplationis ſapientia, ſive dulcedine repletus; exterius vero ſanctæ converſationis decore, ſeu pulchritudine, perfecte reſplendens; per unam ſibi, per alteram aliis paradiſi deliciis affluebat. Quanquam Eccleſiaſticus XLVII. 16. utramque affluentiam uni ſapientiæ tribuat, dicens: *Repletus es quaſi flumen ſapientia & terram retexit anima tua*. Legitur juxta græcam verſionem *contexit*, ſive operuit, ad continuationem allegoricam fluminis, terram inundantis. Et non incongrue quidem; nam ipſe converſationis decor a ſapientiæ impletione procedit; ideo affluentia delieiarum, obveniens aliis, repletioni ſapientiæ, qnæ in noſtro erat Sancto, ultime tribuitur; licet proxime ab ejus converſationis pulchritudine proficiſceretur. Quod autem vulgata inquit: *in deliciis paradiſi Dei fuiſti*: Vertit Hebræus: *Eras in horto Eden*: ideſt, in terreſtri quaſi paradiſo eras; ubi qùondam poſitus fuerat Adam, videlieet *Eden*, quod vocabnlum idem ſonat ac *delicium* & *voluptas*. Hoc vere mirabile viſum eſt in Lanrentio, quod & Bernardus teſtatur in cantica, dieens: *Dum in craticula erat, ab horto non aberat*: nempe in horto deliciarum & voluptatis ſe reſidere aperte monſtravit quemadmodum jucnndus ejus teſtabatur vultus.

25. His adjicimus laudibus: *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum: Sardius, topatius, & jaſpis, chryſolitus, & onix, & berillus, ſapphirus, & carbunculus & ſmaragdus*. Sapientia, quæ, ut diximus, auriga virtutum eſt, omnes pretiuſos lapides myſticos in Viri beatiſſimi ornamentum invexit. Trinus vero ternarius horum lapillorum, quos notat Ezechiel, ſilentio preſſis aliis, quaſi Divinam indigitat pèrſectionem, nempe appropinquantem Deo per novem gradus, nti Angeli eidem per novem proximant choros. Multa de iiſdem lapidibus pertractant Interpretes litterales, ac myſtici. Nobis vel ſummis digitis attigiſſe ſufficiat; dum attendimus ex eorum variis proprietatibus in ſardio *conſtantiam*, in topatio *intelligentiam*, in chryſolito *caſtitatem*, in onice *patientiam*, in berillo *ſobrietatem*, in ſapphiro *juſtitiam*, *ſpem* in ſmaragdo, in carbunculo *caritatem*. De quibus virtutibus, Sanctum Laurentium exornantibus, partim loquuti jam ſumus, partim inſra dicemus, prout opportunis ſe offerent ad conſiderandum locis in præſenti tractatu. Et quia non de infuſis, ut adnotavimus, ſed de acquiſitis, ſive Theologicis, ſive Cardinalibus ſermo eſt, quas certe omnes cognitio & ſcientia præcedere omnino debet, immo & in ſe compaginare, quaſi gemmas in auro; cui ſapientia comparatur; huc ſpectat, quod etiam ſcriptum eſt: *Aurum opus dacoris tui*. Explicat Ugo: *Quia ſapientia decoratus*: ſcilicet velut aureo veſtimento, in quo virtutes, quaſi pretioſi lapides, ſunt inſertæ.

26. Poſtrema denique Prophetæ verba intelligimus dicta eſſe, veluti ore Chriſti ad Archimilitem ſuum, nempe: *Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulaſti*. Cherub interpretatur. *Quaſi Magiſter*, vel *quaſi pugnans*, aut *multitudo cognitionis, & ſcientiæ*. Qui Martyris acta ſerio perpendit, manifeſte cognoſcet relatas denominationes eidem ſignanter convenire, conſideratis ipſius magiſterio, multitudine ſcientiæ, pugnaque percelebri, queis in Eccleſia Dei peculiari gloria ſe diſtinxit. Quod autem celebratur *extentus*, & *protegens*: nuper citatus Doctor de S. Caro lueulenter exponit, dicens: *Extenſio refertur ad affectum, & protectio ad effectum. Quæ duo notantur Eſaiæ 58. c. Si effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua*. Perſpicuum eſt autem ntrumque in Laurentio ſuiſſe completum, qui ineffabili cordis affectu ſe ad lacrymas uſque reſolvens, compaſſus eſt miſeris; & caritatis effectu venit illis ſuppetias in auxilio opportuno. *Poſui te*, ait ad eum Dominus, *in monte ſancto Dei*, hoc eſt *Patris mei*. In monte videlicet altiſſimæ perfectionis, juſtitiæ, & omnigenæ ſanctitatis exaltavi te. Plures ſunt montes juſtificationis ſublimes, & quidem alii aliis eminentiores; in quibus ſancti, hanc viventes vitam, a Deo collocantur, & ſublimantur: Unde in pſalmis legimus: *Juſtitia tua, ſicut montes Dei*. Montem vero Sanctitatis, ſuper quem Deus poſuir Levitam Laurentium, licet Eccleſiæ Patres ſermonibus ſuis edicere conati ſunt; quia tamen ſe deficere in ejus præconiis declararunt; dicemus potius, quod celſitudinem juſtitiæ & ſanctitatis ejus ſola Dei ſeientia comprehendit. Quid tandem, pro hujus alloquii concluſione, fuerint igniti lapides, ſuper quos hic magnus heroum Heros ambulavit, velut præcipuus alter Cherub, in monte ſancto Dei poſitus; explanat Fulgeotius, vel quiſquis vetuſti ſermonis, *Qui beati*; auctor extitit, dicens: *Imponitur itaque in refrigeroſum lectulum craticulæ flammantis, & Hippolitum dimittit Hæredem. Tradidit ei gemmas carbonum, ut de contemptu tormentorum & ipſe ſibi hæres faceret ornamentum. O Margaritæ prunarum, quibus Laurentii viſcera decorantur!*

tur! Ignes anhelabant, & gemmæ micabant, & martyris membra fulgebant. Super hos autem ignitos lapides ambulaſſe, quaſi ſuper pavimentum, ſtratum pretioſis carbunculis ea ſpiritus libertate, mentiſque tranquillitate, ac vultus hilaritate, dum toto jaceret corpore ferreis innodatus catenis ſuper caminum urentem, perſpicuum eſt. Nam quod dicebamus, *ambulaſſe*, ideſt, ſpiritu calcaſſe prunas igneas, procul dubio argumentum fuit maximum cherubicæ ipſius ſapientiæ, atque altitudinis ſanctitatis: ſuper quem Dei montem velut Cherub extentus, obumbravit Chriſti Eccleſiam, eam protegens, ac defendens, contra perfidos idololatras doctrinis ſolidiſſimis, potiſſimis & exemplis.

27. Et tamen tantæ virtutis exhibens experimenta, in profunda jacebat ſuæ humilitatis abyſſo; adeo ut, quemadmodum ſupra notavimus, indignum ſe obtinere cælum aſſereret. Ita humilitatis ima ſummis conſocians virtutum operibus, ſapientiam, luciferianæ contrapoſitam ſollertiſſime cuſtodivit: quamque ſapientiam jure optimo ſopra laudatus Eccleſiaſtes num. 17. ſupremis extollens laudibus, ab altera diſcrevit principis tenebrarum, cujus male prodigus ipſe diabolus fuit. Ait enim rex ille Jeruſalem, Davidis filius: *Hanc ſub ſole vidi ſapientiam, & probavi maximam*. Ad diſtinctionem quippe ſapientiæ luciferi, quæ ſupra ſolem fuerat in Empirei atriis, ſuper ceterorom Angelorum ſcientiam maxima, dictam heic intelligimus Laurentii ſapientiam, quæ in terris *ſub ſole* reſplenduit *maxima*. Quaque multo fulgore mundum illuminans, accedentibus turmatim gentibus ad Fidem Chriſti ex omni natione, quæ ſub Cælo eſt; ob inſatuati prævaricatoris, ceterorumque rebellium angelorum perditionem, cæleſtis patriæ damna compenſare curavit. En ad quam ſublimem gloriam elevavit humilem ſpiritu ſapientia, qoando juxta librum Sap. x. 12. *Certamen forte dedit illi, ut vinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia*. Tum ſane Levita præcelſus, officio, ac dignitate primus inter ſeptem diaconos in terris Angelus, mane oriri viſus eſt in cæleſtibus, quaſi alter Lucifer, numqoam inde caſurus, ſed incomparabili gloria & honore triumphaturus æternum.

CAPUT. II.

De Temperantia, ejuſque partibus, ideſt Continentia, Sobrietate, Clementia, Modeſtia, & Humilitate, queis Levita ſanctiſſimus ornatus fuit.

POſtquam tenuit nos contemplatio magnalium Prudentiæ & Sapientiæ noſtri Viri Divini, variato nunc mentis objecto ad reſumtionem Spiritus noſtri ſecunda Cardinaliom virtus piæ conſiderationi ſe ſiſtit, quæ hominem perficit in ordine ad ſe ipſum; ubi aliæ ad bonum etiam ſe extendunt alienum: quod vix Temperantia directe facit, ſecundum unicam *Clementiæ* partem. S. Auguſtinus Cardinalem virtutem iſtam lib. de libero arbitrio ſic declarat: *Temperantia eſt affectio coercens, & cobibens appetitum ab bis, quæ turpiter appetuntur*. Si tamen vocabulum *turpiter* idem heic ſonat ac *impudice*, ut paſſim accipitur; dicendum eſt, ſanctum Doctorem præſatam virtutem, non ſecundum omnem ſui latitudinem, ſed ſecundum potiorem ipſius partem explanaſſe. Non enim in ſolam libidinis turpitudinem Temperantia ſuam exerit vim comprimentem, ſed præterea ad coercendos alios non rectos exſurgentes animi motus: ut inquit Tullius in Rhet. ac in lib. de Off. docens, quod virtus iſta in ordinem redigit potentiam cum concupiſcibilem, tum iraſcibilem rationalis animæ. Ad brutorum differentiam, quæ, virtutis expertia, temperare motus animales ignorant. Quocirca de homine, Temperantia deſtituto, David ait: *Comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*. Contra vero alter, qui virtutis hujus honeſtate decoratur, mundo corde, ab omni carnis & ſpiritus inquinamento liber, ideſt, a peccatis carnalibus, puta, crapulæ, ebrietatis, atque luxuriæ; nec non a ſpiritalibus noxis, uti ſunt peccata ſuperbiæ, ambitionis, iræ, ac invidiæ, immunis; integritatem ac omnigenam incorruptionem ſervat: qua fit Sanctis Angelis ſocius, Dzoque proximus, & familiaris: ſicut Sap. vi. 20. legitur: *Incorruptio facit eſſe proximum Deo*. Sed quia inter varias peccati corruptiones, quas arcet a Sanctis Temperantia, una eſt, quæ *luxuria* in primis dicitur; inde eſt, quod eadem Temperantia, ſecundum hunc reſpectum, *continentia* vocetur; quod continere in ſe hominem faciat, ne difluat ad impudica.

2. Appetitus autem duplicis eſt generis, *rationalis* ſcilicet unus; *ſenſitivus* alter. Ille ſuperioris ſubſtantiæ potentia eſt; quam ſubtiles nonnulli Philoſophi ab animæ voluntate vix ſecernunt: alter inferiotis partis eſt potentia; de quo appetitu Gen. iv. notator: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*. Quan-

quam dominium iſtud ſuperioris in inferiorem ſubſtantiam doctores afferant, non eſſe diſpoticum, cui pars inferior reſiſtere nequeat, ſed politicum. Unde ſequitur, poſterior hæc pars priori contradicat, acremque in eandem committat pugnam; nolens ejus acquieſcere juſſis. Notandum eſt tamen, per hanc, quam invitus homo ſuſtinet, rebellionem ſenſus, lilium puritatis ejus minime lædi, quin potius ſpiritalis ejus fragrantiæ mirum tum odorem exhalare. Virtus enim tentata, reſiſtendo magis intenditur, ac roboratur. Tota igitur ratio meriti, vel demeriti in ſpiritalem animæ rationalis refunditur appetitum: per quem homo bene vel male, laudabiliter vel vituperoſe in amoris actum exit. Hinc Auguſtinus libro *De ſubſtantia dilectionis*, ſuper IV. Joan. rem ſic exponit, dicens: *Medium eſt cor hominis, unde fons amoris erumpit: Et cum per appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: cum vero deſiderium ſuum ad interiora dirigit, charitas nominatur .... Malorum radix cupiditas, bonorum charitas.*

3. Demonſtravimus autem lib. I. de Virt. Theol. cap. 3., S. Laurentii deſiderium non ad exteriora carnalia defluxiſſe, ſed ad interiora ſpiritus ſe ſe levaſſe; propterea nulla in eo fuit putida cupiditatis aqua, vergens ad ima; ſed unus caritatis rivulus aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam. In carne ſiquidem præter carnem vivens, ſicut Juſtinianus ſcribit: *Carnis nihil ſentiebat in mente*. Certe Patres de puritate Sanctiſſimi Levitæ loquentes, ſummis eam laudibus celebrarunt. Leo namque magnus rarum hunc Dei Miniſtrum *Immaculatum Præſulem*, *Levitamque caſtiſſimum* nuncupavit. Qua *puritate innocentis vitæ*, juxta Maximum Taurinenſem, angelicus Miniſter Domini *Apoſtolico ſe conſortio copulavit*. Ad iſta vero, quæ homil. I. in S. Laur. ipſe S. Epiſcopus effatus eſt, adjecit hom. 2. *Nihil aliud judicandi detulit, quam vitæ mentis conſtantiam, & illæſæ conſcientiæ puritatem, devotam Deo offerens animam, & caſtiſſimum tradens perſequenti corpus ad pœnam*. Hanc beatæ vitæ caſtimoniam, & nitorem conſiderans Seraphicus Doctor, mirabundus, illud Martyri ſacravit elogium: *Auro nihil eſt purius, non enim, ut alia metalla, rubiginem contrahit a terra: ſic Beatus Laurentius nullam peccati rubiginem contraxit*. Per quæ Patrum teſtimonia & ſi præcipue Laurentiana caſtitas prædicatur, una tamen ſimul omne Temperantiæ genus in eo fuiſſe concluditur, quodlibet inquinamentum carnis ac ſpiritus procul excludens: cum quo plena vitæ puritas conſiſtere nequit. Neque tamen his contentus Dionyſius Carthuſianus (vir, ut ait Berllaminus de Script. Eccleſ.) *ſanctiſſimus, & doctiſſimus*, poſtquam de noſtro temperantiſſimo Levita inquit: *Cum ingenti cordis munditia deſervit Altiſſimo:* auctoritatem adjicit univerſalis Eccleſiæ, qua *ſingulariter Sanctus Laurentius proponitur Clericis omnibus in exemplum, ut ejus caſtitatem ſectentur*. Illud mihi magis mirabile eſt, quod eadem S. Eccleſia poſt actum ſacrificium cunctis Sacerdotalis ordinis præſcribit in gratiarum actione, ut perſolvant commemorationem S. Laurentii; qua mereantur a quibuſvis emundari vitiis, animæque inquinamentis. Vultque huic in carne Angelo impenſum ſingularem id genus honorem; quod non facit neque pro Apoſtolis, neque pro aliis omnibus novi Teſtamenti Sanctis, ut quotidiana integra oratione ſalutentur. Inde colligere fas eſt, quanta ratione S. Auguſtinus confeſſus fuerit, neſcire ſe in Laurentio meritum tantæ puritatis condignis extollere laudibus. Exclamanſque ſermone 38., admiratione plenus, inquit: *O Sancte Laurenti, candidus mente, candidus & corporea veſte, non valeo condigne laudare meritum tuum*.

4. De hoc Angelico Juvene ſcribit Ferrerius, quod a teneris annis, quum adhuc eſſet in Hiſpania, *ſic ſe conſervabat in virginitate, in tantum quod odor bonæ famæ ſuæ redoleret uſque Romam*. Si autem in adoleſcentulo virginitatis ſuæ lilium talem exhalavit odorem, ut ex Iberia uſque Romam fragraverit; qualem longe lateque virtus eadem emittere debuit, creſcentibus annis, odorem ſuavitatis; quum ille ad ſupremum evectus eſt Archidiaconi dignitatem: quo temporis ſicut ad perfectam venerat ætatem, ita virtus omnis cum eo culmen perfectionis attigerat? Conjugalem continentiam Simonis Sacerdotis magni commendans Siracides L. 8., non fragrantiæ unius tantum lilii aſſimilandam eam duxit, ſed integro redolenti lilieto, ideſt, ingenti liliorum multitudini, prope rivos aquarum enaſcenti; teſtificans, quod ille fuerit: *Quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ:* nempe acutiſſimum puritatis conjugalis ſpargens odorem, complurium jugalium ſimul continentiam excedens, ac ſuperans. Ecce odor virginalis continentiæ angelici noſtri Levitæ fines Catholici Orbis, implevit; quomodo non magis ipſe Diaconus dicendus eſt flos virginei pudoris, innumera exæquans lilia in odoris ſpiramine; ita ut non ſingulari, ſed plurali vocabulo appelandus ſit: *Quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ?* Id innuere videtur Spiritus Sanctus, quum citato ſcripturæ teſtimonio alterum connectit, ſtatim addens: *Et quaſi thus redolens in diebus æſtatis, & quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne*. Quantum capio, ut intelligamus, ille maxime ac in ſuperiori ordine virginalis continentiæ celebrandus ſit, *quaſi lilia in tranſitu aquæ*, qui redolere aliquando debe-

debebat, *quaſi sbus in diebus æſtatis*, ac ſplendeſcere, *quaſi ignis effulgens*: nec non, & ardere, *quaſi tbus in igne*, Sacrificium Deo in odorem ſuavitatis oblatus.

5. *Facies candelabrum ductile de auro puriſſimo* (ait Deus ad Moyſen Exod. xxv. 31.) *ac lilia ex ipſo procedentia*. Candelabrum iſtud, ſecundum vulgarem ſignificationem, totum Eccleſiæ corpus denotat; præſertim vero ac ſigillatim celebriores quoſdam Sanctos; in quibus ſeptem dona ſpiritus eminentiori lumine reſulſerunt, in ſeptem configurata lucernis: uti exponunt interpretes. Quam bene autem noſtrum adumbret Martyrem, ex Sanctorum Patrum doctrina colligimus; qua illum prædicarunt *probatum aurum Dei*. Atque, ut de ſumma ejus ductilitate ſileamus (de qua dicendum erit ubi de ipſius obedientiæ virtute tractatum habebimus) alteram adducere non omittemus cauſſam, typi propoſiti: quia nimirum figuratis ſeptem diaconorum principibus in ſeptem Apocalypſis candelabris aureis, juxta eruditionem Sancti Hieronymi, alibi expoſitam, Levita maximus, de quo loquimur, quum præcipuum in iis tenuerit locum, procul dubio veluti candelabrum de auro puriſſimo, ſpeciali quadam excellentia præoſtenſus apparuit; unde invicem concordare videntur utriuſque Fœderis paginæ. Super ſimilitudinem autem, erutam a viſione S. Joannis, non nihil diximus: reſtat, pandamus aliquid in expoſitionem Moſayci candelabri, in quo plura in unum concurrunt myſteria, nempe & ſeptenarius ejus lucernarum numerus, præſignans ſeptiformi Dei ſpiritu noſtrum Diaconum illuſtratum; & poſitio illius juxta altare panum propoſitionis, ac alterum Thymiamatis, indigitans Beatiſſimi Levitæ miniſterium ſtandi ad aram proxime; & aureorum liliorum copia, virgineæ caſtitatis ejus innuens amplitudinem; quam ſupra lilieto comparandum adſtruximus. Concurrunt, inquam, enumerata, ut in ſplendidiſſimo typo fulgentiſſimum Prototypum dignoſcamus. Verum, ut de hac aureorum liliorum copia quippiam dicamus, quæ maxime conducebat ad aurei candelabri pulchritudinem; ſcitu dignum eſt, quod nulla ejus pars ſine liliis apparebat; ſed undique in lateralibus ſex brachiis & in haſtili floreſcens, ſplendoris ſimul & pulchritudinis ſpectaculum ſe prodebat. Sane omni tempore vitæ ſuæ beatus Laurentius, velut terra ſupernæ gratiæ aquis irrigata, tot produxerit in cunctis ſuis operibus puritatis lilia, quot diebus ſingulis ſuæ caſtimoniæ argumenta perpetuo edidit, exploratiſſimum eſt. Quare candidatus apparuit multis meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus Sancti muneribus: cujus candor in enatis terræ liliis, albedine prima decoris, ſibi ſymbolum vindicavit. Verumtamen, quum in Archidiaconum Romanæ Eccleſiæ admirabilis Juvenis aſſumtus apparuit, tum inſtar candelabri aurei in domo Domini effici viſus fuit eodem artifice Sancto Spiritu; unde a Venerabili Ruperto appellari meruit preſſa quadam ratione *Opificium Spiritus Sancti*. Nam & aurum myſticum erat, priuſquam ad Leviticum ſublimaretur officium propter ingentem ſuæ caritatis fulgorem; quemadmodum ipſe Rupertus eodem lib. de Fortitud. prius illum ſalutat, dicens: *Aurum Dei Patris*: ex hoc igitur Dei Patris auro Spiritus, almus artifex, ſuum fecit Opificium, ideſt aureum candelabrum: ſicut ex uno eodemque auri talento typicum in veteri lege fuerat malleatione productum, ſeptiſidumque formatum ad ſeptem ſuſtinendas lucernas per ſex calamos & unum haſtile, ut colluceret in templo Dei, proxime ad aram poſitum.

6. In ſeptenario autem relato calamorum numero univerſitatem operum in Archetypo intelligimus, in quibus ſeptem dona Spiritus, veluti lucernæ ardentes, reſplendebant, ita ut nil in ſibi commiſſis Archidiaconatus officiis Laurentius egerit, in quo diviſim non eluxerit aut donum ſapientiæ vel intellectus, aut donum conſilii vel fortitudinis, aut donum ſcientiæ vel pietatis, aut donum divini Timoris, ſicut decet filios Dei, ſalva inter unius & alterius timentis donum diſparitate. Caritas autem ſervilem dumtaxat expellit timorem, non filialem, quem potius auget magis ac magis, pro ut ipſa perfectior erit. Deſcendentes quo circa nos ad lilia, quæ de haſtili aureo aurea procedebant (quemadmodum & calami ſuis cum ſcyphis) concludimus, in cunctis virginei Levitæ geſtis, caritate (quæ auro comparatur) formatis, nulla fuerit pars, opus nullum, in quo Levitica non effloruit incorrupta caſtitas; non jam aſſimilanda liliis, quæ natura parit ſatis fragilia (atque, ut Baſilius de iis ait in pſalmum 44., quamvis pulchri ſint flores, facile tamen marceſcunt) ſed liliis ſancti candelabri aurei, nimirum ſupereminentiori virtute caritatis corrumpi neſciis: pro ut inquit Joannes Apoſtolus Epiſt. 1. cap. 3. *Qui in Deo manet, non peccat ... & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Idque intellectum volumus in ſenſu conduplicationis, & ex vi ſtatus, in quo Miniſter ipſe Deo ſacer erat: uti communiter loquuntur Theologi, & Interpretes contra Beguardos, & Beguinas, ac Unctos in Anglia. Neque enim innoteſcit nobis, utrum nec ne Levita magnus in ſuo perfectionis meridie fuerit in gratia confirmatus, ſicut contigit Apoſtolis, licet iis a Sanctis Patribus comparetur. Unum certi habemus, quod ſicut reapſe ingens ejus *Caritas*, juxta Leonem magnum, *ſuperari flamma non potuit*,

potuit, ita puritatis ejus lilia, ex eodem caritatis auro manantia, nullo potuere vitiorum igne corrumpi: quod ad auri comparationem ſalvandam ſatis eſt; unde caſta deſideria, caſtaque ipſius in omnibus exercitia, prædicare poſſimus, aurea fuiſſe perennitatis lilia, ex tam admirabili candelabro aureo procedentia.

7. Hæc eſt illa continentia, de qua Martyr excelſus, Birgittæ quondam apparens, loquutus eſt lib. 1. Revel. cap. 23., dicens: *Ego cum eſſem in mundo, tria habui: Continentiam ad me ipſum, Miſericordiam ad proximum, Charitatem ad Deum*. Omni virtutum genere fuerat exornatus in terris; & tamen de Cælo apparens, trium dumtaxat memoriam fecit, atque inter ipſas tres virtutes Caſtitati primum attribuit locum, dein Miſericordiæ, tandem Caritati, aſcenſionem ſuam ad Deum innuens fuiſſe diſpoſitam per tres veluti breviores gradus, quorum primus, & fundamentalis ejus fuerit Caſtitas. Haud ſecus quam album ſericum, fundamentum eſt aurei ornatus, ſupra elaborati, phrygio, puta, opere; vel uti Salomon ſupra ebur, electum ad rei fundum, auri ornamentum induxit. In ebore caſtitas, in auro, ut jam diximus, caritas deſignatur, quæ cor purum ſupponit ſibi. Et quia de Miſericordia Sancti Levitæ ſequenti capite ſub tertia virtute Cardinali tractaturi ſumus, ſubſiſtere nos modo convenit in conſideratione prolatæ ſimilitudinis ſalomonici operis ad illuſtrandam Martyris Caſtimoniam, non abſque adhærentis ſibi caritatis ornatu, cujus illa fundus erat. Habet autem libet tertius Regum x. 18. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvo nimis. Non eſt factum tale opus in univerſis Regnis*. Eadem pene ſunt de hac re verba 2. Paralip. IX. 17. & 19. Familiare vero Myſticis eſt, per Salomonis thronum, Chriſti ſolium intelligere, nempe ſanctiſſimam Dei Parentem, propter excellam ejus caſtitatem & caritatem vere eburneum ornatum auro puriſſimo: cui ſimile in univerſis regnis neutiquam inventum eſt. Allegorice tamen nonnulli Doctores eandem exponunt libri Regum ſententiam de qualibet anima juſti, quæ *ſedes Dei* eſt, ſecundum Gregorii doctrinam hom. 39. in Evang. eburnea ob vitæ candorem, auro illita ob gratiam ſanctificantem, quæ ipſa eſt caritas. Licebit iccirco & nobis potiori quadam ratione, poſt ſacroſanctam Virginem, inter juſtorum animas aſpicere Levitam beatiſſimum, in grandi hoc eburneo aureoque throno præſignatum. Opus ſane grande, opus magnificum: quemadmodum de eo canit Eccleſia: *Sanctitas & magnificentia in ſanctificatione ejus*.

8. Et quidem Salomonis thronus magnam ſibi admirationem intuentium conciliavit, quia conſtructus quum eſſet ebore, grandis nihilominus fuit, atque ſua in amplitudine auro puriſſimo perlitus. Plinius 8. hiſt. natural., aliique referunt, Ebur eſſe ſolos duos elephantis dentes prominentes, qui ſunt ei velut cornua. Quare ob rei penuriam & raritatem ſæpe ab artificibus ſubſtituuntur alia elephantum oſſa pro ebore. Adhuc tamen eo devenit Salomonis Regis potentia, ut ex vero ebore ſolium ſibi erexerit, magno elephantinorum dentium perquiſito numero. Illudque obrizo veſtierit auro, haud minus raro. Verum quod rex iſte potens in typo perfecit, id Rex regum, æterni Patris Filius, in veritate complevit, S. Laurentium animatum ſibi conſtituens eburneum thronum: cujus puritatis & caritatis pretium, longe quamvis & ex ultimis eſſet terræ finibus, eam nihilo ſecius ſubminiſtratet materiæ granditatem ut omni ex parte magnificentiſſimum abſolveretur opus, nullo invento illi ſimile. Unde Auguſtinus de ipſius eburneo candore loquens, ſerm. 38. ait: *O Sancte Laurenti candidus mente, candidus & corporea veſte.... Quem tibi ſimilem comparabo?* De fulvo autem Caritatis auro Juſtinianus inquit: *Incomparabili extitit ſanctitate*; quare jure optimo peculiari quadam, ut dicebamus, ratione proprium ſibi fecit illud divini ſermonis elogium: *Non fuit tale ſolium in univerſis regnis*. In quo ſedens Chriſtus Dominus, *Rex pacificus, magnificatus eſt ſuper omnes reges univerſæ terræ*.

9. Turris utique eburnea, domuſque aurea veraciter benedicta Virgo prædicatur, cujus ebori caſtitatis, cujus auro caritatis nemo eſt qui myſticum ebur, vel aurum alterum audeat comparare. Veruntamen, concedi poſſit venia, videtur, dicenti, ſi licet dicere: Sedit in ſuo Chriſtus thalamo eburneo & aureo, in virginali utero per incarnationis myſterium, ſed mundo incognitus; immo & poſtquam natus, proceſſit, tanquam ſponſus de thalamo ſuo, viſus eſt quaſi abſconditus vultus ejus; unde nec reputatus eſt Filius Dei a mundi principibus, eorumque populis ad plura ſæcula; exceptis iis, qui præordinati erant ad vitam æternam: atque, ut cum Apocalypſis loquamur libro, cap. XII. 5. & 6., poſtquam *raptus eſt Filius ejus* (ideſt Virginis) *ad Deum; mulier fugit in ſolitudinem*: a facie ſcilicet iræ draconis, habentis capita ſeptem, & in ipſis capitibus diademata ſeptem. Quo in ſeptenario numero univerſitas infidelium regum terræ deſignabatur, Chriſtum in ſuis cultoribus perſequentium, ſive Mulieris Filium, qui aliquando *recturus erat omnes gentes in virga ferrea*, ut ibi legitur: conſequenter recturus etiam & eorum reges, converſos ad Fidei veritatem. Hoc autem, Prudentii teſtimonio, neutiquam factum eſt, niſi poſtquam *Lau-*

Laurentio duce, *ritum Roma triumphavit barbarum*. Innumeri fuerunt Martyres per Orbem terrarum, quotque milites, tot duces; quotque Chriſti teſtes, tot ejus gloriæ throni per tria ferme ſæcula; veruntamen de illorum nemine apud Patres reperimus ſcriptum, quod de Laurentio, penes laudatum Vatem; nempe ut apparuit in hoc throno eburneo, ſimul & aureo Rex regum ſedens, ſuamque potentiam & majeſtatem oſtendens in ejus conſtructione, nullo impetu portarum inferi evertibili, nullique rei pretioſæ comparabili (canit Poeta ſanctus ſtroph. 125.)

Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium:
Plebs in ſacellis rarior:
Chriſti ad tribunal curritur.

In admirationem quippe raptæ Romanorum turmæ, viſa illius triumphalis ſolii ſtructura, dicere invicem potuere: *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis: quid moramur, quominus Auctori tanti operis nomen demus?* Dederunt Romani, dederunt ſubſequenter & eorum reges (quorum primus Conſtantinus magnus) ſua Chriſto nomina; atque ad Imperatorum exemplum, ceteri reges terræ. Qui omnes vel facto conteſtati ſunt, quanta fuerint admiratione capti, ubi eis innotuit magnitudo & excellentia hujus, quem laudamus, Divini Salomonis throni; dum, chriſtiana religione ab eis ſuſcepta, exarſerunt omnes ubique terrarum ad magnifica Deo dicanda templa ſub nomine Sancti Laurentii Martyris; quo futuris temporum mandarent ætatibus conſignatum, quam præcipue in hoc Martyre Levita, tanquam in eburneo, aureoque ſolio ſuam ob ineffabilem caſtimoniam & caritatem, *Rex pacificus magnificatus eſt ſuper omnes reges univerſæ terræ*: quandoquidem thronus alter huic, qui Romæ viſus eſt, ſimilis neutiquam apparuerit in univerſis regnis Catholici Orbis.

9. Hæc ad Laurentianæ Caſtitatis præcipue laudem (quæ perfecte abſolvi numquam poteſt) conſideraſſe vel breviter contenti ſimus, qui ad alteram virtutis Temperaotiæ partem contuendam invitamur: *Sobrietas* hæc eſt, quæ proprie accepta, cibi & potus parſimonia conſtat: late vero ſumta, moderatum reſpicit externum corporis cultum. Utroque modo virtutem eandem in ſancto Archilevita conſiderans Ferrerius, de ipſo inquit: In admiſſa ſummi Diaconatus dignitate, *non mutavit ſtatum, vel modum vivendi, ſed vixit, ſicut prius in cibo, potu, veſtitu, & abſtinentiis*. Sane enim ex aliis didicerimus Patribus, ſanctiſſimum Juvenem fuiſſe omni morum probitate conſpicuum, perpetuumque virtutum omnium domicilium; quod videlicet ab omni hujuſce vitæ & carnis concupiſcentia mentem abſtraxiſſet, atque virginem una cum corpore animam conſervaſſet; conſectarium inde fluit, eam excoluerit ſobrietatem, quæ procul a ſe arceret omne id, quod carni poſſet inſoleſcendi ſubminiſtrare fomentum. Prudentiſſimus namque quum eſſet, haud temere confidebat in accepto Divinitus ſupremo continentiæ dono; ſed timebat potius, ne ſobrietate ſepoſita, tanto beneficio redderetur indigous. Maxime quum perpenderet ex officiorum ſuorum redundantia, & adjectis huic circumſtantiis, in curandis nimirum viduis, pupillis, egeniſque virginibus, nihil deeſſet, quominus acriter ejus oppugnaretur virginalis caſtitas. Adde, ſapientem Virum, cujus converſatio interior ſemper in cælis erat, non ignoraſſe: *Potus ſatiesate aciem mentis obtundi, & ciborum nimietate vigorem cordis bebetari*: Quid, his perſpectis, exoſum magis ſibi eſſe potuit, quam inveniri corporis repletione gravatum? Magna, iccirco ſentiendom eſt, ipſe vixerit parcitate ciborum, potuſque moderamine; ut non dubitemus in commendationem ejus Sancti Ambroſii convertere præconium; quod in honorem Sanctiſſimæ Dei Genitricis exaratum invenimus lib. 2. de Virginibus poſt initium: *Quid ergo*, habet, *exſequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum ultra naturam ſuperfuiſſe, alterum pene ipſi naturæ defuiſſe. Illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminatos jejunio dies. Et ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus, plerumque obvius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. Dormire non prius cupiditas, quam neceſſitas fuit, & tamen cum quieſceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat; aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat.*

10. Appendix quædam ſobrietatis *Vigilantia* eſt, de qua nuper Ambroſius egit. Eſt enim, ſecundum actum, *ſomni parcitas*, parcitati ſobrietatis affinis. Unde Apoſtolus 1. Theſſal. cap. v. utraſque connectit virtutes, ſcribens *Vigilemus, & ſobrii ſimus*. Haud aliter Ap. Petrus ep.1. cap.v. 8. inquit: *Sobrii eſtote, & vigilate*. Immo & Dominus noſter poſtquam ſuos admonuit diſcipulos, Lucæ xxi. 34. dicens: *Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate*: protinus addidit: *vigilate, omni tempore orantes*. Connexionem earum Bernardus in cantica explicat, de ſe inquiens: *Panem ipſum cum menſura ſtudebo ſumere, ne onerato ventre ſtare ad orandum tædeat*. Onerato ſiquidem ventre, facile ſupervenit ſomnus. Noſtro autem beato Juveni miram ob ſuam abſtinentiam valde amica vigilantia erat. Qua virtute munitus, propria feliciter obibat munia, ratione habita cum ad ſe, tum

rela-

tum ad alios : quanquam poſterior ſupra populum vigilantia non ei fuerit impoſita, niſi tempore, quo Diaconus initiatus ex ſeptem principibus, oculus Epiſcopi effectus eſt ; ut ſupra gregem Dominicum vigilaret. Præſertim vero ipſum oportuit eſſe vigilem, quum eſſet Archidiaconus renuntiatus: quo in munere, ſicut Miniſter ſummus præpoſitus fuit, ita ſummum ſe vigilem prodidit ; ne cuiquam in adverſitatibus, in periculis, in neceſſitatibus, in anguſtiis deeſſet. Quam heroicam in eo vigilantiam operibus comprobatam, oniverſales Fidelium in Urbe lacrymæ in tanti Viri amiſſione comprobarunt. Non eſt igitur opus, ut diutius in expoſitione iſtius Leviticæ virtutis immoremur. Dicemus quippiam potius de vigilantia ejus, reſpectu habito ad ſe ipſum perficiendum. Hæc enim comes illi perpetuo fuit a primo rationis uſu ad vitæ uſque finem.

11. In quatuor olim vigilias noctem Veteres dividebant per quatuor ter ductas horas. Primum horarum trium ſpatium *Conticinium* appellabant, ſecundum *intempeſtum*, tertium *Galli cantum*, quartum *Antelucanum*. Myſtici doctores diviſionem iſtam vigiliarum in ſpiritalem rem & ſenſum convertentes, ita ipſam in perfecto explanant homine ; ſemel intellecto, nox ſit præſens ſæculum, quam noctem vir perfectus pertranſit ſemper vigilans. Explanant, inquam, hi ſapientes noctis præfatæ quatuor vigilias hoc ferme modo, dicentes: Prima vigilia eſt *Temporalium contemtus*, ſecunda *Carnis mortificatio*, tertia *Virtutum appetitus*, quarta *Deſiderium æternorum*. Tranſeunt inde ad partitionem primæ vigiliæ, in tres nempe horas: dividuntque *Temporalium contemtum*, docentes, quod hora ejus prima ſit contemtus divitiarum, ſecunda deſpectus dignitatum, tertia ſpretus deliciarum. Secundæ item vigiliæ, quæ eſt *Mortificatio carnis*, tres ſimiliter horas aſſignant; una eſt victus tenuitas, altera veſtitus aſperitas, poſtrema laboris aſſiduitas. Horas pariter tertiæ vigiliæ, quæ eſt *Virtutum appetitus*, ita ſecernunt ; hotarum prior eſt largitio eleemoſinarum, poſterior effuſio lacrymarum, ultima orationum inſtantia. Quartæ demum vigiliæ ſpatium, quo nimirum *Deſiderium æternorum* extenditur, ſic partiuntur ; primum in temporalium oblivionem, tum in ſtudium ſcripturarum, denique in Cæleſtium contemplationem ; per quam Divina penetralia mentis acie videntur ; in cujus exemplum Matth. xiv. diſcipuli Chriſtum viderunt ad ſe venientem quarta noctis vigilia. Has percurriſſe vigilias per totam præſentis olim ſibi ſæculi noctem Sanctum Laurentium, liquide conſtat partim ex iis, quæ in præſenti commentario Virtutum Theologicarum & Cardinalium explanavimus, partim ex iis, quæ in ejuſdem reſiduo explicaturi ſumus. Supereſt quocirca, dicamus quippiam de vigilantia ejus, ſecundum litreralem ſenſum, quæ non minus ad eum in ſpiritu perficiendum neceſſaria fuit, quamque ille ſollerter eſt amplexatus. Certe mira ejus ſanctitas ab ipſa pueritia, ejuſque non intermiſſa ſtudia perſuaſum cuique faciunt, conſiderabile temporis ſpatium ſomno ſubtraxiſſe, ſacraſque vigilias per noctes ſingulas repetiiſſe : quo poſſet flagranti ad Deum corde clamare cum Iſaia xxvi. 9. *Anima mea deſideravit te in nocte : ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te*. Antelucanum heic pro *mane* vocabulo tempus intellige; nempe ante ſolis ortum, quem præcedit diluculum, ſive aurora. Inſtruxerat enim eum Spiritus Sanctus illo ſapientiæ monito xvi. 28.. *Oportet prævenire ſolem ad benedictionem tuam : & ad ortum lucis te adorare*. Ideſt ad prima lucis crepuſcula. Inde oriebantur in cæleſti hoc Homine caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriaque conſilia, ſumma cum mentis tranquillilate conjuncta, quæ beatum etiam ſerenumque illum in flammis urentibus reddiderunt.

12. Quod demum late ad ſobrietatem pertinet, uti ſunt corporis cultus, ejuſque veſtitus, Sanctum odiſſe rerum corporearum nitorem, veſteſque ſplendidas, Auguſtini teſtificatione perſpicuum fit ſerm. 81., inter Ambroſianos 1. de S. Laur., ubi legitur: *conſtitutus in corpore erat humilis, ignotus, & vilis:* Nempe coram oculis infidelium ; quibus, maxime primoribus, nonniſi delicatiores, ſubtilioreſque habitus, argento etiam & auro texti, ſplendeſcebant ; vulgares autem veſtes, queis Levita ſobrius uti conſuevit, deſpectui habebantur. Ideo cæcis illis, ducibuſque cæcorum *vilis* apparebat. Exceptis itaque pretioſis, quibus in altaris miniſterio Pontifici adminiſtrans, utebatur, ſicut honor Dei, & Archidiaconalis ejus tum temporis poſcebat dignitas, extra ſanctuarium, & ſi non ſordidis, non agreſtibus, non pannoſis, certe vulgaribus, ſecundum Apoſtolica dictata, veſtibus tegebatur, omni nobilitatis congenitæ ratione poſthabita : ſicut a die, qua ex Hiſpania diſceſſerat, mos ſibi fuerat. Hac de re fidem perhibet Virgo Deipara lib. vi. Revel. S. Birgittæ cap. 108., in viſu apparente cum ea Sancto Laurentio, quum ait: *Ipſe* (ideſt Levita ſanctus) *ſic cogitabat quotidie. Dominus Jeſus Chriſtus fuit nudatus, & deriſus, quomodo ergo decet, ut ego ſervus veſtiar delicatioribus?* Grande voluntariæ paupertatis exemplum! dumtaxat animadvertatur, quod ſæpe meminimus, nempe in iſtius Viri ſobrii manibus erant totius Romani Eccleſiaſtici ærarii claves;

ves; adhuc tamen tanta is parcitate viveret etiam in veſtitu; ut a vulgari, deſpectaque non diſtingueretur gente. Perfectiſſimos ſcimus homines, qui, ut in Evangelica ſe conſervarent, pauperate, divitias omnes a ſe penitus eliminare quantocius ſtuduerunt; ne vel earum aſpectu & fulgore quoquomodo caperentur, dicente Domino Matth. xix. 27. *Qui reliquerit domum &c. vitam æternam poſſidebit*. Quod & præſtitit Laurentius adhuc puer. Veruntamen quum validioris eſſet ætatis, ad perfectiora ſanctitatis dirigens greſſus, ubi copioſiores præ his, quas domi reliquerat, divitias templi Dei adminiſtrare juſſus eſt, tanquam præpoſitus ad alendam in temporalibus amplam Chriſti familiam; id ultra miraculi patravit, ut non ſolum inter myſticas opum ſpinas incruentus volveretur? (juxta quod de divitiis ſuper viii. Lucæ Gregorius ait: *Spinæ ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, & cum ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto vulnere, cruentant*: quare Sancti ſe ab iis elogarunt) ſed etiam ne ad alimenta quidem, & tegumenta, ſibi condecentia pro dignitate, quid pluris ſumeret ex arca illa ditiſſima. *Vixit* (penſiculate Vincentius ait) *ſicut prius in cibo, potu, veſtitu, & abſtinentiis*. Unde vir in medio divitiarum poſitus, a Petro Chryſologo dignus eſt viſus, qui diceretur, *Pauper opibus*. Nimirum inſtar illius, qui quum Dominus eſſet omnium, propter nos pauper eſt factus.

13. De *Clementia* ejus nunc opus eſt, pauca dicamus. Eſt virtus hæc amabilis valde, per quam benignitas odientibus impenditur, & nocentibus animi lenitas pro ſeveritate vindictæ. Parcit enim clementia ignorantiæ atque nequitiæ inferentium mala; reddendo nonnumquam etiam bona pro noxis acceptis. Maximus autem hujus virtutis eſt apex, ſi pro ſummis toleratis maleficiis ſumma beneficia conferantur. Talis fuit Clementia Levitæ perinclyti: pro ſibi graviſſimis illatis offenſis ponderoſiſſima delinquentibus largitus eſt munera. Peſſime nam a paganis habitus, injuriarum immemor, memor clementiæ: *A quibus patiebatur ſupplicia, ipſis divina beneficia prærogabat*. Verba ſunt Auguſtini ſerm. 38. de Sanctis, apud Maurinos in Append. 316. Quæque ipſius Martyris firmantur actis, in quibus profertur, quam leniter Hippolytum ad Chriſtum traxerit; a quo carceris præfecto in cuſtodia detinebatur, iniquo utique Imperatori tradendus, quoties ad crudeliſſimam peteretur necem; & tamen miniſtro, agenti Cæſaris impii partes in inquiſitione theſaurorum Eccleſiæ, quid, putas, clementiſſimus reſponderit Homo? *O Hippolyte*, inquit, *ſi credis in Dominum Jeſum Chriſtum, & theſauros tibi oſtendo, & vitam æternam promitto*. Mite verbum, verbum virtutis, tantæque virtutis, ut potentia dulcoris ſui cor perſequutoris, amariſſimo ſuperſtitionis idolorum imbutum felle, protinus omni amaritie depulſa, veræ doctrinæ dulcedine repleverit. Neque ſolum carceris cuſtodem, ſed univerſam quoque familiam ejus una eademque lenitate ad Chriſti fidem adduxit. Sic de inimicis triumphare novit Clementia Levitæ dulciſſimi. Verum majus tum virtus ejus experimentum ſui dedit; quum Martyr ab efferatis militibus ſine ulla miſeratione ſcorpionibus in equuleo diutiſſime cæſus, Deo gratias agens, dulcis rogavit pro tortoribus ſuis, dicens: *Domine, ob tuam pietatem da nobis gratiam, ut cognoſcant circumſtantes, quia conſolaris ſervos tuos*.

14. Attende poſtulationis relatæ ſollertiam, quam ejus Clementiæ ſtudium adinvenit. Iratum namque ſciens Dominum contra ſacrilegos percuſſores ſuos; nec facile placandum, ut aliquod ſupernæ cognitionis efficax lumen effunderet ſuper eos; quin potius timens, ne parvum, quod haberent, auferret; quemadmodum in Job legitur xxxviii. 15. *Auferetur ab impiis lux ſua*, lux nimirum, qua poſſint qualitercunque intelligere Dei veritatem, ne male, ſed bene agant; dicere noluit, v. g. Domine, ob tuam pietatem *da illis* gratiam, ut cognoſcant, quia tu conſolaris ſervos tuos; ſed ſagaciter inquit: *Da nobis gratiam, ut cognoſcant circumſtantes, quia tu conſolaris ſervos tuos*. Sibi petiit gratiam, quam reapſe in carnifices cupiebat effuſam; non qua ipſe perfunderetur; qui tum temporis Divina conſolatione, ac ejus ſcientia, experimentis innixa, plenus erat. Sicut præcedenter in iiſdem Adonis actis teſtatus fuerat, ubi narratur: *Porro extenſus in catafta, & graviſſime cæſus, ſubridens, & gratias agens, dicebat, Benedictus es Domine Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui nobis donaſti miſericordiam, quam meriti non ſumus*. Quod ergo ſtatim ſubnexuit: *Et nunc, Domine, da nobis gratiam, ut cognoſcant circumſtantes, quia tu conſolaris ſervos tuos*: Non ad illam referendum eſt conſolationem, qua per Dei miſericordiam fruebatur interius; ſed unice ad illud, quod optabat; videlicet ut incredulis pateſceret aliquo cæleſti ſigno ſenſibili, ſeſe veraciter a Deo conſolatione ſuperna perfundi; ſi forte per notum hujuſmodi experimentum redirent tandem prævaricatores ad Cor. Cerne dulciſſimi Juvenis lenitatem! benignitatem intuere, obſerva clementiam! Gratiam ſibi datam reputat, & Datori refert acceptam, quæ ſuis erat hoſtibus impendenda: quæ impenſaque ſtatim fuit. Vim ita Omnipotenti fecit; ne oratio fuſa pro illis abiret incaſſum. Quemadmodum exauditus eſt pro ſua reverentia, qua ſum-

mo cultu glorificavit Deum. Unde in actis additur: *Tunc unus militum, Romanus nomine, credidit Domino*. Quia nimirom is Angelum Dei vidit, ad externum Martvris ſolatium deſcendentem, ac abſtergentem lacerata membra ejus. Sola iſtius converſi militis teſtificatio, nempe hominis, qui aliorum nuper fuerat in crimine ſocius, efficax eſſe poterat impulſus, quo tortores ceteri venirent protinus ad fidei lumen. Sed dilexerunt impii magis tenebras, quam lucem. Clauſerunt perfidi mentis oculos, ne cognoſcerent veritatem, amantes potius inter illos inveniri, *qui, quum Deum cognoviſſent, non ſicut Deum glorificaverunt*.

15. Deſtitit ne propterea Vir mitiſſimus a ſua, qua circa illos uti amabat, lenitate? Nullo modo. Sed quo altius in eum carnifices debaccabantur, eo amplius reſplendebat *lex Clementiæ in lingua ejus*. In candenti nam crate vinctus, quum urentibus rorqueretur flammis, tormentorum ſuorum oblitus, conabatur adhuc illos a perfidia revocare, ſempiternas eis exponens flammas, jam paratas ipſis tortoribus ob temporales, quos ſibi patienti accenderant carbones. *Infelices* (conſracto illis ajebat corde præ ſua miſeratione) *non videtis, quod carbones iſti præſtant vobis æternum ſupplicium?* Tanta erat circa interfectores ſuos clementiæ & pietatis affectio, ut non præſentia ſibi, ſed futura illis tormenta defleret; obſtinationem animi permanſuram in eis prævidens ad impœnitenrem uſque mortem. Numerorum liber cap. XII. 3. de Moyſe inquit: *Erat vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra*. Videlicet quod irrogatas ſibi non reputaret injurias obloquentium. Ecce Virum aſpeximus alterum, qui non detrectatorum ſolummodo verba miti animo pertranſiit; verba, inquam, maledicentium, quæ per aerem volant, nec capillum de capite auferunt; ſed qui verbera quoque, lanienas, & ignes tranquilla fronte ſuſtinuit, taliaque ſuſtinens, ſeſe continere neſcivit, ne clementiæ, pietatiſque ſuæ viſcera ſuper uſtores effunderer. Quodnam erit præconium tanta virtute dignum? Quiſquis potis eſt, inveſtiget; meam ſiquidem mentem excedir.

16. *Modeſtia* ejus poſthæc nobis obviam fit. Quam virtutem Tullius in Rhet. ſic deſcribit: *Modeſtia eſt, per quam pudor honeſtatis puram & ſtabilem comparat auctoritatem*. Verum quia pudor cum verecundia confunditur, de qua, uti de re Modeſtiæ conſectaria, paullo infra dicendum erit; conciliatio autem auctoritatis effectus extraneus eſt, naturam Modeſtiæ neutiquam tangens; licet ab iſta ſæpe fluat: ſicuti diverſa etiam ex cauſſa, præter modeſtiæ virtutem, oriri poteſt; aptius iccirco ab aliis hæc, de qua loquimur, virtus explicatur, nimirum: *Eſt principium moderans dicta, factaque, ac corporis externos motus, ne in iis defectus ſit, vel exceſſus*. Ita interlinearis ſuper capur v. ad Galatas 23., ubi Apoſtolus inter fructus ſpiritus Modeſtiam commemorar. Habet enim prædicta Gloſſa: *Modum tenes Modeſtia in dictis, & factis*. Spenſippus vero apud Platonem inquit: *Modeſtia eſt voluntaria ad id, quod optimum judicatur, conceſſio: in geſtu totius corporis compoſitio*. Qualis porro in Laurentio fuerit, ſecundum poſteriores explanationes, intellecta Modeſtia; ex eo facile conjici poteſt, quod virtus iſta, ut doctores ſentiunr, comes eſt ſapientiæ, cujus & menſura metienda eſt. Non enim peculiarem patitur dimenſionem, ſed unam utriſque communem. Ideo Eccleſiaſtes VIII. inquit: *Sapientia hominis lucet in vultu ejus*. Quum ergo Levitæ beatiſſimi ſapientia pene immenſa fuerit, ut ſuo vidimos loco; conſequens eſt, modeſtia ferme ſine menſura ſe demonſtraverit contuentibus vultum ejus. Atque ur Jacobi Tirini mutuemur ſenſa in citatum Eccleſiaſtis caput, dicere apposite fas eſt: In Sancti hujus Archidiaconi vulru, ſive *oris & faciei lineamentis, adeoque univerſi corporis habitu lucebat ſapientia, nempe lumine quodam modeſtiæ, gravitatis, hilaritatis, gratioſitatis, nec non in ſermone, in inceſſu, in omnibus motibus, & operibus ejus*. Primarius quandoquidem hæres doctrinæ Perri & Pauli Apoſtolorum Levites iſte fuir: quorum unus epiſt.1. cap. 3. ℣. 4. docuit: *Qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus*. Alter autem ad Philipp. IV. 5. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus prope eſt:* Præſtat iccirco in laudem Sancti Levitæ, ſuper utrumque teſtimonium rantiſper immorari, quam ex alienis fontibus aquam expetibilis doctrinæ id genus quærere.

17. Duplicem eſſe hominem in unoquoque noſtrum, interiorem videlicer & exteriorem, ſive ſecundum ſpirirum & ſecundum corporis ſtructuram vivam, dogmate Apoſtolico edocemur, nimirum ad Rom. VII. 22., & ad Epheſ. III. 16., nec non ex Auguſtino lib. de Nopt. & Concupiſc. cap. 30. ac ex Ambroſio de Inſtitur. Virg. cap. 2. Idem autem Paulus cap. 11. ad Rom. 29. pro vocabulo *Interior*, utitue altero, quod idem ſignificat, nempe *Abſconditus*. Sie Petrus, quum ait loc. cit. *Abſconditus homo*, de interiori ſermocinatur homine. Quapropter modeſtia duplex etiam eſt, una interior, exterioe altera: illa ad interiorem, hæc ad exteriorem pertinet hominem. De prima loquntus eſt Petrus, ubi ſcripſit: *Qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptione quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples*. De

ſecun-

ſecunda, ideſt de exteriori egit Paulus, quum ait: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*: qui certe nonniſi de externis cognitionem habere poſſunt: quanquam utraque ſimul unam perfectam modeſtiæ virtutem conſtituant ſecundum completum actum; immo nec una ſine altera moraliter dari queat. Quandoquidem exterior moderatio, quæ non ſit affectata, nec in aliqua ſolum particulari re; ſed univerſalis, nonniſi ab interiori potentiarum moderatione progreditur. Talis ſuit noſtri beatiſſimi Levitæ Modeſtia. Sanctorum etenim Apoſtolorum monita in ejus corde impreſſa erant multo melius, multoque ſelicius, quam ſi aureis characteribus in pretioſo codice exarata legerentur. Unde totus erat in tam eximiæ virtutis exercitiis intus, & extra. Et quia interioris hominis modeſtia, ut Petrus docet, conſtat in incorruptibilitate, ſive ut babet Græca verſio, *In incorruptione mitis & modeſti ſpiritus*: Hoc eſt, ut vertit A Lapide *In integritate manſueti, placidi, & modeſti ſpirtus*, quæ incorruptio & integritas primo caſtitatem ſpiritus præ ſe fert; ſecundo tranquillitatem a cupiditatum procellis; v. g., iræ, ſuperbiæ, invidiæ, aliarumque paſſionum ægritudines depellentem; cæleſtis Juvenis, quum omnia interius haberet ordinata, ſumma cum puritate ac caſtitate conjuncta, fieri neutiquam poterat, quin manſuetus, & placidus, vere locuples, & ditiſſimus virtute Modeſtiæ in oculis Domini appareret: maxime quia (ut phraſi utamur Ambroſii) *Interior cordis bomo totus ſapientiæ erat, plenus gratiæ, plenus decoris*: conſequenter omni Modeſtia interiori, quæ proxime ſapientiam ſequitur, repletus erat.

18. Ad æqualitatem porro ſapientiæ ejus ſicut interius, ita exterius Divina in eo Modeſtia reſplendebat: de qua, preſsim ſumta nobis præcipue ſermo eſt, juxta productam ſapientum hominum definitionem, quæ, ut diximus, Modeſtia, ſecundum Apoſtolum, *nota ſit omnibus hominibus*, qui de externis judicant ſibi notis. De qua etiam, juxta ſuam operationem, ſeu effectum exteriorem laudatus Cornelius a Lapide cum ceteris inquit doctoribus in cap. v. ad Gal. 23., *Modeſtia eſt virtus, quæ modum ponit, & moderatur omnes exteriores actiones, ſcilicet inceſſum, veſtitum, ſermonem, riſum, luſum, ac totum hominem exterius recte componit: provenitque ex interna mentis, & paſſionum moderatione*. Quocirca Levita Domini dilectus, honeſtatis, gravitatis, ac ſuavitatis gratia, etiam ſecundum exteriorem hominem, plenus, moderatus in inceſſu, in veſtimentis, in ſermone, atque in ceteris humanis actibus, modeſte, quæ ſui erant officii, exſequebatur. Modeſte ſuis ſubditis præcipiebat Clericis; modeſte illos judicabat; modeſte doctrinas Evangelicas populo prædicabat: erroneas gentilium adſertiones refellebat; vanas & inutiles reprobabat. In vultu, in oculis, in corporis motibus, in cunctis ſenſibus ſpirabat Modeſtiam; per quam compoſitus erat in publicis privatiſque locis, aut ſedens, aut orans, aut ambulans, aut converſans, aut edens, aut jejunans, aut vigilans, aut quieſcens. Erat in eo gravitas, ſed non affectata; auctoritas, ſed non emendicata; honeſtas, ſed non fucata. Sicque in populo Dei elucens vivum, terſumque omni ex parte Modeſtiæ ſpeculum, mire placebat Deo, lætificabat Angelos, recreabat fideles homines, horum cordium magnes factus, ut eos ad ſe traheret, ac per ſe ad Chriſtum; quotquot modeſta ſua præſentia beabat inſpectores: non enim Dominus ab eo longe, ſed *prope* erat, immo peculiari quodam modo per Caritatem in ipſo manebat, & ipſe in Deo.

19. Huic autem ſuavi cordium attractioni multum conferebat faciei ejus *pudor*, & converſationis *urbanitas*. Verecundia etenim (quam ſupra citatus Tullius *pudorem* appellat, quoniam vultum modeſti hominis rubore tingit) hoc habet, ut ad amorem caſtiſſimum alliciat intuentium corda. Unde Bernardus in Cantica: *Neſcio*, inquit, *ſi quicquam gratius verecundia in moribus bominum deprehendi queat: omnium eſt ornatus ætatum; ſed in tenera ætate amplius, pulcbriuſque niteſcit*. Reor, *pulcbriorem* dixerit verecundiam hominis in annis teneris ſecundum ſuperficialem naturæ aſpectum (qua Sanctus noſter etiam puer ornatus fuit) non ſecundum æſtimationem virtutis, in pudore pateſactæ, quæ in adoleſcentia, & potiſſimum in juventute capax eſt majora ſuſcipere incrementa, juxta perſectionem magis intelligentis ætatis. Tunc enim intemeratus flos virginei pudoris, veluti ad caleſacientem ſolem, roſea pomposius explicat ſolia. Sic in Laurentio adoleſcente, vel juvene pudor exoriens, majori gratia tingebat venuſtatem Angelici vultus, animoſque conſpicientium dulci quadam innocentique violentia ad ſe pertrahebat. Roſeus enim ille rubor in genis ejus nitidiſſima erat morum gemma, ſignum columbinæ ſimplicitatis, teſtis innocentiæ, vexillum honeſtatis, virtutumque omnium primitia; quæ ſubjectum ipſum ſumme gratum, ac ſincera dilectione dignum promulgabat. Cuj verecundiæ accedens Urbanitas, ſive comitas in converſatione hominum, quam ad Dei gloriam inſtituebat, omni auſteritate ac aſperitate depulſa, pro ut decens erat ingenuum modeſtumque Juvenem, cunctis eum affabilem, benignum, humanum, tractabilem experimento reddebat. Idque ſimul teſtabantur niveæ frontis ſerenitas & hilaritas, purpurei-

que oris ſuavitas: Unde intelligere facile quiſque poterit, in Viro, quem repleverat, & poſſederat ad ſalutem hominum efficax Dei gratia, quanta regnaret vis, in attrahendis vel infidelibus, ſecum converſantibus, ad Chriſti amorem & obſequium.

20. Felices homines, qui tanti Viri conſuetudine perfrui meruere. De his plane poſſumus, ad Martyrem converſi, dicere cum Siracide Eccl. XLVIII. *Beati ſunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt.* Hæc ſcripſit auctor de iis, qui olim Eliæ ſanctam converſationem deguſtarunt. Sed quid beatius contingere poterat noſtri Herois inclyti ſpectatoribus, quam hunc alloqui, & pertractare, ſanctitatis verticem tenentem; neque tamen pilorum aſperitate coopertum, aut hirſutis veſtibus amictum, non pellicea ſuccinctum zona, vel flammanti gladio zeli transfodientem peccatores; bene autem modeſtis vulgaribus indutum veſtimentis, compoſitione totius corporis amabilem, purpurea decorum verecundia, ſpiritu, & fronte hilarem, morum facilitate præditum, dulcem eloquio! . . . Ideo nihil plane ſupra. ubi zelator ille ſtrenuus Divini honoris abſque ulla carnis ſuæ læſione in curru igneo ſuperna conſcendere dignus fuit; novi Teſtamenti Levites, ſpiritu lenitatis & modeſtiæ, necnon pudoris, & urbanitatis ornatus dote, in ſua morum dulcedine zelum Dei habens uſque ad ſpretum ignium ob illius honorem; abundantiori gloria in curru ferreæ flammantiſque cratis exultus, jucunditate vultus minime intermiſſa, Cælum ſcandere promeruit; quaſi non in turbine ignis urentis, ſed in gemmea, deliciis affluens, transvehereror rheda, quò ſempiterna eum gaudia manebant. Et ille quidem Legis veteris ſuerat imbutus ſpiritu, qui in vindictæ talionem aut præcipiendo, aut permittendo Exodi XXI. 24. duriter percuſſorem inducebat, ut notat a Lapide in IX. Lucæ 55.: Poſterior vero zelator, qui novæ Legis ſpiritu, ſpiritu manſuetudinis & lenitatis repletus erat, aliter atque aliter ſeſe gerere amavit, non timorem incutiendo ad ſe accedentibus; ſed dilectionem, fiduciam, animique firmitatem ingerendo cunctis, ſanctam ejus conſuetudinem ambientibus: quemadmodum ſinceræ Urbanitatis opus eſt proprium (maxime illius, quæ Chriſti cauſſa in uſum accitur) frequentantium corda beare.

21. Supereſt in Temperantiæ ſpeciebus ordine poſtremam attendere; quæ dignitate nulli ejuſdem cardinalis virtutis diviſæ membro primas concedere partes novit. Ipſa eſt *Humilitas*: quam Auguſtinus ſermone 10. de Verb. Dom., & Bernardus lib. V. de Conſideratione ad Eugenium omnium omnino virtutum fundamentum eſſe declarant. Eam ſic definiunt Theologi: *Eſt voluntaria mentis inclinatio in ſuo imo coram Deo, ex intuitu excellentiæ Conditoris, & fragilis propriæ conditionis originem trahens.* Et quo clarior in creatura erit intuitus increatæ magnitudinis, eo perſpicacior intellectus aſpicientis evadet ad vilitatem, & parvitatem propriam penetrandam: juxta tritum illud axioma: *Oppoſita juxta ſe poſita, magis eluceſcunt.* Indeque ſequitur; ut mens creata miram cernens inter utrumque ſubjectum diſtantiam, ac nullam eſſe proportionem; ſeſe magis ac magis pro claritate luminis & cognitionis incurvet in conſpectu altitudinis Creatoris. Quare David iſta conſiderans, præcinxit ſe in translatione arcæ fœderis Domini *ephod lineo*, (quod erat vulgare laicis, regiis deſpectis veſtibus. Uxori autem filiæ Saul, objurganti eum eadem ex cauſa, & dicenti: *Rex Iſrael nudatus eſt, quaſi unus de Scurris*: Reſpondit lib. 2. Regum VI. 22. *Vilior fiam pluſquam factus ſum: & ero humilis in oculis meis.* Deprehenderat enim, ſe nihil eſſe in Divinæ Majeſtatis conſpectu: ſicut aliquando Conditorem ſuum laudans pſal. XXXVIII. 6. confeſſus eſt, dicens: *ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Quid nunc de noſtri Levitæ humilitate ſentiemus, quæ baſis eſſe meruit virtutum omnium in gradu excelſo, quibus peregrina ejus omni ſæculo reſplenduit Sanctitas, ſplendebitque ad fines uſque ſæculorum mortalibus univerſis, ſcientibus, vel audientibus famam ejus? Certe Laurentii mens, quum ſapientiæ Divinæ fulgoribus illuſtrata ſemper fuerit; videreturque decertare quodammodo cum intelligentia Beatorum; ſequitur, pluſquam penſare valemus, perſpicue diſcreverit improportionem finiti & deficientis ad infinitum & indeficiens: iccirco nec capere poſſumus, in qualem ſe coram Deo conjecerit demiſſionis abyſſum, ſuo ut Conditori debitum præſtaret obſequium. Illa profecto Sapientia novit eam profunditatem, quæ Eccleſiaſtici XXIV. 8. dicit: *Gyrum Cæli circuivi ſola, & profundum abyſſi penetravi.*

21. Nihilominus, quia ipſamet Sapientia in deliciis habet, eſſe cum filiis hominum, quos nonnunquam cæleſti ſua eruditione informat, & ad ſublimia intelligenda ſublevat; horum id genus unum placeat Venerabilem audire de hac re, quam noſſe cupimus, Rupertum Abbatem. Is enim, ſuperna imbutus ſcientia, in aureo ſuo libro *de incendio* cap. 21. ecſtatici magis, quam ſermocinantis partes exercens, ſuper illud Canticorum VI. 12. *Revertere, revertere Sulamitis*; beatum Martyrem ſequentibus alloquitur verbis, inquiens: *Quæ eſt Sunamitis hæc, niſi Fides?... Qualiter ergo Sunamitem hanc in te videmus? Vere ſicut mulierem fortem, in qua confidit cor viri ſui,*

& quæ

& quæ inter cetera fortitudinis opera Chananæo quaſi cingulum tradidit: ideſt te abjectum in oculis tuis, & humilem ſpiritu magnifice confortavit. Alioquin, o beatiſſime, cur flebas, diſcedente Sixto cum aliis Diaconibus ſuis, niſi quia te ipſum quaſi Chananæum quendam vilem peccatorem indignum reputabas eadem, vel ſimili gloria martyrii? Niſi enim indignum reputares; poteras, non expectata benedictione hominis, quamvis ſancti, quamvis Epiſcopi, quamvis Magiſtri, vociferari, quod Chriſtianus eſſes. Bene vero cingulum tradidit, & cingendo te propter hoc ipſum, quod eras humilis in oculis tuis, demonſtravit, & notum fecit, quod eſſes magnus in oculis Domini: ideſt non Chananæus, ſed filius regni. Quid contra Regibus, & filiis regni, ſcilicet his, qui magni ſunt in oculis ſuis? Non utique cingulum tradidit, immo, quem videbantur habere, balthæum abſtulit, juxta ſermonem Sancti Job. Balthæum, inquit, Regum diſſolvit, & præcingit fune renes eorum.

22. Fides itaque, Rupertus inquit, Virum iſtum magnifice confortavit, regaliqoe baltheo præcingens, declaravit eum magnum eſſe in oculis Dei, & inter filios tegni vere magnom; quia nimitum ipſe, quum eſſet humilis ſpiritu, vilem ſe reputavit peccatorem, & martyrii gloria prorſus indignum; licet omnimoda vitæ innocentis puritate floreret paullominus ab angelis minoratus. Profundum iccirco humilitatis ejus celſitudo roboris in paſſione ſua, & altitudo gloriæ in triumpho ex fidei hoſtibus obtento, pleniſſime denudarunt, docente nos Gloſſa in caput XIII. Lucæ: *Humilitas bene turri comparatur, quia quanto quis humilior, tanto major in oculis Dei.* Unde ſalubriter Auguſtinus quemque, altitudinem perfectionis aſſequi volentem, admonet, ſerm. 3. de verb. Dom. dicens: *Quantam quiſque vult & diſponit ſuperimponere molem ædificii, quanto erit majus ædificium, tanto altius fodit fundamentum.* Quum ergo mirabile Laurentii, magnificentiſſimumque opus fortitudinis, honoris, & gloriæ, quod in conſummatione vitæ ſuæ feliciter abſolvit, altitudinem nubium ſoperaverit; inde licebit eruere, in ponendis fundamentis quam ſe ad humilitatis ima depreſſerit. Quod ſi ejus ædificii culmen etiam imperſcrutabile requirenti eſt; ſciat iſte ſimiliter, ipſius fundamenti altitudinem hominis mentem exceſſiſſe. Alterum enim ab altero perſpicuum fit.

23. Veruntamen, ut de hac ejus virtute præcipua quicquam humano & nos loquamur uſu; notioribus inſtructi doctrinis; ſilentio prætereuntes, duodecim humilitatis gradus, quos Sanctus Benedictus docuit, & tredecim, quos beatus Bernardus adinvenit; quotque ulteriores alios Laurentiana excogitaverit ſapientia, quos gradus ſibi mente componens, opere, greſſuque feliciſſimo conſcedit; congruit ſenſa, vel communia Patrum expendere circa homilitatis qualitatem, quæ majori apud eos fuit pretio, atque iſtam Leviticæ perfectioni, (quam merito extollimus) cohærentem attendere. Ambroſius enim in pſal. 118. Octonario 18. *Sade* ℣. 141. ubi vulgata inquit: *Adoleſcentulus ſum ego & contemptus*: ſive, ut ipſe legit: *Juvenis ſum ego, & deſpectus*: Humilitatem non iam in ſenioribus, quam in junioribus raram eſſe docet. Ait ſiquidem: *Non mirabilis humilitas in ſenectute, quæ effeta viribus, fracta debilitatibus, triſtis doloribus, &c. Oblita eſt jactantiæ. Rara ſane in juvenibus, ideoque miranda humilitas, dum ætas viget, dum vires ſolidæ ſunt, dum ſanguis exæſtuat.* Talis fuit Laurentii humilitas vere admiranda, vereqne rara, per quam ſe ipſum alte deſpexit cum in adoleſcentia, tum in ſuo juventutis flore, quibus in ætatibus dicere poſſumus cum Bernardo ſerm. 4. de Aſſumpt. *Invenientur forte pauci, qui mites facti ſunt, & humiles corde*: ne de paucitate loquamur illorum, qui Eccleſiæ teſtimonio, licet juvenes hinc deceſſerint, probati ſunt homiles corde. Inter florentis vero ætatis Martyres digito notandum novimus Sanctum Levitam, qui publica oris ſui teſtificatione ſe declaravit indignum honore martyrii. Neque id ſolum admirationis humanæ ad ſe traxit profundiſſima ejus Humilitas, ipſius ætate vigente, ſolidis pollente viribus, æſtuante ſanguine; verum etiam admirationi novam admirationem fidelium ad ſe vocavit; quum tanta Humilitas viſa eſt regnare in eo, qui ſublimitate natalium inter Hiſpanos Proceres agnitus (quodque majus eſt) ſumma poſt primam in Romana Eccleſia dignitate donatus, adhuc tamen ſe minimom omnium faciebat. De ſpectaculo id genus loquebatur in moralibus Gregorius, obi ait: *Mirum eſt, cum in cordibus ſublimium regnat humilitas morum. Unde penſandum, quia potentes cum humiliter ſapiunt, culmen extraneæ, & quaſi longe poſitæ virtutis attingunt.* Culmen iſtod extraneæ & quaſi longe poſitæ homilitatis attigit commemoratus Levitarum Princeps, demiſſionem animi ſapiens in cunctis magnalibus ſuorum operum. Proxime namqoe ſequens illum Pontificem magnom, qui penetravit cælos, Jeſum Filium Dei, a quo didicerat eſſe mitem, & humilem corde, ita mordicus eam tenuit virtutem, dum viveret; ut neque moriens paſſus ſit ab ea vel minimum diſtrahi. Unde ut idem Pontifex magnus, pridie quam pateretur humilitatis eximiæ dedit exemplum, ubi diſcipulorum ſuorum pauperum

pedes

pedes lavit; ſic Levita hic magnus pridie quam pateretur, quod magiſter fecit humilium, & ipſe agendum curavit. Quare devolutus ad pedes egeootum fidelium, cum lacrymis, flagrantique cordis æſtu in deliciis habuit lavare a ſordibus, tergere, oſculiſque ſovere plantas eorum. Non erat ab illo abſconditum Eccleſiaſtici verbum III. 20. *Quanto magnus es, bumilia ee in omnibus, & multam invenies gratiam*. Multa ſane, ac valde multa opus habebat ille gratia, cui ad viocendum omni ex parte diabolum, certamen maximom parabator; ideo Sancti Spiritus illuſtrante ſuper eum lumine, prioſqoam conſereret eum hoſte manus, imitari ad unguem voluit ſupremum a Chriſto datum poſt cœnam ultimam humilitatis exemplum.

24. Arrideat modo, vel paullſper inter Deum exaltantem mirabilem Virum iſtum, ipſumque humillimum Juvenem, ſeſe in immenſam deprimentem bumilitatis abyſſum, amicam attendere contentionem. Voluit eum Dominus magno natum genere: ipſe vero, abdicatis ſuæ domus divitiis & honoribus, ſactus alienigena in terra longinqua, abjectam, pauperis conditionem uſurpat, ignotus, & vilis. Ex homilitatis hujus proſundo ſublevat eum Deus in Romanæ Eccleſiæ Diaconorum Collegio Primatem: is autem ad infimæ plebis famulatum ac miſetabilium obſequia ſe dimittit. Parat illi omnipotens Numen maximam inter Martyres gloriæ coronam: ille contra indignum ſe declamat, cui ultima inter Chriſti milites laurea conſeratur: quodque altius humanæ mentis ſuperat eaptum; ſupremos, dum igne conſummatus, anhelitus trabit; porrectum ſibi a Deo quum videt ingens æterni honotis pondus pro laboribus jam exantlatis; adbuc tamen in altiſſima ſuæ homilitatis abyſſo perſiſtens, *indignum* ſe definit, *obtinere Cælum*.

25. Veruntamen, o ter Beate, parumper ſine tibi nos vel aſſato moleſtos aliqualiter eſſe, licet in accenſis prunis, qoaſi thus videaris abſomtus: Nonne prius dixeras: *Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis, quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus?* Noune in ſacris paginis figura multiplici proteſtatus ſuerat Deus, oblationem tuam exhalaturam fore odorem ſoaviſſimum coram ſe? Quomodo tandem indignum re aſſeris penetrare Cælum? Quomodo non quaſi aroma ſuave, ſed teter veluti, ac male olens ſumus, Divino ingratus olſactui, ſoperno ioeptus altari, vis exiſtimari (*Cognoſco*, reſponder, *me non bene in diebus meis vixiſſe*. Ecce, *qui taliter dilexit Deum, qui talia pro ejus bonore paſſus eſt* (exclamar Deipara Virgo in revel. S. Birg.) *adbuc indignum ſe dixit obtinere Cælum*. Addatur: Qui a juſtitiæ ſemitis numquam deflexit, perpetuo ſanctus permanens & immaculatus a die luſtralis aquæ in ipſis cunis, *non bene ſe in diebus ſuis vixiſſe* arbitratur! Ante ſui ſacrificii concrematiooem, reor, non ita ſuæ Humilitatis ſeſe elevaverat fumus, qoin adpromitterer ſibi Davidis peccatoris ſortem, qui pro ſuo ſcelere contritus dixit: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & bumiliatum Deus non deſpicies*: ubi autem lento eſt igne inceuſus, ardente tum victima, ona ſimul denſus, & perquam denſus ſeſe elevans ineffabilis Humilitatis fumus, non tantum auſert ab oculis ejus, oe conſideret vitæ innocentiam, ſanctitatis, ac paſſionis ſuæ cumulata merita; ſed inſuper ne videat jus quoqne contriti peccatoris ex adpromiſſione Divina, quo perveniat ad regnum æternum. Solum in mente habet, quod ex propriis viribus ſine gratiæ auxiliis nihil boni egerit: id, neque aliud quippiam illi beata Humilitas repræſentar. Ideo non aliud, niſi quod *non bene vixerit*, in ſui cordis conſractiooe commemorat: nudamque Dei miſericordiam ad ſalotem, quam ſperat, exſpectat.

26. Dignus ea propter, cui reponamus Veoerabili cum Roperro valde congruum illud elogium, quod in Virginis laudem doctor iſte cootexuit ſuper III. Cant. 6., dicentes: *Ipſa bumilitas tua*, o Beatiſſime, *eſt virgula fumi ex aromatibus myrrbæ & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii. Odor dicimus bumilitatis tuæ præcipuus aſcendit ad Deum, ut vere ſacrificium contribulati ſpiritus. Quid enim eſt fumus, & quid pulvis, niſi ſpiritus lacrymoſus, & conſcientia valde bumilis? Et ſua quidem æſtimatione vera bumilitas eſt fumus innoxius quaſi cremii, ſive torris obuſti, & pulvis terræ ſine aqua, & ſitientis, juxta illud: Quia defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt: & ſicut Abrabam dixit: Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis & cinis: ſed non ita in æſtimatione Dei. Aliter, & melius ille te diſcernit. Tu dicis, pulvis ſum terræ, qualem ventus diſpergit, & aura tollit. Et ille dicit, non; ſed pulvis myrrbæ & thuris, qualem pigmentarius Spiritus Sanctus conficit ex optimo thure, quod eſt ſuavitas mentis, & ex myrrba probatiſſima, quod eſt mortificatio, ſive incorruptio carnis. Tu dicis, fumus ego ſum teter coram Divinis oculis, qualis de camino, ſive de fumario deficiens aſcendit, & aſcendens deficit: & ille dicit, non: ſed fumus ex aromatibus myrrbæ & thuris, qualem decet aſcendere de aureo thuribulo ante altare aureum uſque ad os, & olfactum Domini. Talis fumus*, O beate Martyr, *immo talis virgula fumi ſuavem odorem ſpiraſti Altiſſimo*.

Opti-

Digitized by Google

Optime quocirca meritus penetrare cælum, quod ita ſalieris, quaſi fumus aromatum ex accenſis reapſe prunis ab hujus terræ infimis uſque ad ſidera; dum in ignitis iiſdem carbonibus talem ſpiraſti Domino Humilitatis odorem, licet pro Dei honore aſſatus, adhuc te indignum cælo duxeris.

27. Numquid ergo, dicet aliquis, revera S. Laurentius ignoraverit magna illa, quæ per totum ſuæ vitæ curſum, ac præſertim in fine perfecerat, opera? Quid potiſſimum, quod tum pro Deo ignibus abſumeretur, quum dicebat, nihil ſe boni egiſſe? Reſpondemos: procul dubio hæc experimento ſciebat. Nec propterea quicquam mentitus eſt. Vera enim humilitas non in mendacio, ſed in rei veritate conſiſtit. Nihil boni actum ſibi tribuebat; quia, ut ſupra innuimus, totum divinæ gratiæ auxilio referebat, unde bene agendi vires omnes accipiebat: ſicut veritas ipſa docet: *ſine me nihil poteſtis facere*. Forte ad hæc ſciſcitator opponet: Quomodo totum tribuere in veritate poterat auxilianti gratiæ, qui Dei adjutorio ſuam addiderat cooperationem? Verum in Martyris defenſionem Paulus accedit 1. Cor. xv. 10., qui veraciter ait: *Gratia Dei ſum id, quod ſum*: quamvis etiam fateatur: *Abundantius omnibus laboravi, non ego autem, ſed gratia Dei mecum*. Nimirum quia id ipſum, quod laboris ſuſtinuit, non ſuum fuiſſe opus dicit, ſed gratiæ Dei, manentis in eo. Si enim, ut alio inquit loco, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: quanto minus aliquid ex nobis agere? Dum autem verum eſt, nil boni poſſe nos facere, quaſi ex nobis, cum veritate vel humillime de ſe ipſo Vir ſanctiſſimus ait, *cognoſco me non bene vixiſſe*: quandoquidem omne bonum, in ſe repertum, noverat a Deo eſſe: atque ita, quantum erat ex ſe, omni virtute vacuum ſe recognovit, omnique opere virtutis inanem.

28. Quantum porro illi profuerit, ita omni bono ſe noſſe vacuum, Moſaycum declarabit exemplum. Huic enim Teſtamenti veteris Legiſlatori præcipiens olim Deus Exod. xxvii. ℣. 8.; ut altare conſtrueret: *Inane*, inquit, *& cavum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in monte monſtratum eſt*. Ad montis verticem aſcenderat Moyſes, quum ſibi oſtenſam vidit aram in eodem montis ſupercilio. Quod juxta Myſticos ſanctimoniæ ſummitatem indicabat, ſicut & ara ſanctum hominem in perfectionis locatum cacumine, quaſi animatum altare omnimodis Deo ſacrum; per humilitatis autem virtutem intrinſecus inane prorſus, & cavum. Si vero ad rem noſtram litteræ ſtare volumus, quærentes, cur videlicet conſtruendum altare, ſecundum exemplar monſtratum in monte, oportebat eſſe concavum & inane? Scriptura eadem nos edocebit; quia nimirum capax eſſe debebat ſuſtinendi Craticulam, ſuſcipiendique ſubjectum ignem ad conſumtionem holocauſti. Quo nihil aptius ad ſpiritualiter intelligendum, præfatum altare præfiguraſſe ſingulari quadam claritate Archimartyrem noſtrum humillimum, qui ſupremis in vertice ſanctitatis poſitus, neceſſe habuit, eſſe omnino per altiſſimam Humilitatem ſuam inanis & cavus in ſpiritu, ideſt cujuſque æſtimationis propriæ vacuus; ſecus capax neutiquam eſſe poterat complectendi pro Chriſti honore ferream cratem, vorantesque ignes, queis ipſemet vivum holocauſtum Domino conſumeretur.

29. Mirentur itaque ſapientes, quonam modo in hoc Viro ſanctiſſimo componi potuerit tanta Humilitas cum puritate tanta, tanta cum innocentia, cum conſcientia ſine delicto, immo cum tanta gratiæ plenitate, qua ſuperaffluente, peccatores & infideles etiam copioſe repleret! Nos e regione clamabimus: Tanta illi ſuimet abjectio ex eadem virtutum, operumque magnitudine veniebat. Quia ſcilicet hæc omnia conſiderans, uti non ſua, ſed a Deo ſibi præſtita, quanto majora ſibi dona eſſe collata experiebatur, tanto profundius ſub ingenti eo pondere ſe demittebat. Alte didicerat Chriſti doctrinam Lucæ xvii. 10. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Servi inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus*. Nonne arboris ramus excedenti fructuum gravatus copia, ſe ad ima devergit? *Chriſtus Dominus*, inquit Ambroſius ſerm. 1. de S. Laur., *arbor eſt; ramos arboris ſi requiras, invenies, ramus eſt Petrus, ramus eſt Paulus, ramus eſt Levita Laurentius*. Et quia, juxta Ferrerium, Levita is nobilis *abundaverat in virtutum, operumque fructibus*, tanto ponderi ſoccumbere neceſſe fuit, eoque amplius ſe inclinare ad infima, quo multitudine fructuum reddebatur onuſtus. Abſit, ut ſupra dicebamus, non ſenſerit, quod ſuſtinebat oneris pluſquam ingentis, qui, ut celebris Cluniacenſis Raulinus ſcribit: *Deſpiciebat parva opera facere, & ad majora feſtinabat*. Ad majora utique feſtinabat, ut majori ſe gravatum pondera bonorum operum ſentiens coram Deo, cui, talia referebat accepta, ſeſe demitteret in profundiorem humilitatis abyſſum.

30. De *inſtrumentali* demum (ut vocant Philoſophi) cauſſa quippiam agentes, ſecundum quam rationem, ipſe Martyr aliquid, & ſi valde parum, ſe feciſſe pro Dei honore commemorat, quum in craticula conſumtus, inquit: *cognoſco me pro bonore tuo modicum feciſſe*, jam ex dictis in propatulo cernimus, nul-

nullam inde gloriam ſibi arrogaſſe: Quemadmodom inſtrumento nil redit honoris ex eo v. g., quod artifex hoc, vel illo uſus ſit ſcalpro ad pulcherrimæ ſtatuæ ſculpturam, ſed tota virtus eidem rribuitur opifici. Talia plane ſenſa, intelligendum eſt, in Martyris mente perhumili regnaſſe, quum citata nuper protulit verba, quæ ex Virginis revelatione ad Birgittam nobis innoteſcunt. Qui enim nihil virtutis ſibi attribuerat, ut ſupra vidimus, optime noverat, ſive parum; ſive multum a ſe facere nequiviſſe, ſine Deo, ſine quo nihil facere potuerat. Quod ergo heic ait: *Pro Dei bonore parum feciſſe*, ſic dictum voluit, tanquam *inſtrumentalis* id egerit *cauſa*, Omnipotentis artificis recta manu. Sed hinc altera difficultas emergit; nimirum quomodo in explanato ſenſu dicere cum veritate potuit, ſe *modicum* feciſſe, qui tam mira, tamque grandia pro Dei egerat honore, ubi jam nulla tum in ſe urgebat occaſio de factis propriis gloriandi? Veruntamen eſt cum Myſticis advertendum, quod humilitas in humilibus ſit veluti Cryſtallum optices affabre elaboratum, quo grandia quantumvis ſint objecta, videntur parva eſſe; propterea non mirum, ſi viro ſumme humili valde parva viſa fuerint ampliſſima quæque pro Dei honore, quæ patravit, facinora: Magis, quod ea conſiderabat, conſiderato infinito Divinæ Majeſtatis merito: in cujus conſpectu ſupremum jam ſpiritum exhalaturus, ſuam ita diſpoſuit humilitatem coronare, veraciter dicens: *Cognoſco me pro bonore tuo modicum feciſſe. Ideo, quia miſericordia tua maxima eſt, rogo te, ut faciat mecum ſecundum miſericordiam tuam.*

31. David ſuorum quondam gravium delictorum conſcius, ubi propitium ſibi Deum oravit; petiit, ut id ſecum ageret ſecundum *magnam* miſericordiam ſuam. *Miſerere*, inquit, *mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam*: Innocentiſſimo autem Juveni, pro Dei gloria ignibus affato, parum viſum eſt, ſi *magnam* Numinis miſericordiam imploraſſet, niſi *maximam* etiam ſibi poſtularet: *Quia miſericordia tua maxima eſt, rogo*, ait, *te, ut facias mecum ſecundum* (eandem *maximam* ſubintellige) *miſericordiam tuam*. Cerne profunditatem Laurentianæ Humilitatis, ſi te regit mentis acies; dum mea me deficit. Solumque præſtat, ut intelligamus illud, quod idem Pſaltes cecinit pſal. LXXII. 22. *Renes mei commutati ſunt, & ego ad nibilum redactus ſum & neſcivi*: nimirum verbum iſtud præcipue factum eſſe ad Humilitatem Sancti Levitæ præſignandam. Licet enim ſuper eandem ſententiam Eminentiſſimus Ugo, dicens: *Ex inflammatione eſt bumilitas: unde addit: & ego ad nibilum redactus ſum, & neſcivi*: Hæc, inquam, dicens idem Purpuratus, per *inflammationem* intelligat ferventem devotionem, quæ communis eſt omnibus humilibus; unde ſequitur, *vera bumilitas eſt quæ, bona ſua bomini abſcondit*; litterali tamen ſenſu planius ac ſpeciatim in perſona Laurentii Prophetam regium fuiſſe loquutum arbitramur: eojus renes lento igne commutatos fuiſſe quaſi obuſtos denigratoſque torres, uti ex ſacris ipſius didicimus actis. Unde' procera illa in eo ſurrexit Humilitas, ut quodammodo neſciens ſe ad nihilum pro Deo redactum elementari flamma, ſecundum ſpiritum; ſibi unice impendendam ſperaret *maximam* Dei miſericordiam. O felix Humilitas, quæ ſub tanta meritorum occultatione, te, Martyrum Tranquilliſſime, ſic magnum fecit, ut, juxta Maximum Taurinenſem, *Virum* reddiderit *ſingularem*. Ecce poſt illam Virginem, cujus humilitatem reſpexit Dominus, quique reſpexit & tuam, beatum te prædicant omnes generationes, beatum Apoſtolorum conſortio, beatum principatu Martyrum, beatum confeſſorum *admirationibus*, beatum integritate virginum, beatum Pontificum Regumque obſequiis, beatum Doctorum ſcriptis, beatum Prophetarum oraculis, beatum divinorum codicum ſymbolis: atque adeo beatum in gloria ſanctorum; ut idem Sanctus Taurinenſis Antiſtes de te ſcribere non dubitaverit homil. 3. *Quid boc viro beatius, qui, ut ne ureretur, exuſtus eſt?* Hæc profecto te ſumme humilem ſpiritu ſumma ſuſcepit gloria: quemadmodum in Proverbiis XXIX. 23. pro qualitate meritorum ſub generali ſententia legitur cuilibet humilium adpromiſſum, nempe: *Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria*: tantaque ſane gloria, quanta fuit & cujuſque humilitas.

CAPUT

CAPUT III.

De virtute Juſtitiæ, prout hæc, ſive ſtricte, ſive minus in rigore ſumta, dicitur Cardinalis: & primo ut reſpicit Deum, ſecundo creaturas juris capaces. Habita ratione ad Deum, ut Religionem præ ſe fert, expenditur, quam in S. Laurentio perfecta per partes ſingulas extiterit. Reſpectu vero Creaturarum copiam agendi offert de Obedientia, Æqualitate ſeu Æquitate, Utilitate, ac Miſericordia ejuſdem beati Levitæ.

JUſtitiæ dictione non venit heic qualiſcunque rectitudo, qua *juſtum* dicimus, quicquid recte fit: quo ſenſu omnes virtutum actus, quique illos exercent, appellantur *juſti*; quemadmodum & virtus omnis *juſtitia* nuncupari poteſt. Neque intelligitur aggregatio earundem virtutum, aut gratia ſanctificans ſeu juſtificans, peccatum expellens, & hominem Deo gratum & juſtum reddens; ſed eo vocabulo conſiderandum ſolum datur, quod eſt arctioris interpretationis, tertiam conſtituens virtutem Cardinalem. Quam Juſtitiam Tullius lib. 2. Rhet. ita ediſſerit: *Eſt habitus animi, communi utilitate ſervata, unicuique ſuam tribuens dignitatem.* Clarius eam Ulpianus explanat l. Juſtitia ff. De Juſt. & Jur. & ibi Juſtinianus. Ait enim. *Eſt conſtans, & perpetua voluntas, jus ſuum unicuique tribuens pro dignitate ſua.* De qua Juſtitia Chriſtus Dominus etiam Matth. xxii. 21. inquit: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo:* licet huic poſteriori pro ſumma ſua digoitate retribuere ad æqualitatem jus ſuum creatura numquam poteſt: magis, quod hæc reſpectu Dei nil proprii, quod reddat, habet in pleno rigore. Ceterum ille, de quo nos agere oportet, Sanctus, in ſenſu, quo potuit, accommodo, conſtantem haoc voluntatem reddendi Deo, quæ Dei erant, & quæ ſunt hominum hominibus, exſecutioni mandavit. De utraque juſtitiæ parte fit mentio in ſermone Sancti Thomæ Aquinatis in S. Laur. Verum quia Doctor Angelicus primum diviſionis membrum conſtituit in conſervatione rectæ voluntatis: *Quia*, inquit, *nulla peccata potuerunt eum a rectitudine removere:* Ad particularia, quæ Deo ſunt debita, proxime ac nominatim, ſecundum rationem mious ſtricte acceptæ Juſtitiæ, minime deſcendens (quod conciſe loqui contentus ſuerit, juxta generalem juſtitiæ conſiderationem) ideo ejus fruemur potius auctoritate; quum de ſecundo diviſionis membro, ideſt, de juſtitia, habita ratione ad homines, ſermo recurret: qua in re vel breviter diſtincte proceſſit.

2. Primum itaque de Juſtitia Sancti Levitæ, conſiderante Deum, agentes, advertimus, quod pars iſta, ſpectans quodammodo ad expoſitam Cardinalem virtutem, prout involvit rationem reddendi, quod Deo debetur; quamvis verſetur circa virtutis *Religionis* actum; non eſt propterea cum iſta virtute confundenda; quia non tantum reſpicit cultum & obſequium, ſecundum priſtinam *Religionis* ſtrictiorem ſignificationem; ſed amplectitur quoque Divinarum omnium legum obſervantiam, licet utrumque, pro ut eſt Deo debitum: quæ poſtrema inſpectio eſt juſtitiæ proprietas, non *Religionis*, niſi, ut ſcholæ ajunt, *ſpecificative*: unde ipſa Religio ſtricte ſumta nonniſi potentialis pars ouncupatur juſtitiæ, quæ reſpicit redditionem debiti, ut Cardinalis eſt virtus, complectens etiam Dei cultum; quamvis ut ſupra diximus, minus proprie, minuſque perfecte; quia debitum Deo pro dignitate nemo reddere valet. Perſectum autem & imperfectum, docet Philoſophus, non variant ſpeciem, ſi ſalva rei eſſentia ſit. Religionis itaque actus (circa quos juſtitia, Cardinalis virtus, uti Deo debitos, verſatur) duplicis ſunt rationis, alii externi, nempe oris & operis extrinſeci; alii interni, ſcilicet mentis & cordis. De poſterioribus iſtis loquuti jam ſumus, ubi de Sancti Laorentii Fide, Spe, & Caritate tractavimus, dicente Auguſtino in Enchirid. *Fide, Spe, & Charitate colimus Deum*. Reſtat, de prioribus aliquid dicamus, quamvis & ipſi, ut Deo placeant, formari debeant internis actibus. Sunt autem potiores tres, nimirum *Devotio*, *Oratio*, & *Adoratio*: de quibus diviſim omni, qua fieri poterit, brevitate habendus eſt ſermo ad Martyris laudem.

3. *Devotio* ex Sanctorum Bonaventuræ, ac Thomæ doctrina 2. 2. Quæſt. 82. art. 5. *eſt voluntas prampta tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei cultum vel famulatum*. Proindeque vehemens eſt animæ affectus, quo homines ex præſcripto Divini mandati vel conſilii, ſe, vel ſua Domino cooſecrant; ſic Deo dantes, quæ Dei ſunt. Caſſianus autem in collat. inquit: *Devotio eſt fervor bonæ voluntatis, quem mens cobibere non valens, certis manifeſtat indiciis*. Ita Exodi xxxv. 21. legitur: *obtulerunt mente promptiſſima & devota primitias*. Et num. vi. 21. *Hæc eſt lex Nazaræi, cum*

voverit oblationem ſuam Domino tempore conſecrotionis ſuæ . . . juxta quod devoverat mente Domino, ita faciet ad perfectionem ſantificationis ſuæ . Quum autem offert homo , quæ ſibi exteriora ſunt voluntate ferventi , laudabilis devotio eſt ; quum vero ſe ipſum Deo conſecrat pleno mentis fervore , tum devotio ad oprimum pervenit . Minus eſt enim abnegare , quod haber ; valde autem multum eſt abnegare , quod eſt . Talis fuit Laurentii Devotio ab adoleſcientia ſua , dum magno ſpiritus ardore non ea tantum , quæ habebat, libentiſſime abnegavit ; ſed etiam ſemetipſum Divino famulatui mancipavit . Unde Dionyſius Catthuſianns ſerm. de eod. ſcribit : *Adoleſcentiam ſuam in devotiſſimo Dei cultu expendit*. Ita ſane primitias vitæ ſuæ Deo conſecravit , atque in perpetuum flagrantiſſimo mentis affectu ſe ipſom obtulit Domino , holocauſtum veluti medullatum . *Medulla enim* , inquit Ugo in Pſal. LXV. , *eſt pinguedo in oſſe*, *ideſt devotio*, *vel amor intimus in forti opere* , *vel in forti homine :* Holocauſta quocirca medullata interpretatur, eſſe *Sacrificia devotione*, *& charitate plena* .

4. Ad intelligendum porro, quanta fuerit in hoc Levita Devotio , Sanctus Franciſcus Saleſius opuſc. Introduct. ad vit. devot. nobis viam quodammodo ſternit . Eam enim adſignat inter devotionem & caritatem diſparem rationem ſimul & connexionem , nimirum quod Caritas *ignis* ſit , devotio autem exſurgens de igne *flamma*. Quare , quum Dei caritas in corde Laurentii perpetuus vivus ignis fuerit , & ardens quaſi facula , ſicut obſervavimus lib. I. cap. III. iſtius tractatus ; adnexam ſecum habere oportuit flammam , & ingentem quidem devotionis flammam. Non enim tanto igni deerat meditationis follis , ut ſe levaret in flammas : quemadmodum ajebat David pſal. XXXVII. 4. *In meditatione mea exordeſcet ignis :* Nec proinde deſiderabatur ventus , in cujus ignitum cor ſemper inſufflabat vehemens ſpiritus Dei: per quem aliquando facta ſunt Apoſtolorum corda flammantia. Si autem attendimus aquilonares commotos perſecutionum turbines ſuis temporibus , puta , Decii , Galli & Voluſiani , ac noviſſime Valeriani; quomodo ignis Laurentianæ caritatis poterat non attollere ingentes Devotionis ſuæ flammas, qui teneris ab unguiculis æſtuabat fundere ſanguinem pro Chriſti gloria ? Audi non me , ſed Auguſtinum clamantem ſerm. 31. de Sanctis (quem Maurini Ambroſio tribuunt) *Devotiorem Laurentium Salvatori ſupplicia atrocia fecerunt* . Et quia atrocia ipſa ſupplicia , juxta Patrum ſenſa , eum Principem inter Martyres reddidere ; conſectarium quoque eſt , horum omnium , qui per carnis martyrium ſe devoverunt Altiſſimo , ipſe pariter devotione Princeps fuerit : quem Eccleſia , ut laudatus Carthuſienſis ait , *ſingulariter proponit Clericis omnibus in exemplum* , *ut ejus Devotionem ſectentur*. Nimirum quia , juxta Eccleſiaſticum , non modo *ſurrexit*, *quaſi ignis* ; ſed quia præterea ſuam ob devotionem *quaſi ſacula ardebat* .

5. Secundus externus Religionis actus eſt *Oratio vocalis* . Opus hoc magni momenti eſt; per quod divinam Majeſtatem & omnipotentiam profitemur . Quandoquidem dum pro indigentiis noſtris (quibus neutiquam virtute noſtra ſupplere valemus) ad omnipotentem confugimus Deum orationis etiam vocalis ſtudio , ut quod nobis deeſt , ab ipſo grariarum fonte, qui nulla in re deficere poteſt, impetrare valeamus ; perſpicue teſtamur , eum eſſe bonorum omnium Largitorem . Atque ita facti proteſtatione , non cum exigua proximorum audientium ædificatione , illi ſolvimus , quod juſtum, quodque reapſe illi debitum eſſe cognoſcimus. Orationis autem prærogativa ſpecialis ea eſt; nempe quom per ipſam Deo tribuimus , quod debemus ; ipſe (ſi nos ſancte , ac recte vivimus) indebita , quæ poſtulamus , benigne , largitur . Docet ſiquidem Auguſtinus ſerm. 226. de rempore , I. Dom. XV. *Oratio juſti clavis eſt cæli* , *aſcendit pretatio* , *& deſcendit Dei miſeratio* . Hanc orationis etiam vocalis efficaciam intelligebat David , quum pſal. XXVII. 2. ajebat : *Exaudi* , *Domine* , *vocem deprecationis meæ* , *dum oro ad te* : *Dum extollo manus meat ad templum ſanctum tuum :* Unde fructum exauditionis ſe reportaſſe ibidem ℣. 6. confeſſus eſt , inquiens : *Benedictus Dominus : quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ* . Experimentis iccirco innumeris per omne ſuæ vitæ ſpatium talem orationis ſive mentalis, ſive vocalis efficaciam edoctus admirabilis noſter Juvenis , perpetuis fuit orationibus utriuſque ſpeciei deditus , ac præſertim in paſſione ſua linguam ſæpe ſæpius in orationem ſolvit ; orationique immortuus eſt . Per quam illi ultimo valvæ cælorum apertæ ſunt;quoniam lingua ejus jam diu clavis cæli facta erat ; unde ineffabilis ſibi cæleſtium donorum copia depluebat : nec ſibi tantummodo, ſed iis omnibus ſive fidelibos , ſive infidelibus , pro quibus orabat . Dixi , orationis ejus virtute *ultimo* ſibi portæ cæli apertæ ſunt , per quas in æthera perenniter trimphaturus inrravit ; nolens ea propter excluſam abiſſe potentiam deprecationis ejus ante hujuſmodi factum . Nam & quæ leguntur Lucæ III. 21., nimirum quod *Jeſu orante* , *apertum eſt cælum . . . . & vox de cælo facta eſt &c.* Portenta id genus viſa ſunt , in terris adhuc degente , ac orante Laurentio ; de quo Ferrerius ſcribit , quod in carcere poſitus , reſeratis cæli por-

portis, in Deum evolans, per choros tranſibat Angelorum. De hac cælorum aperitione ſcribit quoque Venerabilis Beda ſerm. in S. Laur., qui incipit *Venite filii*: ubi adnotat, Sanctum Hippolytum, nuper tum baptizatum, eodem in carcere factum fuiſſe participem ejuſmodi viſionis, ac Sanctorum animas in cælo gaudentes aſpexiſſe. Quod autem eodem orante Sancto Levita, dum graviter plumbatis cæderetur, vox de cælo facta ſit, eum erigens ad graviora pro Chriſto ſuſtinenda ſupplicia, ſuſe libro 2. actorum ex Adone de hac re tractatum habuimus.

6. Mira in lege veteri luſtrantur, quæ vis egerit orationis ſanctorum, v. g. Joſue, David, Eliæ, Eliſæi, aliorumque id geous juſtorum, qui non ſibi tantum, ſed & aliis oratione ſua largiter profuerunt. Mihi autem valde arridet, quod ſuis Moyſes a Deo impetravit precibus; quum optaſſet, ut alios præficeret Dominus præter ſe principes ad bonum populi reginien, ejuſque felicitatis incrementum. Num. xi. 14. Uoica namque oratiône, quam fudit communicatam promeruit delectis a ſe ſeptuaginta viris ſuam gloriam prophetalem. Exaudiens enim Deus deprecationem ejus, ſicut ibidem ℣. 25. narratur: *Deſcendit Dominus per nubem, & loquutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cumque requieviſſet in eis ſpiritus, prophetaverunt, nec ultra ceſſarunt.* Quo factum eſt, ut virtute orationis Moſaycæ, clarificaretur coram Dei populo, qoam exuberans eſſet ipſo in Moyſe Divina benedictio. Sic enim eluxit, quanta plenitudine in eodem Legiſlatore ſpiritus Domini requieverat; ut accipere potuerint tot alii, nempe ſeptuaginta a ſe delecti Principes, de eodem ſpiritu; & is in illis requieſcere, ne aliquando prophetare ceſſarent. Id ipſum Liranus advertit in hunc ſcripturæ locum, affirmans, Moyſen morali influxu, nempe per deſiderium & preces ſuas, ad effuſionem hujus ſpiritus in alios concurriſſe. Effuſio autem ejuſdem ſpirirus taliter acta eſt, qualiter ab una lucerna lumen auſertur, quo plures aliæ accenduntur lucernæ ſine prioris detrimento. Unde inquit A Lapide: *Spiritus erat in Moyſe quaſi in lucerna, fonte, capite, & exemplari, indeque quaſi in alios ſeptuaginta derivatus eſt.* Id genus prodigium altiori quodam ordine videtur Deus egerit ſub novo Teſtamento ad orationem Laurentii Martyris, tanquam Ducis maximi Eccleſiæ gentium poſt Apoſtolorum Principes; ubi nimirum is oravit pro converſione Romani Populi ad Chriſti Fidem; dum ipſe in crate flammea ureretur. Sapienter quidem eruditus Flores tractatu *de Agone Martyrii*, Primores ac ſeniores univerſitatis fidelium Martyres Domini eſſe declarat, proprii ſanguiuis purpura decoratos; quorum dignitas Apoſtolicæ, ſecundum aliquam rationem, præſerenda eenſetur. Meritum namque hominis non tam in agendo (etiam ſi totum lucretur mundum) quam in patiendo conſiſtit. Neque dubium eſſe debet, quod adultorum nemo feliciter conſummare poſſit plena voluntate martyrium, niſi ſeptenario donorum Sancti Spiritus repleatnr, ut communiter doctores ſentiunt. Diſcamus hinc, quanta fuerit Laurentianæ orationis efficacia, potentia, & gloria, per quam tot Romanorum myriades venientes ad Fidem Chriſti, juxta productam alibi Patrum doctrinam, pene innumeri ex eorum cætibus ſelecti a Deo milites donari aurea meruerint corona martyrii ſub Gallieno, Claudio, & Aureliano Romanis Principibus, qui a die Leviticæ paſſionis per ſexdecim ſucceſſive regnarunt annos, idololatriæ ſuſtinentes ſuperſtitionem. Replevit ſane ſpiritus Domioi S. Laurentium, in eoque requievit ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, necnon ſpiritus timoris Domini; ſed quanta plenitudine illum repleverit, manifeſtum id fecit oratio ejus; cujus influxu morali concurrit Martyr excelſus ad effuſionem in alios ejuſdem ſpiritus, qui in ipſo erat; unde, velut a fonte, in ceteros pene innumeros (deſtinatos Chriſti Martyres aliquando futuros) idem ſpiritos mirabiliter dimanavit. Idque confirmatum deprehendimus in libris Revelationum ſanctæ Birgittæ vi. cap. 19. ubi de Martyribus in cæmeterio Cyriacenſi ſepultis (qui maxima in copia martyrii palmam adepti ſunt poſt ipſius triumphum) Sanctus idem Archilevita in viſione loquens, ſicur alibi adnotavimus, vocavit eos *Electos ſuos*: Quod nimirum oratione ſua, mirabilique ſuæ paſſionis exemplo taotam eis promeruit gratiam Spiritus, ut non ſolum de vana ſuperſtitione paternæ traditionis converſos ad Chriſtom perduxerit, ſed etiam repletos Divini Spiritus donis, veluti rivulis derivatis a fonte, ſive a Spiritu, qui erat in ſe ipſo, quodammodo manuduxerit ad capiendam purpuram ſeniorum in populo Chriſtiano. Vide, quæ diximus lib. 1. Actorum Martyris cap. v. num. 24.

7. Sed ne tantum efficacitatis in Laurentio reſtringere videamur ad eam orationem; quæ ſociam habuit ſui corporis exuſtionem, & non potius extendere ad omnes, quas abſolvit, omnibus diebus carnis ſuæ preces, ſcire procul dubio nos oportet, quicquid virtutis in eo reſplenduit, ut vocant Theologi, *acquiſitæ*, per omne genus, de quo egimus, vel agemus in præſenti commentario, totum ab oratione ipſius profluiſſe; ſive Sanctum ipſum intra ſe

nobilitatum contcmplemut, ſive ad aliotum beneficium extra le operantem. Obſtupuit quondam mundus ad inſpectas corporeas Samſonis vires aut in ſui, aut in totius populi Hebraici ſalutem exſertas. Sed unde in hoc Iſraelis Duce tam grande tobut? Ex capillitio defluebat in totius corporis membra. Capillis ipſius ea vis addicta erat, ibi fixam tenebat ſedem. *Samſon*, ait Paulinus ad Cytherejum, *vi capillorum potens, virtute crinitus ſacra*. Et Ambtoſios lib. 2. off. cap. 26. *Invicti crinis ornatum prærogativa virtutis*. Hinc abraſis aliquando crimibus; quod incantus Dalilæ ſecretum aperuerit, dicens: *Si raſum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea*. Jud. xvi. 17. illico remanſit viribus deſtitutus. In capillis cogitationes ſpitituales, ſive ſpiritualium meditatio, & ad Deum oratio ab aſcetis ſctiptoribus deſignaotur; unde ſpiritalis hominis virtus oritur. Non aliter de robuſtiſſimo noſtro Levita ſentire congruit, de quo aptiori videbimus loco, qualiter ſuam ob ſottitudinem in hoc fortiſſimo Iſraelitarum duce ſuetit adumbratus. Dumtaxat hic commemotaſſe ſit ſatis ad orationis ejus laudem, Nazaræus quum ipſe inſtar Samſonis eſſet, Domino conſecratus; otationibus Diviniſquc precibus in Deum perquam ſtequenter elevatus, novus crinitus Samſon apparuit; vim omnem obtinendi ſibi, ceteriſque fidelibus cæleſtia dona in iiſdem precationibus, velut in ſui capitis eapillis, fixam tenens. Neque ulla potuit aſcendete novacula ſuper caput ejus; quæ diaboli opeta raderet ejuſmodi ctines pet omnem hujus ſæculi, qoa vixit, noctem, ne videlicet copioso petſunderentur imbte, quem pro ſe, ſuiſqne commendatis reciperet cæleſtium gtatiatum.

8. Similis factus eſt magnus iſte Levites Dilecto in canticis, dicenti ad ſponſam: *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni capitis mei guttis noctium* Cap. v: 2. Orante ſiquidem forti hoc Viro, ut in ſua ſcribit catholica Judas Apoſtolus ℣. 20., *In Spiritu ſancto;* orante, inquam, cum private, tum ptæſettim poblice in cætu fidelium per Spiritum ſanctom, is eum poſtulare faciebat, quæ Deo grata erant, pro ut ſibi, & Eccleſiæ oporteret ad ſalutem. Quomodo ſe continere potcrat Cælum, ne ad abundantiam, juxta petita, ſupernis deplueret benedictionibus ſuper caput ejus, ne donaret, quod ille pro ſe ac aliis efficaciſſime poſtulabat? Neceſſe erat, ut caput ejus impleretut earuo dem benedictionum exubetantium rore, & eineini ejus guttis noctium. In *Guttis noctium* perraram divitiatum cæleſtinm pretioſitatem intellige, deſcenſam ſuper myſticos capillos ejus temporibus perſecutionum, in nocte figuratis. Queis ptincipalibus donis tepletus eſt Martyr; per quem alii quoque ipſum ſequentes (maxime propinquiores) particeps effecti ſunt, puta, Romanus, Hippolytus, omneſque de iſtius ſamilia, item Narciſſus, Creſeentio, & id genus alii, quorum ſunt ſeripta nomina in libro vitæ. Quod vero pettinet ad cincinoos capitis, notandum ducimus, crincs in vettice naſcendo ſurſnm petont, & ctefcendo ad inferiora ſeſe demittunt. Quate eit. cant. cap. v. 11. legitut: *Comæ capitis ejus, ſicut elatæ palmarum*. Elata (penult. corripe) frondens eſt palmæ ramus, ſuo in ortu patiter ſutſum tendens; quum veto ctefcit, ſeſe arcuat, apiceſque ad ima devergit. Indeque fit, ut eædem elatæ ad abundantiam imbutæ rore vel imbte, aquæ rivulos cx cuſpide mittant deotſum, guttaſque ſtillent. Haud ſecus e capillis capitis aqua imbutis, per demiſſos cadunt guttæ cincinnos. Similitudo pulcherrima Levitæ ſanctiſſimi, cujus ſtatura in ſpiritu ob ſanctimoniæ proceritatem jute optimo palmæ cooſettut; cujus & otationes palmæ elatis, capillorum ſimilitudinem ptæ ſe ferentibus, comparantur. Nam iſtius noviſſimi Evangelicæ legis Samſonis erines, videlicet obſectationes & preces, quaſi elatæ palmarum, copioſum Divinæ gratiæ rorem excipientes, ipſa madeſacta myſterioſæ arboris ſummitate, ſalvificum in proximorum utilitatem per devexas ad ima cuſpidatas frondes reſundebant cæleſtium beneficiorum imbrem, veluti ſuper, tationalem terram, adhærentem ejuſdem myſticæ atboris radicibus: fideles oempe homines, apptopinquantes ſibi; aut etiam infideles, qui ſibi jungebantut, & ad veritatem Fidei convertebantur.

9. Admirabilem denique hujus Leviticæ orationis vim, ae robur, quo, tanquam altet Elias in ſpititu, cælum provocabat ad inundantem gratiarum pluviam ſuper populom Dei, conſiderans Chriſti Eccleſia, memoriam ipſius efficaciæ ſingulis excitat annis in feſtivitatis Laurentianæ pervigilio; quum ad Miſſæ Offertorium in ejuſdem Martyris perſona intonat: *Oratio mea munda eſt, & ideo precor, ut detur locur voci meæ in cælo, quia sbi eſt Judex meus, & conſcius meus in excelſis: aſcendas ad Dominum deprecatio mea*. Sciens etenim cadem Mater Eccleſia, quam potens fuerit ad mundi ſalutem ejuſdem orationis virtus; quaſi adhuc in terris Martyrem otantem aſſumit ſacerdotum ore per temporis enallagen, quo ſiſtantut validiſſimæ preces ejus ad exauditionem in conſpectu Altiſsimi cum oblationibus hoſtiarum; ut pia omnium vota fidelium proſpcrentur, quantomvis expletu difficilia ſint. Quemadmodum experimentis compluribus exactorum jam quindecim ſæculorum decurſu efficacitas deprecationum illius ſe prodidit comproba-

batam, ſeſeque in futurum prodet; quoniam clamorem ejuſdem orantis olim Martyris (æquum eſt cum Ruperto concludere) *Nunc, & uſque in finem ſæculi Chriſtus audit*.

10. Tertia Religionis pars *Adoratio* eſt; quæ a Damaſceno orat. 1. de Imag. explicatur: *Eſt honor cum voto ſubmiſſionis*. Et quia non de ſola interna erit a nobis Adoratione agendum; ſed ut hæc etiam ad externum reducitur actum; eam clarius cum pleriſque doctoribus ſic deſcribimus: *Eſt actus, quo voluntas Deum honorat interiori ſimul & exteriori humiliationis ſigno propter ſingularem infinitam ejus excellentiam*. Loquimur enim de Adoratione, quæ *latria* dicitur. Externum porro humilitatis ſignum genuflexione, ſive totius corporis proſtratione, ac ſenſibili exercetur ſacrificio. Non enim (ait Eminentiſſimus de Laurea tract. de Virt. Card.) videtur dari poſſe ab hominibus majus humiliationis ſignum præter enumerata, quo ii conteſtentur ſupremum Dei dominium in creatis quibuſque rebus. Quoniam vero circa primum adorationis ſignum, quod flexo perficitur genu, nihil eſt quod ad rem noſtram ſpeciatim conducat; commune, quum ſit omnibus adoratoribus ſacris; supereſt, tractemus de altero, quod exterius ſacrificio perſolvitur. Peraldus in ſumma virtutum tom. 1. de Juſtitia part. v., ubi de Latria & Religione loquitur, metaphoricum Sacrificium in genere in ſex dividit ſpecies, juxta Sanctum Auguſtinum lib. 10. de Civit. Dei. 1. eſt cordis contriti. 2. Cordis Divini amoris igne inflammati. 3. Corporis propter Deum mortificati. 4. Corporis pro Deo cruentati. 5. laudis. 6. Miſericordiæ. Quocirca, miſſis a nobis duabus primis ſacrificii ſpeciebus, quæ nonniſi interius perfecte conſummari queunt, & ad interiorem caritatis virtutem totaliter reducuntur, ſine ullo neceſſario ad exteriora nexu; reliquum eſt, agamus de ceteris metaphoricis tribus ſacrificiis ſenſibilibus nempe Laudis, Miſericordiæ, ac Mortificationis corporeæ; nam de poſtrema ſacrificiorum ſpecie, quæ complectur ſanguinis effuſione, abunde tractavimus in ſecundo Actorum libro. Qui enim Levita in altari fuerat, factus eſt in craticula Sacerdos, Deo cruentatam Hoſtiam ſe ipſum offerens. Diximus hæc omnia metaphorica eſſe ſacrificia, ſecundum communem Theologorum mentem. In nova ſiquidem lege unum ii agnoſcunt verum ac proprium ſacrificium, ſcilicet illud altaris incruentum, cui ſolum in ſermonis rigore competit Sacrificii definitio, univerſaliter ab eis tradita.

11. Itaque juxta tropologicam intelligentiam Levita nobiliſſimus, qui ſex omnibus enuntiatis modis Deo ſacrificia obtulit, conſiderandus nobis primum venit in ſelectis tribus, uti offerens ſacrificium laudis. De qua oblatione David ait pſal. cxv. 8. *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. Admittit enim Deus, inquit Menochius, laudem, ore creaturæ rationalis prolatam, loco excellentis ſenſibilis ſacrificii, quod ſub lege veteri offerebatur. Idque verum eſt, quoties homo non ore ſolum, ſed mente quoque Deum ex corde laudat. Quemadmodum Pſaltes laudantes Deum admonet verbis illis pſal. xlvi. *Pſallite Deo noſtro ... pſallite ſapienter*. Hoc plane modo ſacrificabat Domino laudis hoſtiam die ac nocte Levita inclytus ſine ulla ſui diviſione, pſallens corpore, pſallens & mente; ſicut Juſtinianus ſcribit: *Totus ferebatur in Deum*. Utinam non ſæpe accideret Deo pſallentibus, ut lingua quidem in Deum tendant, mente autem huc illuc importune ultro ferantur, terrenis cogitationibus implicati: ne de vagationibus loquamur impiis, omni tempore aliunde vetitis, puta hypocriſiæ, vel avaritiæ infectis: de quibus Dominus per os Iſaiæ dicit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me*. Cavendumque id præſertim eſt Clericis, Dei laudibus publice addictis; ne tam amore ipſius Dei, quam affectione turpis lucri Divinas perſolvant laudes; & dum corpore vigilant, mente vanis id genus phantaſmatibus voluntarie, aut negligenter, ſpiritu ſoporati, quieſcant: ubi oporteret circa res ſuas corpore potius dormire, ac toto corde ad Deum vigilare. Sicut in canticis Sponſa inquit: *Ego dormio, & cor meum vigilat* v. 2. Hos mente vagantes deplorat regius cantor, pſal. lxvii. dicens: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ Columbæ deargentæ & poſteriora dorſi ejus in pallore auri*. Relato ſiquidem modo Deo dormientes, & ea, quæ ſua ſunt, cogitantes, terrenis commodis inhiando, *erunt*, ait Ugo, *non inter primos Clericos, ſcilicet Laurentium, Vincentium, & Stephanum; nec inter ultimos, qui ſtrenui erunt; ſed inter medios, ſcilicet modernos, qui ad voluptatem ſuam vivunt. Tunc pennæ columbæ, ideſt deſideria animæ veſtræ erunt deargentatæ, ideſt argento oneratæ* (quia nimirum incumbent potius argenteis ſtipendiis, quam Dei laudibus) *& ideo ſurſum volare non poterunt, quia de argento cogitant, & ad divitias aſpirant*. Quamobrem ſubditur: *Et poſteriora dorſi ejus in pallore auri*: Super quod Ugo ſequitur: *In pallore auri, ideſt non pura, & cæleſti ſapientia, ſed terrena pſallunt. In primis Clericis poterat videri aurum rubrum & optimum, ſcilicet Sapientia Dei, quæ divitias contemnit: ſimiliter in ultimis videbitur. Sed in mediis apparet aurum pallidum. Thren. 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus*. Conentur iccirco, qui

qui hujuſmodi ſunt, quaotocius a ſe avertere Prophetæ lacrymas, pſalleodo in poſterum *ſapienter*. Uti pſallebat Domino Levita Laurentius, acceptum ei offerens Sacrificum laudis, elevata in altum mente, viſibilium bonorum terræ prorſus oblitus.

12. Ugonicam iſtam de Sancto Levita expoſitionem ſequeotibus ultro progredi lubet ad ea, quæ præcitato leguntur pſalmo ℣. 26. 27. & 28., hæc habente: *Prævenerunt Principes conjuncti pſallentibus in medio Juvencularum timpaniſtriarum. In 'Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu*. Allegorice iſta complures Patres de Apoſtolo Paulo, qui Beniamita fuit, luculenter exponunt: quanquam aliter Commentarienſes ad litteram explanent: quorum omnium auctoritate ſalva, tropologicæ piæque ooſtræ intetpretationi cupimus ſpatia permitti. Nam Hilarius, Hieronymus, & Theodorus per commemoratos in Pſalmo *Principes* intellectum iri volunt Apoſtolos. Ii enim prævenerunt juſtos omoes in Evangelica lege, ſuiſque prædicationibus innumeros alios congregantes ad confitendum & laudandum Chriſtum Dominum, conjuncti ſunt cum ipſis, a ſe congregatis, Deo pſallentibus *in medio* Eccleſiarum tum *juvencularum*, ideſt, recentis ætatis, ſive recenter Apoſtolica prædicatione ſundatarum: quæ juvenculæ bene tympaniſtriæ dicuntur; dum eædem primorum ſæculorum Eccleſiæ, in ſua veluti juventute, tormentis vatiis diſtentæ fuerunt in membris ſuis, ideſt, in ſanctis Martyribus. De quibus, in veteri etiam Teſtamento florentibus, loquens Apoſtolus ad Hebræos cap. 11. ℣. 35. inquit: *Alii diſtenti ſunt*: Quod græce ſonat: *Tympanizati ſunt*. Immo ex Auguſtino in pſalmum 33. tympanizans David, Chriſtum caput Martyrum deſignavit, in cruce diſtentum, & orantem. Quare nulli fidelium populorum melius quam Martyres tympanizarunt Domino, mortificationem carnis ſuſtinentes in corporibus ſuis ob Chriſtianæ fidei deſenſionem, & exaltationem. Ii enim confitentes Jeſum Deum, & hominem ex Hebræa natum Virgine, ſive de ſemine Iſrael, impleverunt illud pſalmi, quod ſequitur, *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael*. Ideſt, ſubdit Menochius, *Benedicite Chriſto Domino, ortum habenti ex Iſrael, & inde ſecundum carnem propagato*: cui favet Chaldaica verſio, dicens: *De ſemine Iſrael*. Quibus poſitis, cui aptius & congruentius accommodari poterit, quod Pſaltes addidit: *Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu*, niſi Martyri Laurentio, in ferteo ardenti camino laudem Domini Jeſu Chriſti ſerena perficienti fronte? Is plane in Romana Eccleſia, ſive in Eccleſiarum centro vel medio, poſtquam ibi præveneruot Apoſtolorum Principes Petrus & Paulus; poſtquam multi Martyres ibidem diſtenti ſunt, timpanizati ſunt, benedixeruotque Domino de fontibus Iſrael; ipſe, inquam, Beniamin fuit, nempe, ſecundum interpretationem nominis, *Filius dexteræ*, ſeu *fortitudinis*; in myſticis Divini Jacob filiis valde dilectus; & adoleſcentulus propter eximiam humilitatem, qua minimum, ut ſupra vidimus, in cunctis fratribus ſe reputavit; ipſe profecto traxit omnes ad exceſſum uſque mentis: ſive cunctis in admirationem raptis, apparuit ſuos ob triumphos ſortitudinis ſpectaculum. Si enim adhæremus prælaudatæ verſioni Chaldaicæ; non *paſſive*, ſed *active* intelligere debemus ea verba, *In mentis exceſſu*: Nempe ut Tirious dicit, ſuis operibus ſactus eſt Beniamio a ſe ipſo *omnibus ad ſtuporem admirandus ob incredibile robur, partaſque victorias*. Aſſuetus etenim pangendis Domini benedictionibus in templo Dei, ubi quotidie immolabat ſacrificium laudis; inctedibili plane robore poſt tot de tyranoo partas victorias, viſus omnibus admirandus, ſacrificavit iterom Domino laudis hoſtiam in prunis urentibus, etiam exuſtus benedicens Deum, ut ſcribit Ado: *Gratias agens, & glorificans Deum, dixit: Gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui*.

13. Alterum ex adnotatis tribus ſacrificiis eſt miſericordiæ opus, juxta S. Auguſtinum, cit. lib. dicentem: *Vera ſacrificia ſunt opera miſericordiæ*. Iotelligamus dictionem illam *Vera*, ſecundum ſimilitudinem, non proprietatem: nec non, quod Miſericordiæ opus tum ſacrificium ſit, quum non proximum in Deo, ſed ipſum Deum in proximo reſpicit donatarium. Pondus enim ſacrificii hujus in eo eſt, quod Salvator expoſuit Matth. xxv. 35., dicens: *Eſurivi & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me… Quamdiu uni ex his fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis*: Nempe mihi in quolibet ex enumeratis. Secundum quem ſenſum, nos monet Apoſtolus, ad Hebteos xiii. 16. inquiens: *Beneficientiæ & communionis nolite oblivisci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus*. Quo directo reſpectu ad Deum ſublato, licet actus in obliquo & ultimate ad Deum tendat; quia Dei amore ſit; immediate tamen indigentem proximum noſtrum reſpicit donatarium: ſub qua conſideratione opus quidem miſericordiæ meritorium erit, quia Dei cauſa factum; at rationem hoſtiæ, ac ſacrificii amittet; cujus natura eſt, ut ſit *Oblatio facta Deo* etiam in egentibus, non inopi ob Dei amorem utcunque. Secus omnia virtutum opera, quæ Dei amore ſiunt,

fiunt, ſacrificia, & hoſtiæ forent. Quod eſt contra S. Auguſtini doctrinam; ſex tantummodo ſacrificiorum ſpecies agnoſcentem, & non plures. Quare, quum ibidem Sanctus Doctor ait: *Miſericordia verum eſt ſacrificium, ſi propter Deum fiat*, cauſſalem iſtam particulam, *propter Deum*, ſic accipere debemus, quod intuitu Dei, conſiderati in paupere, ipſi Deo in paupere munus offerimus; intendentes in iſto Creatorem honorare, ac munerari. Quem directum reſpectum idem Doctor ſatis eo loci commendavit, quum inquit: *Vera ſacrificia ſunt opera miſericordiæ, quæ referuntur ad Deum*. Talis enim doni directio elevat miſericordiæ actum ad ſacrificii digoitatem, juxta S. Thomæ doctrinam 2. 2. quæſt. 81. art. 3. ad 3. Ita diſpenſator egregius facultatum Eccleſiæ, Levita ſapiens, ingenres ærarii rheſauros pauperibus diſtribuens, per illorum manus oblationem ſuam Deo in cælis ſiſtere inrellexit: Unde tyranno, a ſe aureos expoſcenti, reſpondit: *Facultates Eccleſiæ, quas requiris in cæleſtes theſauros manus pauperum deportaverunt*. Hac intentionis directione una cum inopum levamine, & jura viri miſericordis ad præmium obtinuit; & præſtantius ſacrificantis meritum non amiſit. Quod nimirum opus miſericordiæ cum religionis actu conjunxerit; perſectiſſimum ut ſui officii munus abſolveret. Ceterum de virtute miſericordiæ, ut diſtincta ab altera Religionis, de qua poſteriori nunc agimus, prope finem hujus capitis ſermonem habebimus, ſapientum inſtituta ſequenres.

14. Interim Venerabilis quoque Tuiti Abbas Rupertus Leviticam, quam nuper laudavimus, erogationem theſaurorum conſiderans, quamvis non ignoraverit actum fuiſſe miſericordiæ cum ceteris Eccleſiæ Patribus, eam tamen ad celebratum hactenus a nobis religionis opus pro ſuo acumine ingenii voluit præcipue reductum iri, utpote rem præſtantiori ponderatione dignam. Quamobrem laudato ſæpe libro de Forritudine in tractatu de Operibus Spiritus Sancti a cap. 18. ad 20. ſimilitudinem inducens inter Sanctum Levitam, & juſtum Abel, Adæ proxime filium, a Cain occiſum, nobilem ſuam conficit comparationem: quam vel breviter expendere ad præſentem expoſitam illuſtris Martyris laudem perſpicue confert. Ait enim, ſicut Abel in mundi exordiis *plurimam* obtulit hoſtiam Deo; quemadmodum teſtatur Apoſtolus ad Hebræos cap. XI. 4., nimirum quia prius exteriora Deo ſacrificavit bona, de gregibus ſuis optima offerens: poſtea ſe ipſum quoque illi dedit victimam, fratris odio mactatam: ita primis Eccleſiæ ſæculis Levita celeberrimus *plurimam* Deo obtulit hoſtiam: primum quidem dando hilaris omnem Eccleſiæ ſubſtantiam in manus panperum; deinde vero & ſe ipſum ſacram Numini victimam; quum videlicet ob primam Deo factam oblationem theſaurorum per manus pauperum, Cæſar, veluti Cain alter, iratus, innocentem Abelem iſtum occidens; copiam vel invite huic fecit, ut priori ſacrificio adderet alterum; ſicque *plurimam* offerret hoſtiam Deo in odorem ſuaviratis. En ad rem noſtram Ruperti reſtimonium cap. XX. lib. cit. *Sicut ille Abel obtulit ſacrificium, & reſpexit Deus ad munera ejus, & illud fuit cauſa mortis ejus; ſic & iſte* (nempe Laurentius ſecundus Abel) *magnum & famoſum obtuli Deo ſacrificium, theſauros Eccleſiæ dando pauperibus; & hoc nihilominus fuit prima cauſa mortis ejus*. Quibus evidentiſſime conſtat, elevaſſe Martyrem actum miſericordiæ ſuæ in excellentiſſimum alterum Religionis, quo ſua munera egenorum miniſterio ſiſtere Domino præſertim ſtuduit. Ideo non unam, ſed *plurimam* obtulit hoſtiam ſupremo Dominatori omnium, exteriora videlicet primum bona per manus pauperum; dein ſe ipſum.

15. Tertium, quod eſt ſacrificium corporis mortificati propter Dei amorem, de qua oblatione idem Apoſtolus ad Romanos cap. XII. ſcribit: *Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem*: Laurentium hoc ſacrificii genus obtuliſſe, Juſtinianus aperte confirmat, dicens: *Non enim ſibi indulgens, requiem ſumebat, ſed tanquam athleta fortiſſimus, in pœnitentiæ quotidianæ ſe ſtadio exercebat*. Quanta porro hæc ejus fuerit pœnitentia, ſumma cum vitæ innocentia conjuncta, colligi poteſt ex ipſius ſeſe exercentis fine, quem idem adjicit graviſſimus Auctor, ſcribens; ſe exercebat: *Quatenus glorioſum poſſet triumphum obtinere martyrii*. Oportuit ſiquidem, prudentiſſimum Virum talia eligere macerationis ſuæ media, quæ fini, ſibi præfixo, proportionara forent, nempe quodammodo affinia illis tormentis, quæ pro Chriſto atrociſſima tolerare diſponebat hilari prorſus, & ſerena fronre. Unde illi expediens fuir, ita ſe præparare ad paſſionis certamen, ut experiretur in ſe ipſo, quid cum Dei adjutorio ſufferre poſſet, quoties omni crudelitatis genere aliquando vellenr inhumani carnifices in eum ſævire. Quare dubitandum neutiquam eſt, acres adhibuerit exercitationes noſter Athleta in mortificandis membris ſuis ſuper terram; eam ſeveritatis legem exſequens adverſus ſemetipſum, quam Anachoretæ exſecutioni dedere in caſtigandis manu propria corporibus ſuis, hæc flagellis verberando cruentis. Magis, quod alibi cum Raulino adnotavimus, Heros iſte in qualibet exercenda virtutum ſpecie, ſemper, quæ perfectiora erant, facinora in ſe perficere con-

ten-

Digitized by Google

tendebat : Summam quocirca credimus in eo fuiſſe carnis mortificationem, qua Deo ſe obtulerit hoſtiam vivam, ſanctam, Deoque placentem. Per cujuſmodi ſane exercitium ipſe Archimiles Domini, opportuno tempore inſtructus apparuit, ad ſubeunda cruenta certamina ore jucundo; quod aſpicientes efferati tortores, ne ferre quidem æquinamiter valuerint, dum ſacrum illud devexarent corpuſculum. Inde concludimus, non minori gloria prædicandus ſit magnus inter beatos Pœnitentes, quam celebretur magnus inter ſanctos, a cunabulis ad mortem uſque perpetuo, innocentes. Illoque dignus elogio, quo eum magnus Gregorius in Sacramentario ſub die Auguſti x. commendavit, dicens: *Beatus Laurentius hoſtia ſancta, viva tibi, omnipotens æterne Deus, placens, oblata eſt*. Dignus, inquam relato elogio, ne dum quia pro Chriſto aliquando in igne poſitus; ſed etiam quia ſe, quotidie per omnem vitam carne mortificatum, obtulerit oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.

16. Diximus alibi, & irreprehenſe quidem, pretiuſum hunc Sanctum fuiſſe Martyrem ante martyrium incredibili patiendi deſiderio, qua tortus ardentiſſima ſiti, vere Martyr acceſſit ad ſuſtinendas corporis paſſiones, ſibi a fidei perſequutoribus illatas. Quare canit Eccleſia: *Laurentius ingreſſus eſt Martyr, & confeſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti*. Id neutiquam retractantes, nunc ſuperaddimus, præter martyrium deſiderantis animæ, inflictaſque corpori ſuo carnificum lanienas; tertium eximiæ pœnitentiæ, propria illatum ſibi manu martyrium lubenter ſuſtinuit; priuſquam aliena torqueretur pro confeſſione nominis Domini Jeſu Chriſti. Ideoque tripliciter conſecratus eſt Martyr, nempe deſiderio, pœnitentia voluntaria, atque demum perpeſſione horribilium tormentorum, quæ intulit illi furor gentilium perſequentium: conſequenter unus idemque Levita trina Deo ſacra immolatus eſt hoſtia. Quod ſi cujuſque generis quis Martyr fuerit, reſpondebit ſibi in cæleſtibus regnis corona gloriæ; quomodo non trinam acceperit, qui ter extitit Martyr? Qui ſe triplici athletatione Domino ſacrificavit; ni quartam addere velimus, nimirum ob incorruptam ſervatam virginitatem, quæ, juxta Sanctum Ambroſium, *laudabilis eſt, non quia in Martyribus reperitur, ſed quia ipſa Martyres faciat*. Hunc procul dubio pluſquam trina ſerta centum intexta nexibus exornarunt, ſingulis ſi ejus virtutibus ſinguli florum nexus in caſtris cæleſtibus reſponderunt. Quod ambigere haud facile poſſumus, vel debemus. Obiter heic, occaſione oblata, de hac trina Martyris corona quicquam dicere libuit, pium ut nonnullorum comprobaremus ſtudium, quo curant in imaginibus almi Martyris ejus victricem viridemque palmam triplici exprimere corona circumdatam: Quanquam & altera potior ſubſit id agendi cauſſa, qua nimirum uti Stephano Protomartyri trinum datur in palma ſertum, quia tempore inter Martyres inventus eſt primus; ita id ipſum honoris ſit Laurentio tribuendum, quia, juxta mentem Patrum, acerbitate paſſionis inter eoſdem Martyres Princeps evaſit.

17. Tranſeuntes modo in contemplationem virtutis Juſtitiæ, ratione ad homines habita, comperimus in Sancti Thomæ Aquinatis ſermone trium eam membrorum partitione diſeretam. De noſtræ ſiquidem laudis Subjecto inquit: *Juſtitiam conſervavit in juris ſui unicuique redditione, quia reddidit majoribus obedientiam, minoribus utilitatem, paribus æqualitatem*. Atque ut de prima loquamur hujus diviſionis parte, ſic eam doctores explicant: *Obedientia eſt propriæ voluntatis abnegatio amore virtutis, non lucri, vel timoris ſervilis cauſa*. Intelligitur ſub vocabulo *voluntatis propriæ* pondus humanæ naturæ, originis peccato vitiatæ, quo hæc amore ſui fertur ſemper ad ea, quæ ſibi placent, ſenſumque delectant; optaretque, ſi fieri poſſet, omnino ſui juris eſſe, nec ulla ſuperiorum lege conſtringi. Sed cæleſtis ille Vir, in quo *Amorem proprium divinus ignis extinxit*, ut Leonardi Utinenſis loquamur verbis ſerm. de S. Laur. (orator illuſtris in Romana fuit iſte curia Eugenii Papæ IV. tempore, Florentiæ tum reſidentis) cæleſtis, inquam, Vir ille non aliam in ſe quam Dei, ſuorumque majorum agnoſcebat voluntatem, nullo retardante impedimento amoris proprii, jam emortui. Doctores myſtici pulchre comparant obedientis hominis conditionem flexibilitati nobilium metallorum: quia ſicut metalla in manu artificis, prout iſti placet, curvantur, extenduntur &c.; ita obediens ad majorum ſuorum placitum ducitur. Veruntamen quia non una eſt metallis omnibus flexibilitas, ſed alia v. g. eſt æris cyprii, argenti alia, aliaque auri; quarum poſtrema eſt maxima; Doctoris Seraphici documento erudimur, noſtri cæleſtis Hominis obedientiam cæterorum ſui temporis Sanctorum (maximi quantumvis nominis) obedientiæ neutiquam conceſſiſſe. Perſeverans etenim ſanctus Doctor in aſſumta ſimilitudinem auri, cui comparandam ſuſcepit Laurentii Sanctitatem, propoſito in ejus laudem themate: *Probavit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit:* ad virtutem obedientiæ ejus expendendam accedens, inquit: *Auro nihil eſt ductilius: ſic & beatus Laurentius per obedientiam ductilis fuit, quod de præceptis majorum nihil unquam omiſit*. Magna prorſus & mira ſententia! *De præceptis majorum nihil unquam omiſit!* Omni ergo ſuæ vitæ tempore, ſive pueritiæ, ſive

adole-

adoleſcentiæ, ſive juventutis, factus eſt omnibus terſum obedientiæ ſpeculum nulla tranſgreſſionis macula notatum. Parentes fuerint, vel magiſtri, aut ſuperiores alii, qui ei agendum, vel omittendum quippiam indixerint, *De præceptis eorum nihil unquam omiſit*. Quin potius inventos eſt ipſe promptior in exſequendis majorum juſſis, quam faciles ii ad imponenda mandata. Dixerat olim in Proverbiis Salomon: *Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam*. Vertit Vatablus, *Ferula caſtigatrix longe propellet eam ab illo*. Non hac virga, non hac ferula indiguit in ſua pueritia iſte, de quo loquimur, Homo Divinus; in quo nulla puerilis levitas, petulantia nulla; ſed, ut inquit Ferrerius, conſummatum veluti præ ſe ferens vitum, a puerorum ludis ſemper abſtinuit: abſit unquam ſanctorum Genitorum reluctatus fuerit voluntati: *De præceptis majorum nihil unquam omiſit*.

18. Quod ſi flexibilitate auri ſua in pueritia dotatus apparoit, qua non vidatur inter metalla excogitabilis major; quali, putabimus, Obedientiæ fulgore nituerit, quando crevit ætate & ſapientia coram Deo & hominibus? Vix noverat vocare patrem & matrem, quum obedientiæ ſuæ virtute Damaſci, hoc eſt, diaboli fortitudinem didicit expugnare; quid, exiſtimabimus, egerit, quum, matureſcentibus annis, plenitatis Obedientiæ incrementa ſuſcepit, quæ vix aſcetæ poterunt explanare? Tota dæmonum fortitudo, contemplatores docent, illorumque haſtile, ſeu validiſſimum, quo pugnant, ferrum propria hominis eſt voluntas; per quam ipſom ſauciant, & occidunt. Nemo enim in lucta inviſibili niſi propria voluntate ſuccumbit. Propriam tolle de medio voluntatem, diabolum potentiſſimo vel unico, in quo confidebat, exarmaſti telo. Ideo Proverb. xxi. 28. certus adpromittitur triomphus, non ſuam, ſed majorum facienti voluntatem. *Vir obediens loquetur victoriam*. Quandoquidem ipſa obedientia eſt armatura fortium: quid cum forti armato, deſtitutus armis, agere diabolus poterit? Quotquot igitur victorem maximum adverſus portas inferi Sanctum Laurentium prædicarunt, eum in exercitio virtutis ohedientiæ primicerium agnovere; quoniam obedientiæ conditionem ſequitur victoriæ qualitas. Erat iccirco in eo virtus iſta humilis, hilaris, generoſa, cæca, omnem ex adverſo difficultatem ignorans: nulla obediens Homo iſte animi triſtitia tenebatur in exſecutione impoſiti ſibi præcepti; nullo in obediendo inflabatur mentis tumore; nullis periculis frangebatur, aut retardabatur; vias arduas, omneſque ſalebras, quaſi complanatas, refertaſque deliciis, ſecure percurrebat, facillimeque tranſibat. Inde factum eſt, ut inter ardentes perſecutionis flammas, quum viri Sanctiſſimi præ timore in antris & cavernis terræ ſeſe reciperent; Levita obediens juſſus Urbis luſtrare vicos, plateas, compita; ut domos & cryptas peteret, ubicumque laterent Chriſti pauperes, quo ſacrum iis diſtribueret cenſum; nil veritus occurſum hoſtium; nil timens idololatrarum inſidias; nil pendens Cæſaris iram; nil contriſtatus ob evacuandum templi ſacrarium; encurrerit, advolaverit ad Pontificis mandatum implendum. Nec homo quidem perquam avarus tam lubenter manus extendit ad congregandas, conſervandaſque ſibi divitias; quam Vir noſter obediens voluptuoſe liberalem aperuit manum in diſperſionem totius ſubſtantiæ domus Dei ad pauperum utilitatem. Unum ſibi erat in votis, exſequuto jam ſacerdotali præcepto, nimirum quantocius obviam fieri Epiſcopo, cui mors inſtabat; ne videlicet (ut non multo ante cum Ruperto notavimus) ſine voluntate ac benedictione Pontificis ſubiret carnis martyrium. Quid ſanctius, quid excellentius, quam ſanguinem pro Chriſto fundere? Et tamen eidem maximo caritatis actui, Vir ceteroqui ſubeundæ paſſionis flagrantiſſimus, obedientiam prætulit, Sacerdotis aſſenſum inquirendo; meliorem iſtam reputans, ſubjectionem, quam ferro ſubjicere pro Chriſto caput, ejoſque victimam fieri.

19. Obedientia igitur Laurentium aſſumſit poerum; adoleſcentem direxit; jovenem promovit; expeditum in temporum difficultatibus reddidit; lætum ad ſubeundas corporis paſſiones adduxit; tranquillum in camino ignis urentis effecit, quaſi neſcium tormentorum. Nec ſit, qui miretur, quod Vir adeo innocens tam exquiſitis, tam variis tam atrocibus divexatus fuerit cruciatibus. Id exegit altum ejus Obedientiæ meritum, ne potiori vel parte deliteſceret in obſcuris. Non enim virtutis hujus qualitas tam actionis, quam paſſionis experimento clareſcit. Quamobrem de Chriſto Domino inquit Apoſtolus ad Hebræos v. 8. *Cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam*: Super quæ Menochius habet: *Per paſſionem experimento cognovit vim & præſtantiam obedientiæ*. Exploratum autem quum ſit, quali, quantaque paſſione probatus fuerit inclytus Martyr; inferri poterit inde ſublimitas ponderis Obedientiæ ejus. Putabat nihilo ſecius humillimus Martyr virtutem eandem ad plenum ſuæ periclitationis perveniſſe; quando ſub plumbatarum ictibus ſe reſolvi ſentiebat. Quare Divina inſtitutione formatus, animam ſuam Deo commendare curavit, dicens: *Domine Jeſu, accipe ſpiritum meum*. Vir enim ſemper demiſſe de ſe cogitans, mirum Obedientiæ ſuæ meritum neſciebat: & quaſi ex iis, quæ per id temporis paſſus fuerat, didiciſſet

ad plenom vim obedientiæ ſuæ; migrandi ad Patrem inſtare ſibi tempus ſuadebar. Opus propterea fuir, vocem deſuper ſibi factam audire: *Adbuc multa tibi debentur certamina*. Atqne ſi dictum ei fuerir: Videtur tibi, humillime virorum, Obedientiæ ruæ ſaris actum experimentum; quia pretium illius tua ignorar humilitas. Ego Deus boc melius diſcerno: adhuc multis, ſupra naturæ vires ſuſtinendis, perpeſſionibus probari meretur tanta, quam neſcis, in te Obedientiæ virtus, queis & iſtius meritum æqua diſcas librare lance; ut ita doctus, ad ejus digna valeas præmia pervenire.

20. Quanquam vero de Sancti noſtri Obedientia circa præpoſitos ſibi homines heic perſpicue ſermonem fecerimus, haud propterea omittendum ducimus, quod altius conſideratione dignum eſt, nimirum quippiam Obedientiæ ipſius proxime erga Deum, majora ſibi certamina iodicentem uſque ad ſuammet lentam pigræ flammæ combuſtionem. Nam & ipſa, quæ præſtatur majoribus; obedientia pretium inde ſumit, qnia nimirum homo homini parendo, parer Deo; qui vel in iiſdem præpoſitis vult nobis præeſſe, per ſenſibilia nos ad ſpiritualia manu dueens. Quare ultimo in ipſum Deum, Deique honorem eadem virtus tendit; proxime ramen id exſequitur, quum Divinum ſive ſcriptum ſive traditum aur peculiarirer revelatum ejus obſervat mandatum. Sub qua conſideratione non eſt, eur ſegregerur hæc obedientia, quaſi diverſa ſit ab altera, quæ hominibus impenditur, unam ſi demas rationem Juſtitiæ ſtrictæ ſumtæ, ad quam ex dictis large ſolum reduci poteſt. Ceterum qualitercunqne inter ea diſcrimen adſignetur; licear nobis de illa vel in communi loqui ad præſenrem rei concluſionem. Multis certe modis in ſanctis homioibus obedientia probata reſplendet, quæ non immerito *Sanctorum ſanctitatiſque mater* appellanda cenſetur: ex qua omnis virtus eorum ortum ducir, ipſique juſti homines ſpiriralem agunt vitam; tantoque ſaniores ac robuſtiores in eadem vita ſpiritus efficiuntur, quanto amplius mater ipſa in filiis, vel in ea filii exercentur. Veruntamen in obedientiæ filiis, quis nnquam magis exereitus illo, qui ore David ait: *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas?* Obediens is fuit Levita Laurentius, ad omne auditum Domini verbum exſequendum paratus; maxime quum de cælo dieentem percepit vocem, nimirum qnod majora præ acerbiſſimis toleratis reſervata ſibi forent ſuſtinenda ſupplicia: puta crudelis in æquuleo membrorum ſui corporis diſtenſio cum horribili altera ſcorpionum laniena, qua nudarentor earne oſſa; dentium per lapidum ictus ſuccuſſio ac luxatura; nec non ad ignem applicatio ad ultimum uſque vitæ anhelitum. Et hæc quidem paſſurus foret, Dei miraculo conſervatus ſoperſtes poſt mortalem plumbatarum contuſionem, ſub qua judicabat ſe jam reſolvi, naturæque rributum pendere. Dixerat olim Iſraeli Moyſes Deuteron. XXVIII. 1. *Si audieris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias mandata ejus; facies te Dominus excelſiorem cunctis gentibus*. Magnum valde præmium obedientiæ! neque tamen exercendus erat populus duriſsimis, aur ſupra vires naturæ mandatis: quemadmodum conſtar ex eodem lib. cap. XXX. 11. *Mandatum, quod ego præcipio tibi bodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum... Sed juxta te eſt ſermo, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.* Quomodo non potius dicendum eſt, Heroem noſtrum, Obedientia teoratum ad miracula uſque, Deus fecerit *Excelſiorem cunctis gentibus*, nimirum in turba illa magna, *quam* Apocal. VII. 9. *dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, ſtantes ante thronum, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum*. Profecto heic Joannes loquutus videtur præcipue de innumeris Chriſti Martyribus, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunr, ac dealbaverunr ſtolas ſuas in ſanguine Agni, palmas triumphales accipientes in manibus ſois; quorum ehorus alterum confeſſorum & virginum ceterorumque juſtorum præcedit. Hac autem omnium turba magna excelſiorem Laurentium Deus fecerit, prædicarunt, quotquot ex Sanctis Patribus eum Principem in toto purpuratotum Martyrum exercitu laudaverunr.

21. Proponirur poſthæc Sancti Doctoris Aquinatis teſtimonio admirabilis *Æquitas* Levitæ ſapientis, ubi legimus: *Reddidit paribus æqualitatem*: Æqualitas iſta, juxta Tullium, & Macrobium, appellatur *Æquitas*: De qua juſtitiæ parte inquit eruditiſſimus Peraldus: *Æquitas virtus eſt valde rara, ideo poteſt dici ſemita Proverb. 4. Ducam te per ſemitas æquitatis. Hanc ſemitam tenet vera ſapientia proverb 8. Meum eſt conſilium, & æquitas*. Quamque virtutem ipſe cum aliis definiens, ait: *Eſt amor æqualitatis in bis, in quibus eſſe debet æqualitas*. Quanta vero ſapientia & prudentia requiratur in hujus virtutis amatore, ut ſine reprehenſione in opus eam ponar, etiam ſi de temporalium bonorum adminiſtratione ſit ſermo (ne de diſpenſatione ſpiritualium officiorum & dignitatum, animarum euram adnexam habentium, loquamur; ad quæ diſtributiva etiam juſtitia ſe extendir, conſideratis dignioribus in ipſis idoneis ad munus) exponit Apoſtolus 2. Cor. VIII. 7. Loquens etenim de miniſterio communicationis in ſanctos ℣. 5. & 6., ideſt, de bonorum terrenorum diſtributione

tione in pauperes Chriſti, doctos licet habeat relatos Corinthios, de quibus ait: *In omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſcientia*: nihilomious haud inſtruere illos omittir a ℣. 11. ad 14. ſcribens: *Facto perficite, ut quemadmodum promptus eſt animus, ita ſit, & perficiendi ex eo, quod habetis: non ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundatia illorum inopiam ſuppleat: ut illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas.* Explicat Menochius: *Ut utrique ab extremis recedatis: detis ſuperflua pauperibus, non deſint neceſſaria.* Æquæ porro diſpenſationis difficultas inde oritur, quia non de arithmetica rei diſtributione, quæ facile perfici poteſt, agitur; ſed de geometrica, ſive proportionali. Æquali fortaſſe inopia complures laborabunt: nec propterea geometrice diſpenſatio æqua crit, ſi paribus indigentibus par ex communi porrigatur arca ſubſidium, minime perpenſis perſonarum circumſtantiis, v. g. loci, temporis, ætatis, conditionis, valetudinis, induſtriæ, laboris, meriti, periculi, aliiſque id genus multis. Quibus ſi adderemus alia, quæ ad ſpiritalium munerum geometricam diſtributionem pertinent, cito pateſceret, quanta ratione viri graviſſimi non minus ac ſanctiſſimi Eccleſiaſticas prælationes in ſe admittere neutiquam paſſi ſunt; ſcientes, quam arcta & anguſta ſit æquitatis ſemita, quam oportet calcare præſules; quotque ſint pericula declinandi ex ea. In utroque ſpiritualium ac temporalium collationum negotio ſollicitudo Archidiaconalis officii verſabatur Sancti Laurentii diebus, ut liquet ex dictis in ejus actis. Hinc Vir humillimus quia de ſua erat induſtria, ſapientia, & dexteritate diffideos; cogitabatque, quam eſſet difficile ſine offendiculo æquitatis ejuſmodi percurrere ſemitas; electioni de ſe ſactæ, ur aperte ſcribit Ferrerius, obſtitit, quoad licuit. Verum io ſancta illa inter ſe ac Sixtum contentione, neceſſe ſuit, ut obedientia prævalerer, quæ abſoluta erat domina cordis ſanctiſſimi Juvenis. Unde ſubdit idem Ferrerius: *ſed propter obedientiam acceptavit.* Nec dubium eſſe videtnr, animos ei addiderit Deus, loquutuſque ſuerit ad cor ejus, dicens v. g. Ne rimeas: Ego tibi adero: *Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens, non babebis offendiculum.* Proverb. IV. 11. & 12.. His plane de cauſſis in ſpem meliorem erectus Levita humilis, Archidiaconalem præſulatum admiſit, difficiles æquitatis ſemitas premere non detrectans.

22. Diſplicet ſane, quod temporis vetuſtas ſub oblivionis velamine repoſuerit æquiſſimi hujus Miniſtri peculiaria, quæ abſolvit, æquitatis geſta præter unom; quod habemus in ejus actis, documentum circa æquam diſtributionem theſaurorum Eccleſiæ. Quum aliunde plura & plura memoriæ commendata remanere debuiſſent ſacinora, quæ patraverit, ſaltem quum vicepontificium tenebat monus; quandoquidem per id temporis Archidiaconi erat, vicariam Romani Antiſtitis gerere poteſtatem juriſdictione longe ampliori ea, qua nunc gaudet ejuſmodi decoratus officio. Hiſtoricis nihilominus hac io re deficientibus, non deſunt Patres, qui vel diceotes ſub illo generali præconio, quod magnus hic Adminiſter inoocentis vitæ ſuerit; ſatis eum indicant ab æquitatis ſemitis neutiquam deflexiſſe. Et Leo magous de adminiſtratione loquens, quam ille exercuit Eccleſiaſtici cenſus, quum ærarii teneret claves; dum *Immaculatum* eum vocat *ſacrarii Præſulem* ad rem ſingulari ponderatione adnotandam deſcendit, nempe Sanctum Levitam declarando arctam & anguſtam inoffenſo percurriſſe pede viam Æqualitatis. Spondanus autem in Baronio ad annum Chriſti 57. num. XXII. narrat, pingues altaris oblationes, manu fidelium porrectas, præcipue ad altaris honeſtatem ſuiſſe in Eccleſia introductas, & ſacrorum Miniſtrorum ſuſtentationem; deinde vero in laicorum pauperum chriſtianorum ſubſidium. Hos quocirca ſervans piæ inſtitutionis fines prudens dexterrimuſque laudatus noſter Levitarum Præſul, ſedulo curabat ante omnia decorem Domus Dei; cujus conſervationis gratia in primis offerebantur loco ſancto muoeta. Proportionali dein æqualitate, ut unius cujuſque meritum exigebat, peoſatis omnibus circumſtaotiis, ſive adjacentibus affectionibus rerum, ſupra jam magna ex parte commemoraris, maxime ſi cauſa fidei nonnullis inſtarent exilia, vel carceres, Miniſter providus opportunas prius Clericis, poſtea laicis dabat ſuppetias, cunctis fidelibus ſapientiam & prudentiam ejus in Æquitate ſervata demirantibus. Quid enim, neſcio, Divinitatis in æqua ejus diſtributione ſacultatum ſacrarum, aut quotidiana, aut hebdomadica, aut menſtrua relucebat. Quare nullus de ſtipe ſibi tradita unqoam triſtis abiit; quaſi non ſuis reſponderit votis; immo in Datoris rapiebaotur omnes amorem, velut filii beoe affecti erga optimum amantiſſimumque parentem, neſcium acceptionis perſonarum; quantumvis non omnibus apparere poſſet geometrica diſpenſationis ejns Æqualitas.

23. Sed electus Vir iſte ſuerat ad corroborandum myſticum Dei templum, duraturum ad conſummationem uſque ſæculi; propterea totis incumbebar viribus, uti ſapiens architectus, quatenus omnia, quæ ad ejuſmodi ædificium integrandum pertinebant in æqualitatem perfectiſſi-

ctiſſimam redigerentur, mann recti ſui judicii perpetuo libellam tenens. Noverar equidem, quod ſicut ſaxeum firmum eſſe non poteſt ædificium, niſi lapides, illud componentes, æqualiter ad perpendiculum diſponantur; ita nec myſticum permanſurum diu foret, niſi vivi lapides magna invicem compaginarentur æquitate. Nihil enim pernicioſius communitati hominum quam acceptionis inæqualiras; qua fraternæ caritatis diſſolvitnr nexus, ſerpit invidia, obſtrepunt jurgia, & omnia ſuſque deque revolvuotur. Quod autem Saocti Laureotii ætate multiplex Clericorum communitas per varias diſtributa domos extiterir, conviventium directa legibus; queis & in locis fideles etiam laiei pauperes alerentur; ultra quam patet ex actis ejus expoſitis, Tertullianus quoque Apolog. cap. 39. ac Cypriaous epiſt. 60. (ubi de Clericis agit ſportulariis) ambo noſtri Sancti temporibus florentes, teſtimonium poſuere. Quapropter earundem Romanæ Urbis communitatum ſolicitudo præcipue quum penes Eccleſiaſtici ærarii Præſulem reſideret; neceſſe fuit, ut ſanctus Archiminiſter omnem adhiberer, ſicut & adhiboit, diligentiam; ur cunctis, ſalva eorum conditione ac indigentia, ſuppeditareotur neceſſaria; non invenirent in eis manſionem ſuperflua; ne par in parem ſuperbiret: neve ſatis habens, ulteriora quæreret cum ceterorum æqualium gravamine, atque etiam detrimento.

24. Cecinit olim David pſal. LXIV. 5. & 6. *Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis, Replebimur in bonis domus tuæ, & ſanctum eſt templum tuum mirabile in æquitate.* Multi quidem fuere, ſunt, eruntque Sancti Dei homines, electi & aſſumti a Deo ad inhabitaodum in atriis domus Domini omnibus ſuæ vitæ diebus in hoc ſæculo, voluntarie Dei ſervitio mancipati; per quos cœtus fidelium ſpiritalibus paſtus eſt, paſcaturque cibis, puta, verbi Dei, ſacramentorum, &c. quæ ſunt bona domus Dei. Per eorumque nonnullos, religioſis inſtitutis ordinibus, multi nedum animæ, ſed etiam corporis alimentis nutriti ſunt antiquorum inſtar Eccleſiæ temporum, cujuſmodi in convictu magna ſervator æqualitas. *Sed* (cum Ugone loquamur) *Notandum, quod dicit: Beatus, quem elegiſti, & non dicit pluraliter: Beati, quos elegiſti.* Præter litteralem autem ſenſum plures alios myſticos recipere poſſit prolatum pſalmi teſtimonium, ambiguum non eſt. Unde, conſiderato ſingularitatis propoſitæ ſacramento, notabiliter iodicare voluiſſe videtur Domini Spiritus felicia illa noſtri ſummi Levitæ, quæ illuxerunt, tempora; quum Vir iſte beatus viſus eſt in terris, & cum aliis hominibus converſatus eſt. Quem elegit, & aſſumſit Dominus, ut inhabitaret in atriis domus ſuæ, mira donatus excellentia ſanctitatis, ſumma cum Æquitate coojuocta. Is ſane levitarum Princeps, & diaconali prædicationis munere, & Dominici Sanguinis diſpenſatione, & æquiſſima Eccleſiaſtici cenſus adminiſtratione, inſtante præſertim beatæ ſuæ paſſionis hora, replevit miſeros io bonis domus Dei, prout eis opus erat; exædificans iis, quaſi vivis lapidibus, templum ſanctum Domino mirabili penitus æquirate. Vide, quæ diximus in Comment. ſup. act. lib. 2. cap. 2. nom. 6. Quare veraciter cum Pſalte regio aſſumere ſibi potuir verba illa pſalmi XVI.. *De vultu tuo judicium meum prodeat; oculi tui videant æquitates*: Quas oimirum æquitates ego tecum ſemper ambulando perfeci. Laudem plane iſtam Laurentio tribuit Eccleſia quotannis in ejus ſolemniis: nec minus ad ejuſdem honorem referre voluiſſe videtur Dominus illud, quod protulit elogium Aaronis; quum de iſto apud Malachiam cap. II. 6. ait: *In æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate.*

25. Jam multi ſunt Levi filii (dicamus, in officio Levitarum multi ſuot) multique adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, qui ſibi blandiuntur per æquitatis ire ſemitas, quaſi non offendant pedem ad lapidem, vel tales ſaltem eſſe videntur in oculis hominum. Utinam ſic omnes revera eſſeor in conſpectu illius, qui ſcrutatur renes, & corda. Laudatus alibi a oobis in commentariis Actorum Malachias cap.III.3. univerſim Levi filiis (antiquioribus paucis exceptis, de quibus egerat cap.II.) comminatus eſt, diceos: *Ipſe*, ideſt Deus, *ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum.* Cauſſam hujus purgationis per ignem explicat ipſe Dominus in eodem Propheta, cap.II. 9. inquiens: *Non ſervaſtis vias meas*: videlicet *æquitatis*: Nam ſtatim ſe declarat, ſubdens: *Et accepiſtis faciem in lege*: Vertit Stephanus Menochius: *Acceptores perſonarum fuiſtis.* Ad unum ſerme omnes objurgantur tanquam æquitatis tranſgreſſores. Hæc eſt iniquitas, ſive inæqualitas, ignibus expianda, propter quam Eccleſiæ miniſtri, accenſis aliquando purgatorii prunis, quaſi aurum, & argentum in conflatorio vaſe, omni erunt rigore colandi. Quid eſt ergo, quod noſter innocens Levita, qui ore Job cap.XXIII. 11. non in labiis doloſis dicere potuit: *Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus; viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea*: Idque notum eſſe Deo noo ignorans, priori ait verſiculo 10. *Ipſe ſcit viam meam*: nihilo tameo ſecius ibidem addit: *Et probavit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit?* (Quod teſtimonium Job de S. Levita Patres complures exponuot) quid, in-

inquam, opus fuit, æquiſſimum Virum quaſi aurum colari, quo in auro nulla erat inæqualitatis ſcoria? Sed aliud eſt igne vexari ad purgationem delictorum; aliud ad augendum in innocente juſtitiæ ſplendorem. Purgantur paſſim Levi filii, ut ſalventur, *ſic tamen quaſi per ignem* 1. cor.3. 15. quia neceſſe eſt prius debitas pro nonnullis quanquam levibus tranſgreſſionibus luanr pœnas. Satis enim rari ſunr ii, qui per omnia in ſua diſpenſatione irreprehenſibilem ſervent æqualitatem. Vere beatus fuit Levita ille, qui vel inter perraros id genus adminiſtros dicere valuit: *Non eſt inventa in me inæqualitas*; & nihilominus per ignem quaſi aurum tranſiit; quia nimirum non ad exurendam inæqualitatis rubiginem; ſed ad innoteſcendum toti mundo ejus juſtitiæ ſplendorem temporali examinatus eſt igne. Ideo, reor, ex ejus corpore, craticulæ urenti ſuperpoſito, ſicut in Actis vidimus, ſplendor erupit; index lucis internæ, ſive juſtitiæ, qua beatiſſima ejus Anima ſuperfuſa erat: Cujus æquitatis pretium, ſecundum omnem ſui plenitudinem, in limitatis vitæ ſuæ geſtis maniſeſtare ſe minime ſatis potuerat admiratoribus ſuis.

26. Ait denique Sanctus Thomas: *Juſtitiam conſervavit, quia reddidit minoribus utilitatem*. Utilitas non aliud præ ſe fert, niſi commodum vel emolumentum, quod ex re utili cuique obvenit. Ajebat autem Panetius Stoicorum princeps coram Cicerone 3.off. *Nihil utile, quod non idem honeſtum; nec honeſtum, quod non idem utile ſit*. Quare *honeſtum*, ſive quod vere bonum eſt, ad convertentiam dicitur cum *utile*; quia bonum eſt ſui diffuſivum, ut aliis proſit; in quo natura utilis tota eſt. Non enim eſt utile, quod non prodeſt, nec prodeſſe quicquam vere poteſt, niſi honeſtum ſit, nempe niſi vere ſir bonum. Hinc quia Deus fons eſt honeſtatis ſeu bonitatis, nihil dicit, vel operatur, quin ipſum dictum, ejuſque opus ad utilitatem ordinet noſtram. Sic per Iſaiam cap. XLVIII. 17. *Ego*, inquit, *Dominus Deus tuus docens te utilia*: Et Paulus I. Cor. XII. 7. *Unicuique datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem*. Immo & ipſi, qui nuncupantur ſpeciatim *Servi Dei*, nonniſi ad afferendam aliquam proximis utilitatem aut verbo, aut exemplo, aut oratione a Domino diriguntur. In omnibus autem, qui plebi utilitatem afferre tenentur, maxime cenſentur ii, qui locum principem tenenr in populis. Peculiare namque munus eorum eſt publicæ utilitati ſtudere, juxta quod uniuſcujuſque ipſorum aſſumta populorum exigit cura in temporalibus, vel ſpiritualibus. Quandoquidem ad minorum beneficium majores principantur: videlicet ut ſibi commiſſis a Deo ſubditis invigilent, arceanr ab eis mala, ipſiſque bona procurent. Inter utilia demum, ne per multa vagemur, Miſericordiæ corporalis, vel ſpiritualis virtus nulli pene alteri cedit ſubſellium. Quocirca talibus addicti pietatis operibus peculiari commendantur laude lib. Eccl. XLIV. a 10. ad 15. tandemque libri ejuſdem auctor, quaſi non ſufficiat ad eorum texenda præconia, totam invitat Eccleſiam, ut id ipſum muneris præſtet, inquiens: *Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Eccleſia*. In iis porro immortalis nominis viris, utilitatem populi curantibus, valde refulſerit Levita Laurentius, luce clarius eſt. *Maximam* (de eodem air Seraphicus Doctor) *habuit honeſtatem*: per quam Dei populo maximam attulir utilitatem, præſertim quum in Eccleſia conſtitutus Archidiaconus, viſus eſt tanquam *lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum*. Vergebat enim miniſterium iſtud ad miſerorum utilitatem atque ſolatium; unde datum eſt illi effundere ſuper omnes afflictos viſcera Miſericordiæ ſuæ, juxta deſideria cordis ſui, quaſi lumen in calamitatum nocte refulgens.

27. Diximus num. 13. præſentis capitis, Miſericordiæ virtutem duplicem habere poſſe reſpectum, unum proxime tendentem ad Deum, alterum veluti ſecundarium ad ſublevandos indigentes; licet uterque reſpectus amorem & honorem involvat Dei: cum hoc tamen diſcrimine, quod vir miſericors quum Deum in paupere honorare intendit, ſtipem huic porrigendo; actus iſte rationem induit ſacrificii: quum vero ipſum pauperem directim ſublevare cogitat, ac dono eum afficere amore Dei, tum in ſupernaturali commiſeratione verſatur; quæ in rigore ad virtutem Miſericordiæ pertinet; nam *Miſericordiæ* vocabulum ex Iſidoro lib. x. Ethimol. derivatur ex eo, quod cor hominis aliena miſeria confectnm reddat, ac dolore ſaucium & afflictum, ſive miſerum. Egimus autem de actu miſericordiæ Beati Levitæ ſecundum conſiderationem, quod fuerir oblatio facta Deo in paupere; reliqnum eſt, agamus de actu altero, quo directim Miſericordia eadem tetenderit ad ſublevandum de ſua miſeria egenos amore Dei. Horum primus proxime Deum reſpiciens, ad religionem, ut diximus, pertinuit: alter vero conſiderans proximum e ſuis anguſtiis eruendum, Miſericordiæ ſtricte ſumtæ opus fuit. Unus miſericordiæ actus, qui præcipue religioni adjudicatur, referri nequit in pleno rigore, ſecundum conſiderationem iſtam, ad Juſtitiæ virtutem; quum hæc ſit ad alterum, & æqualitatem ſervare docet: quæ inter Creatorem & Creaturam locum habere nequeunt. Quocirca ſupet-

pereſt, ſecundus Miſericordiæ ſtricte ſumtæ actus præcipue reducatur in rigore ad præfatam Cardinalem Juſtitiæ Virtutem.

28. Verum, qoia Sanctus noſter in uno eodemque Miſericordiæ opere utrumque ſervavit Divini cultus & commiſerationis actum: hunc poſteriorem, in quem animo intendit laudatus S. Thomas, conſiderans ex eo manantem proximi utilitatem, recte in pleno rigore concluſit, ſcribens: *Beatus Laurentius conſervavit juſtitiam in Juſtorum ſuſceptione, quia theſaurum Eccleſiæ dedit pauperibus*. Nam & ipſa miſericordia, in actum commiſerationis exiens, Cardinalis Juſtitiæ pars eſt, quæ appellatur a Theologis *potentialis*; quandoquidem ſub liberalitate, benignitate, ac beneficentia collocanda cenſetur. Non enim, ut advertit Peraldus tom. 1. De Juſtitia part. 4., ſolum *debemus his, qui beneficia nobis conferunt; ſed etiam his qui mala ferunt, & ſuſtinent, ſcilicet miſericordiam*. Quod autem ſanctus Maximus Taurinenſis Antiſtites docuit in Martyris laudem, dicens: *Miſericordiæ fuit, quod alimoniam pauperibus dedit: Juſtitiæ autem, quod vir prudentiſſimus procuravit, ne ſanctorum ſubſtantiam avaris manibus ſacrilegus occuparet*: Manifeſtum eſt, iis verbis non intellexiſſe Miſericordiam diſtrahere a juſtitia generatim ſumta, quæ virtus eſt cardinalis, & ſub qua illa continetur; ſed ab altero diviſionis membro, quod *punitio* nuncupatur; per quam Dei Miniſter vim & injuriam, quam perſecutor Eccleſiæ Chriſti volebat inferre, juſte punivit, ac propulſavit, ipſum vacuum relinquendo prædonem ab omni, quam intenderat, præda. Quare idem Maximus hom. 2. ſuper erogationem theſaurorum, Laurentii manu peractam, inquit: *Invenit vir prudentiſſimus, unde acrius ſuum poſſet torquere tortorem*. Mos autem ſemper invaluit, ut Juſtitia puniens ſine ulla penitus additione vocetur *Juſtitia*: a qua Miſericordia longe ſit, quæ manum extendit ad benefaciendum miſeris & egenis.

29. Deſcendimus modo in conſiderationem Miſericordiæ, ſecundum ſuam primariam notionem, prout in ſancto Diacono miſerorum compaſſio fuit. Nimis enim intima cordi ejus erat afflictorum commiſeratio; quandoquidem ſederat menti ejus illa ſententia, quam in Dei laudem edidit Cantor regius pſal. CXLIV. 9. *Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*. Iccirco dulciſſimus Juvenis ſolicitudinem omnem impendit, ut a ſe edita Miſericordiæ opera, quæ *Miſerationes* appellantur, reliquos virtutum cardinalium actus excederent, quos unquam exerceret. Quare innumeris ex dotibus, quibus ejus in hoc ſæculo animus ornatus reſplenduit, tres dumtaxat in viſione Birgittæ ſibi præſtitas commemorans, inter continentiam & caritatem Miſericordiæ medium locum attribuit, dicens: *Ego cum eſſem in Mundo tria habui: continentiam ad me ipſum, miſericordiam ad proximum, caritatem ad Deum*. Ex quo licet eruere, quanti apud eum fuerit Miſericordiæ virtus, quæ ſecundum æſtimationem ipſius (dicere fas ſit) ad conſeſſum advocanda fuit ſuæ puritatis Angelicæ atque Seraphicæ Caritatis. Ex eo vero, quod ait: *Cum eſſem in hoc mundo* (quod idem ſonat, ac per omne vitæ tempus) colligitur Miſericordiæ virtus, ſicut caſtitas & caritas, eidem ſemper adhæſerit. Unde potuit cum Job. XXXI. 28. dicere: *Ab infantia mea mecum crevit miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum*. Quod Ferrerius expendens cit. ſæpe ſerm. ait: *Ita erat miſericors, ut nihil ſibi retineret, ſed totum dabat pauperibus*: Idque complebat, tanta cordis compaſſione affectus erga omnes afflictos; ut plus de illorum ærumnis dolerent viſcera ejus, quam non item amaritudinis pondere premitur amantiſſima quæque mater, calamitatem cernens ſuorum miſerabilium filiorum.

30. Erit forſitan, qui exiſtimet, nos iſta exponere amplificationis beneficio, non juxta facti ſinceritatem. Attamen ſi rem intimius perſcrutabitur, deprehendet, quæ diximus, ne larum quidem unguem diſcedere ab hiſtorica veritate. Solum conſideret, compatientis hominis affectum pari greſſu incedere cum objecti amati dilectione, quoties iſtud mali aliquid patiatur. Ipſe namque cordis dolor de proximi ærumna ferus amoris eſt in miſerante. Indeque fit, ut quo validior eſt cauſſa, eo robuſtior ſit effectus. Sanctam Dei Genitricem audiamus, ſummo in Unigeniti ſui paſſione mærore confectam. *Defecit*, per os Eccleſiæ dicit, *in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus*. Quare tantus in ea dolor? Ecce ad vulneratum ait Filium: *Sicut enim mater unicum diligit filium, ita ego te diligebam*. Magnitudinem ſui doloris ab ingenti maternæ dilectionis fonte profluxiſſe declarat. Quod vero Gregorius lib. XXIX. Moralium inquit: *Tanto quiſque perfectus eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos*: ab effectu ad cauſſam argumentari voluit, a notioribus procedens; magnitudinem ſic cauſſæ ab effectus granditate concludens. Perfectio ſiquidem Chriſtiani hominis in caritate conſiſtit; cujus conditionis perfectio numquam clarius pateſcit, quam ex compaſſionis augmento. Ceterum procedendo a cauſſa ad effectum, ſive ut ſcholæ ajunt, *a priori*, quum Dei & proximi amor in unum coeant; Sanctus vero Diaconus, *incomparabili extitit ſanctitate*; ſive caritate, jam aperte conficitur, ob incomparabilem proximi amorem, quem in ſuo fovebat ſinu, altius ipſe dolo-

dolores ſenſerit afflictorum, quam mater quælibet compati queat ſuis filiis in preſſura poſitis, ſublata etiam de medio diſtantia, quæ intercedit inter compaſſionem naturalis & ſupernaturalis ordinis.

31. Ex quo itaque Levita miſericors de miſerorum ærumnis tam alte doleret, ad eorum ſublevandas ſive animas, ſive corpora de anguſtiis, queis premebantur, velut ignis exardeſcens, igneque factus agilior, requiem ignorabat. Motu proinde perpetuo ſeſe circumvolvens, eſurientes alebat, nudos operiebat, peregrinos ſuſcipiebat, mærentes ſolabatur, vexatos tutabatur, infirmos fovebat, pupillos defendebat, virgines protegebat, viduas conſortabat, omnibuſque, juxta indigentiam, erat auxilio. Et hæc quidem corporalia ejus fuere miſericordiæ opera. In ſpiritualibus vero vehementius conflagrans, totus erat, ignorantes ut inſtrueret, errantes corrigeret, obſtinatos deterreret, timidos animaret, recidivos ſtatueret, animo fluctuantes tranquillos redderet, pigros excitaret, tepidos frigidoſque Dei amore ſuccenderet; oranſque Deum pro omnibus, factus eſt omnibus omnia. Porro ab exercitis Miſericordiæ operibus rediens aliquando ad Pontificem ſuum, ut certiorem hunc faceret de ſublevatis egenis; dum ei rem actam ſignificat; en comprehenditur a fidei hoſtibus, vinculis ſtringitur, carceri mancipatur. Verumtamen miſericordiarum Vir arctatus, non coarctatur, Modum ſpeculatur, & invenit; ne finem ponat miſerationibus ſuis. Clauſus in cuſtodia, ibi ſedentes in tenebris, & umbra mortis, indigoſque lucis duplicis, (mentis nimirum & corporis) contemplatus, commota protinus ſentit viſcera miſericordiæ ſuæ; nec patitur eos utroque ſplendore orbatos permanere; ſed, deterſis cæcitatis tenebris, unam & alteram hominis partem convenienti luce colluſtrat. Ad rei novitatem auditam accurrunt Urbis cæci, quos omnes miſeratus, illuminat. Neque iis ſatis contentus, amplius ſibi facienda miſerationum ſpatia meditatur. Ab avaro præſide triduum petit, & obtinet libertatis, quo myſticos adpromiſſos afferat ei theſauros; ſed maxime, ut una ſimul fideles, quos de imminenti ſua contriſtatos morte, lacrymis perfuſos reliquerat, erigat, atque corroboret. Inſuper & cum eis pernoctando in oratione Dei (ſicut Nebriſſienſis ex vetuſtis refert actis) factos ſuæ orationis ſocios impetratis a ſe cumulet benedictionibus, atque donis. Quanta porro fuerit hujus ultimæ in cœtu fidelium orationis ſuæ virtus & potentia, quantaque illis uberrima dona Spiritus obtinuerit, poſteriora ipſorum Martyrium acta luculenter oſtendunt.

32. Sed præ ceteris Miſericordiæ operibus in ſubveniendis proximorum indigentiis, peculiari conſideratione digna ſunt, quæ ſub atrociſſimæ ſuæ paſſionis horis exercuit: puta, quum militem, *Romanum* nomine, fuſis ad Deum precibus, repente de perſequutore in teſtem ac defenſorem fidei commutavit, non propriæ torſionis diros cogitans dolores, ſed illius miſerans animæ calamitatem. Vix enim de cataſta levatus dolorum Vir, nullam in ſuo diſcerpto corpuſculo partem habens a vulnere immunem, vere pius, vereque miſericors, ſuimet oblitus, ad ſe properanti militi cum aquæ urceo promptus adeſt. Hunc curat, hunc catechizat, hunc lavacro aquæ in verbo vitæ mundat, hunc a miſerrima liberat diaboli ſervitute; eundem ut Martyrem ad aſtra priuſquam ipſe perveniat, tranſmittat. Flentem poſthæc cernit Hippolytum; dum ſibi nuntiat faciendum mandato principis iter nocturno tempore a Salluſtiano palatio, ubi erat, ad Olympiadis thermas; quo loci afflictus idem nuntius ſuſpicabatur horribilem aliquam crudelitatis machinam ab inhumano rege contra ſanctiſſimum Juvenem præparatam, aliaque ſæviora prioribus inferenda illi ſupplicia. Nihil horum veritus Levita magnanimus; dumtaxat miſericordiæ ſuæ memor, ſolicitus eſt unice ad lacrymantem ſublevandum, & recreandum virum, ſibi talia referentem. *Noli flere*, inquit, *ſed lætare potius, quandoquidem ego proficiſcor ad gloriam*. In candenti demum craticula exuſtus, ea nimirum inter alias, ut advertit Rupertus, cauſſa, quod miſericorditer ſuſceperit pauperes; ideoque miſericordiæ Martyr effectus, quanquam cirumdatus inferni doloribus (res, quæ non ſolum in admirationem, ſed etiam in mentis exceſſum hominem trahit) idololatrarum miſereri non deſinit. Quare longiores ferventiſſimas ad Deum ſupplicationes effundit, ut ſuperſtitionis errore detenti ad Fidei veritatem perveniant, ne luctuoſam æternæ ſalutis jacturam incurrant. Lege Prud. a Strophe 109. ad 114. Ita profecto reſplenduerunt ſingulari quodam charactere *Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*.

CA-

CAPUT IV.

De Beati Martyris Fortitudine. Quæ ſit hæc virtus, quantique momenti. Influxum in eam habuerint cum Theologicæ, tum Cardinales ceteræ tres virtutes, ut in Sancto Laurentio ad perfectionis maximum perveniret, ſingillatim oſtenditur. Item de ipſius Fortitudinis partibus, nimirum de Securitate, Patientia, Conſtantia, Perſeverantia, Magnanimitate, ac Magnificentia, quæ in eodem Archilevita beatiſſimo refulſerunt.

FOrtitudo, cujus natura explicatur a ſapientibus, *Eſt rationabilis terribilium aggreſſio cum animi promptitudine ac coſtanti eorum perpeſſione*: Antiquitus, juxta Tulliom ſola fuit, quæ appellaretor *virtus*. Quandoquidem ſupra virtutes alias habere viſa eſt naturam, vires hominibus morales ſubminiſtrantem. Certe in hoc mundo præ ceteris magis expetibilis; dum locus iſte laborum eſt plenus, ac perpetui certaminis ſeptum: ſicut Job. VII. legitur: *Militia eſt vita hominis ſuper terram*. Valde propterea neceſſaria eſt, ubi non deſunt hoſtes a dextris & a ſiniſtris, contra quos decertare oportet, nec terga iſtis vertere: ne imbelles fugientes Jeremiæ opprobrium inſequatur Thren. 1. 6. *Abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis*: Ubi e regione ſtantes immota facie contra bellantium conatus, horumque impetum fortiter retrudentes, nitidiſſimus immortalis decor exornat: ſicut Proverb. ult. dicitur: *Fortitudo, & decor indumentum ejus*. Eoque creſcit in homine, quo incrementa in iſto ſuſcipit Fortitudo. Cardinalem hanc igitur virtutem, quæ, uti character magis proprius, Sanctum Laurentium diſtinxit, & inſignivit, conſiderandam aggredimur; ut ex ea pateat, qualis fuerit decor & gloria ejus, queis indutus apparuit ſicut veſtimento inter præcipuos honorificatæ Matris Eccleſiæ filios: cui per Iſaiam cap. LII. dictum erat: *Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua, Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Jeruſalem civitas Sancti*. Et quamvis Fortitudinis geſta laudatæ a nobis maſculæ iſtius prolis ſub actorum narratione conſpexerimus; tamen quia per hiſtoriæ tranſennam tum illa vidimus; expedit nunc, velut in ſede propria, non jam obiter, proprietates ac dotes tantæ virtutis ſeriori contemplationis lumine intueri. Sicque nobis detur copia maturiori judicio æſtimandi eam in hoc virorum fortiſſimo, ſi non ut ipſa meretur, ſaltem permagno, quod valemus excogitare, pretio; ut ferventius ad illius imitationem noſter edoctus inardeſcat animus.

2. Atque in primis, loquentibus nobis de influxu morali, quem in Sancti hujus Fortitudinem habuerunt virtutes cardinales, immo & ante iſtas Theologicæ acquiſitæ; opportuna erit exemplorum doctrina, quam affert Apoſtolus ad Hæbreos, fidem commendans, uti cauſſam præſtantiſſimam fortitudinis Sanctorum, cap. XI. inquiens: *Sancti per fidem vicerunt regna*... *obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt* (legunt alii effugaverunt) *aciem gladii, fortes facti ſunt in bello; caſtra verterunt exterorum*. Terribilia plane ſunt ii aggreſſi cum animi promptitudine, omni ævo ſuam ob fortitudinem collaudandi; quam fortitudinem fides eorum operata eſt, nonnulla eos ex parte roborans, & confirmans ad fortiter agendum in expugnandis enervandiſque cujuſque generis adverſantibus ſub inſtituta ſenſibili pugna. Sed majorem, reor, vigorem fides eadem operata eſt in illis, de quibus V. 36. & 37. ipſe Apoſtolus ſcribit: *Alii ludibria, & verbera experti, inſuper vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt*... *Et hi omnes teſtimonio fidei probati*. Iſti enim ne dum terribilia ſunt aggreſſi cum animi promptitudine, ſed etiam amplius conſtanti eorundem terribilium perpeſſione ad mortem uſque probati (invicta eos animante fide) robuſtiora ſuæ fortitudinis experimenta dedere, quam non illi, qui obturaverunt ora leonum, vel extinxerunt impetum ignis, aut in fugam armatos converterunt hoſtes, nullum ab aggreſſoribus ex adverſo recipientes in ſe vulnus. Tales fuere in nova lege, quotquot ſanguinem pro Chriſto fuderunt, fortibus fortiores effecti per eandem fidem, per quam præliati ſunt ſpiritale Domini prælium. Quare laudatus Apoſtolus alio loci, nempe ad Theſſalon. 2. cap. v. 8. inſtruens, tum novos id genus milites, hortabatur eos, ut induerentur *Loricam Fidei*: ipſamque fidem ad Ephenos VI. 16. *ſcutum* vocabat, quo inexpugnabiles redderentur. *In omnibus*, ajebat, *ſumentes ſcutum fidei*. Tantum igitur muniminis quum homini afferat viva fides; quantum, putabimus, contulerit roboris Viro illi, qui ob fortiora certamina, majoreſque terribilium perpeſſiones princeps Martyrum eſt a Patribus haud inaniter appellatus? Multa de hac re diximus lib. 1. de Virt. Theol. cap. 1. Sed

quia

quia materies inexhauribilis eſt, lubeat quippiam exempli cauſſa deſomere ex iis, quæ in ſiugris contingebant Hebræis, juxta Pauli phraſim 1. Cor. x. 6. Dicendiqoe copiam nobis Machabæorum liber dabit.

3. Configuratam namque noſtri Martyris Fortitudinem nobis exhibet Hebræorum quondam Dueis Judæ Machabæi fortitudo, quæ nullis unquam laudibus exæquari poſſe videtur. De quo ſuus pater inclytus Mathathias ad ceteros egtegios ſuos inquit filios: *Judas Machabæus fortis viribus a juventute ſua ſit vobis princeps militiæ, ipſe aget bellum populi*. In hoc autem celeberrimo gentis Hebtaicæ delecto duee conſenſione mirabili nomen & acta invicem ſibi reſpondent. Nomen etenim Juda, ut alibi notavimus, idem ſonat ae *Confeſſio*: Acta vero præ ſe ferunt ipſius eonſeſſionis *Fortitudinem*. In confeſſione fides elucet: in defenſione autem fidei, opus emicat fortitudinis. Fidei etenim confeſſionem, quæ ore fit ad ſalutem, fortitudo ſequitur, quæ in certaminis actione, vel paſſione clareſcit, quaſi genuina tantæ matris filia. Hinc Simon Bar-jona merito veræ confeſſionis Filii Dei vivi cognominatus eſt *Petrus*; effectus nimirum velut petra fortiſſima, Divina virtute ſolidatus. Haud aliter Levita Laurentius (non de ſemine judæorum, ſed gentiom procteatus) per eandem natus in Chriſto fidem, ae per ipſius confeſſionem creſcens ad perfectam ſanctimoniæ altitudinem, Vir fortis vitibus a juventute ſua in earundem gentium multitudine apparuit, quaſi alter Judas Machabæus, qno deſignari promeruit a Patre luminum (ut Ven. Rupertus ſcribit:) *Dux maximus Eccleſiæ gentium*, *Eccleſiæ Romanæ matris Eccleſiarum*: Nimitum ut ipſe ageret bellum Domini, ſuique populi. Atque hæc videtur mihi germana & potiſſima cauſſa, cur ipſa Mater Eccleſia in natalitiis ejus Miſſarum ſolemnia exorditur illa ſententia *Confeſſio*, *& pulcbritudo in conſpectu ejus*. Siquidem vocabulum *Pulcbritudo*, quod a *pulcbro* deducitur, optime iſtius primitivi ſignificationem derivatam ſibi poteſt vindieare, ſcilicet eo ſub ſenſu, quo Servius exponit hoc Maronis 7. Æneid. v. 656. *ſatus Hercule pulcbro pulcber Aventinus*: nempe ex forti Hercule fortis Aventinus. Nam *Pulcber* proprie *Fortis* eſt: qno ſenſu derivatum vocabulum *Pulcbritudo* proprie *Fortitudo* etit. Vide Facciolatum verb. *Pulcber*. Queis eonfieitur, illa Inttoitus verba ſic poſſe reſtitui: *Confeſſio*, *& Fortitudo in conſpectu ejus*. Dumtaxat advertas, quod dictum eſt, *In conſpectu ejus*, idem ſignifieet, ac *In perſona*, *& præſentia ejus*, ſive totum virilem affieiens complexum, non lineamenta nuda vultus ipſius, quibus formoſitas competit, ſicut virili perſonæ fortitudo. Omittimus altetum pulchritudinis ſignifieatum, de quo inquit Cicero 1. off. c. 36. *Pulcbritudinis duo ſunt genera, unum muliebre, quam venuſtatem appellamus, alterum virile, quam dignitatem dicimus*. Sicut enim ad præſens minime tedit inſtitutum de primo loqui generc pulehritudinis, quod alibi explicatum poſtulavit occaſio; ita nec de ſecundo, quod oris indicat majeſtatem; quæ ad honorem cedete ſolum poſſet ejus natutalis habitudinis pro quibuſvis ſupremis exeipiendis muneribus, quoties aliter de illo Divina providentia otdinaſſet. Stemus igitur in expoſitione configuratæ Laurentianæ Fortitudinis in prælaudato ſtrenuo Machabæorum duce fortiſſimo; eujus acta virtutem laudati alterius Ducis novi Teſtamenti adamuſſim præſignarunt, non abſque reſpectu ad fidem, quam ille veteris Teſtamenti etiam nomine præferebat.

4. Habet iccirco Machabæorum liber primus cap. III. de eommemorato Juda: *Induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua, & protegebas caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut eatulus leonis rugiens in venatione. Et perſecutus eſt iniquos: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis: & omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu ejus. Et memoria ejus in benedictione*. Hæc, qoæ ſcripſit libri Auctor in Judæ Maebabæi laudem, in illud collinearunt, quod præmiſerat de duce ipſo elogium, nempe: *Dilatavit gloriam populo ſuo*. Quod orationis thema ſæpiſſime inculcatum, ac elucidatum eſt a nobis in noſtri Martyris laudibus, non ſecundum verba quidem, ſed ſecundum rei ſubſtantiam; quum oſtendimus, quantas utilitates, quantam honeſtatem, & gloriam ſpiritalis idem Dux Chriſtianæ attulit genti mirabilem ob ſuam pugnam, & triomphom, certamen fidei, fideique victoriam, prorſus a ſæculis inauditam. Reliquum eſt, per ſingula recitatum teſtimonium percurramus; ut illueeſcat meritum applicandi ad rem noſtram productum idem elogium ad ampliorem ſane ipſius Martyris gloriam. Quod enim typus geſſit per corpus, Prototypus ſpiritu præſtitit. Veſtivit ille ſe lorica ærea, ſicut gigas; *erat enim corpore procerus*, inquit A Lapide, *atque eximio, & giganteo robore tam corporis quam animi*, ad ineundum corporeum cum hoſte viſibili prælium; cui vel ſolo ſuo aſpectu timorem incuteret. *Gigantes enim*, idem Commentarienſis ſubdit, *olim fuere vaſtiſſimi & robuſtiſſimi, ideoque omnibus terribiles, ut nemo eis ſe opponere auderet. Talis fuit Judas*. At Levita Laurentius ad gerendum cum hoſte tam viſibili quam inviſibili ſpiritale certamen, induit

ſe *Lorica* non chalybis, ſed *fidei*; neque aliter quam velut gigas, propter altitudinem, qua gaudebat, ſanctitatis, ineluctabiles ac formidabiles toti orco ſufficiebantur ſibi cælitus vires; queis neque a principibus tenebratum, neque a poteſtatibus hujus mundi ſenſibilis exinaniri umquam poſſet. Quotquot autem erant virtutes innumeræ, quas operoſa in eo fides frequentatis edebat actibus, tot erant *arma bellica*, quibus ſuccinxit ſe. Protexit, ita communitus, caſtra Dei viventis *gladio ſuo*; exſequens illud Apoſtoli monitum ad Epheſ. vi. 17. *Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei*: de quo verbo ad Rom. x. 8. inquit: *Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus*. Nam etſi verbum fidei credentibus panis ſit, incredulis tamen gladius eſt utraque parte acutus, quo Dei hoſtes jugulantur. Hoc itaque gladio miris ſatis modis protexit novus Machabæus Dux caſtra Domini. v. g. quum prætor ſuperbus oblatas ab eo pauperum turbas repellere feſtinabat; quarum protectionem impavidus Levita ſuſceperat; tum profecto is caſtra illa Domini ſtrenue protexit gladio ſuo, nempe ſermone fidei apologetico, quem Prudentius refert a ſtrophe 67. ad 78., præſertim, quum ad iratum inquit expulſorem.

Hi, quos ſuperbus deſpicis,
Quos execrandos judicas,
Pulcherrimo vitæ ſtatu
In arce lucebunt Patris.

Nec minus adverſus Cæſarem & eundem Urbis præfectum, exerto verbi ſui cæleſtis gladio, univerſos protexit fideles Chriſti, interritus dicens: *Quare vos coarctat diabolus, ut Chriſtianos jubeatis ſacrificare dæmoniis*. Ex his plane colligere quiſque poterit, quam acutus fuerit gladius verbum fidei in ore ejus; quamque Defenſor ipſe intrepide animoſeque protexerit Dei caſtra gladio ſuo.

5. Quod ergo de Juda Machabæo ſubnectitur: *Similis factus eſt leoni in operibus ſuis*: hoc impletum excellentiori ordine ob Fidei vigorem in noſtro Heroe nos jure conſpicimus. Similis eſt etenim factus illi Leoni, de quo in Apocalypſi cap. v. 5. legitur: *Vicit Leo de tribu Juda*: qua ſimilitudine nihil ſublimius. Rem igitur exploremus. In Marci ſiquidem Evangelio xiv. 42. comperimus ſcriptum, quod appropinquantibus militibus cum armis ad hortum olivarum, ut Dominum comprehenderent; ipſe ad ſuos ait: *Surgite eamus*. Verbum iſtud ſic Gloſſa exponit: *Ultro, eamus obviam, ut paſſuri gaudium & confidentiam videant*. En quam ſimilis huic Leoni factus eſt Protomiles Chriſtiani exercitus, quem in Judæ figura celebramus. In operibus quippe ſuis tanquam Divini terrifici Leonis Catulus, ad nullius timens occurſum, & ipſe quoque obviam ſe fecit armatis: quo præſentirent hoſtes, quali gaudio & confidentia eſſet paſſurus, qui adeo facile, adeo ſponte ſe iiſdem militibus offerebat; quando nimirum, iſtis audientibus, ad ſuum ajebat Epiſcopum: *Noli me derelinquere, pater ſancte, quia theſauros tuos jam expendi*.

6. Porro, quod de Juda Machabæo ſcriptura proſequitur, dicens: *Et ſicut catulus leonis rugiens in venatione ſua*: in conſiderationem Theologicæ ſpei, Fortitudinem operantis noſtro in Archetipo, nos ipſos excitat. Quandoquidem ſententia iſta poſterior ad myſticum Leonis Catulum manifeſte refertur, uti ad æternæ vitæ prædam rugientem, qui certe nonniſi Divina ſpe roboratus, talem potuit emittere validum rugitum. Unde etiam inquit Apoſtolus 1. Corin. xv. 14., quod ſine ſpe inanis eſſet fides noſtra. Spe Divina itaque Vir admirabilis conſortatus, ad prædam bonorum cæleſtium acceletare volens per carnis martyrium, quaſi Leonis de tribu Juda Catulus, ſemel & iterum irrugiit; in primo ſcilicet, ac in ſecundo ad Sixtum acceſſu, ſanctum obſecrans Pontificem, ne iſte ſine miniſtro ſuo ex hac vita migraret. Et hi quidem fuere vehementiſſimi rugitus ejus, qui ad aures etiam crudelium pervenere lanionum, ſacerdotem pertrahentium ad necem. Quod nimirum interritus Leonis Catulus ad nullarum ejuſmodi beſtiarum timeret occurſum. Quoties autem in abſconditis rugierit ad repræſentata ſibi a ſua fiducia cælitus bona, notum uni Deo faciens deſiderium ſuum; quis hominum valuit dinumerare? *Afflictus ſum*, ajebat olim David pſal. xxxvii., *& humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus*. Explicant iſta litterales expoſitores de corporea Davidis inflammatione, orta ex aliquo fœdo ulcere, vel apoſtemate, aut re ſimili, a quo corporis malo liberari deſiderans, enixe Deum vel cum rugitu cordis deprecabatur. O diſtantia inter Davidicam & Laurentianam inflammationem! quam acrior fuerit iſta poſterior Viri ſitientiſſimi, ad immortalem adſpirantis prædam! Si per unam rex ille, non ſine magna in Deum ſpe, multo cordis gemitu rugire coactus eſt; quot qualeſque per alteram inenarrabiles emittere potuit rugitus, ſublimiſſima in Deum ſpe roboratus & ipſe tremendi Leonis de tribu Juda Catulus? Vere novus Job, dicere de ſuo rugitu potuit: *Tamquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus*. III. 24. Adeo ſane vehemens fuit; ut non tantum rugitui leonis, qui per unam auditur ſilvam, ſed præterea univerſali aquarum fragori, quum effuſiſſime irruunt ſuper

per terram pluviæ, ex alto decidentes cælo, comparandus cenſeatur; quarum ſtrepitus ad animantium omnium accedit aures. Sed quia rugitus ejuſmodi, utpote ſpiritualis, quamvis validus, quamvis frequens eſſet coram Deo & Angelis ejus, cælumque penetraret, impervius tamen erat ſenſui hominum; expedit, ſiſtamus potius in patenti altero, de quo ſupra loquuti ſumus. Per quem ille tantæ Dei fiduciæ ſe compotem Orbi ſenſibili manifeſtavit; ut non aliter quam leo confidens abſque terrore apparuerit cunctis cernentibus, ac audientibus eum rugientem: quia videlicet non concederetur ſibi protinus in ſua venatione (cui operam dabat) futuræ beatitudinis tamdiu exoptatæ conſequi prædam.

7. Fremitum ſane iſtum altiſſimæ ſpei ejus effectum agnoſcit nobiſcum celebris Dionyſius Carthuſianus, ſub ipſa confidentis leonis figura Sanctum conſiderans, ſerm. 2. de eodem dicens: *Cui veriſſime competit, quod Salomon loquitur: Juſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit. Legitur de multis Sanctis, qui propter rabiem perſecutionis, & immaniſſima ſupplicia, quæ tyranni Chriſtianis intulerunt, ſe abſconderint ad tempus, & in deſertis morabantur, qui tamen fuerunt magni Sancti. Sed non ita egit Laurentius. Flevit, & doluit vehementer, quia cum beato Sixto pati non potuit.* Niſi enim certa & ſumma in eo fuiſſet capiendæ prædæ fiducia; unde huic Leonis Catulo tantus dolor, fletus tantus, tantuſque rugitus, ut vel minima quæque dilatio ſuæ paſſionis ad horam, intolerabilis moræ ſibi videretur æternitas? Æternitas, quæ valuit in lacrymas illum ſolvere; a quo ne dolores quidem temporalis inferni potuere vel unum exigere ſuſpirium! Is profecto ſuper innumeros ſperantes potenti experimento didicit, quanti fuerit apud ſe ponderis illud Proverbiorum XIII. 12. *Spes, quæ, differtur, affligit animam.* Nam eo magis hæc virtus affligit animam, quo perfectior atque certior ſe illi communicat ad fortiter ac longanimiter expectanda dilata promiſſa. Verum, qui perſpeximus Leonem iſtum, Divinæ ſpei viribus confiſum, tam fortiter in venatione ſua rugientem; ne forte traducamur, quaſi hac ex parte deficere quodammodo voluerimus ab altero, quod poſuimus, dogmate, ſub capite de Spe Theologica ipſius beati Levitæ, nimirum quod hunc ita ſpes lætificaverit, ut etiam ipſum contuentes exhilararentur; quum nuper ex adverſo protulerimus, cauſa ejuſdem ampliſſimæ ſpei eum fortiter rugiiſſe a gemitu cordis ſui: ea propter diſtinguere in primis oportet inter ſpem, ſecundum ſui rationem læta promittentem, & æterna gaudia repræſentantem (de qua loco citato loquuti ſumus) & ſpem dilatam, ſecundum rationem adeptionis eorum, quæ præoſtendit: de qua hoc loci ſermonem fecimus. Illa ſane lætificat; hæc affligit: una riſum, altera planctum creat. Si autem quæritur, utrum nec ne contrarii iidem effectus in uno eodemque Sancti pectore ſimul eſſe potuerint, non id humanis, ſed Divinis aſſignando virtutibus: quæſitum iſtud ſeptis ſcholaſticis linquimus ventilandum; quum ad rem noſtram ſatis ſit, relatus diſpar effectus, evenire potuerit ſub temporis ſaltem diverſitate, objectique varietate, ac circumſtantiarum confluentium mutabilitate. Quicquid ſit, ſi ad poſitionem unius ſuſpenſus alter remanſerit: quod cedere aliquando eidem ſubjecto potuit ad ſublimioris meriti augmentum.

8. Ceterum poſtquam contemplavimus noſtri Leonis vehementiam in rugiendo; quum prolongatam videbat expectationis ſuæ prædam, ita documenta miræ Fortitudinis in ſua venatione relinquens: ſupereſt, attendamus, num paria Roboris exempla dederit, quando vidit ejuſdem ſanctæ ſpei præindicata ſibi appropinquare promiſſa. Quum nimirum ſuo ſe vidit ſanguine pro Chriſto cruentatum, atque ad ignem applicitum, proximumque ad prædæ conſecutionem in cæleſtibus adimplendam. Veruntamen qui leo impavidus, ac fortis, & in ſua venatione rugiens viſus, audituſque eſt; pluſquam leo robuſtus apparuit, in flammanti crate diſtentus. Naturarum ſiquidem ſcrutatores ferunt: Leo quantumvis fortis & interritus ſit, nullius timens occurſum; ubi tamen ignem videt, contremiſcere incipit, ſeſeque fugæ committit. At Levita fortiſſimus, aſſuetus ſperare in Domino, atque jam fere in manibus prædam habens, tantum abeſt, ut ad ignis contremuerit aſpectum; quin potius in medio flammarum poſitus, exultaverit, *ſicut exultant victores capta præda:* Recubuit ſecurus, velut in cubili ſuo. Vaticinatus quondam Iſrael proſpera filio ſuo Judæ, qui erat inter ceteros natos ſuos lacertis corporeis nemini ſecundus, inquit: *Catulus leonis Juda: ad prædam aſcendiſti, fili mi, requieſcens, accubuiſti ut leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?* Quod Jacob oraculum doctores maxime in Davide, orto de tribu Juda, completum exponunt, Is enim copioſas ex hoſtibus prædas referens, etiam poſtquam a præliis, ſenio confectus, quievit, terrori fuit inimicis Hebræorum: uti leo humi profuſus, ſive incurvatus, in manu prædam habens, adhuc ceteris animalibus eſt pavori. Magis horrori barbaris fuit, ille, qui, pluſquam leo confidens, ſuper lectum urentem, quaſi dormiens, quiete recubuit ignium Aſpernator. Quin potius, juxta Surium, tanto affecit horrore tyrannum regem, ſuoſque milites, hæc videntes, ut, etiam ipſo Viro Forti-

Digitized by Google

titudinis mortuo, conſiſtere minime valuerint in conſpectu ejus corporis jam exanimis; ſed continuo Cæſar, & præfectus ſuis cum armatis cuſtodibus ex Imperialibus illis ædibus, noctis tenebris adhuc prævalentibus, profugi, ac vagi procul recedere ſunt compulſi, confuſione ac formidine pleni. Vide, quæ retulimus in ejus actis. Quemadmodum in hodiernum uſque diem antiquarii locum oſtendunt, quo Valerianus cum ſuis vagans, ad thermas, nuncupatas *Cormitir*, ſe recepit. Videtur mihi, factum iſtud Michæam Prophetam pene totum hiſtorice, antequam fieret multis ſæculis, enarraſſe VII. 16. ſcribens: *Videbunt gentes, & confundentur ſuper omni fortitudine ſua: ponent manum ſuper os: velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus ſuis.*

9. Fidei, ac Spei (operantibus ad perficiendum Laurentiani pectoris Robur) regina virtutum Caritas ſe adjunxit. Quum enim proprium ſit amoris omnia vincere, ipſum autem a nemine vinci; proprietatem iſtam forti contulit Homioi, ne quid eſſet huic inexpugnabile; neque Victor ipſe agenti cuiquam expugnabilis unquam foret. Summa hæc vis amoris, talia miræ Fortitudinis Laurentio communicans, perſpicue plurimo declaratur Canticorum exemplo VIII. 6., quum ita deſcribitur: *Fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: lampades ejus lampades ignis atque flammarum*: & ℣. 7. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem*. Quibus ſimilitudinibus veluti gradatim aſcendit Salomon ad oſtendendam Divini amoris inſuperabilem virtutem. Dicit enim primum, quod dilectio Dei ſit *fortis ut mors*: quæ abſorbet univerſa in terris viventia. Sed quia ipſa mors aliquando in juſtis hominibus abſorbebitur a vita, ſicut monet Apoſtolus, 1. Cor. XV. 54. inquiens: *Abſorpta eſt mors in victoria*: caritas vero abſorberi, ac vinci a nemine poteſt; ideo ſapiens ſe altius erigit, addens: *Dura ſicut infernus emulatio*: Hæc vehemens eſt amor ſuccenſus, durus, ſeu tenax, ſicut infernus, a cujus faucibus bolus ſemel deglutitus, nulla creata vi extrahi poteſt. Verum, quia & infernus evomet animas, quas ſuis detinet viſceribus, judicii univerſalis die; rex ſapiens in deſcriptione invincibilis amoris quieſcere neſcit; in motu eſt adhuc; altius quam prius elevat mentem, apponens: *Lampades ejus lampades ignis, atque flammarum*. Hebraica lectio habet: *Lampades ejus lampades ignis flammæ Domini*. Cujuſmodi ſane lampades omnino inextinguibiles ſunt: quemadmodum gehennæ ignis inextinguibilis eſt, & ſicut ſeptem lampades Apocal. IV. 5. ardentes ante thronum Dei. Nullæ ſiquidem myſticæ pluviæ, nulli venti, nullæ procellæ, aquæ nullæ adverſitatum, tribulationum, perſecutionum, ærumnarum, vel flumina dolorum, tormentorum, injuriarum, irriſionum, blaſphemiarum, & quarumcunque paſſionum extinguere poſſunt accenſas Dei flammas in hominis corde: quemadmodum ſtatim ſubdit: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*. Hac perenni Laurentium Fortitudine donavit caritas, ceteris in eo Theologicis adjuncta virtutibus; unde penitus inſuperabilis portarum inferi conatibus factus eſt. Ideo ergo ignibus inſultavit; ideo miniſtros, ſuccendentes ſibi prunas, irriſit; ideo furenti Cæſari lætus illuſit, dicens: *aſſatum eſt jam, verte, & manduca*: Securus etenim erat Fortitudinis ſuæ, nec commoveri unquam poterat, donec deſpiceret inimicos ſuos: quis ejus flammas extinguere poterat, quas in ipſius pectore accenderat Deus? *Lampades* fuere *flammæ Domini*, quas neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Poteſtates, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia reſtinguere valuit; quin potius (ut allegorice loquamur) ignis ille, quem accenderunt barbari exterius ad extinctionem interioris incendii, in conſpectu iſtius torpeſcens, atque ad illam Martyris vocem: *Infelices, non videtis, quod carbones veſtri æternum vobis præſtant ſupplicium*: quaſi cum impetu reſiliens, converſus eſt ad ipſos concremandos incenſores; quandoquidem, ut in actis lib. 2. cap. V. prope finem adnotavimus, omnes Martyris tortores miſerrime perierunt. Quo ferme pacto Judæ Machabæi elogium, quod in laudem noſtri Ducis fortiſſimi recitavimus, completum etiam, ſecundum poſtremam, dignoſcimus, partem, nimirum: *Et perſecutus eſt inimicos, & qui conturbabant populum ſuum, ſuccendit flammis*. Conflagraſſe quippe Romanum Imperium tot bellis, tot incurſionibus, tot calamitatibus, tot ſciſſuris a diebus Leviticæ paſſionis; ejuſque vindicationi attribuendum eſſe illud per ea tempora Romanorum idololatrarum excidium, tanquam dignum pro tanto ſacrilego, perhorrendoque perpetrato facinore ſupplicium, conſtans ſcriptorum complurium adſertio eſt. Vide loco citato. Ita plane Laurentii hoſtes ſuo, quem accenderant adverſus Martyrem, combuſti ſunt igne.

10. Sed ad noſtrum redeamus thema; conſiderantes, quam bene invicem ſibi conſeoſerint, quaſi parens & proles, *Caritas*, & *Fortitudo* ad magnificandum in fortibus Domini laudatum ſtrenuum Ducem magnum; reddentes eum ſimilem incombuſto Moyſis rubo: in cujus aſpectu contemplator ipſe olim ait: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non* com-

comburatur rubus. Exod. III. 3. Multæ de hac celebri viſione a ſapientibus pro ſenſuum varietate ſunt expoſitiones editæ : quas inter una eſt, Eccleſiam in rubo deſignari, perſecutionum quidem flammis probatam ; ſed minime conſumtam. Quod præſertim ad amuſſim confirmatum agnoſcimus in uno ex membris ejus præcipuo, in noſtro nempe Levita, qui ad litteram ardens igne, ſecundum corpus, conſumi nequivit, ſecundum ſpiritum ; quia fortiori caritatis flamma iſte ſuccenſus, fortior & ipſe reſplenduit, ſibi admotis, incendiis : adeo ut quemadmodum in monte Sinai, quo magis elevarentur flammæ, eo amplius rubus ejuſque folia vireſcereot, ſuperno prædita vigore ; ita Romæ in monte viminum, quo altius corporei exardeſcerent ignes, eo excellentius caritatis ardoribus virens, & robuſtus enituerit Laurentii ſpiritus. Caritas igitur ei ralem iodidit Fortitudinem, qua dominatus eſt igoium, atque adeo prætergreſſus eſt fines virtutis eorum ; ut viſus ſit prunis ipſis urentibus uti, quaſi pro ſpleodidiſſimo gloriæ ſuæ folio, ſuorumque pedum ſcabello. Imitator quodammodo ſic factus illius, qui Exod. loco citato 2. *Apparuit Dominus in flamma ignis* : & Deuter. v. 24. *Oſtendit majeſtatem, & magnitudinem ſuam, vocem ejus audivimus de medio ignis*. In igne ſiquidem, expoſitores ajuot, velut in ſymbolo dilectionis, fortitudinis, & majeſtaris, quaſi Rex in ſolio ſuo reſidere ſe demonſtravit Dominus; placide ac tranquille ibi recumbens, loquens, pertractaoſqoe negotia regni ſui. Neque Dominatori omniom aptior eſſe poterat viſibilis ſedes, quam ignis, elementum ceteris omnibus activius ; quo cedente velut in commodum Divinæ Majeſtatis uſum, multo magis alia in obſequium imperii ejus intelligi poterant eſſe devincta. Diſſimilis haud formæ in ſignum Divinæ caritatis, ejuſque fortitudinis apparuir Mioiſter Domini, ſuper flammas ſereno quieſcens vultu : voxque ejus audita eſt *de medio ignis*, agens negotia æterni regoi. Hoc plane modo per caritatem Fortitudo magoificata eſt in hoc Viro pluſquam homine, in hoc homine pluſquam Martyre; ut exhiberet ſpeciem gloriæ iſtius in Viminali moote, quemadmodum olim in monte Sinai Exod. XXIV. 17. legitur : *Erat ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens*.

11. Theologicas poſt virtutes, quæ in laudatam noſtri Martyris Fortitudinem influxum moralem habuere, primum occurrit inter cardinales Prudentia. Non exiguam in illa partem hæc virtus exercuit. Et quidem ſi ad cujuſque hominis robur, ſuæque privatæ domus firmitatem plurimum conſert prudentia, Salomone in Proverbiis cap. XXIV. 3. nos erudiente : *Domus prudentia roborabitur* : quanto magis intereſſe debuit in perficiendis fortitodinis operibus illius Viri præcelſi, qui, Pontifice vinculis in cuſtodia detento, ſupplere quaſi per omnia iſtius vices obſtrictus eſt *ad dies multos*, ut notat Surius, iis oimirum difficillimis temporibus, queis Romæ præſertim, Chriſti familia ſæviſſimo Valeriani reſcripto *ad ſanguinem* tota perterrefacta jacebat? Quantum, inquam, putamus, prudentiæ opus fuir in eo, qui ſe ioterponere tenebatur, taoquam ſummi Antiſtitis Archidiaconus, veluti pro muro domus Iſrael ; fortiterque agere, ne iſta periret in tanto rerum diſcrimine ? Certe magnum Eccleſiæ deountiatum erar bellum, qnod a ſaoctis Patribus Cypriano, & Dionyſio Alexaodrino, ut in Actis vidimus, inter horribiliora nulli ſecundum æſtimatum fuit. Ad illius ſanctæ domus defenſionem Divina providentia tum maxime deſtinatus eſt Archidiaconus iſte, ut io prælio Dux eſſet, & propugnator acerrimus: tali ergo Fortitudine oportuit illum commuoitum iri, quæ cæleſti prorſus eſſet prudentia confirmata. Quemadmodum idem Salomon loc. cit. ℣. 5. & 6. inquit : *Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus* : Datque rationem requiſitæ prudentiæ, dicens. *Quia cum diſpoſitione initur bellum*. Provida vero diſpoſitio belli noooiſi ſapieotiæ, ſive prudeotiæ opus eſſe poteſt ; magnaque pars ſurtitudinis caſtrorum in iſtorum diſpoſitiooe verſatur, quominus hæc expugnari ab hoſte queanr.

12. Hanc porro diſpoſitionem in Dei caſtris ad ſpiritale committeodum prælium prudentiſſimus Levita poſuit. Hinc primum diligenter ipſe Dux ſuos inſtruxit milites, ideſt fideles Chriſti, eos ſanctis roboraos exhortationibus, fideique ſcuto muniens, ſpei galea, caritatis lorica, & gladio ſpiritus obarmans. Sancto enim, in eum afflante Spiritu, verba ipſius verba erant virtutis ; ſermo vivus & efficax, animas infotmans felici æmulatione ſanctitatis, & veritatis. Super citatum nuper teſtimonium ſcripturæ ioquit A Lapide : *Maxime ac genuine diſpoſitio bic capitur pro conſiliis, & ſtratagematibus, quibus bella gubernanda, & diſponenda ſunt, ut victoriam pariant, bæc enim proprie ſignificat Hebraicum* Tachbulet. Unde Pagninus vertit : *In conſiliis 'facies tibi bellum* : Cajeran. *In ingeniis conficitur bellum*. Aptius Vatablus : *Debes bellum gerere induſtria, quam dat ſapientia, quæ reddit bominem conſultum, & induſtrium*. Quare concludit idem Cornelius: *In bellis plus valere prudentiam & ſtratagemata, quam copiam militum, & eorum robur & vires*. At quis uoquam, ſecundum iſtam diſpoſitionis conſiderationem, introgredi poterit profundum conſiliorum, quæ ſapienter adhibuit Levira prudentiſſimus, non jam ad corporeum inferendum hoſti bellum, ſed

ſed myſticum ſpiritus & religionis? Divina ſuerunt conſilia, Divina ſtratagemata & quod Eccleſiæ cenſum diſperſit in pauperes; & quod tyranno, illum exquirenti, promiſit ſe demonſtraturum; quod tridui ſpatium ſibi popoſcit; quod inopum agmina contra faciem ſtitit avari; quibus nec erant ſpolia, quæ prædo ſceleſtus poſſet eripere. Quamobrem ſatanæ bellatores, cernentes ſemetipſos omoi ſpe turpiter deluſos, eorudem fidelium agminum Ducem aggreſſi ſunt; quod tam induſtrie, tam ingenioſe, tam ſolerter ſuum adverſus eos diſpoſuerit ſpiritale certamen. Quique non valuerant bonorum temporalium ab illo auferre ſubſtantiam, fidem, quæ ponderoſior erat ejus animæ theſaurus, diripere conati ſunt. Sed huc devenire Cbriſtianæ militiæ Dux ſtultos expectabat aggreſſores; id ſapienter præviderat, id flagranter expetebat, nt plenam de illis victoriam conſequeretur. Sciebat enim ſe incomparabili eſſe Fortitudine a Deo præditum; unde vel in maximis torſionibus illos irridens, ac præcipue Cæſarem, Urbiſque præfectum; mundo notum fecit, quam appoſite de ſe ipſo ſcriptum erat in libro Eccleſiaſte VIII. 20. *Sapientia confortavit ſapientem ſuper principes civitatis*. Qui plura de hac re cupit adeat cap. 1. de Prudent. num. 17. & 18.

13. Temperantia præterea Fortitudini Leviticæ nonoihil virium addidit. Valde namque liberalis, in ſe inſpecta, eſt virtus; quæ etiam timidis, invalidis, miſerrimeque jacentibus vires conſerre non denegat, ſi colatur. Ideo quibuſvis, vel pigris credentibus, Petrus Apoſtolus epiſt. 1. cap. V. 8. ad pugnandum fortiter contra inviſibilem hoſtem temperantiæ commendat amorem, dicens: *Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem devoret*. Si autem ſobrietas, ſeu cibi & potus parſimonia, vel inertes juvat, eiſque dat vires, quibus expedite ſe ſubtrahant a devorante dæmone; quid vigoris non communicabit iis, qui animoſe ac ſervide omni conatu contra principes tenebrarum, carnem blandientem, mundumque frementem dimicare contendunt? Quid roboris non attulerit Viro, qui fuit *fortis robore a juventute ſua*: quique dilexit eam a teneris unguiculis? Acta iſtius, nullis per omnem vitam maculata noxis, manifeſte comprobarunt, quanta eum Fortitudine communierit temperantia; tam neceſſaria, ut quis ſtet firmiter io hujus ſæculi lubricitate, tot graviſſimis undique urgentibus, ut cadat, impulſionibus. Apparuit ſane noſter Juvenis tanto præditus Robore, ut facile dixeris, eum novi Teſtamenti Samſonem; cujus figuram ille vetuſtus geſſerit, incredibili honeſtatus corporis fortitudine. De quo Baſilius homil. de Jejun. inquit: *Quid fortiſſimum Samſonem inexpugnabilem reddidit? Nonne jejunium, cum quo in matris ventre conceptus eſt? Jejunium concepit, jejunium nutrivit, jejunium virum effecit. Quod ſane Angelus matri præcepit, monens, quæcunque ex vite procederent, ne attingeret, non vinum, non ſiceram biberet*. Concloditque Sanctus Aotiſtes: *Jejunium potentes confirmat, atque roborat*. A corporeis autem Samſonis viribus quum eluceat magna temperantiæ vis, quæ tales illi meruit corporis nervos, intelligere per ſimilitudinem poſſumus multum, quod ſpiritualium virium iovicto Levitæ contulerit virtus ipſa tantopere ab eodem exculta. De iſtius etenim abſtinentiis & parſimoniis in cibo & potu, majorum noſtrorum teſtimoniis ducti, ſcripſimus ſecundo hujus libri capite. Quin etiam ad rem præſentem adjicere debemus ſanctorum Parentum ejus exercitam ſobrietatem, atque cum eodem Baſilio dicere: Hunc novi Teſtamenti Samſooem abſtinentia in matris ventre concepit; cibi & potus parſimonia nutrivit; temperaotia virum effecit; potentem ſtatuit, ac roboravit. Et ille quidem Iſraelis Judex, ſecundum inſtructionem Angelicam, quam accepit a patre Manue, vinum & ſiceram non bibit; nec immundo nutritus eſt cibo. Ceterum in non vetitis alimentis ſervare altioris abſtinentiæ modum (minime juſſum, neutiquam ſibi conſilio propoſitum) nec leviter cogitavit. Iſte vero novus Samſon non ſolum a cibis vetitis abſtinuit diebus præſcriptis, ſed etiam a licitis magna ex parte quovis tempore ſe continuit: atque id ipſum, quod alimenti ſumebat, arcta ſub menſura voluntarie capiendum decrevit, ut citato vidimus loco. Quare major quum in poſteriori, quam in priori, fulſerit temperantia; conſectarium fuit, virtus eadem altioris generis Fortitudinem, videlicet non corpoream (quæ minus animæ prodeſt) ſed ſpiritalem in Prototypum Samſonis inſunderet. Cujus virtutis exuberantiam, ut clarius eniteſcat, utriuſque ſubjecti geſtis, invicem collatis, animadvertere jucundum erit.

14. Beneficio ſiquidem temperantiæ conſequutus eſt Hebraicus ille princeps eam vim, qua potuit bubulos frangere nervos, quibus a Philiſthæis conſtrictus fuerat: noſter vero Samſon potioris temperaotiæ virtute roboratus, potenti ſuæ prædicationis verbo, cui efficacia ſpiritus iohærebat, deſtruere meruit vincula peccatorum, duriora ferro; queis diabolus idololatras plurimos tenaciter adligaverat, ne libertatem aſſequerentur filiorum Dei. Datum eſt uni dilacerare leonem, *quaſi bædum in fruſta*: conceſſum eſt alteri, verbis ut loquamur Eccleſiaſtici, *ludere cum leonibus, quaſi cum agnis*,

agnis , & in urſis ſimiliter facere ſicut in agnis ovium : Quando nimirum efferatos reges ac præſides , velut ridiculos habuit pupulos ; lanioneſque ſuos , tanquam ad torquendum ineptos , parvipendit . Dens molaris aſini robuſto quondam ſitienti aquæ potum præbuit : Sitienti ſalutem animarum Forti noſtro arida fontem aquarum dedit ad regenerandos homines baptiſmatis ſacramento . Primus vulpium caudis faces ligavit in combuſtionem ſegetum inimicorum : Secundus ad humana ſuccendenda corda igne Divini amoris , ipſe prunis ardentibus ſe permiſit urendum . Antiquus denique Samſon ſponte mortem ſub fabricæ ruinis elegit ; hoſtes ut perderet ſinagogæ : Recentior autem ſe in craticula paullatim aſſandum obtulir , ut ſuis incenderet flammis , demoliretque idolorum fana , & una ſimul cum eis Chriſtiani nominis contereret inimicos . At circa hæc ultima comparata difficultas quædam emergit . Nam licet , juxta Prudentii doctrinam , delubra gentium everſa præcipue fuerint Laurentiani virtute martyrii ; adhuc tamen inquirendum ſupereſt , quei factum ſit , ut cum templorum ruinis oppreſſi , peremtique fuerint idolorum cultores ; & quidem multo plures , quam occiſi fuerint ab eodem myſtico noſtro Samſone , dum is in humanis ageret : unde in præclaram iſtius reſultet laudem illud judicum elogium xvi. 30. , veteri Samſoni dicatum , nimirum : *Multo plures interfecit moriens , quam ante vivus occiderat .*

15. Veruntamen quemadmodum in hoc Heroe fortiſſimo ſublimiori modo completa ſunt illuſtria Samſonis facinora , ita & poſtremum iſtud jam indicatum fortitudinis opus . In Philiſthæis namque , olim a Samſone contritis , gentes , idolorum addictas cultui , denotari , Sancti Hieronymi conſideratio eſt in cap. xvi. Ezechielis . Deficere autem , & occidi peccatores nonnumquam dicuntur , quoties ex iniquitate ad juſtitiam , tacti de commiſſis ſceleribus cordis dolore , transferuntur . Quod David optans , ajebat pſal. ciii. 35. *Deficiant peccatores a terra , & iniqui , ita ut non ſint .* Ideſt , non ſint , ut fuerunt , peccatores & iniqui diebus præteritis ; ſed mortui peccatis , juſti ac ſancti vivant , uti litterales ac myſtici gloſſatores exponunt . Quo pariter ſenſu in Apoſtolorum actis x. 13. dictum eſt Petro de gentilibus in mentis exceſſu (dum iſti ad eum venirent , ut aquæ vivificæ ſuſciperent lotionem) *ſurge , Petre , occide , & manduca .* Videlicet , ut explicat eadem verba Sancarenſis : *Occide in gentibus , quod ſunt , & fac , quod es . Manduca : Eccleſiæ incorpora , quaſi mortifica , & hoſtiam Deo facias , ut de vetuſtate tranſeant in novitatem .* Multas equidem gentes validiſſimus noſter novi Teſtamenti Samſon explicato modo interſecerat vivus : unde Leonardus Utinenſis ſcribit : *Multa millia gentilium ſua prædicatione convertit .* Attamen dicamus oportet : *Multo plures interfecit moriens , quam ante vivus occiderat .* Quandoquidem innumeros moriendo iniquos occidit , quos , mortificatos pœnitudine cordis ad vitam formatæ fidei ſuſcitavit ; dicente Prudentio Stroph. 129. Quidquid Quiritum ſueverat orare ſimpuvium Numæ , Chriſti frequentans atria hymnis reſultat Martyrem . In quo ſane virtutem priſci Samſonis longe prætergreſſus eſt : dum occidendo , ipſis profuit occiſis ; ubi alter ad omnimodam valuit infidelium in anima & corpore ruinam ; præcipitans eos in obſcurum , uti mortuos ſempiternos , quibus nullum illuceſceret vitæ lumen . Vocatum eſt quidem nomen ejus . *Samſon* , quod , ut advertit Arias , idem eſt ac *Sol diruens* , vaſtans , & populans , ſcilicet Philiſthæos : *Scamam* enim , Hebraicum vocabulum , idem ſonat , ac diruere , ac populari . Sed quum ſermo urget de Levita fortiſſimo illius Archetypo , licet , ſecundum interpretationem iſtam , *Samſon* dici queat , quoniam & ipſe *Sol* quoque vaſtans fuit ratione habita ad perſequutores obſtinatos , ut ſæpe notatum eſt ; tamen reſpectu gentium ad fidem converſarum , audita ejus triumphi fama , congruentius appellandus eſt *Samſon* , ut vox derivatur a *ſcemos* , & *Samſon* , quæ ſonat hebraice *Sol lætitiæ* . Hæc enim magni nominis non umbra , ſed vera ſignificatio illi applicanda eſt , qui ſua paſſione mirabili totum illuſtravit Orbem ; cujuſque victoriæ memoria , ſicut inquit Maximus hom.3., *Eccleſiam Dei jugiter in gaudia lætitiæ ſpiritualis accendit .* Quibus omnibus æque libratis , faeile deprehendere poſſumus rationem ; quare in Leodienſi Cœnobio Sanctus Laurentius olim apparens venerabili Joanni (quem nonnulli beatum nuncupant) in quodam veluti ſacello , depictis exornato per parietes imaginibus , vetuſti Samſonis geſta repræſentantibus , ſe contuendum exhibuit . Hand enim obſcure per eas repræſentationes geſtorum fortium ſignificavit , tantum intercurriſſe diſcriminis inter ſuam & illius antiqui Judicis Iſrael Fortitudinem , temperantiæ obtentam merito ; quantum diverſitatis inter ſe viventem (qui apparebat) & pictas illas immagines intercedebat . Viſionis ſi legere cupis relationem , adi tract. de Glor. Poſth. lib. 3. cap. 111. de Apparit. S. L. num. 27.

16. Juſtitia demum (quæ penes admirabilem Levitam iſtum in ſummo fuit pretio) repleverit Divina eum Fortitudine, expedite colligitur ex Proverbiorum doctrina xv. 5. quum legitur : *In abundanti juſtitia virtus maxima .* Expoſitores explicant *: Ideſt Fortitudo , maxima .* Abundaverit autem in Sancto Laurentio Juſtitia , ſecun-

ſecundum omnes ſui partes reducibiles, liquet ex iis, quæ digeſſimus præced. cap. III. quanquam non juxta rei meritum loqui datum nobis fuerit: nimis enim facultatem mentis noſtræ, ne linguæ dicamus, illa virtus abundans exceſſit; adeo ut non humanum quid, ſed Divinum ſapere viſa ſit. Quamobrem ad dicendum quippiam de operatiooe ipſius juſtitiæ in Leviticæ Fortitudinis augmentum, nihil erit nobis conſultius, quam terrenis poſthabitis ſimilitudinibus, ſurſum ad Divina mentis aciem dirigere. Annuntiabunt ſiquidem nobis cæli, quonam modo corroboraverit Heroem noſtrum juſtitia ejus. *Aperti ſunt Cæli*, Ezechiel inquit, *& vidi viſiones Dei*. Et poſtquam deſcribit Domini gloriam in ſplendore ignis cum quatuor animalibos, ac rotis, quibus imminebat firmamentum, addit: *Et ſuper firmamentum, quod imminebat capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus ejus per circuitum a lumbis ejus, & deſuper: & a lumbis ejus uſque deorſum, quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu*. Sapphirus lapis, qui coloris eſt cærulei, punctis diſtinctus aureis, Chriſti Domini componens thronum ſuper firmamentum, quaſi alterum ſuper iſtud micabat cælum; nam ut notat A Lapide in cap. XXIV. Exod. ℣. 10. *Sapphiri color eſt cæruleus, aureis ſtellulis conſperſus, ita ut cæli ſpeciem referat*: Qua propter illud repræſentare videbatur, quod David de Chriſto cecinit pſal. LXVII. 34. *Aſcendit ſuper Cælum Cæli*. Quod autem dicitur, apparuit in eo ſedens Filius hominis, ſpeciem habens igniti electri *a lumbis deſuper*, intelligas in ſenſu, lombos excludente; nempe in parte, quæ ſupra lumbos eſt; ibi erat intrinſecus ignis, electri habens ſpeciem. Extrinſecus vero ignis alter, ambiebat inſeriorem corporis partem, incipiendo a lumbis & deorſum in circuito. Quod vero, Dominus ſic apparuit, indicare viſus eſt in igne intriuſeco amorem ſuum erga genus humanum: in exteriori autem, inſeriorem complectente corporis partem, paſſionis ſuæ ignem, cunctis viſibilem, & patentem. Sopra lumbos, inquit Hieronymus, mentis ſenſus, & ratio verſatur; quibus non convenit niſi amor, qui eſt ignis intrinſecus, in metallo veluti pretioſiſſimo, configuratus: Sedet autem carnis ſenſus a lumbis deorſum, ipſe ignea indiget in hominibus purgatione; ibi enim eſt coitus, generatio, & ſtimoli vitiorum. Sed in hominis Filio, in quo nulla erat carnis concupiſcentia, ſolum tribulationis ac paſſionis ignis ibidem exarſit ad humani generis redemtionem. Quo paſſionis igne magis ac magis illuxerunt virtutes ejus; inter quas præcipue Juſtitia & Fortitudo: de quibus in eo prædixerat Iſaias XI. 5. *Erit juſtitia cingulum lumborum ejus*. Et cap. LIII. *Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ*. Quod clarius explicans cap. LIX. 17., ubi celebrat opera potiſſima Fortitodinis ejus, nempe crucis & reſurrectionis victorias, quibus triumphavit Dominus de cunctis viſibilibus ac invisibilibus hoſtibus: *Juſtitia*, inquit, *ejus, ipſa confirmavit eum*. Commentatur Ugo: *Ideſt, Juſtitia Chriſti ad robur reſurrectionis, & victoriam hoſtium adduxit eum*. Ex quibus aperte clareſcit magnus Juſtitiæ influxus ad fortitudinis perfectionem. Si autem quærimus, cur ſuper cælos horum triumphorum apparuerint ſymbola; quum ſignata in terrarum infimis geſta ſuerint? Cito reſponſum accipimus, quia nimirum ille, qui ad mortem vincendam de cælo deſcendit, ipſe etiam paſſionis tempore in cælo erat: juxta quod ſcriptum eſt Jo. III. *Deſcendit de cælo filius hominis, qui eſt in cælo*.

17. Nunc ad tropologicum venientes ſenſum, quamvis non dubitemus cum A Lapide dicere de omnibus ſanctis: *Electrum ignitum ſunt in camino tribulationis, & charitatis, ac præſertim martyrii, probati ſunt excocti, & electi. Hi enim Deo ſunt ſelecti, dæmonibus terribiles, aliis exemplo & fulgore admirabiles.... Hi ergo tribulatione fiunt Divini, & quaſi dii, ſedentes in throno Dei, ſuperiores mundo, & calcantes omnia proſpera, & adverſa*. Tamen neſcio, quid ſingulare in uno Laurentio videre videar, quod me fere rapiat extra me ipſum. Analogiam quandam intueor ſpecialem inter victorem Regem, iſtumque militiæ Ducem. In uno etenim eodemque electro, antiquitus elaborato, (quod coram Tirino inſtar auri ſplendebat, immo aurum ſplendore ſuperabat, teſte Hieronymo, Origene, Theodoreto, Prado, Scaligero, & aliis) allegorice Chriſtus Dominus eſt præſignatus, tropologice autem peculiari ratione Martyrem noſtrum commendatum aſpicio, qui temporali ſuit igne probatos ut aurum. Is a lumbis deſuper, ideſt, ſecundum ſuperiorem ſubſtantiam, igne Divini amoris ita exarſit, intrinſecus; ut extrinſecus a lumbis deorſum, nempe ſecundum inſeriorem partem elementari ardens flamma, ſerenus ac placidus ſuper urentem conſederit cratem, quaſi eſſet ſuper thronum ex ſapphiro conſtructum, ſive juxta ſignificatum iſtius, ſuper cælum cæli, nempe in empireo Beatorum ſublimatus, in Deique throno quieſceret. Sed unde illi adeo novum, adeo admirabile Fortitudinis ſpectaculum, niſi ex illa, quæ in eo abundavit, juſtitia; de qua cum Davide canit Eccleſia: *Juſtitia*

tia ejus manet in ſæculum ſæculi? Hæc profecto, in ſimilitudinem Dei Hominis, fuit *cingulum lumborum ejus*: quæ ad pugnandum atque vincendum ſic roboravit eum, ut viſibiles & inviſibiles ſperneret hoſtes; accenſaſque miniſtrantium contemneret prunas, univerſaque tormenta rideret: *Juſtitia ejus ipſa confirmavit eum*. Per quam factus eſt qoodammodo particeps illius Divini elogii, quod pſalmo 11. depromſit David, poſtquam verba illa præmiſerat: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania*. Nimirum, *Qui habitat in Cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos*. Quandoquidem veraciter & hic Archipugnator Altiſſimi, haud ſecus quam ſi in cælis eſſet, nullis omnino tormentis ſubjectus, inſtar Omnipotentis, gentes adverſum ſe frementes, & inania excogitantes, tranquilliſſime ſubſannavit, irriſitque. Hinc de ipſius juſtitia, quæ ad talem fortitudinis apicem elevavit eum, recte dicere poſſumus: *Juſtitia tua ſicut montes Dei*: a quibus montibus æternis, ubi tum erat converſatio ejus, mirabiliter illuminans (vertit Euthymius in pſal. 75. *De Cælis*) tot miſit fulgura cum ſagittis acutis, quot erant feria ejus, vel irriſoria in hoſtes verba, perturbavitque omnes, qui ſe fruſtra divexabant, inſipientes corde. Appoſite in hanc rem Ludovicus Granatenſis: *Jam mihi videtur Laurentius non in terra, ſed in Cælo quodammodo eſſe, unde jam Deo plenus, & in ſublimi loco poſitus, ac de felicitate ſua ſecurus, talia in illum Orbis Monarcham convicia jactare non timebat. Mundo enim celſior factus, quid mundus adverſus eum moliri poſſet, non agnoſcebat*.

18. *Securitatem*, cujus nuper mentionem fecit Granatenſis auctor, inter partes, fortitudinem integrantes, Doctores connumerant. Eſtque *Tranquillitas, ſeu quies animi, a timore terribilium aliena*. Quare ab Ariſtorele nuncupatur in Ethicis *Intimiditas mali*: Quæ ſe poſſidenti jucunditatem cordis affert. Unde in Proverbiis xv. 15. dicitur: *Secura mens quaſi juge convivium*. Hujus autem convivii miniſtræ ſunt virtutes omnes, juxta Gregorium, in libro Moralium, ſcribentem: *Dum virtutes menti lætitiam pariunt, quandam etiam ſecuritatem gignunt*. Quocirca ſecuritas iſta videtur eſſe quoddam victuale, quod ſecum ferunt virtutes omnes, a ſanctis non ſingulatim, ſed ſimul excultæ. Illa igitur oris jucunditas, qoæ in noſtro Levita perpetuo relucebat, quæque intuentes homines hilarabat, ex hoc etiam jugi ſecuritatis convivio procedebar, a quo nulla miniſtra virtus aberat. In iis vero adminiſtris primatum tenebat conſcientiæ puriras: ſicut Bernardus exclamat, dicens: *O vita ſecura, ubi pura conſcientia*. Puriiatem hanc conſcientiæ ſequebatur quotidiana pœnitentia, obi nulla eranr punienda delicta; necnon altus mundanorum omnium contemtus, eujus ratione nihil erar illi, quod poſſet invitus amittere, unde in timorem ſecuritas verteretur. Deturbare namque ſecuritatem ab hominis pectore nemo poteſt, niſi dubietas amittendi rem, qnam ille amat, non quam contemnir. Cæleſtia vero dona, quorum ſelix Juvenis erat ditiſſimus, quæque ſumme diligebar, tanta in Deum fiducia tenaciter retinebat; ur nulla eſſet vis, quæ pugnum illius, ea perſtringentem, explicare uoquam poſſet: ſive mundus, ſive caro, ſive diabolus contra niterentur. Officioſior præ his virtutibus erat caritas in adminiſtrando illi ſecuritatis convivium, cujus eſt proprium foras mittere ſervilem ab amanti corde timorem. Ablegatum plane hunc Divinus amor ſemper tenuit a Laurentii præcordiis; ita ut vix iſte a longe timoris ejuſmodi ſamam audierit; magiſque conditionem ejus ignoravit, quum tempus acerrimi ſui conflictus inſtaret. Sed ecce ſplendidam id genus Securitatis menſam, ferculorumque ambroſias, quas ſibi virtutes omnes exhibent, ac porrigunt, quibuſque Levita nobilis ſecurus jucundatur, Cæſar impius perturbare, atque amaritodine replere conatur. Omnia crudelitatis inventa ſub Convivæ oculis ponit; ſi forte vel paullulum timore corripere illum poſſit. Verum irrito prorſus conatu. Tranquillo reſpondet ille vultu: *Ego bas epulas ſemper optavi*. Vocem iſtam barbarus horret, atriſque irritatus furiis, ſuppliciis addit ſopplicia. Fruſtra omnia. Vir, Securitate plenus, nequit vel minimum commoveri. *Non timeo*, inquit, *tormenta tua*. Noli ſidere, ryrannus ex adverſo inquit, in theſauris, quos habes reconditos. Cui Martyr: *Vere confido, & ſecurus ſum in theſauris meis*. Diſſecantur rabie præſidis furentis viſcera: converſus ad ſatellites, eja, inquit, tepentes ſternite prunas ſubter ferreum caminum, ſuper quem reus iſte, confidentia, & ſecuritate tumens, ligatus, timere diſcat imperii deos, Romanique orbis Monarchæ juſſa vereri; aut ſi potis eſt, ſuper accenſum rogum impertuibata etiam ſecuritate quieſcat. *Promptior*, inquit Ciſtercienſis Raulinus, *eſt Laurentius ad ſuſtinenda tormenta, quam ſint tortores ad hæc illi inferenda*. Et quia ſecuritas, juxta idiomatis latini expoſitores, derivatur a vocabulis *ſine cura*; neque aliunde magis valet quis oſtendere ſe a euris feriantem, quam ſi ludis operam det; invictus Athleta maximum hoc præſtat etiam ſuæ Securiiatis argumentum: in medio flammarum ſtridentium, in faciem deſpumantis præ ira regis, ſuorumque blaſphemantium veſanorum ſatellitum, placido quieſcit ore, jociſque, ac ſali-

 bus

bus minime parcit: Securitatis ejus jucunditas, conviviique dulcedo nullo mærore, amaritie nulla evaneſcere unquam poſſunt.

19. Sed jam percontari libet ex hactenus dictis, habere ne potuerit locum in ſingulari hoc Viro (qui cælum extra cælum inveniſſe viſus eſt) *Patientiæ virtus?* Hæc ex Tullio 1.Rhet. *Eſt rerum arduarum, & terribilium voluntaria, & diuturna perpeſſio honeſtatis cauſa*. Nec in dubium revocari poteſt, eam virtutem communi Doctorum ſenſu recenſendam eſſe inter præcipuas fortitudinis partes. Nihilominus initio apparet nihil fuiſſe ardui, nihilque terribilis Heroi noſtro, quidquid perpeſſus fuerit; dum omnia in animi oblectamentum ſibi ceſſere: ſicque videtur ei defeciſſe virtutis patientiæ materiem, quæ in rebus diſplicentibus & contrariis, æquo ſuſtinendis animo conſtat. Veruntamen conſiderare oportet, aliud eſſe, quod aliquis corde fixus in Cælo inveniatur; aliud quod corpore in terra poſitus, adverſa multa ſuſtineat: quorum unum alterum non excludit; neque ceſſant eſſe ardua & terribilia inferiori hominis parti ea, quæ in oblectationem ſuperiori veniunt amore virtutis. Satis, quod ſenſui carnis ſint contraria, ut huic inferant paſſionem; ad quam tolerandam patientia ſpiritus neceſſaria eſt; quantumvis hæc libenter & alacriter exerceatur; quod non ad minuendum, ſed augendum virtutis exercitæ meritum juvat. Lautum igitur ſecuritatis convivium; quod robuſto huic Viro præſtabant virtutes ejus, nihil eidem obſtaculi afferebat, quominus animum adjiceret ad tolerantiam paſſionum; ſed potius majorem vigorem ſubminiſtrabat ad terribilia in ſuo corpore perferenda. Hioc recogitans ſe in valle fletus eſſe, non in æternæ felicitatis manſione; quo potentiores ſpiritus dulcedines prægustabat, eo validiora patientiæ ſitiebat exercitia; ſciens amara ex hac arbore ſupernæ beatitudinis ſuaviſſimos eſſe ſibi fructus colligendos. Ideo nihil erat ejus ſpiritui dulcius, niſi quod ſenſui eſſet amarius.

20. In hujus rei præſagium Divina præordinatione factum credimus, ut de illa benedicta naſceretur ſemina, cui *Patientia* nomen erat. Martyr etenim ipſe quum virtutis patientiæ ſuccus fuerit, nihil ſibi convenientius extitit, quam ut e Patientiæ viſceribus ortum traheret. Quocirca inquit Ugo tom. 1. pagina mihi 32. col. 2. *Patientia de domo Patientiæ oritur*. Expreſſus vero, ſive ſtillatus virtutis Patientiæ ſuccus fuerit magnus hic Sanctus, quis unquam ambiget? Diuturno ſiquidem igne caro ejus in adipem reſoluta non modo patientem, ſed etiam ſpiritum Patientiæ ipſum fuiſſe monſtravit. *Probatio fidei veſtræ*, inquit Jacobus Apoſtolus 1. 3. *patientiam operatur*. Probatio autem non una omnibus eſt. Mille nam modis ſcit Deus exercere ſuos, quos ad talem, vel talem ordinat pro patientiæ dignitate ac merito coronam. Ad Martyres porro Salvator præcipue ſermonem illum direxit, quum ait: Lucæ XXI. 16. *Morte afficient ex vobis:* Nec non Ṽ. 18. & 19. *Et capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Verum neque in iis omnes æque idem habuerunt ad patiendum, ſed alii ſic, alii autem ſic; quanquam ipſis omnibus probationis & patientiæ primatus adjudicandus ſit inter omnes credentes, qui per multas tribulationes tranſierunt fideles: quibus non repugnamus adjungere Jobum: Unde laudatus inquit Apoſtolus v. 11. *Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Suſtinentiam Job. audiſtis*. Audivimus ſane patientem hunc virum dicere: *Probavit me* Dominus, *quaſi aurum, quod per ignem tranſit* XXIII. 10. Commentarienſes expounnt: Probavit me *igne metaphorico*, ideſt tribulationis & doloris flamma: Non autem teapſe vero elementari incendio. Nam ut advertit Eccleſiaſticus 11. 5. *In igne probatur aurum, & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis*. Dictum eſt *Humiliationis* per Metonymiam, ſumto videlicet effectu pro cauſa. Tribulatio ſiquidem ignis eſt, humilians hominem, ſuam iſti aperiendo infirmitatem. Ceterum quantumvis, eodem Jobo teſte cap. VI. 12. Fortitudo hominis non fit fortitudo lapidis, nec caro ejus ænea; nihilominus voluit nonnunquam Deus oſtendere, quantum poſſet in hoc vaſe fictili, adeo patientiæ fortitudine ipſum hominem roborando, ut complures Divinitatis propugnatores fortiter conſiſterent uſque ad ſuſtinendum in carne propria veros ignis ardores; perinde ac ſi corpora eorum lapidea, vel ænea forent. Stupenda nimis hæc patientia in eis fuit, quæ ad experimentum uſque ignis probata eſt; quo nihil animanti doloroſius; nihilque magis animæ, informanti, corpus mærorem afferens. Et tamen in his ſumme diſcruciatis, ſumme afflictis terræ, qui patientiæ terminos attigerunt, Levita Laurentius juxta Patrum doctrinam, inventus eſt, eorundem Vexillifer patientum; quomodo non Patientiæ florem maximum immo & eſſentiam iſtius appellabimus eum?

21. Rem, Patrum calculo firmatam, per ſingula ipſorum patientum geſta lubeat enucleare. Fuerunt etenim id genus Martyres, qui ſecundum aliqua corporis membra tormentum ignis paſſi ſunt, non tamen ignibus immortui. Coacti ſunt alii eliquatum in os recipere liquefactum plumbum, vel ferventes ingredi lebetes ad horæ pauculum, vel in igneis quoque craticulis aliquantiſper immorari, non autem ad extremum uſque ſpiritum iiſdem detineri ſup-

Digitized by Google

ſuppliciis. Ingentibus alii addicti flammis, brevi occupato anhelitu, hinc tormentis erepti, purificatoque ſpiritu, evolarunt ad ſidera. In ardenti ſartagine ſunt alii uſtulati, & quidem perſeverantes in illis ardoribus uſque ad vitæ finem: ſicut in ſecundo Machabæorum libro de primo ex ſeptem fratribus Machabæis legitur: *Juſſit rex ignem admoveri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine*: Et infra. *Mortuo illo primo hoc modo, ſequentem deducebant.. & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit*. At quandoquidem utriſque antea fuerant abſciſſæ linguæ, ac ſummitates manuum & pedum, abſtractaque cutis capitis, nec non ollæ & ſartagines igne ſuccenſæ jam erant, ut liquet ex cap. VII. ℣. 3. & 4., ideo, tum propter excurrentis ſanguinis profluvium, tum propter ebullientes ollas, *pice, vel oleo, vel aqua plenas*, ſicut notat Menochius, quod ſcriptura narrat, *diu* fuiſſe tortos, ſentiendum id videtur dictum eſſe, conſiderata tormenti atrocitate: reſpectu cujus etiam tertia unius quadrantis horæ pars longum dici poteſt tempus; quum nullum conſtet hac in re protractæ vitæ ſpirantis hominis interveniſſe miraculum. Prodigii hoc genus Laurentio Martyri ſolum novimus reſervatum; ut ad plures horas lento ac diuturno probaretur igne. Quæ quidem probatio illam in eo Patientiam operata eſt uſque ad ultimum vitæ anhelitum, quam facile ſolam & ſine exemplo mirabundus aſpexit Orbis terrarum, vere novum, vere nunquam viſum Patientiæ miraculum. Et ſi *Patientia*, Apoſtoli Jacobi teſtimonio, *opus perfectum habet*; quia nimirum conſummat hominem in omni virtute ex Cypriano tract. de Patient., & Gregorio hom. 35. in Evangelia; nempe quando ipſum ad eum perducit altitudinis ſuæ gradum; ut ab eodem patiente omnem triſtitiam expellat, & alacritatem in cor ejus infundat, juxta S. Thomam 1. 2. q. 66. art. 4. ad 2., id ſane perrarum eſt. Quod & noſtro contigit Martyri, qui lætitia inenarrabili Patientiæ profunda nudavit: Unde concluſum profecto manet, eum fuiſſe opus omni virtute conſummatum atque perfectum. In quo ita læta, jucunda, & hilaris triumphavit eadem Patientia, atque ſi non in paſſionis luctu, ſed in ſollemnitatis gaudiis illius martyrii tempore Heros ipſe maximus verſaretur. Montes excelſi utique apparuerunt Chriſti Martyres, propter invictam animi patientiam elevati ad ſublimia cujuſque virtutis: Ille autem, de quo ſermonem habemus, quique omni virtutum genere ante ſuam prominuit paſſionem, atque in ipſo certamine præſtantiſſima exercitatione jubilantis Patientiæ ſupra omnem modum auctus eſt; nemini mirum videri debet, ſi veluti Mons montium elevatus celebretur. Talis enim Patientia in tali reperta ſubjecto, confectarium fuit, tale perfectum opus haberet, quo nihil ſupra excogitari queat.

22. Conſtantia *eſt animi firmitas, atque ſtabilitas circa res terribiles, & ad ſuſtinendum difficiles, quæ lædunt naturam*. Differt a perſeverantia, quæ finem reſpicit completæ laudabilis actionis, vel paſſionis. Similiter diſtingui debet a longanimitate, quæ relucet in ferenda moleſtia ex nimia rei deſideratæ dilatione, nulla vel extrinſeca vi animum urgente: Conſtantia vero in ſuſtinendis naturam lædentibus verſatur, propulſata qualibet animi titubatione. Fatemur tamen in his multam eſſe cum hac, de qua loquimur, virtute affinitatem; omneſque Patientiæ appendices poſſe vacari. Quanta porro animi firmitate conſtiterit myſtica noſtra templi Dei columna in medio terribilium, ac difficilium, cælum vel terra ruerent, aut ſimul adverſum ſe mala omnia conjurarent; quis ad dicendum aptus erit? Exclamat Juſtinianus Patriarcha: *O Martyris Conſtantia omni honore colenda, quæ tanto vigore emicuit tantaque virtute profecit, ut immaniſſimis nequaquam ſuppliciis cederet, nec atrocibus flecteretur pœnis*. Quid eſt autem, quod dicit: *Martyris Conſtantia omni honore colenda*? Arbitror non aliud, quam omne meritum honoris, quod hæc virtus omni tempore ſibi comparavit, reſplendens in fortibus Domini ſive in novo, ſive in veteri Teſtamento, totum ſibi congregavit, in unius Laurentii Martyris inventa pectore. De Judith Conſtantia legimus in ejus libro cap. XVI. 12. *Horruerunt Perſæ Conſtantiam ejus, & medi audaciam ejus*. Illam nimirum Conſtantiam horruerunt in femina Aſſiriorum phalanges, qua Holofernis Ducis exercitus caput præcedit. Pro quo egregio facinore invicta mulier Deum rogaverat, ut ſibi eſſet auxilio, cap. IX. 14. dicens: *Da mihi in animo conſtantiam, ut contemnam illum, & virtutem, ut evertem illum*. Contemſit utique, ac evertit, non exigua conſtantia & virtute prædita, formidabilem caſtrorum ducem; attamen jacentem in lectulo, ac nimia ebrietate ſepultum; ipſa vero brachio pugione armato. Laudabilis nihilominus valde, quia fragilitati femineæ maſculinum animum inferens in re nonnihil ardua ex aliis circumſtantiis, exſequendaque perdifficili ob varia, in quæ ſe conjecit, pericula malorum, quæ illi poterant ſupervenire; a propoſito tamen non diſceſſit, ſed perfecit illud. Majori conſtantia in præſenti terribilium aggreſſione inſtructus apparuit tertius ille in ſeptem, paullo ante commemoratis, Machabæis fratribus qui lib. 2. Mach. VII. 10. *Linguam poſtulatus, cito protulit, & manus conſtanter extendit.. ita ut rex, & qui cum eo erant mirarentur adoleſcentis animum*. Parique conſtantia juſſis obſtiterunt regiis ceteri fratres ejus inconcuſſam confitendi Dei ſtabilitatem habentes; regemque perfidum dignis objurgationibus

libere caſtigantes: ita ut ſit arbitratus Antiochus turpiter ſe contemni ℣. 24. In fine autem legis veteris Joannes Præcurſor Domini ob ſuæ conſtantiæ celſitudinem illud ſibi a Domino prolatum meruit elogium: *Quid exiſtis in deſertum videre, arudinem vento agitatam? .... Amen dico vobis, inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta*. In lege demum gratiæ innumeri pene Martyres coram regibus & principibus terræ, crudelia minitantibus, niſi Fidei nuntium remitterent, incarnati Verbi teſtimonium conſtanter dedere; increduloſque præſides ſeria reprehenſione perſtrinxerunt. Hiſce tamen in exemplis magnæ virtutis, geſtiſque firmitatis admirabilis novum unum Laurentianæ Conſtantiæ inventum agnoſcimus, nimirum ludis ceperit cum hoſte imperante congredi, ludis in cruento certamine progredi, ingravatumque conflictum ludis abſolvere; licet prigris ignibus eſſet Martyr aſſatus. Et quum ceteri omnes conſtantes Dei milites valde ſeriam æſtimaverint pugnam, inter gravia ſupplicia perdere in hoc mundo propter Chriſtum animam ſuam; unus Laurentius ipſum, immo atrocius, prælium, propriæ comparatum Conſtantiæ, ſibi e cælo inditæ; nulla ratione dignum, ac proportione congruum reputavit: ideo quaſi rem vere ludicram (ut ore ſuo prius Cæſari teſtatus fuerat) ludibundus incepit, continuavit, abſolvit. Vide hinc, quiſquis es, quanto rationis pondere Juſtinianus de Laurentii Conſtantia ſcripſerit, *omni eſſe honore colendam*; dum hæc in eam conceſſit meriti amplitudinem, ut quicquid honoris in Dei bellatoribus ſparſim obtinuit; totum ſibi, uno dimicante Levita, promeruit perſolvendum: conſuetos quum in iſto exceſſerit limites magnitudinis ſuæ.

23. Succedit Conſtantiæ *Perſeverantia*, ſine qua, Gloſſatores inquiunt, nec qui pugnat, victoriam; nec qui vincit, coronam aſſequitur, dicente Domino: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Unde Bernardus ajebat epiſt. 129. *Tolle perſeverantiam; nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo habet*. Eam ſic explicant Theologi: *Eſt permanentia finalis in bono propoſito, quibuſcunque arduis ac terribilibus non obſtantibus*. Quare materia laudis ejus eo creſcit, quo virtus ipſa difficiliora & terribiliora inceſſere nos facit obſtacula, quæ conſecutionem finis impediunt, donec iſtum aſſequamur. Doctor Angelicus illam in Sancto Laurentio ita commendat: *Perſeverantia ejus fuit laudabilis; quia flagellis probata, in fide conſummata, in igne examinata, ideo pervenire meruit ad vitam æternam*. Quibus non obſcure indicat (maxime ſcientibus Martyris acta) celſitatem Perſeverantiæ ejus ex qualitate flagellorum, ex abſoluta numeris omnibus hilari ac celeberrima fidei confeſſione, atque ex longo per ignem examine. Haud ſecus Auguſtinus tract. 27. in Joannem pretium ejuſdem Laurentianæ virtutis expoſuit, quam per terribilia, quæ, ut perſeveraret in caritate Chriſti, perpeſſus eſt. Scribit enim: *Quid eſt, quod ait: Qui manet in me, & ego in illo? Quid, niſi quod Martyres audiebant: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit? Quomodo manſit in illo Sanctus Laurentius? Manſit uſque ad tentationem, manſit uſque ad tyrannicam interrogationem, manſit uſque ad acerrimam comminationem, manſit uſque ad peremptionem: parum eſt: uſque ad immanem excruciationem manſit. Non enim occiſus eſt cito, ſed cruciatus eſt in igne: diu vivere permiſſus eſt, imo non diu vivere permiſſus eſt, ſed tarde mori compulſus eſt*. Quamobrem luce clarius quum ſit, noſtri Martyris permanentia finalis in veræ fidei confeſſione, talia, tantaque terribilia calcare debuit, queis majora humana mens excogitare non poteſt; conficitur, nihil ſit laudis meditatione dignum, quod Laurentii Perſeverantia minus aſſequi mereatur.

24. Neque officit, quod hæc virtus Dei donum in eo fuerit, quaſi propterea inventa in homine, nulla ſit ex iſtius parte laudabilis. Non enim id obſtat; quum etiam virtutes omnes ſupernaturales dona ſimiliter Dei ſint; neque ideo in homine poſita, ſua laude privantur; quandoquidem & ſi donum non cadat ſub meritum, *Per orationes tamen fervidas, & continuos* (ut cum Theologis advertit A Lapide in Act. Apoſt. XI. 23.) *illud poſtulando, perque aſſidua bona opera illud a Deo impetrare & quaſi de congruo emereri poſſumus*: juxta Petri Apoſtoli doctrinam ep. 2. cap. 1. ℣. 10. *Satagite ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*. Et cap. 4. 14. *Satagite, immaculati, & inviolati inveniri in pace*: Hoc eſt, quod in noſtro laudamus Heroe, juxta nuper adductum S. Thomam Aquinatem ſerm. de S. Laur., nimirum quod ſanctiſſimis ſuis operibus ita ſategerit immaculatus, & inviolatus inveniri in pace Chriſti; quibuſcumque terribilibus adverſantibus ſibi, ne talis inveniretur. Ceterum, quia dona Dei & virtutes ſupernaturales in anima fideli paſſim Theologi non niſi ſola ratione diſtinguunt, ideſt dona ſunt, prout reſpiciunt Donatorem: virtutes, ut referuntur ad Donatarium: atque ut idem notat A Lapide loc. cit. *Perſeverantia uti virtutum eſt maxima, ita ſummum eſt Dei donum*: id ex Auguſtino colligens lib. de Bono Perſeverantiæ; propterea libet de iſta quicquam, ut in Martyre noſtro reſplenduit, dicere, conſiderata uti virtus, & perpenſa uti Donum Dei. Ut virtus ſumta, ſubje-

ſubjectum perfecit; ut Dei donum idem ſubjectum ornavit. Perſecit Laurentium uti virtus, præ cunctis virtutibus, ſive iſtæ diviſim, ſive conjunctim accipiantur. Quid enim Laurentii virtutes omnes expoſitæ, vel etiam exponendæ, ſibi unquam profuiſſent, niſi Perſeverantia eas confirmaſſet, earumque tandem completa uſque in finem merita ad æternam remunerationem adduxiſſet? Flores erant; quos in fructus matureſcere ſola Perſeverantia curavit: Pretioſi veluti lapides ſanctiſſimum ditantes Juvenem æſtimabantur; ſed huic diviti poſſeſſionem indeſectibilem, ſempiternumque dominium ſuper hujuſmodi inenarrabilia bona ſola Perſeverantia tradidit: atque ita virum, ex conditione naturæ mutabilitati quondam ſubjectum, in immortalem & incommutabilem convertit, perfecitque perenniter Sanctum.

25. Sumatur modo ipſa Perſeverantia ejus uti Donum Dei; donum plane maximum tum generatim ſumtum, tum peculiariter in ſubjecto, de quo agitur, acceptum. Alio namque diximus loci, Sanctum Laurentium in novo Teſtamento fuiſſe velut alterum Joſeph, quem Sancta Eccleſia quotannis Dominica tertia in Quadrageſima præfiguratum conſiderat in juſto illo Ægypti Prorege filio Jacob, ad ſalutem Hebraici fidelis populi deſtinato. Vetuſtus inquam ille ab ipſo Patriarcba inter ceteros filios maxime dilectus fuit: noſter autem Joſeph a Chriſto Domino (cujus figura Jacob erat) modo ineffabili peramatus. De illo priori liber Geneſi cap. xxxvii. 3. ait: *Iſrael autem diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos .... Fecitque ei tunicam polymitam*. Septuaginta vertunt *variam*, ſive *variergatam*: Nempe liciis, & filis varii coloris eleganter diſtinctam. Quam veſtem tropologice Rupertus deſignare docet vitam cujuſque ſanctiſſimi hominis, omni virtutum varietate comtam. Altera translatio coram Ugone habet: *Tunicam calarem*: quem ſenſum non excludit verſio ſeptuaginta Interpretum; nihil enim contrarietatis involvit, quod veſtis eadem & *polymita*, & *talaris* fuerit; ultimo quo vocabulo virtus perſeverantiæ conſignatur. In talo ſiquidem finis vitæ intelligitur: De quo etiam ſermo eſt in lib. Geneſis iii. 15., ubi ad ſerpentem ait Deus: *Et tu inſidiaberis calcaneo ejus*. En donum maximum, quod fecit Dominus Jeſus Chriſtus, quaſi alter Jacob dilecto filio ſuo per adoptionem in lege gratiæ accreſcenti filio, Levitæ Laurentio; donum, inquam, præcipuum, ideſt polymitam veſtem talarem Perſeverantiæ, qua illum ornavit, variis virtutum omnium contexta liciis, ſuper aurum & lapidem pretioſum multum fulgentibus; quatenus inter Sanctos & electos ejus filios peculiariter glorioſus apparet in conſpectu Domini æterna beatitate donatus, evectuſque inter cæleſtis aulæ primores, uti ſtropha 140. cecinit vates Prudentius, dicens:

Videor videre illuſtribus,
Gemmis coruſcantem virum:
Quem Roma cæleſtis ſibi
Legit perennem conſulem.

Notum eſt autem in terreſtri Urbe Roma ſolus Imperator dignitate præceſſerit binos, qui erant, Conſules, regalem cum ipſo Cæſare purpuram induentes. Immo & ipſe Cæſar ſæpe ſæpius unius Conſulis locum replebat. Tanto profecto gloriæ pondere in Urbe cæleſti Sanctum Laurentium Perſeverantia exornavit, ac perpetuo coronavit.

26. *Magnamitas*, quæ in omni virtutum genere difficillimum gradum heroicæ qualitatis ſemper attendit, quin etiam & ipſa virtus magis adeptu difficilis; quia nonniſi ex plena congerie ſingularum virtutum, in unum confluentium, exſurgit, ab Ariſtotile in Ethicis lib. 4. cap. 3. ſic delineatur: *Eſt ornatus virtutum, quia majores illas facit, & ſine illis non eſt; quapropter difficile eſt eſſe vere magnanimum; non enim poſſibile eſt abſque accumulata probitate*. Hoc autem, quod dicitur, *majores virtutes magnamitas facit*, intelligendum eſt, ut ajunt ſcholæ, *in actu primo*, ideſt ſecundum operantis potentiam, quæ in magno illius reſidet animo, quem ad magna facienda opera inſtruit, ac diſponit ipſa magnanimitas; non vero ſecundum actum & exercitium, quod proxime a magnificentia progreditur. Quare magnanimitatis virtute magnanimus homo magna facienda in animo ſuo efficaciter concipit, ac diſponit; quum autem in opus magna illa reducit, magnificentiæ tum munere id exercet: per quam magnificentiam *magnificus*, ideſt magna faciens appellatur. De qua poſtrema virtute ultimo dicendum erit loco. Non enim præcedit, ſed ſequitur magnanimitatem: cujus non incongrue filia dici poteſt; atque adeo a ſua matre indivulſa, ut Eminentiſſimus de Laurea diſp. 26. de Fortitodine art. 9. §. 2. num. 176. dicat: *Magnificentia & magnanimitas dicuntur ad convertentiam; qui enim magni animi eſt, magna facit: Et vice verſa*: Quamvis iſta ſub converſione argumentum, ſecundum Philoſophos, *a'poſteriori* procedat, nimirum ab effectu ad cauſſam. Conſiderari quocirca una ſine altera nequit propter ſtrictum, quem habent ad invicem, nexum, mutuumque reſpectum. Grandia ergo facinora non ſunt expectanda in homine, in quo non eſt animi graoditas; & ubi comperta ſunt illa, una ſimul cum eis magnanimitas in manifeſto ſe ponit. Sed quia nobis non de naturalibus, bene autem de ſupernaturalibus magnis rebus ſermo eſt; non eam

geſto-

geſtorum ſuſceptionem attendimus, quæ humanis tantum, aut vulgaribus ſupernaturalis ordinis viribus exſequi poteſt; ſed quæ, præter commune fidelibus omnibus Divinæ gratiæ auxilium, exigit peculiare Spiritus ſancti doum, humana foris ejecta ratiocinatione, quæ Divino ſuppletur lumine; deſideratque ſpecialem, Divinitatis impulſum; quibus facile ac expedite quis concipiat, proponat, & agenda ſuſcipiat pro Dei gloria, communique utilitate credensium, quæcunque ardua, difficilia, vel terribilia prudentum, ſecundum ſpititum, exiſtimatione cenſentur. Juxta quem ſenſum, magnanimitas preſſim ad Fortitudinem pertinet. Ita heroice ſeſe geſſere Dei Martyres, quorum animos implevit Dominus, ac ampliavit admirabili magnanimitatis virtute, ut prompte, lubenterque ſanguinem pro Chriſto funderent; & nonnulli etiam ſponte ſeſe mactandas Deo victimas in manus carnificum offerrent. Verum, quum de noſtro Martyre redit tractatus, ejuſque animi magnitudo contemplanda proponitur, repetere adigor, quid neſcio novitatis & inſoliti, juxta morem hujus Fortis Domini, præ ſe ferre videtur, quod intuentes confiteri compellit eum Jeremia Propheta cap. XXXI. 22. *Creavit Dominur novum ſuper terram*. Siquidem, operantibus in eo Spiritus ſancti muneribus, talis animi amplitudo in illius pectore fulſit, ut parvum, arctumque nimis ſibi viſum ſit, eam pro Chriſti nomine pugnam inire, quæ vel capitis abſciſſione, vel cordis tranſverberatione, vel uno beſtiarum morſu, aut lapidum, aut ſagittarum nimbo, aut rotarum clavis, acutiſque gladiis, vel accenſa in ſeptuplum fornace brevi temporis momento finiretur. Magnanimus Vir majora patiendi ſpatia præoptabat, ne ipſa paſſio tam cito tranſiret; ſed mors atrociſſima pedetentim ad ſe accederet, qua non diu vivere; ſed tarde mori compelleretur: ut ſic magnamiter inſueto plane modo demiranda ſua paſſione clarificaret Deum. Id ut aſſequeretur, quid excogitaverit, attendamus.

27. Triplicem myſtici ſapientes dimenſionem magnanimi cordis in patiendo aſſignarunt; nimirum ejus latitudinem, altitudinem & longitudinem quartam ad atrociora patienda neſciere. Hanc adinvenit Levita magnanimus, nempe *Cordis profunditatem*, cujus recondita & obſcura conſilia, ut ampliora pro Chriſto ſubiret certamina, ſcrutari minime valerent tortores ſacrilegi; ſed potius neſcientes animum intenderent ad deſerviendum votis ejus, in profundo ſui cordis abſconditis. Diximus, quartam dimentionem iſtam Sanctum Laurentium adinveniſſe. Nam etſi ante hunc Martyrem meminerit Paulus ejuſmodi numericæ dimenſionis, ſed in alio protſus genere; quam & in Divinis agnovit, ubi de redemtionis noſtræ agit ſacramento, ad Epheſios III. 18. ſcribens: *Flecto genua ad Patrem: ut poſſitis comprehendere quæ ſit latitudo, & longitudo & ſublimitas & profundum*, ſubintellige *beneficii Crucis Chriſti*, uti liquet ex iis, quæ præmiſit idem Apoſtolus eodem capite ℣. 3. 4. 6. 8. 11., juxta Chryſoſtomum, Theodoretum, Theophylactum, & Oecumenium. Scimus autem in Sanctorum geſtis, Heroes, Heorinaſque complures miram cordis latitudinem habuiſſe, quibuslibet ſe offerendo ſuppliciis, ad ſævientium placitum poteſtatum. Habuiſſe alios cordis altitudinem, ita ut redarguerint ſuperſtitionis, vel crudelitatis, vel imbecillitatis ipſos torquentes judices tanta liberalitate ac celſitudine animi, perinde ac ſi poteſtatem ſuper illos temporalem haberent. Oſtendiſſe demum alios cordis longitudinem, quæ cum longanimitate confunditur, in diuturnis perſetendis corporis lanienis. Neminem tamen eorum novimus, in profundum illud conſiliorum deſcendiſſe; adeo ut exquiſite meditatus ſit, quid aptius foret, quo ad ſummam iracundiam tyrannum provocaret; ut inventor ipſe ſubire poſſet pro Chriſti nomine ſupremam tormentorum vim, nimirum ludibrio regem habendo, relictum inanem in ſua exſpectatione theſaurorum. Hoc Laurentianæ Magnanimitatis profundum fuit, quod invenit illuſtrante ſpiritu Dei. Hoc eſt, quod *novum creavit Dominus ſuper terram* (ſalvo in hac ſententia vulgatæ editionis literali ſenſu de Incarnatione Dominica) ſi enim ad tropum convertimur verſionem Theodotionis ad mentem noſtram pie accommodabimus, quæ habet: *Creavit Dominur ſalutem novam: in ſalutem circuibit homo*. Novum etenim creando Magnanimitatis prodigium, nempe Martyrem Laurentium, quaſi novam ſalutem creavit Dominus populo gentium: in cujus oculis tam grande poſuit ſpectaculum, ut eo viſo, idololatræ velut cervi ſitibundi accurrerint ad fontem ſalutis, ad aquæ lavacrum in verbo vitæ. Cujuſque ſpectaculi novum Magnanimitatis inventum barbarus præſes penetrare nequivit. Si enim Leviticæ profunditatis conſilium prævidere potuiſſet, minime ſane cogitaſſet Eccleſiæ theſauros a fideliſſimo Miniſtro requirere: qui tanta erat præditus Magnanimitate, ut ne hili quidem faceret præviſam iram læſæ jure optimo imperatoriæ majeſtatis: nec penſi duceret, ſe pugnam habiturum cum offenſo potente avaro: quin potius id expeteret, quo ſua dignum virtute daret experimentum.

28. Quia ergo vel a pugnæ initio contra magnanimi cordis *profunditatem* rex impius proficere nequivit; alio ſe vertit. Quantumvis ante faciem turbarum turpiter vilipenſus, animos neutiquam deſpondit; quin immo deluſus a ſpe, quam fru-

ſtra

ſtra conceperat, ad proſternendam ipſius animi Levitici *altitudinem* ſeſe accioxit, crudelitatem omnem exacuens in magnanimum irriſorem. Ignatus erat, quod ita perveniret Heros ad metam votorum & conſiliorum ſuorum, queis aſpiraverat, ut tormentis crudelioribus pro Dei gloria vexaretur. Somniabar equidem, ſibique blandiebatur Cæſar iniquus ſe proculcaturum fore inſolitis ſuppliciis illius animi celſitudinem: ſed quomodo calcari poterat, qui Cæli culmina ſua converſatione tenebat? Experimentis plurimis excelſum Virum in ima dejicere conatus eſt perfidus: Caſſus omnis labor. Irrugire propterea cogitur, quaſi furibundus leo, dum univerſas ſimul expoſitas crudelitatis machinas cernit ab Homine magnanimo deriſas. Quare irritum quoque, ac inane videns ire, quod ſibi adpromiſerat, deturbandi videlicet inexpugnabilem Virum ex altis poſtibus; ad coarctandam ejus cordis *latitudinem* ſe convertit. Nocturno tempore inſanus catenis ferreis ſuper anguſtum ferreum caminum Martyris corpuſculum vinciri jubet; putans in parvo illo, terreoque corporis vaſe latitudinem animi patientis Hominis habere concluſam, quæ terræ mariſque limires traſcendit. Sed experimento, ſuiſque ingratiis miſer advertit, quod eo magis dilatantur ſpatia Leviticæ Magnanimitatis, quo arctius vaſa carnis anguſtiantur. Ecce tortorem dolor intolerabilis angit, quod ab Homine, tam crudeliter illigato, nil precis, nil obſequii, nil demiſſionis ſibi deſerri videt; quod unice anxius obtinere cupit. Quocirca ratus nocturnis ſub illis umbris ſe in ampliſſimo Viro & operam & oleum perdere; decurtare ſaltem nititur *longitudinem* Magnanimitatis illius; ſi forte, admotis corpori ejus ſemiaccenſis lignis, ſtratiſque ſubter cratem carbonibus, qui tarde ac paullatim illud comburant, patientiſſimi Dei teſtis longanimitatem infringere poſſit. Inextricabilis, ait, mors longos dolores protrahens, animi longitudinem ab illo vel ſaxeo taodem amputabit pectore. Æneum ſir cor illud; mortali homini, diuturno in igne commoranti, quid virium eſſe poterit ad ulterius fortiter tenendam, adeo ſibi adbærentem, longanimitatem? Eam in præcedentibus toleratis retinuit lanienis: At in igne quum diu detinebitur, cujus tandem ardoribus etiam æs, lapideſque ſolvuntur, res aliter ſe habebir. Veruntamen crudeliſſimus ipſe princeps, corde prius ſolutus eſt, quam longa mors ignea Magnanimitatem frangeret Laurentianam, ſecundum ſui longitudinem; aut animam viri magnanimi ſolveret carnis vinculis. Ecce dum ad momenta ſperat tyrannus longanimitatem iſtam in celſo illo pectore videre præciſam; extra omnem exſpectationem invitatum ſe audit ab exuſto Juvene ad aſſatas ejus comedendas carnes: *verte*, *manduca*; videlicet ne ſicùt manibus auro vacuis, ita inani ventre poſtquam per multas noctis horas in multo igne adlaboraſti, denique incænatus abſcedas. Audiſti, pie Lector, longanimis viri acroama feſtivum, quod edidit, quum diu jam eſſet pigra flamma vexatus, plenoque corpore conſumtus? Accipe nunc demum, quæ, poſt ejus expoſitam vel brevitet Magnanimitatem, paucis de ipſius quoque Magnificentia dicturi ſumus ad præſentis capitis, totiuſque tractatus de virtutibus coronidem.

29. Oſtendimus, agendo de tanti Levitæ Fortitudine in ſua univerſali conſideratione, qualiter in eam virtutes omnes moralem influxum habuerint. Contribuentibus iccirco iſtis magnitudini ſuæ; vices rependere (ſic dicere permirtatur) ipſa Fortitudo curavit, non ſolum per communicatas illis Perſeverantiæ, & Magnanimitatis dotes, ſed etiam Magnificentiæ; ut trinum (quod eſt perfectum) eis munus veluti deſerret ad completum virtutum omnium ſplendorem. Nihil enim magnum in unaquaque virtutum inveniri poteſt, quod factu arduum in ſe non includat, nonniſi Fortitudinis beneficio, ſecundum partem Magnanimitatis, & Magnificentiæ ſuperaodum. Quo ſub reſpectu poſtremæ virtutes iſtæ profecto ad fortitudinem pertinent. Magnificentia itaque a Cicerooe deſcribitur lib. 2. De Invent. *Eſt rerum magnarum, & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio*. Vocabulum *Agitatio* idem heic ſonat ac *Exercitium*; ſicut apud Senecam ep. 109. legitur. *Agitatio virtutum*. Immo & penes ipſum Ciceronem de Senec. cap. 7. Exercitium in ſtudiis *Agitatio ſtudiorum* nuncupatur. Gentiles porro Philoſophi Theologiæ myſticæ prorſus expertes, Magnificentiam in ſolis mundi hujus ingentibus erogandis ſumtibus talentorum poſuerunt, veluti ſutores ultra crepidam ad altiora tranſire neſcientes. Nos vero fidei lumine illuſtrati, non ſolum in impenſis expoſitis eandem virtutem agnoſcimus, ſed etiam, & quidem ampliorem, in myſticis impendiis magni momenti, ad ſublimiora quædam exercenda ſupernaturalia opera, quæ difficulter æquari, vixque raro ſuperari poſſint, collocatis. In his enim actis magis elucet contemplatoribus illa Magnificentiæ deſcriptio: *Eſt rerum magnarum, & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio*. Ideo, quum modo de Sancti Laorentii Magnificentia dicendum occurrit, de utriſque inſuetis expeoſis fandi materies nobis emergit, juxta Philoſophicum, Theologicumque ſenſum virtutis ſtricte aceeptæ. Ceteroqoi conſiderata Magnificentia, ſecundum latiorem ſignificationem, pro ut nimirum in magnis excelſiſque peragendis ver-

verſatur rebus, nulla ratione habita ad temporales vel ſpirituales expenſas, nihil eſt profecto in noſtri Martyris actis vel virtutibus, aut in ipſius Gloria poſthuma in quo ſole clarior non eluceat Magnificentia ejus, ſumta, ut ſcholæ dicunt, *active*, aut *paſſive*. Unde ducti ſumus ad totum præſens conſignandum opus in Sancti noſtri honorem eo ſub titulo: *De magnificentia Sancti Laurentii Levitæ & Martyris*. Quandoquidem ad iſtius etiam Magnificentiam, quam *paſſivam* vocant, ſpectant honores eximii, quibus eſt a ſuis cultoribus magnificatus multiformi nobilitate cultus adhibiti quemadmodum & ad *activam* miracula, beneficia pergrandia, & appariziones, queis ſe colentes excipere magnifice dignatus eſt perinclytus ipſe Martyr.

30. Ad ſenſum igitur in primis philoſophicum in rigore accedentes, juxta eruditionem Ariſtotelicam lib. 4. Ethic. cap. 5. Magnificentiæ naturam ſic explicatam reperimus: *Magnificentia virtus quædam circa pecunias exiſtit; ſed non ita, ut liberalitas ad omnes res pecuniarias pertinet, ſed ad ſumptuoſas ſolum... Qua propter magnifici eſt in quocunque genere faciat, magnifice facere; nam ſic non ita faciliter ſuperari poteſt*. In magnificentiæ explanatione, a Stagirita edita, ſe ſiſtens Eminentiſſimus de Laurea tom. de Virt. Card. diſput. 25. de part. potential. Juſtitiæ art. 12. §. 2. num. 511. & ſeq., ubi de magnifici operis efſectione ſenſibili agit: *Rem magnificam*, ſubdit, *ſine ſumptu fieri inter homines, non video poſſibile*. Quanquam diſput. 26. de Fortitudine art. 9. ad hujuſmodi ſumtum neutiquam reſpiciens, ut ampliora faciat virtuti ſpatia, abſolute dicat; undecunque progrediatur magnificentiæ actus, qui haud facile ſuperari, aut æquari poſſit, agentem declarabit magnificum. Sed prius videamus, quonam modo Sanctum Laurentium illuſtratum voluit Deus omnipotens magnificentiæ actis, juxta vulgare philoſophorum placitum. Res plane, quæ peculiari animadverſione noſtra non eget; quum ex ipſis ejus geſtis ſub dio ſit. Quare purpuratus de S. Caro in pſal. xcv. 6. Super ea verba: *Confeſſio & pulchritudo in ſanctificatione ejus:* ſic habet: *Poteſt allegorice exponi verſus iſte de Beato Laurentio*. Explanata dein priori verſus parte, quæ ad præſens minime pertinet, ad ſubſequens tranſit verbum, dicens: *Magnificentia & munificentia ejus laudatur; quia de ipſo dicitur illud pſalmi* 111. *Diſperſit dedit pauperibus*. Longe ante Ugonem circa laudem iſtam in Divinis officiis, ad Martyris honorem præſcriptis, ſuam aperuit mentem univerſalis Eccleſia. Ingentem etenim ſumtus in pauperum ſuſtentationem fecerit Levita inclytus, haud facile a ſæculi potentibus æquabiles, elucidatum ſatis a nobis fuit lib. 1. Comment. in actis ejus cap. v. num. 14. ac præſertim lib. 2. cap. 11. num. 1., ut non ſit opus impræſentiarum quicquam addere ad demonſtrationem id genus Magnificentiæ ejus. Eo vel magis, quod altiora nos provocant magnifica ſpiritualia ipſius impendia quæ fecit; quibus eminentius reſplenduit, quantum in illo ſublimis fuerit ejuſmodi virtus.

31. Et quidem ſi commendabilis valde eſt Magnificentia ejus per ea, quæ in honeſtatem fidelium pauperum egit; ſumtuoſas iſtis faciens expenſas, quæ proxime ad bonum corporis ſpectabant; qualibus præconiis excipienda eſt virtus eadem per illos, quos operata eſt, myſticos ſumtus, haud facile cum id genus aliis, per ſanctos viros præſtitis, comparabiles, exæquandoſque, in ædificationem nimirum prædivitis civitatis Dei, quæ in terris eſt Eccleſia credentium, ſpiritualibus innumeris referta ſubſtantiis? Quam & fideles inhabitantes civitatem ad ſanctificationem animarum ſuarum, immenſis virtutum replentur opibus, dumtaxat ſanctorum imitentur exempla. Petrus Apoſtolus ſub indicata civitatis allegoria ep. 1. cap. 11. eoſdem alloquens fideles; hortatur, ut ſanctorum virtutem æmulantes, evadant & ipſi pretioſi ejuſdem Urbis lapides, quibus magis ac magis laudata civitas ulterius amplificetur. Ait enim: *Tamquam lapides vivi ſuperædificamini domus ſpiritualis*. Verſioni adhærentes Syriacæ, Apoſtolicum ſic intelligimus monitum cum Menochio: *Superædificamini, ut ſitis Domus Dei myſticæ, & ſpiritualis per fidem, ſpem, charitatem, religionem Chriſti, & Dei*. Id exſecutioni dederunt in ſe ipſis Martyres in primis Domini, adhibitis ſanguinis proprii ſumtibus. De quibus eruditus Flores tract. de Agone Martyrii lib. 1. De public. Mart. Teſtific. cap. xix. num. 373. Super verſum pſalmi xxviii. *Vox Domini in magnificentia:* ita ſapienter diſſerit: *Nonne Eccleſia Chriſtiana eſt civitas ſancta, ad omnem magnificentiam extructa? Nonne opus eſt illuſtre, regium, amplum, ſuo ſplendore conſpicuum, atque adeo magnificentiæ proprium? Teſtatur id Joannes Apocal.* 21., *ubi vidit Eccleſiam, ejuſque opes, ſplendorem, & gloriam; murum ex jaſpide magnum & altum; portas ex margaritis; fundamenta gemmea; altitudinem, longitudinem, & latitudinem. Aſt quinam tam magnificum opus aggreſſi ſunt? Sane poſt Chriſtum, Martyrum principem, reliqui Eccleſiæ Martyres, qui magnis & abundantibus copiis uſi ſunt ad tam decoros ſumptus faciendos, & opus omnium magnificentiſſimum atque ſolendidiſſimum*. Adducitque idem Flores Sanctum Hieronymum epiſt. 6. ad Theophilum, docentem:

Fun-

fundendo ſanguinem , & patiendo fundata eſt Eccleſia . Denique eoneludit : *Mundana omnia, & vitam ipſam ſuſque deque baberi a Martyribus nihil aliud fuiſſe, quam ſumptus magnos facere ad Eccleſiæ ſtructuram : quid enim hac magnificentia illuſtrius ?*

32. Veruotamen qoum propemodum infiniti fuerint iidem Martyres, qui excellentiori hac magnificentia, ſplendidiſque hiſce ſumtibus ad ædificationem Civitatis myſticæ præ ſanctis ceteris eontulere ; quid eſt , quod ſancta Eccleſia uni Laurentio Martyri elogium illud reſervat , tribuſque concinit vicibus in Miſſarum ejus ſollemniis die Auguſti decima , repetitque per octavas ſequentes , nec non etiam in ejus ſtatione ſub quinta feria poſt Dominicam primam in Quadrageſima , nimirum : *Sanctitas , & magnificentia in ſanctificatione ejus ?* Verum , quia penes Philoſophiæ profeſſores alia eſt actio, ab eis dicta , *immanens* , alia *tranſiens*; etiam ipſa ſanctificatio duplicem iſtum habere poteſt ſenſum . De ſanctificatione primi generis Joannes Apoſtolus loquitur , quum ait epiſt.1. III. 3. *Omnis , qui habet hanc ſpem in eo , ſanctificat ſe :* De altera ſermocinatur Paulus , epiſt. ad Epheſios ſeribens : *Chriſtus dilexit Eccleſiam , & ſe ipſum tradidit pro ea , ut illam ſanctificaret* c. V. 25. & 26. Agit autem Doctor gentium ibi de cauſſa principali ſanctificationis aoimarum ; nbi ſupra laudatus Ugo in pſal. 95. de ſecundaria , ſive organica ad Sancti Laurentii eommeodationem inquit: *Magnificentia in ſanctificatione ejus , quia multos ſanctificavit* . Quo loci idem , Eccleſiæ rubra exornatus cauſia, princeps, non de Martyris ſanctificatione primi, ſed ſecundi modi loquitur . Sanctitas igitur, qoa ſanctificatus eſt Levita mirabilis, magnificentiſſimum ipſum conſtituit Divinæ potentiæ opus : hinc quaſi alveus aureos , ſupernis benedictionibus plenus , ac largiter ſanctificatus , velut fluvius inundavit ad ſanctificationem proximorum. Aut ergo Sanctum noſtrum attendimus ſecundum eam rationem , qoa ſanctificavit ſe ipſum ; aut qua gentes ſanctificavit ; ſemper fateri oportet , *quia magnifice fecit* . Delectet unum & alterum diſtinctis exponere paragraphis.

33. Et primum quidem , de ipſiuſmet ſanctificatione loquentes , uti neceſſario præmittenda , juxta illud Apoſtoli, ſub interpretatione myſtica conſideratum , nimirum 1. ad Timotheum cap. III. 5. *Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit , quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit* : Semetipſum Levita mirificus perpendens, tamquam templum , & domum Dei ; ita magnifice hanc domum propriam honeſtare euravit, ut in ſe impleret ad unguem , quod Prov. IX. 1. ſcriptum eſſe non ignorabat : *Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem . Immolavit victimas ſuas* . Sanctus Bonaventura tract. *De ſeptem donis Spiritus Sancti* ſeptem ejuſdem ſapientiæ columnas aſſignat ex epiſt. S. Jacobi Apoſtoli cap. III. 17., ubi legitur: *Sapientia , quæ de ſurſum eſt , primum quidem pudica eſt , deinde pacifica , modeſta , ſuadibilis, bonis conſeutiens, plena miſericordia , & fructibus bonis , judicans ſine ſimulatione* . Super quæ idem Sanctus Doctor : *Prima columna eſt pudicitia in carne , ſecunda ſimplicitas in mente , tertia modeſtia in ſermone , quarta ſuadibilitas in affectu , quinta liberalitas in effectu , ſexta maturitas in judicio ; ſeptima ſanctitas in intentione* . Hæc jure quocirca optimo de ſapientia beati Laurentii , talia in cordis ejus intimis agente, ac diſponente, intelligimus, prædicanda. Levita ſiquidem magous interiorem ſuum hominem in ſapientiæ domum exædificavit, & erexit; ſanctificans ſemetipſum quaſi templum tot eonſtructum lapidibus, quot acquiſitis virtutibus ſe ditavit . Atque , nt cum ſecundo Machabæorum loquamur libro, cap. II. 9. *Magnifice ſapientiam tractabat . Et ut ſapientiam habens, obtulit ſacrificium* . Quod ad rem noſtram non aliud ſignare videtur , niſi quod in ſapientia ſua obtulit ſe Deo ſacrificium in odorem ſuavitatis: ſicut de ſapientia increata lectum eſt: *Immolavit victimas ſuas* . Quam magnificæ porro fuerint virtutes ejus, ex iis, quæ in hoc ſeripſimus tractatu , etſi non ad meriti æqualitatem , eerte, blandimur , non in obſcuro ſaltim omnino deliteſcere ; unde colligere quodammodo poſſimus , quanta magnificentia conſtructa fuerit laudata domus ejus interior ; ſplendidiſſimis veluti margaritis , omnique lapide pretioſo perornata ; ut nihil fere in rationabilibus creaturis ſit ſupra , quod ditius inveniri poſſit. Ea igitur ſapientia ipſe Levita , Spiritu ſancto plenus, qoaſi architectus, relatam interius conſtruxit domum , quæ *ſapientia* revera , ut citatus inquit Jaeobus Apoſtolus, *de ſurſum erat* . Quemadmodum de ipſa teſtimonium reddere videntur adſignatæ ab eodem Apoſtolo notæ; quibuſque nonnullis virtutibus, tanquam columnis, ſecundum Seraphici Doctoris expoſitionem , magnificentiſſimum iodicatum ſapientiæ Divinæ palatium ſuffultum fuit.

34. Atque ut per ſingulas diſcurramus , prima columna *pudicitia* erat fulgentiſſima , a quavis impuritate pravæ doctrinæ , ſceleris , & vitii perpetuo immunis : per quam Levita ſanctiſſimus ad contemplationem Dei reverenter , pure, & verecunde accedebat. Secunda fuit *ſimplicitas in mente* : quæ ſecundum Bernardum tract. de vit. ſolit.. *Eſt perfecte ad Deum converſa voluntas* : per quam Levita Laurentius unam petiit a Domino , hanc reqoiſivit ; ut inhabitaret bonus Dei Servus in domo Domi-

 ni,

ni, eique conſecratus eſſet omnibus diebus vitæ ſuæ; nullatenus ambiens multiplicari in ſæculo. Quod, quum homini afferat veram cordis pacem; ipſam cauſam *ſimplicitatem* Jacobus *ſapientiam pacificam* appellat. Tertia *Modeſtia* extitit. Verbum heic eſt de modeſtia, ratione ad Deum; ut nimirum coram ipſo quum ſuppliciter oramus in ſpiritu, plene modeſta ſit oratio. De qua inquit Ambroſius lib. 1. Off. cap. 18. *Oremus in incorruptione quieti, & modeſti ſpiritus*. Pretioſa plane adeo in interiori templo columna hæc eſt, ut nulli ſit pretio æquabilis. Hinc vel per unicam magnificam hanc virtutem Laurentii ſpiritus, ſicut docet Petrus epiſt. 1. cap. III. 4. erat *ante Deum locuples*. Quamobrem vocem attollit Ambroſius: *Magna igitur modeſtia, quæ cum ſit etiam juris ſui remiſſior, nihil ſibi uſurpans, nihil vindicans, & quodammodo intra vires ſuas contractior, dives eſt ante Deum, apud quem nemo dives. Dives eſt modeſtia, quia portio Dei eſt*. Quarta columna *ſuadibilitas* dignoſcitur. Virtus, quæ veri ſapientis eſt propria. Sapientis eſt enim rationi cedere, veritati cor pandere. Liquet ex his ſuadibilitatem cum docibilitate confundi; quam ſingulariter petiit a Deo rex Salomon. 3. Reg. III. 9. *Dabis ſervo tuo cor docile: ut poſſit diſcernere inter bonum & malum*. Utinam eam non ſolum poſtulaſſet ſibi ad judicandum populum Dei; ſed etiam ad ſe dedendum in omnibus & per omnia obſervantiæ legis Divinæ; forſitan non luctuoſum illud feciſſet, quod poſtea deploravit, ſuæ juſtitiæ naufragium. Poſteriorem hanc maxime docibilitatem ſibi petiit, & obtinuit Levita Laurentius, quam in ædificatione pretioſi ſui myſtici tabernaculi pretioſam columnam erexit pro magnitudine ſapientiæ ſuæ; ut per omnia Deo dignam ac magnificam perficeret intus domum. Non enim hunc ſapientem latebat Virum, illud 2. ad Tim. II. 24. *Servum Domini oportet eſſe docibilem:* Neque abſcondita ſibi erat illa, docibilem conſequens, beatitudo, de qua David ait pſal. XCIII. 13. *Beatus, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum; ut mitiges ei a diebus malis*: Quod beatitatis bonum per exuberantem Dei gratiam paſſionis ſuæ diebus expertus eſt Martyr propter Dei docibilitatem, quam ſumme caram habuit, firmiterque retinendam duxit in corde ſuo. Diſtinguitur quinta columna, quæ eſt *liberalitas in effectu* (ſicut docibilitas, conſtat in affectu) Liberalitatem iſtam, quæ attenditur in creatura erga Deum, ita Laurentius in effectu poſuit, liberaliter Numini ſerviendo, ut nullum admiſerit modum in ejus ſervitio: ſed quemadmodum perſpicue contemplabatur Creatorem, Conſervatorem, ac Redemtorem omnium eſſe in nos omnimodis liberalem; ita ille nihil ſibi retinens, totum, quod erat, in Deum transfundere indeſinenter ſtuduit ad omne diſpendium. Columna ſexta *maturitas in judicio*: ideſt gravitas & conſtantia in juſtis edendis judiciis circa ea, quæ debentur Deo, ſuperioribus, æqualibus, inferioribus, ſine amoris proprii, vel alieni præoccupatione; ſed ad ſanctuarii lancem cuncta penſando, non præcipitanter de quacunque re ferendo ſententiam; potius autem humana peragens præmiſſa prudenti conſideratione, maturaque deliberatione. Hanc in ſe columnam ſtatuerit, omni ſublimi pretio dignam, Levita juſtus, prudens, & ſapiens; facile poteſt erui ex iis, quæ de ipſo attulimus cap. de illius Prudentia, nec non in altero de Juſtitia. Denique columna ſeptima fuit *Sanctitas in intentione*. In omnibus enim actis ſuis non aliud, quam rectitudinis, & ſanctitatis opera beatiſſimus Juvenis exercere perenniter intendebat; quare purgatus omnino quum eſſet ſuæ intentionis oculus; totum operationis corpus, juxta Gregorium lib. 28. moralium, lucidum erat; &, ſecundum Lucæ Evangelium XI. 36., ſicut lucerna fulgoris illuminabat ipſum. Domus hæc igitur interior numeris omnibus abſoluta, magnificentiſſimum opus extitit, quod Levita ſplendidiſſimus exædificavit ingentibus omnimodæ abnegationis ſuæ ſumtibus, quibus ſanctificavit ſe; corpus & animam quotidie offerens, & immolans, tanquam debitas, victimas Deo ſuo.

35. Reſtat, dicamus quippiam de ſanctificatione, quam in aliis operatus eſt; quia nimirum magnificus reſplenduit in ſanctificandis nationibus gentium. Et in primis quidem per magnificentiſſimum Virum iſtum, uti per animatum inſtrumentum, ea fecit magnalia, æque ac magnifica conſiderabili ex parte omnipotens Deus, quæ in Iſaia cap. LIV. 12. promiſſa leguntur myſticæ urbi Jeruſalem ideſt, militanti Eccleſiæ, illis verbis. *Ponam jaſpidem propugnacula tua, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles, univerſos filios tuos doctos a Domino, & multitudinem pacis filiis tuis*: ſemel apte animadverterimus, quod in hoc ipſo adnotavimus tractatu, videlicet Laurentii prædicatione, atque paſſionis exemplo nedum gentiles innumeros fuiſſe ad fidem Chriſti converſos; ſed etiam ex iiſdem magna in copia Dei Martyres ſurrexiſſe. Nam perſpicue conſectarium inde fluet, magnum extitiſſe Operarium in conſtructionem propugnaculorum ejuſdem magnificæ Urbis Levitam inclytum; raros impendentem ſpiritales ſumtus ad tantum opus, haud facile ſuperabiles, vel æquabiles; ut ſupra monuimus. Quandoquidem iidem Martyres fortudinis propugnacula fuere ex lapide jaſpide (qui lapis etiam ſymbolum eſt fortitudinis) almi Martyris

ete-

Digitized by Google

erecta opere: ſicut & fideles alii, ejus inflammati virtutibus & exemplis, ac in oſculo Domini hanc vitam claudentes, facti ſunt lapides vivi, pretioſi, ac deſiderabiles, diverſæ utique ſpeciei pro diverſitate virtutis in ejuſdem ampliſſimæ civitatis ornamentum. Ex iſtis autem omnibus prodiere filii docti a Domino *in multitudine pacis*; quam pacem eis, ut alibi vidimus, S. Levitæ præcipue triumphus promeruit in Orbe Romano. His, reor, ex cauſis Eccleſiæ Patres uni Laurentianæ Magnificentiæ præſertim attribuunt illuſtratum, ac inflammatum fide Chriſti mundum univerſum. Quod reapſe non aliud fuit, quam terreſtrem Dei exædificare civitatem ex pretioſis lapillis ad omnem magnificentiam. Unde gravi rationis pondere ſupra recitatum Eccleſia reſervat elogium, in tanti Martyris honorem concinens: *Sanctitas & magnificentia in ſantificatione ejus*. Nimirum quocunque modo, ut ajunt, ſive *immanenter*, ſive *tranſeunter* ſanctificatio ipſa ſumatur, Utroque nam ſenſu capiatur, ad magnificum Heroem iſtum clamare poſſumus cum pſalte regio, laxiſque fibris reſonare: *Elevata eſt magnificentia tua ſuper cælos*. Cæli utique ſunt animæ juſtorum, ſuper quos elevata conſpicitur Magnificentia hujus percelebris Martyris in mirabilibus ſuis, ut vix pauci ſint, qui inter illuſtriores ſanctos ſimiliter ſic gloriari queant.

36. Productam ab Eccleſia in laudem Magnificentiæ iſtius ſummi Martyris ſententiam, Iſaiæ oraculo confirmatam diſcernimus cap. IV. 2., ubi poſtquam Propheta Domini ſacramentum indicat ſeptem mulierum, virum unum apprehendentium in ſponſum ſibi, ſequitur, vaticinans: *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis*. Sancti Patres non pauci verbum intelligunt, cum interpretibus & rabbinis pro legis Evangelicæ tempore, ſicut notant Sasbout, & Forerius; ſentientes, in germine Domini, terræque fructu intellectum iri populum Chriſtianum; quanquam nonnulli velint ſignatum Chriſtum Dominum. Sed prior interpretatio mihi ſatius arridet, uti magis præcedenti verſui ſcripturæ conformis. Sanctus enim vates ſeptem mulierum nomine univerſitatem Eccleſiæ gentium Evangelii, ut diximus, tempore deſignaſſe videtur: quæ licet una ſit nupta Domino; in ſeptem nihilominus mulieribus propter diſtinctionem particularium Eccleſiarum, per Orbem diverſis in locis conſiſtentium, aſſimilata fuit. Ceterum diſtinctæ hujuſmodi Eccleſiæ in pleno rigore dicendæ ſunt membra unius ſponſæ, corpus totius Eccleſiæ unitate fidei & ſacramentorum integrantia. Hinc idem Iſaias alio loci collectionem gentium (ad Chriſti fidem tum perventuram) ſub unius ſterilis figura, quaſi præſentem, indicavit, cap. LIV. ſic eam alloquens: *Lauda ſterilis, quæ non paris: decanta laudem, & binni, quæ non pariebas: quoniam multi filii deſertæ, magis quam ejus, quæ habet virum*: Ideſt ſinagogæ. Dum vero Propheta cap. IV. egit de removendo ejus ſterilitatis opprobrio per Chriſti connubium: quo fecundari debebat; infertur, in ſubſequenti ſecundo verſu nonniſi ſermo ſit de ipſius connubii effectu, ſive fecunditate, quum dicitur: *In die illa erit germen Domini in magnificentia*. Non enim fructus matrimonii ſponſus eſt, qualis Chriſtus Dominus intelligitur, ſed proles, quæ naſcitur ex connubio. Qua plauſibiliori poſita interpretatione; perſpicuum ſit, quanto jure in ſelectioribus Eccleſiæ gentium filiis, quos fecundata ſponſa Chriſto peperit, primus locus attribuendus ſit uni Laurentio. Sicut enim ex Adæ ac Hevæ conjunctione, (de qua ſcribit Apoſtolus ad Epheſios c. v. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia*) natus eſt juſtorum primogenitus Abel, ſuper quem reſpexit Deus, ſive ut Theodotionis habet verſio in IV. Geneſeos 4. *Inflammavit Dominus ſuper Abel*: ita ex Chriſti conjugio, cum gentium Eccleſia Abel dignitate ſanctimoniæ ac martyrii cenſendus eſt Levita Laurentius in omnibus juſtis gentibus, quemadmodum Venerabilis Rupertus lib. 6. De op. Spir. S. cap. XIX. ſcribit, nimirum: *Hic beatus Martyr apud nos gentes eſt Abel*: vere potiſſimum dicendus inter cetera tam glorioſæ matris germina: *Germen Domini in magnificentia*; vere *& Gloria*; vereque; *Fructus terræ ſublimis*. Super quem novum Abel *inflammavit Dominus*, eum creans illuſtrem immenſo ſanctitatis fulgore, (non aliter quam laudatus Iſaias ibidem verſu 3. ſubdit) *quaſi nubem per diem*: nubem ſcilicet lucidam tempore vitæ ſuæ, ſicut candida illa eſt nubecula, quæ ſe interponit inter ſolem & obtutum noſtrum: Et quaſi *fumum, & ſplendorem ignis flammantis in nocte*: ideſt ſuæ paſſionis nocte teirum obſtinatis barbaris fumum, damnantem illos ad tenebras ſempiternas; credentibus autem ſplendorem ignis flammantis, pro quibus ea Davidica ſcripta erat ſententia: *Nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus*: quantumvis per id tempus perſecutionis invaluerint umbræ, Vide Prudentium ſtroph. 95. & 96.

37. Atque pauca hæc nos dixiſſe ſufficiat de præclariſſimi Herois hujus Magnificentia. Ceterum, ſi omnes ipſius virtutes, ſerio conſideratas, interrogabimus, num videlicet idem Heros magnifice ſeſe in omnibus exercuerit, ſecundum ampliorem Magnificentiæ ſignificationem, ad unam protinus reſpondebunt, Iſaiæ mutuaris ſibi verbis cap. XII. 5., invitantes noſmetipſos

in laudem ejus, ac dicentes: *Cantate* huic Martyri, *quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in univerſa terra*. Si Fidem, ſi Spem, ſi Caritatem ejus ſciſcitabimur; cito confitebuntur, *Quoniam magnifice fecit*. Si Prudentiam, ſi Sapientiam, ſi Scientiam; extemplo ſe ſubſcribent, *Quoniam magnifice fecit*. Si Temperantiam, Continentiam, Sobrietatem, ſi Clementiam, Modeſtiam, & Homilitatem; incunctanter teſtabuntur, *Quoniam magnifice fecit*. Si Juſtitiam, Religionem, Obedientiam, Æquitatem, Utilitatem, ac Miſericordiam; ſine mora proclamabunt, *Quoniam magnifice fecit*. Si Fortitudinem, Securitatem, Patientiam, Conſtantiam, Perſeverantiam, & Magnanimitatem; vociferari uſque ad ſidera non ceſſabunt, *Quoniam magnifice fecit*. Quibus docti teſtimoniis, diſcernere poterimus, quam merito Eccleſia toties per annos ſingulos de hoc ſolum Martyre in Miſſarum ſacrificiis perenniter intonet exultationis vocibus: *Sanctitas & Magnificentia in ſanctificatione ejus*. Quanta ergo beatitatis Magnificentia, putabimus, in cælis reſplendeat, qui taliter virtutibus magnificatus in terris apparuit? Quali donatus ſeſſionis altitudine, qui, vel ſolis conſideratis inundantibus, inſtar diluvii, paſſionum ejus aquis, quaſi arca Noetica elevari viſus eſt ſuper montium cacumina innumerabilium ſanctorum Martyrum? Vox de cælo audita eſt Apocal. XVIII. 7. adverſus affluentem hominem voluptatibus in hoc mundo, dicens: *Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum*. Norunt Theologi, altera in vita Deum punire citra condignum peccatores, quantumvis inenarrabilibus tormentis diſcrucientur; præmiare vero Sanctos ſuos ultra condignum per ea, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcendit, præparata diligentibus eum: Inenarrabilia iccirco quum in hoc ſæculo fuerint tormenta, quæ pro Deo ſuſtinuit ampliſſimus Martyr; quis cogitare poterit, pondus honoris, quo fuerit, ſitque in cæleſtibus magnificatus? Solus omnipotens, larguſque Dominus, qui ſic eum magnificavit, rem ad plenum comprehendit. Nobis autem, qui nec valemus eam cæleſtem tanti Martyris apprehendere Magnificentiam, utile dumtaxar erit, cum ut apud Altiſſimum mereamur ſolida per obſequia Patronum, grave illud audire monitum Helmeſii Germipolitani, quo invitamur ad imitationem virtutum ejus ſaltim a longe. Ait enim ſapiens hic Auctor ſerm. de S. Laur. *In eo videmus, quam fortes eſſe debemus in Fide, immobiles in Spe, ardentes in Dilectione; quam patientes in tribulatione, quam infracti in cruciatibus, quam liberales in pauperes, quam vigiles in orationibus, quam abundantes in omni opere Domini. Hic eſt, qui non verbis & lingua ſolum, ſed opere & veritate nobis dicit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Et illud: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Sed illud Gedeonis apophthegma: Quod me facere videritis, hoc facite: numquam nobis non declamare poteſt. Nam tota Evangelii doctrina, quaſi in ſpeculo, & vivo libro, in ejus vita nobis proponitur contuenda, & imitanda. Vita ejus, & opera viva parænesis ſunt, ut Dei imitatores, ſicut filii cariſſimi ſimus, & ambulemus in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.*

38. Ecce is concionator illuſtris brevi perſtrinxit, quod nos per partes ſingulas explicavimus, ut imitandæ Martyris virtutes diſtinctius inclareſcerent; quæ diebus noſtris, longo ſæculorum decurſu, priſtinoque avorum noſtrorum deferveſcente pietatis erga Martyrem tam eximium calore (utinam non ſacrorum oratorum incuria) contectæ videntur eſſe pernicioſo ſub oblivionis tegumento, vixque a ſacris audiatur roſtris ſemel in anno ſub natalitio ejus die vel liberalitas ejus in pauperes, vel ipſius fortitudo in ſuſtinendis pro Chriſti fide ignis ardoribus. Ceterum per anni circulum, prævalente ſilentio circa merita, virtutes, & potentiam ejus in ſuis juvandis clientibus, inſequens eſt, excidat e fidelium mente recordatio, & cultus ejus aſſiduus, non abſque gravi eorum damno; dum ipſe Martyr exceſſus debitis fraudatus obſequiis, immemores æque cogitur validiſſimis ſuis deſtituere auxiliis. Quocirca plurimo huic ut occurreretur malo maximi ſane momenti, noſtrum, qualiſcumque demum ille fuerit, direximus calamum; ſi forte, juvante Deo, refloreſcere contingat, ſicut antiquis diebus, memoria tanti Levitæ: Cujus in ore peroptime illa Job quadrant verba c. XXXIX. 19. *Ros morabitur in meſſione mea, & gloria mea ſemper innovabitur.*

LIBRI SECUNDI DE VIRTUTIBUS FINIS.

PARS

PARS TERTIA

DE GLORIA POSTHUMA

SANCTI LAURENTII MARTYRIS.

ABſolutis jam de Virtutibus Martyris Commentariis, per varias breves, quoad fieri potuit, conſiderationes; earum qnom materies, in Sancto Levita ſit omnino inexhauſta propter ejuſdem ſubjecti operantis excellentiam; quod in ſingulis virtutnm exercitatiooibus perſectionis culmina tenuerit; unde illi jus ad ſummos conſequeodos honores; reliquum eſt, de hac ipſa remuneratione aliquid agamus. Nec qoidem intelligimus tractatum inſtituere directim de illa, quam in cælis recepit, gloriæ corona; quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor homiois aſcendit; nimis quum exſuperet, ac tranſcendat mottalium ſenſum; ſed de altera, præcipuis diſtincta notis, quam ei rependit Catholica per orbem terrarum Eccleſia, debitum illi ſolvens, juxta vires humanas, tributum honoris & laudis. Queis pia mater, licet ad meritorum ejus æqualitatem pertingere numquam poſſit; etiam ſi ſexcenties multiplicare contenderet ſignificationes venetationis, & cultus; adhuc tamen ex peculiari adhibito obſequii titu qua ubique ſollemnitatibus annuis; qua templis, ejus ſub nomine erectis; qua excitatis aliis ad ejus glotiam monumentis; non obſcure demonſtrat, quanti faciat celebettimi hujus Martyris dignitatem, ac potentiam interceſſionis ejus apud Deum. Quin immo eadem Chriſti ſponſa hæc ageos, ſancto ditigente Dei Spiritu, palam oſtendit, quali reſulgeat in cælis idem Martyr honore, cujus memoriam adeo clarificate ſtudet io terris. Quo certe argumento uſus eſt etiam Joannes Chryſoſtomus, ſerm. 1. de SS. Martyribus, ſcribens: *Cognoſcamur, quanta eot gloria maneat in cælis, quorum natalia taliter celebrantur in terris.* Lubenter iccirco celebraodam aſſumimus magni Levitæ gloriam, quam in terris obtinuit, poſtquam triumphans, migravit ad ſidera; & impræſentiarum uſque ſimiliter obtinet: prout ex variis eam etuere potuimus documentis. Quinimmo, in enartandis obſequiis, omni ævo ſibi ab hominibus impenſis, multa quoque dicenda occurrant, quæ reapſe magnam ipſius in cælis potentiam & gloriam apettiſſime declarabunt: uti ſparſim videbitur in lectione ſubſequentium librorum.

LIBER PRIMUS

GLORIÆ POSTHUMÆ S. LAURENTII MARTYRIS.

CAPUT I.

De univerſali annuo feſtivo cultu, Beatiſſimo eidem Martyri, & præſertim Romæ, impenſo die x. *Auguſti: necnon de nonnullis miraculis eodem die feſto quotannis contingentibus varia per Orbis loca.*

„ ILluſtriſſimi hujus Mattyris memotia (Bollandiſtæ inquiunt) adeo in benedictione eſt, adeo ubique celebris ac venerabilis, adeo longe lateque per univerſum terrarum Orbem propagata, ut vel ipſum nominaſſe, ſufficere videatur ad innovandam, quæ omnium Chriſti fidelium animis penitus impreſſa eſt, invictæ ejus virtutis ac heroicæ fortitudinis imaginem. Ad illam vero genuinis, ac vivis coloribus repræſentandam conducent ea, quæ huc ſpectant, atqoe a variis monumentis collecturi ſumus. Ac primo quidem, ot a ſacris faſtis exordiamur, cui Martyrologio tum antiquo, tum ætatis mediæ, tum novo Sancti Laurentii nomen incogoitum eſt, aut prætermiſſum? At ſatis fuerit antiquos audire. Antiquiſſimum Kalendarium Bucherianum ita habet: iv. *Idus Auguſti Laurentii in via Tiburtina.* Marteniaoum in theſauro novo anecdotorum tom. v. col. 76. *Die* x. *menſis Auguſti Natal. S. Laurentii.* Kaleodatium Polemii Silvii apud nos tom. 7. Junii pag. 182. iv. *Id. Auguſti Natalis S. Laurentii Mart.* Carthaginienſe tom. III, vetarum analectorum, a Mabillonio vulgatum. iv. *Id. Auguſti S. Laurentii.* Martyrologium, *S. Hieronymi* nomine inſignitum, & a Dachetio editum in Spicilegio tom. iv. iv. *Idus*

„ *Au-*

„ *Auguſti*. *Romæ via Tiburtina Natalis San-*
„ *cti Laurentii Archidiaconi & Martyris*. In
„ Kalendario, quod Leo Allatius edidit, ſigna-
„ tur: v. *Idus Auguſti vigilia S. Laurentii*.
„ *Item Miſſa publica in Natale S. Laurentii*.
„ Adde Romanum Frontonis, Adonem, Uſuar-
„ dum, Wandelbertum, alioſque. Jam vero
„ quam ſolemni ritu inſignis iſte Pugil ab an-
„ tiquiſſimis temporibus in Eccleſia Catholica
„ ſemper celebratus ſuerit, planum fiet e ſe-
„ quentibus monumentis. In Sacramentariis
„ apud Menardum, ac Thomaſium notantur
„ propria pro Miſſa cum vigilia, ſeu profeſto,
„ tum in ipſo ſeſto ejus recitanda. Et in Gre-
„ goriano quidem apud Menardum illud plane
„ eſt ſingulare, quod poſt Miſſam vigiliæ ſi-
„ gnentur, quænam ſint dicenda *in prima miſſa*
„ *de nocte*: quæ apud Pamelium dicitur *Miſſa*
„ *primo mane*, altera vero de die, quæ *Miſſa*
„ *publica* nuncupatur„ ſive Major.

2 Id ipſum commemorat Cardinalis Antonellius in notis ad vetuſtum Lateranenſe Miſſale, cujus Protobaſilicæ quondam Canonicus fuerat, ſcribens „ Pro hac ſollemnitate duæ ad-
„ ſignantur Miſſæ in noſtro Miſſali.... In capi-
„ tulari Evangeliorum, quod in publicum emi-
„ ſit Dom. Georgius, ita legitur: *Ad Miſ-*
„ *ſam &c.. Die ſupraſcripta ad Miſſam publi-*
„ *cam Natalis S. Laurentii*. Et in alio capi-
„ tulari edito a Card. Thomaſio ſign. litt. A.
„ notatur: *Die x. menſis Natale S. Laurentii*
„ *ad primam Miſſam &c. Die ſupraſcripta ad*
„ *Miſſam publicam* & in alio ſign. litt. Q. *Ite-*
„ *rum S. Laurentii ad Miſſam Majorem*.

3. Et recte quidem Bollandiani Patres iſtud Miſſæ duplicis celebrandæ honorificum inſtitutum pro Natali die S. Laurentii *ſingulare* dixerunt; quanquam in Gregoriano Sacramentario duæ Miſſæ pariter conſignatæ repetiantur pro feſtivitatibus S. Joannis Baptiſtæ 24. Junii, & alterius Joannis, videlicet Evangeliſtæ, die 27. Decembris. Etenim ſub diſſertatione ſesta, quam Sanctiſſimo Domino noſtro Clementi XIII. pro reſumtione Pontificalium in hujus ſacratiſſimi Martyris ſeſto humillime obtulimus, adſignandum contigit diſcrimen geminæ Laurentianæ Miſſæ a conſimilibus Sanctorum Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ, ubi diverſa utriuſque inſtitutionis expendimus ſenſa. Breviterque nunc dicere ſufficiat, quod Miſſæ ſacrificium, maximus quum ſit latriæ cultus, & Religionis Catholicæ actus, ſicut pro nato ejuſdem veræ Religionis Auctore Homine Deo, illud die 25. Decembris Eccleſia ſtatuit triplicandum, ita duplicandum decrevit in Martyris triumpho die x. Auguſti, nimirum quod ex illo die, Prudentio teſte, culto deorum inanium refrigeſcente, veri Dei cultus in gentibus mirabiliter amplificatus eſt. Ex tunc enim populus idololatra (ut ſæpe in hoc opere commemorandum ſe obtulit, & offert) a vanis idolorum delubris deficiens, ad Chriſti templa convolare ſtatim cepit. Clamaverat ſiquidem Martyr dum in craticula ureretur, dicens:

Da, Chriſte, Romanis tuis,
Sit Chriſtiana ut civitas:
Per quam dediſti, ut ceteris
Mens una ſacrorum foret.

Et hunc Sancti clamorem validum, quo *exaltavit vocem ſuam de terra in prophetia delere impietatem gentis*; Eccleſiaſt. XLVII. 23., exaudire incepit ex tunc Deus; donec ſub Principe, (quem ipſe Laurentius futurum prædixit) perfecte compleret, juxta Laurentianæ orationis verbum;; nimirum quum Lateranenſe tandem erectum eſt templum ſanctiſſimo Salvatori ſub nomine ſanctorum Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ. Et quia iſta in baſilica Silveſter Pontifex prima vice Miſſæ ſacrificium, reſeratis januis, publice ſacrum fecit; in memoriam ejuſdem publici latriæ cultus eo loci primum abſoluti, diſpoſitum videtur, ut in ſeſto eorundem ſanctorum titularium ejuſdem templi ſacrificium a ſacerdotibus geminaretur. Ex quo infertur, ſanctis illis caſu eveniſſe in eorum ſeſto congeminatum illud ſacrificium; quia videlicet voluntate Conſtantini Principis hujuſmodi templum ipſorum memoriæ fuerit dedicatum. Etenim ſi Cæſar voluiſſet iſtud erectum ſub nomine v. g. ſancti Stephani Protomartyris, aut alterius ſancti; huic non illis honor Miſſæ duplicis collatus eſſet. At duplicati ſacrificii conſtitutio die Auguſti x. non aliunde ortum ducere potuit, niſi quia ſingulari noſtri Martyris triumpho latriæ cultus unius veri Dei magna converſarum gentium frequentia, ceperit ampliari idololatrarum ſuperſtitione deleta: nec non quia ejuſdem Sancti Levitæ oratio apud Deum potiſſime obtinuit publicam, ſtabilemque templorum erectionem, uti & futuram ipſe prædixerat, juxta Prudentium ſtroph. 119. ad 121. Ideo neque in ſeſto ullo Sanctiſſimæ Virginis, neque in ſollemnitate Principum Apoſtolorum, vel alterius cujuſque ſancti honor ſimilis conceſſus legitur; ſed omnino ſingulariter in Martyris gloriam præſcripto Eccleſiæ tributus fuit. Produximus & aliquas levioris momenti difficultates in diſſertatione citata, quas ex libro 1. de Rebus liturgicis Bonæ Cardinalis extraximus; oſtendentes, nil præjudicii creare illas poſſe adverſus Laurentiani honoris ſingularitatem. Sicut etiam animadvertimus ineluctabili ratione, Frontonium graviter in ſuo Kalendario offendiſſe, falſæ poſitioni innixum, ubi de hoc egit ritu.

4. Oculate ſimiliter Bollandiani ſcripſere in Comment. præv. §. 1. num. 10. *In obſervationi-*

Digitized by Google

tionibus noſtris ad Martyrologium Uſuardi, *a nobis editum die* x. *Auguſti*, *id peculiare in hoc illuſtriſſimo Sancto notatum eſt*, *quod ſolus ipſe extra Redemptionis noſtræ*, *&* *Apoſtolorum feſta*, *ſolus*, *inquam*, *inter mortales*, *univerſali cultu celebritatem habeat non clero ſolum*, *ſed & populo præceptam*, *ſive quod ipſi ſoli origine non Judæo decreta ſit fere prima in Eccleſia feſtivitas*. Perſpecte, inquam, hæc adnotarunt. Nam feſtum illod de præcepto, quod dicitur *S. Silveſtri*, non tam notabiliter iſtius Sancti cauſa inſtitutum eſſe videtur, attento ritu dupl. min., quam quod triceſimaprima Decembris dies terminos ſit totius anni, cujus initium & finem Auctori temporum Eccleſia merito voluerit conſecratum. Ne loquamur de tempore inſtitutionis feſtivitatis ejuſdem ſancti; notum eſt enim ſanctorum confeſſorum ſollemnia non ante ſæculum nonum ceperint in Eccleſia eelebrari. Vid. Mact. V. Feſt. At S. Laurentii feſtivitas eo pervenit excellentiæ ſuis ab exordiis, ut, demtis potioribus Redemtionis noſtræ ſollemnitatibus, atque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, vel etiam Præcurſoris Domini Joannis Baptiſtæ, celebrata fuerit rito ſollemniſſimo de præcepto eum vigilia longe ante feſta Nativitatis Beatæ Virglnis Mariæ, ac ejuſdem Purificationis & Aſſumtionis in Cælum, nec non ceterorom Apoſtolorum. Atque in primis id geſtom Romæ ad ejus ſepulcrum, revoluto primi anni circulo, ut indicat Anonymus pag. 21. & 22. num. 10., nimirum ſtatim quotannis ab ejos triumphali die, currente adhuc ſæculo reparatæ ſalotis III., ante annos fere mille inſtitutionis ſollemnitatum Apoſtolorum, quorum feſta primum ſub ritu duplici ſtatuit celebranda Boniſacius VIII. circa finem ſæculi XIII. videlicet anno 1298., ut ex ejus liquet conſtitutione *Glorioſur*. *De Reliquiis*, *& Ven. Sanct.* *tit.* 22. *in ſexto*. Unde illa Bollandiſtarum particula *extra Apoſtolorum feſta* intelligenda eſt reſpectu noſtrorum temporum, ſive ex die, quo de præcepto conſtituta ſunt. Ubi vero addunt: *Ipſi ſoli origine non Judæo decreta ſit fere prima in Eccleſia feſtivitas*: certe omittere illam poterant particulam *fere*, & iſtius vice ponere *omnino prima*. Quandoquidem de præcepta ritus ſollemnitate loquuti ſunt; quo in genere ſolus hic Sanctus, ex gentium ſemine prognatus, tali honoratus eſt feſti pompa natali ejus die & per octavas ſequentes, nulli alteri ſanctorum de Eccleſia gentium conceſſa. Tamque venerabilis memoriæ apud antiquos obſervata, ut in Frontoniano Kalendario pag. 124. legatur: *Hebdomada prima poſt natalem Sancti Laurentii*. Rurſum pag. 127. *Hebdomada ſecunda poſt S. Laurent.* Et ſic deinceps uſque ad dimidium menſis Semptembris, *Hebdomada tertia*, *quarta &c.* Super cujus rei conſiderationem optime laudati Bollandiſtæ inquiunt: *Quod*, *ſicut omnino rarum eſt*, *ita præcipuam quandam indicare videtur noſtri Sancti commendationem*. Sed jam ab antiquis diebus inculcaverat Maximus Taurinenſis auditorum ſuorum animis, Natalem B. Laurentii eſſe *præcipua devotione* venerandum; adeo ut Sanctus Auguſtinus ſerm. 32. *de Sanctis*, aliter 37. *de diverſis*, appellaverit ejuſdem Martyris Natalem *feſtiviſſimum diem*: Nimirum eo titulo, quo commendat Natalem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quum ſermone 2. de S. Stephano ſcribit: *Poſt externum feſtiviſſimum diem*, *quo ſalutaris noſtri Chriſti nobis nativitas illuxit &c.*

5. Neque Latinis dumtaxat (Sollerius ait) ſed etiam Græcis ſumma in veneratione habitus fuit Levita noſter ſanctiſſimus. In magnis quippe Græcorum Menæis notatur die x. Auguſti *Memoria Sancti Laurentii Archidiaconi*, *& Martyris*. Fitque peculiare de hoc ſactatiſſimo Martyre eadem die officium, ubi ejus elogium, uti & canon hac acroſtichide ſignatur;

Laurentium fortiſſimum lubens cano.

Et alia in ejuſdem canonis decurſu in ipſius Sancti referuntur laudem. Menologium Arabico-Ægyptium, quod ex Arabico latine reddidit Simonius, eodem die ponit: *Certamen Sancti Laurentii*. Menologium Sirletanum, Antilogium item Græcorum, nec non Menologium Sparwenſeldianum ejuſdem Martyris pariter Natalem annuntiant in publicæ venerationis teſtificationem. Quocirca Eminentiſſimus Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die x. Auguſti habet: *Fuit enim notiſſimus Græcis*. *Agit de eo Euſebius in Chronico*. *Metaphraſtes ejus acta Græcis edidit*, *accepta ab antiquis Græcorum monumentis*: *qui ſolemni cultu eandem S. Laurentii celebritatem agere conſueverunt*. Subditque in actis S. Matronæ hæc leguntur apud Metaphraſtem: *celebrabatur quidem publicum & venerandum feſtum Laurentii Martyris*, *in cujus templum confluxerat maxima multitudo populi*, *& diem in eo tranſigebant &c.* Ita profecto æquum ſemper fuit, ut ad hujusſancti Protolevitæ natalitia ritu ſollemniſſimo eelebranda Occidentalis & Orientalis Eccleſia conſpirarent: Cujus fulgore triumphi a ſolis ortu ad occaſum uſque, tenebroſa idolorum ſuperſtitione fugata, ut ſole luna, Chriſti religio coruſcavit: quemadmodum ſupra commemoratus inquit Maximus hom. 1. *Sanctum eſt*, *fratres*, *ac Deo placitum*, *ut natalem Beati Laurentii præcipua devotione veneremur*, *cujus radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Chriſti coruſcat Eccleſia*.

6. Super vigiliæ jejunium in ejuſdem Martyris profeſto, nona die Auguſti, cit. Baronius

ad

ad Romanum Martyrologiom adnotat : *Vigilia S. Laurentii. De ea etiam Beda, Uſuardus, Ada, Amalarius, de ordin. Antiph. c. 6. Greg. Sacrament. & alii. Cur autem præ ceteris Martyribus Sancti Laurentii agantur vigiliæ, id quidem non alia de cauſa factum putamus, quam ex priſtina illa fidelium obſervatione; qui propenſiori ſtudio ad corpus tanti Martyris vigilare cœperunt, ut ejus acta teſtantur: Sic enim habent: cum tradidiſſent ſepulturæ Sanctum Laurentium, jejunantes celebraverunt vigilias noctis tridua cum multa Chriſtianorum frequentia, nec ceſſarunt a luctu & lacrymis. Beatus vero Juſtinus Presbyter obtulit ſacrificium laudis, & participes facti ſunt omnes. Hæc ibi. Quod quidem ſacratiſſimum inſtitutum, etſi non triduanis vigiliis, unis ſaltem anniverſaris die obſervandum retinuit Sancta Eccleſia uſque in hodiernum diem. Scia tamen alios alias reddere ratianes, ſed hæc mihi magis probatur, quæ ex actis ejus accipitur.* Franciſcus de Aynſa in opere de Fundatione, & Excellentiis Civitatis Oſcenſis lib. 2. cap. 7. pag. 152. obſervat, nonnullos fideles hoc in pervigilio jejunare rigidiori quadam abſtinentia, ita ut cibos, qui fuerint admoti ad ignem, in os nullatenus admittant; multaque propter hanc obſervantiam impetrare ſoleant beneficia. Quod & monitum vult populis, ut uſu complectantur; quo deſiderabilem tanti Martyris gratiam nanciſcantur. Fertur autem non in Hiſpania ſolum, ſed in Italia quoque, inſuliſque adjacentibus pius idem invaluerit abſtinendi mos: quanquam alii diem illum tranſeant pane contenti & aqua, vel affini altera id genus abſtinentia. Honoretur itaque magnus hic Martyr eo meliori, quo fieri poteſt, modo; ut ejus ſuffragantibus meritis, dum caro voluntariis exercetur afflictationibus, obtinere valeamus ſpiritale a culpis omnibus jejunium in mente; neque ulla ſit creatura, quæ nos ſeparare valeat a Caritate Dei. Quod ſupremum eſt monitum, juxta Sanctum Maximum, nobis adminiſtratum ab ipſa noſtri Herois lætiſſima ſollemnitate, quum homilia 3. docet: *Beatiſſimi Laurentis, fratres chariſſimi, annua ſemperque nova feſtivitas Eccleſiam Dei jugiter in gaudia Letitiæ ſpiritualis accendit; admonens univerſitatem credentium, ut ſicut ille perfectæ devotianis ardore furentibus non ceſſit incendiis, ita nas diverſarum tribulationum ignes, & malarum ſecularium flamma a Chriſti ſocietate non moveat.*

7. Veruntamen intendentes in illius meritum, cui eadem præclara, lætaque feſtivitas ſacra eſt, communibus ubique gaudiis celebranda; non ignoramus, præter illam reverentiam, quam toto terrarum Orbe promeruit, ſpecialiaç propria Romanæ Urbis exultatione peragenda ſit. Ubi enim præcipue hujus Archimartyris glorificatus eſt exitus, ibi conſonum eſt die Martyrii ejus ſit univerſalis lætitiæ principatus. Quod & factum nobis prædicant vetuſtiſſima monumenta. Prudentius enim, qui circa Conſtantini Magni tempora ortus eſt, a Romana Sancti Laurentii ſollemnitate peculiarem ejuſdem magnificam exaltationem in cælis explanat, ſtropha 140. Quam alia de cauſſa ſupra retulimus in Comment. ſuper virtutes S. Laurentii Parte II. libro IV. de Fortitudine numero 25. ubi egimus de Perſeverantia ejuſdem Sancti Levitæ, prope finem illius paragraphi. Haud aliter Sanctus Auguſtinus ſermone 37. *de diverſis* Maurinæ editionis patenter ſcripſit: *Quam glarioſa, & quanta virtutum multitudine, quaſi florum varietate, diſtincta ſit Laurentii coronatio, univerſa teſtis eſt Roma.* Et ſermo 123. *de diverſis*, licet Hippone Regio feſtum Martyris idem S. Præſul devotiſſime celebraret, Echio teſte ſerm. de S. Laur. adhuc tamen fateri non detrectavit, Romæ, non Hippone, triumphale ſplendeſcere feſtum illius, dicens: *Beati Laurentii Martyrium illuſtre eſt Romæ, non hic*: Adeo enim ſollemniter Romæ ſervabatur, ut in ipſius Urbis almæ comparatione ſollemnia celebrantis, Urbes reliquæ pene nullam agere feſtivitatem viderentur. Majorem & ejuſdem Civitatis in tanta celebritate lætitiam Taurinenſis Antiſtes Beatus Maximus ſatis expreſſit hom. 2. eodem in feſto, ubi enuntians: *Triumphum Beati Laurentis totus ubique Mundus conſona hodie devotione concelebrat*: Protinus addit: *Lætior Roma miratur.*

8. Et quidem perſuaſum habemus, in variis ipſius Urbis vaſtationibus complures Pontificalium rituum ordines periiſſe; in quibus videre liceret, quam pompaliter a Conſtantini diebus actum ſemper fuerit ſub Silveſtro Papa, ejuſque aliis Succeſſoribus præclarum hoc feſtum, nec minimum cedens præcipuæ ſollemnitati Apoſtolorum Petri & Pauli; quin potius in Sacramentariis, ut ajunt, Leonianis, nec non Gregorianis aperte dignoſcitur, dies ille feſtus Martyris in nonnullis ritibus prævaluiſſe alteri eorundem Apoſtolorum. Multum adlaboravit Mabillonius in revolvendis antiquis codicibus, neque tamen ante ſæculum duodecimum invenire quicquam potuit ad hujuſmodi annuos pertinens ordines, niſi unum & alterum fragmentum, in quo nec de Sanctorum celebritatibus verbum habetur. Pretioſa nihilominus nobis ſunt, quæ reperiit, monumenta, & in lucem edidit ad præfatum ſæculum & poſteriora ſpectantia. Ordo enim undecimus Romanus, auctore Benedicto Canonico, Romanæque Eccleſiæ can-

cantore, directus ad Guidonem, qui poſtea ſummus Pontifex fuit, nomine *Cæleſtinus II.* anno Chriſti 1143, hæc ſub die Auguſti x. babet: *In Feſtivitate S. Laurentii Dominus Papa in Baſilica ejus in agro Verano, ubi requieſcit, cum omnibus ſcholis facit veſperum, & officium per totam noctem. Mane facit Miſſam Populo Romano*. Pernoctare namque ſolebant Romani Pontifices cum tota Curia apud eandem Patriarchalem Baſilicam in agro Verano pro magna illa, quam in tanti Martyris feſto agebant, ſollemnitate. Parumque fortaſſe, ac valde parum inter unam & alteram ejuſdem noctis vigiliam in adnexo Monaſterio Verano quieti corporis indulgebant: ſicut in quibuſdam aliis pauciſſimis, digitoque ſignandis, excellentioribus aooi ſollemoitatibus cooſimilem cuſtodiebant duplicis vigiliæ obſervantiam. De qua Ven. Card. Thomaſius in notis ad Reſponſoriale ac ad Antiphonarium Romanæ Eccleſiæ, a Sancto Gregorio Magno diſpoſitum, pro feſtivitate natalis S. Laurentii advertit: *Bis olim vigiliæ celebrabantur in nocte S. Laurentii, duoque nocturnalia ejuſdem officia babebantur in Antiphonario Romano. Amalar. Cap. 61. Dolemus eorum alterum jam deperditum*. Idipſum refert ex Amalario, qui vixit anno 830. cap. 15. 59. & 62. io Feſtis Nativitatis Domini, Aſſumtæ in Cælum Virginis, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, vigilias noctis ſic diſtinguens: *Duplex officium nocturnum pſallebatur, in vigiliis noctis, unum initio noctis, alterum circa mediam noctem ad diem uſque*.

9. Ordo Romanus XII., auctore Cencio Camerario, qui tandem Pontifex electus, *Honorius* III. eſt appellatus, num. 44. inquit: *Quid debeat facere Dominus Papa in feſto Sancti Laurentii?* Reſp. *In Feſtivitate S. Laurentii Dominus Papa vadit ad veſperas cum omnibus ordinibus, ſicut dictum eſt in Aſſumptione Beatæ Mariæ, & talem ibi exercet ſollemnitatem tam in veſperis, quam in nocte de conſuetudine antiqua, qualem in prædicta Aſſumptione Beatæ Mariæ*. Supra verò idem Ordo explicat pontificandi ritum in feſto prædictæ Aſſumtionis Sanctiſſimæ Dei Genitricis, inqniens: *Vadit Dominus Papa cum Cardinalibus ad veſperas, & in propria perſona debet in nocte cantandis vigiliis intereſſe, & nona lectio cantanda eſt a Domino Papa*. Item ordo Romanus XIV., anctore Jacobo Cardinali Cajetano, præmiſſo in Kalendarii capite: *In diebus & ſollemnitatibus infrapoſitis conſueverunt Romani Pontifices Miſſarum ſolemnia celebrare in propria perſona*. Sub die x. Auguſti ſequentia exhibet: *In Feſto S. Laurentii & prædicatur, & babet veſperos Papales præcedentes Romæ, & etiam alibi, ſi moraretur Dominus Papa juxta Eccleſiam S. Laurentii. Veſperos ſiquidem ſolemnes cantandos in Eccleſia: & datur potus Prælatis in aula*. Eadem pene replicat idem Kalendarium ſub IX. Auguſti, habens: *In vigilia Sancti Laurentii Romæ, & etiam alibi ſi moraretur Dominus Papa juxta Eccleſiam S. Laurentii, non ſit Conſiſtorium; & ſunt veſperi Papales ſolemnes, cantandi in Eccleſia: & datur potus Romæ, & etiam in loco, ubi eſſet Dominus Papa juxta Eccleſiam, ut dictum eſt*. Auctor poſtremi hujus Ordinis Romani ad ſacram fuit evectus purpuram Bonifacii VIII. tempore, qui Pontifex vixit ad annum Chriſti 1303. Eique ſucceſſit Benedictus XI.; morte ſublatus anno ſequenti 1304 die 6. Julii. Iſti ſubrogatus eſt Bernardus de Aguſtis, ſeu de Gotto, natione Gallus, Archiepiſcopus Burdigalenſis, nuncupatus *Clemens V.*, quo Pontifice Lugduni coronato, Romana ſedes in Galliam eſt tranſlata; ubi & permanſit ad annum uſque 1377. Atque hæc tota cauſa fuit, cur in deſuetudinem abierit celeberrimum illud S. Laurentii Pontificale; quod, ut ipſi antiqui teſtantur ordines, a vetuſtis ſæculis ſervatum fuerat ab omnibus prædeceſſoribus Romanis Pontificibus, nimirum per aonos fere mille. Qua ex Pontificalium omiſſione haud parum detrimenti paſſa eſt io Urbe Laurentiana illa magna Feſtivitas, quæ ſummis lætitiæ ſignificationibus a Populo annis ſingulis agebatur; quanquam jura prædictorum Pontificalium non omiſerit. Quandoquidem ſanctiſſimus Chriſti Martyr, ut olim, ſic hodie poſt beatos Apoſtolos Petrum, & Paulum manet principalis Urbis Pattonus; unde præclarum illud meretur obſequium. Idipſum juris inter compluresauctores graviſſimos refert etiam Gavantus part. 2. tit. 12. de bened. in fin. Miſſ., quod & fatetur eruditiſſimus Ruinartius in ſancti noſtri Martyrium die x. Aug. ſcribens: *jam S. Auguſtini tempore inter præcipuos Romæ patronos recenſebatur B. Laurentius, ut patet ex ejus ſermone 296. novæ editionis, ubi agens de Sanctorum reliquiis, quæ Romæ aſſervabantur, unicum Laurentium cum Apoſtolis Petro, & Paulo ſingulatim exprimit*. Vide infra cap. IV. numer. 24.

10. Novimus, Sixtum V. Pontificem Maximum anno Chriſti 1586. Conſtit. 23. *Egregia*. Inter ſeptem Pontificalia, pro feſtivitatibus titulorum ſeptem Baſilicarum Urbis inſtituta, recenſuiſſe illud diei x. Auguſti peragendum in Laurentiana Baſilica extra muros in agto Veraoo. Quod & reipſa præſtitit, Alaleone teſte in M. SS. diariis Pontificiis, cum anno Conſtitutionis editæ; tum etiam ſubſequentibus 1587., & 1588. Sed ſucceſſores ejus genus iſtud cauſæ meri tituli caruodem Baſilicarum non adeo urgens intellexeront, ut propterea ipſis debitum

Digitized by Google

imponeret Pontificandi, diſtentis tot Orbis terrarum curis; quo multiplici Pontificalium onere nec locorum ordinarii gravabantur, niſi de Patronis, vel titulis Eccleſiarum Cathedralium ageretur, Ideo retento domtaxat ritu Pontificali pro feſto Nativitatis Beatæ Virginis, quem Sixtus deſignaverat, vice debiti pro titulo S. Sebaſtiani, ſeptimam baſilicam obtinente, novam reliquorum inſtitutionem minime admiſerunt, excepto vetuſtiſſimo ſollemnitatis Apoſtolorum Petri, & Pauli: Injuria ſiquidem temporum, ex quo ſancta Sedes in Avenionem translata fuerat, deleta jam erat memoria peculiaris juris, quod Sancti Laurentii feſtum ad hujuſmodi Pontificale habebat, poſt alterum Principum Apoſtolorum ex antiquiſſima conſuetudine, ac Patronalis dignitatis ratione: adverſus quæ uti nollum inferri poteſt præjudicium io cauſa Pontificalis Apoſtolorum, etiam ſi ad mille annos ejus exercitium omitteretur; ita neque in jus ſollemnitatis ſacratiſſimi Martyris Chriſti; quum eædem pro utriſque militent ſacrorum canonum rationes; publicum & pugnet Urbis bonum; quemadmodum io ſupra citata Diſſertatiooe probavimus.

11. Oppooet forte aliquis, ſi noſter Sanctus Romæ foret priocipialis Patronus, æque ac Apoſtolorum Principes, uti adducti ſapientes viri aſſerunt, feſtivitas ejus celebrari deberet ibidem ſub ritu duplici primæ claſſis; quod certe minime fit: non erit igitur Sanctus eo loci æque cum Apoſtolis principalis Patronus. Hanc tamen inſtantiam præſata Diſſertatioue conſutavimus. Etenim laudati Romaoi ordines oppoſitum iovicte demonſtrant. Nec unquam Pontifices maximi ſenſere, clariſſimum Martyrem ſuo principali ſpoliare Patrooatu ſuper Urbem per eam ritus ſecundæ claſſis deſignationem, recentibus inventam ſæculis. Idque ineluctabili ratione convincitur. Siquidem mens illorum fuit, in rituum diſparitate ſtatuenda, ſervare uniſormitatem capitis cum membris in feſtis univerſalibus Eccleſiæ Catholicæ; adeo ut quo eccleſiaſtico ritu voluerint obſervatum feſtum aliquod per totum Orbem, eo pariter Romæ celebraretur. Sane quis ignorat, dedicationem Cathedralis Eccleſiæ in ſua, coique propria, diœceſi celebrandam eſſe ſub ritu duplici primæ claſſis? Et tameo dedicatio Romanæ Cathedralis Eccleſiæ Sanctiſſimi Salvatoris ad tempora uſque Benedicti XIII. Romæ ſub ritu duplici mioori retenta fuit; ne varietas intercederet ritus inter Urbem, & Orbem, qui ſub eodem minori eam recolit ritu. Neque hac de cauſa Romani Pontifices intellexerunt derogare dignitati Baſilicæ Lateranenſis, cujos ordinarii ſunt Præſules ac Sponſi; ſed ſalvam huic relinquere voluerunt excellentiam, & privilegia, quibos de jure gaudet. Ita, & non aliter, de ſtatuto ritu feſtivitatis Sancti Laureotii Romæ ſentiendum eſt, quem catholico io Orbe feſti duplicis ſecundæ claſſis obſervandum ſtatuere una pariter cum octava. Ceterum ætate hac noſtra, ſublata de medio eadem ritus conſormitate, plurimorum conceſſione officiorum aut pro urbe ipſiuſque dictrictu, aut pro toto Eccleſiaſtico ſtatu, vel etiam pro Italia inſuliſqoe adjacentibus, locum habere poteſt apud ſanctam Sedem Romaoi Senatus inſtantia, ut Romæ Feſtum Martyris, tamquam principalis com Apoſtolis Patroni, ritu primæ claſſis agatur: uti pro dedicatione Lateranenſis Eccleſiæ conceſſit Benedictus XIII. temporibus noſtris.

12. Sed ut ad alias feſtivitates ac demonſtrationes ejuſdem almæ Urbis in tanti Martyris ſollemnitate tranſeamus; multæ quum præter Patriarchalem extent Eccleſiæ S. Laurentii titulo decoratæ (de quibus ioſra erit agendum) ſpeciali conſideratiooe dignæ cenſentur, quæ fiunt apud ſacras ædes ejuſdem Martyris in Lucina, in Damaſo, & in Pane ac perna, titulis Cardinalitiis honeſtatas. Quarum una titulus eſt primi Presbyteri Cardinalis, altera Vicecancellarii Romanæ Eccleſiæ, tertia Presbyteralis: ad quos pro tempore Titulares Eminentiſſimos pertinet eodem in feſto ſollemniter Pontificalia in ſuis peculiaribus titulis exercere. Secundam, & tertiam Romanus Senatos publica viſitat pompa, utriſque offerens argenteum cum patena calicem, pluribuſque cereis ſuoalibus; ubi Divinis, ut moris eſt, adſiſtit Sacrificiis, avita pietate haod penitus non oblitus, de qua Prudentius in S. Laur. Periſtephano canit ſtropha 130.

Ipſa, & Senatus lumina
Quondam luperci & flamines
Apoſtolorum, & Martyrum
Exoſculantur limina.

Pontificii ærarii Præſules, quorum Princeps eſt Cardinalis Camerarius in Sacro Apoſtolico Palatio congregantur ad Sanctiſſimi Levitæ natalitia celebranda; quandoquidem adminiſtrationis eorum ſumma penes Sanctum Archidiaconum tota erat. Quocirca iſti devotiſſime diem feſtum ejus agunt. Lateranenſes item Canonici publicæ ſupplicationis actum perſolvunt, a Sanctiſſimi Salvatoris Protobaſilica pergentes ſollemniter ad *Sancta Sanctorum*, Beati Laurentii nomini Oratorium vetuſtorum Pootificum conſecratum, quo loci Beatiſſimi Levitæ Miſſam canuot. Aliæque Patriarchales Baſilicæ, uti Vaticana, & Liberiana, in quibus & inſignes Martyris reliquiæ venerationi exponuotur publicæ, dignis obſequiis S. Archilevitam eodem die celebrant. Per omnes denique Urbis Regiones, (nulla quum ſit earum, in qua non inveniatur,

tur vel propria Eccleſia, vel oratorium, vel ſacellum, ejus nomine inſignitum, minus verbum facimus de privatis oratoriis in magnorum domibus) votiva Martyris recolitur memoria, turmatim Romano Populo confluente, ad illius præſertim ſanctuaria, quæ ſua olim, quum in humanis eſſet, præſentia illuſtravit. Qua obſervantia poſteri majorum ſuorum ſequuntur exempla, de quibus laudatus Prudentius ſcriptum reliquit ſtropha 129.

Quidquid Quiritum ſueverat
Orare ſimpuvium Numæ,
Chriſti frequentans atria,
Hymnis reſultat Martyrem.

13. Et quia de hac vetuſtiſſima Romanorum erga Martyrem devotione memoriam fecimus; quadrat heic animadvertere, non ſolum eos triumphalem hunc diem celebraſſe pervigilii jejunio, ſacroque pompæ apparatu, officiis ac miſſis Pontificalibus, aliiſque principalioribus pietatis & cultus demonſtrationibus; verum etiam etiam ſacramentali confeſſione, ac Euchariſtiæ ſumtione; imitantes hac ſimiliter ex parte priſtinos illos fideles, qui ſepulturæ venerabile corpus Martyris tradentes, præter vigilias, & jejunia triduana, ubi Juſtinus Presbyter tremendum obtulit altaris ſacrificium, omnes refecti ſunt pretioſo corpore, & ſangnine Domini, illius manu adminiſtrato. Quam in poſteris laudabilem conſuetudinem, unius, vel alterius forent ſexus, cujuſque conditionis, cujuſque ſtatus, cujuſque cætus, ac præſertim nobilium, confirmatam agnoſcimus ex inventis apud Sanctum Laurentium extra muros fragmentis vaſorum, quibus veteres utebantur in conviviis (quæ *Agapæ natalitiæ* dicebantur) in præcipuorum Martyrum feſtis poſt ſacram acceptam ſynaxim, penes idem templum, ubi ſollemnitas agebatur, fieri ſolitis; clericis, & pauperibus invitatis ad menſam: quam ſanctæ ſcripturæ collationibus, ac Divinis in fine laudibus condiebant. Inventa ſunt etenim in cœmeteriis, ac præſertim apud Laurentianam Baſilicam, jam commemoratam, vitrea quædam fragmenta vaſorum, quorum in fundis Beatiſſimi Levitæ imagines conſpiciuntur delineatæ, præferentes aureis litteris *Laurentii* nomen. Signa plane, inquit Anonymus, illius magni cultus, quo ſanctiſſimum Martyrem priſci fideles proſequebantur in ipſis etiam conviviis caritatis; nec non quantæ forent efficaciæ vel ejus immagines ad excitandos in credentium cordibus puros, cæleſteſque amoris igniculos, tantum adſpicerentur: quamque fiderent in illius protectione cultores. Hinc in uno ex iiſdem vaſorum fundis ea leguntur verba, litteris pariter aureis exarata: *Victor vivas in nomine Laurentii*. In altero dimidiato, quod in Vallicellano Muſeo conſervatur, characteribus ſimiliter aureis *Laurentii* nomen legitur, & circumfractæ litteræ *ane vivas in or*, bonum utique omen aliquod indicantes, quod virtute Martyris Protectoris ſibi invicem precabantur. Tantæ porro antiquitatis eadem vaſa, in cœmeterialibus reperta locis, eſſe creduntur (idem inquit Anonymus, Bonarotam in præfatione ad cyathos vitreos afferens) ut judicentur Conſtantini Magni tempora præceſſiſſe. Et facile quidem ſuaſu id videtur ex ipſo loci, quo reperta ſunt. Non enim in cœmeteriis ſacra, & agapes fiebant, niſi perſecutionum tempore ante Imperium Conſtantini. Ceterum in templis, ubi eſſet ſollemnitas, agebantur. Præfata eadem vaſa penes citatum Anonymum videri poterunt delineata a pag. 27. ad 37.

14: Poſt Urbem autem, quæ Orthodoxæ Religionis eſt caput, multæ ſunt præterea Civitates, ſupremorum Principum ſedes in ſuis quibuſvis Regnis, vel ampliſſimis ditionibus (ut de inferioribus taceamus urbibus, oppidis, pagis, ac villis) in quibus ob regales Martyri erectas baſilicas ſollemniſſime feſtum ipſius celebratur, nonnullorum etiam eorundem Dominantium adſiſtentia cum magnatum, ſive procerum comitatu. Quemadmodum & in Eccleſiis cathedralibus, ſub titulo Sancti Laurentii Martyris conſecratis, ubi ordinarii locorum Præſules, vel Archipræſules Pontificalibus dant operam vulgari hand pompa. Quarum omnium diei x. Auguſti celebritatum magnitudo facile conjici poterit ex iis, quæ relaturi ſumus, quum de Baſilicographia Laurentiana tractatum inſtituemus. Heic dumtaxat arridet, peculiarem commemorare Senenſis cathedralis ritum eodem in feſto, quantumvis iſtius Eccleſiæ titulus non ſit S. Laurentii; ſed Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ. Habet enim Ordo Senenſis Eccleſiæ, quod Auguſti die decima quotannis Archiepiſcopus cum Canonicorum collegio, clero, ac populo e cathedrali templo ſollemniter procedit ad Eccleſiam S. Laurentii Martyris, citata prius ad aram maximam prædicti Archiepiſcopalis fani Antiphona: *Quo progrederis ſine filio Pater:* quam per iter cantores proſequuntur. Sacriſque aliis adjectis canticis, ad Sancti templum, ut perveniunt, ibi Archipræſule Pontificalem ſuis cum adſiſteotibus canente miſſam, eum ſervant ritum, quo utuntur pro Feſto tituli Cathedralis præfatæ, ideſt in ſollemnitate B. V. in Cælum Aſſomtæ. Vide ordinem officiorum Senenſis Eccleſiæ; quod opus nuper 1766. in lucem edidit Romæ Chryſoſtomus Trombellius Can. Reg. S. Aug. Tali apod Senas Levita magnus clarificatur, honore. Et fortaſſe alibi locorum graviſſimis id genus obſequiis erit glorificatus; licet nobis ob ſcriptorum ſilentium, ordinum-

que officiorum inedita opera, ſollemnitates hujuſmodi non innoteſcant. Ceterum, quum per Orbem Catholicum nulla ſere ſit Urbs, pagus, vel oppidum, in quo non inveniatur templum aliquod, aut oratorium, aut ſacellum eidem Archimartyri erectum, locis pene innumeris miſſis, quæ præter Eccleſiat gloriantur & ipſæ habitationes populares Sancti Laurentii titulo; perſpicuum inde fit, quam veraciter Maximus Taurinen. de hoc feſto dixerit: *Beatiſſimi Laurentii annua ſemperque nova feſtivitas Eccleſiam Dei jugiter in gaudia lætitiæ ſpiritualis accendit.* Et quidem ſcimus, ingentem eſſe fidelium numerum, qui, ut tantæ ſollemnitatis gaudia compleant, ſacramenti pœnitentiæ, & Euchariſtiæ participes fieri curant, veterum chriſtianorum inſtar, de quibus egimus ſupra; optamus nihilominus, ſicut fideles omnes in profeſto per abſtinentiam macerantur in corpore, ita omnes triumphali eo die angelico pane ſatiati, reficiantur in mente. Idque, ſperare poſſumus, quod reducetur in opus; ſi paſtores animarum, ſacrique oratores facient populis efficacibus exhortationibus commendatum. Hæc duo ſiquidem exempla fideles illi, qui ſunus Sanctiſſimi Martyris curarunt, quique poſtea & ipſi Chriſti Martyres ſuerunt, ſumma pietate univerſis fidelibus dedere, nimirum jejunii, & Euchariſticæ communionis. Primum invaluit in omnes Eccleſias de præcepto, alterum relictum eſt arbitrio Chriſtianorum. Quid magni agent, qui neceſſitate præcepti compulſi, primum complectuntur; ſecundum autem perficere detrectant? Valde intereſt noſtra, Sanctum Laurentium peculiaribus & ultroneis obſequiis promereri, ac tantum habere apud Deum potentiſſimum Interceſſorem in Cælis: unde conſultius quoque faciunt, qui non ſolo annuo feſto, ſed quolibet etiam anni die tributum aliquod propriæ devotionis eidem inpendunt.

15. Attamen, ut noſtrum de die feſto proſequamur thema; conſideratu dignum eſt, quam Cælo arrideat hæc ipſa in terris Laurentiana Celebritas, ſuo cum pervigilio ubique terrarum religioſe obſervata; plurimis dum prodigiis quotannis, ſuperno agente Numine, diſtincta ſingulariter ad noſtra uſque tempora videtur. Unde Sollerius §. VI. de gloria Martyrit poſthuma num 54. ait: „ Mirabile omnino eſt, quod „ lego in epiſtola noſtri Patris Alexandri Wilthemii die VII. Auguſti 1679. ad Papebrochium Luxemburgo data, ex qua extraho „ ſequentia: *Dixi excellentiſſimæ Dominæ Principi noſtræ reverentiam veſtram non noviſſe S. Fauſtum, de quo quæſivi &c. Sed narravit mihi hodie rem mirabilem. Ait in Hiſpania ſi quis die S. Laurentii quocumque demum loco vel leviter fodiat, ſtatim offendere carbonem: & aſſerit ſe cum Imperatrice defuncta idem expertam. Habet ne R. V. aliquid ſimile inter miracula S. Laurentii?* „ Deinde ex eodem loco „ die XXI. ejuſdem menſis, & anni ad eundem „ Papebrochium ſcribens, iſta ſic confirmat: *Excellentiſſima Domina Gubernatrix noſtra ſcripſit in Hiſpaniam pro vita S. Fauſti. Dixi ei R. V. depoſuiſſe ad X. Auguſti litteras meas de carbonibus S. Laurentii. Fuit ei gratum, & affirmavit idem paullo antequam confiteretur, & communicavit. Ait ſe bis uno die cum Imperatrice fodiſſe ſemel in horto penſili (Hiſpanice en un balcon) iterum alio horto, & bis repertos carbones. Id autem fit a primis veſperis feſti uſque ad ſecundas. Advocavit unam ex ſuis dominabus, quæ affirmavit ſancte idem ſibi contigiſſe.* Subdit Sollerius „ Factum iſtud „ ſingulare ac mirabile illuſtribus illis perſonis, „ ac fide dignis contigiſſe, referente Wilhemio, ſicut ego inficiari non audeo, ſic diſſimulare nequeo, quin ſignificem, mirari me „ vehementer, ſi illud quovis loco in Hiſpania, ſi a primis feſti veſperis uſque ad ſecundas, ſi cuilibet denique vel leviter fodienti illud prodigium eveniat, nihil hujuſmodi „ hactenus ad meam, in rebus S. Laurentii eruderandis non oſcitanter occupati, notitiam „ aliunde perveniſſe ex ſcriptoribus præſertim „ Hiſpanis, qui ſuſpecti neutiquam eſſe poſſunt, quod vel ejuſdem laudibus aliquid detractum velint; vel quod rem adeo prodigioſam ac pervulgatam, ſi vera ſit, ignorare „ potuerint. Opus eſt igitur teſtimoniis bonæ „ notæ antequam calculo noſtro eandem comprobemus. „ Huic tamen difficultati facillime occurritur, reponendo Hiſpanos ſcriptores ea de re ſilere, quia nota eſt lippis & tonſoribus; dum ubivis Hiſpaniarum experimento conſtat. totque ſunt teſtes, quot inſpectores.

16. Eodem præterea die feſto multis locorum cernere licet expoſita in Eccleſiarum aris pretioſa vaſa, in quibus noſtri Sanctiſſimi Levitæ adeps liquatus aſpicitur, perinde ac ſi modo ex ejus aſſatis carnibus, igni admotis, deflueret; Romæ præſertim in templo S. Ignatii apud Collegium Societatis Jeſu, Tibure in Eccleſia cathedrali, in Drepanitana baſilica S. Laurentii, atque, ut ferunt, Venetiis in Fano ejuſdem tituli, quod illuſtrium eſt Monialium Ordinis S. Benedicti, aliiſque per Orbem Eccleſiis, quas inter peculiari commemoratione digna eſt illa oppidi, *S. Laurentii* nomine appellati, in Romana Ferentinæ diœceſeos campania, cujus meminit Aringhus tom. I. Romæ ſubterraneæ lib. I. cap. 28. num. 10. ſcribens „ In „ Oppido, quod in Campania ſitum, S. Laurentii nomine decoratur, & Procerum Columnenſium ditioni ſubeſt, haud longe ab Urbe,

ad

Digitized by Google

„ ad hæc uſque tempora ampulla vitrea ſatis
„ ampla extat, ſacro Beati ejuſdem Martyris
„ cruore repleta, quæ in Eccleſia ibidem Bea-
„ to Laurentio dicata perhonorifice aſſervatur.
„ Hæc autem novum mirandumque portentum
„ intuentium oculis quotannis exhibet: Sanguis
„ enim, qui præmemorata ampulla concretus, ac
„ adipe permixtus concluditur, cum feſtiva Mar-
„ tyris Beatiſſimi, ac ſollemnis martyrii ejuſdem
„ memoria decima menſis Auguſti de more recur-
„ rit, qua potiſſimum die ſub Valeriano ferream
„ ſupra craticulam leoto igne aſſatus, ſe ipſum
„ dignam Deo victimam ac holocauſtum acce-
„ ptabile pro Chriſto obtolit (mirum eſt,
„ quod dicturus ſum) a primis feſtivi ejuſdem
„ diei veſperis ſanguis, qui paullo ante concre-
„ tus cernebatur, extemplo liqueſcere, ac ebulli-
„ re videtur: & intra ipſios vitri ſepta, ac ſi ite-
„ rum ad martyrium proſilire, iterumque ty-
„ ranno ac ſubjacentibus flammis inſultare ge-
„ ſtiat, novo caritatis incendio ſuccenſus, ac
„ denuo flammis, quibus ſemel ille ſuper cra-
„ ticulam decoctus fuit, occulta vi exurentibus
„ e vitro non ſecus ac a venis prodire tentat,
„ cum in modum, ut ſi ad caleſactivam ignis
„ vim appoſitus eſſet. Confeſtim enim ſanguis ab
„ adipe, eodem plane modo, quo oleum ab
„ aqua, ſecernitur, atque ita uſque ad octavam
„ ipſam a feſto diem disjunctus, ac ſecretus per-
„ manet. Verum completis dierum illorum ſolle-
„ lemniis, iterum ſanguis coaleſcit, & adipi com-
„ mixtus in vitro coagulatur. Perenne autem
„ portentum hoc eſt, & ſi recens ſingulis annis
„ ac novum in præmemorati oppidi Eccleſia vi-
„ geat, innumeris undique populis ad rem eju-
„ ſcemodi conſpiciendam confluentibus. Porten-
„ tum autem vel eo magis illuſtre, ac ſolemne
„ contemplantibus redditur, quod cum teſtes
„ rei perhibent, notum coiquam haud eſſet, cu-
„ juſnam Martyris ſanguis in eadem vitrea am-
„ pulla aſſervaretur, ut debito feſtivam ejus diem
„ honore incolæ quotannis (nt mos eſt hodie)
„ recolerent, en tibi, licet is coagulatus per-
„ ſiſteret, dum Martyr perquirentes latet, (en
„ tibi, inquam) feſtiva recurrente Laurentii
„ Martyris die, cum primis veſperis concinen-
„ dis hora inſtat, ſanguis mox intra ampullam
„ ebulliens, liquefieri cæpit, & id poſtmodum
„ quotannis præſtare non deſiit. Cujus rei mox
„ fama percrebuit, & ad Urbem uſque delata,
„ ad Pauli V. Pont. Max. aures pervenit. Qui
„ Martyris, ut par erat, portentum admira-
„ tus, quod viris probatæ fidei ultro enarran-
„ tibus compererat, nonnullas ejuſdem ſacri
„ cruoris guttas, inde extractas, ad ſe deferri
„ voluit; quas vitro intra pretioſam thecam
„ incluſas in ſacelli a ſe apud S. Mariam Ma-
„ jorem erecti ſacrario inter cæteras Sanctorum
„ reliquias recondidit ... Hieronymus Eminen-
„ tiſſimus Columna pio, quo flagrat erga Chri-
„ Martyrem ſtudio, ſuorumque pietatem æmu-
„ latus, ad incolarum præmemorati oppidi de-
„ votionem magis excolendam, augendamque
„ pretioſi liquoris ampullam argentea incluſam
„ theca, quo par eſt, honore, in dicta Eccle-
„ ſia ſervandam curavit, & publico rem hanc
„ teſtimonio comprobatam voluit „.

17. Nec minus inter hujus feſtivitatis prodigia referendum eſt illud eruptionis fontis aquarum nocte S. Laurentii ſingulis annis, poſtquam toto anno limphæ meatus minime aquam reddit. Eſt portenti locus apod Meldulam, ditionis Romanorum Principum Pamphiliorum, diſtatque a Ravenna novem millia paſſuum; duratque prodigioſus aquæ fluxus ad duplicatum feſti octavarium, nimirum ad dies quindecim, concorrentibus populis ad eam exportandam S. Laurentii aquam, quæ mirabilia operatur, teſte Mengo Faventino, qui veriſimiliter rem ſuis vidit oculis, quum non procul ſit Meldula a loco nativitatis ſuæ. En illius teſtimonium, quod decerpſimus ex ejus tractatu 2. de Balneo Meldulæ: *Aqua Meldulæ, diſtans a Foro Livio per quinque milliaria verſus montes in valle prope flumen Aronci, & a Bertinoro per tria, oritur in nocte S. Laurentii ſingulo anno, & durat per xv. dies, poſtea evaneſcit uſque ad alium annum, & ſic incipit exire ſequenti anno in nocte S. Laurentii, & poſt dies xv. firmatur: Ad quam concurrit multitudo gentium ad portandum de ea, quæ dicitur aqua S. Laurentii, & mirabiles effectus experiuntur ex illa.*

CAPUT II.

Quibus præmiis, gratiis, & favoribus e Cœlo affecti fuerint Laurentiani Feſti obſervatores, quibuſque pœnis mulctati tranſgreſſores.

AD confirmandam Dominicalem feſtorum obſervantiam, plura Deum feciſſe ſigna novæ legis tempore, manifeſtum eſt; quibus Chriſtianus homo memor eſſet, ut fideliter cuſtodiat Domini Dei ſua feſta. Egiſſe pariter & alia diverſis quibuſdam in feſtis, comperrum eſt,

ut

ur credentes ſimili religione ſollemnitates præcipuorum quorundam ſanctorum, inſtitutas de præcepto, ſervarent. Mirum tamen in modum extendiſſe videtur Dominus brachium, ad imprimendam in animis fidelium eandem obſervantiam pro feſtivitate ſui electiſſimi Levitæ Martyris; cujus ſollemnitatis cultores ſpiritualibus, vel etiam temporalibus beneficiis cumulavit; inobſervantes autem condignis punivit ſuppliciis. Hinc de ſpiritualibus in primis; poſtea de temporalibus agemus favoribus, quibus honeſtati ſunr ejuſdem feſti obſervatores; demum, quæ perpeſſi ſunr, damna violatores, adnotabimus. Neque propterea blandimur, exempla omnia, quæ ab inſtitutione primæva hujus feſti Chriſtiano in populo evenerint, nos ſore tranſcripturos; ſed pauca quædam, & inſigniores, quæ majores noſtri ſuis ad nos tranſmiſerunt ſcriptis; quorum nec cuncta de hac re monumenta potuere ad noſtras, vel apographa, pervenire manus. Unde putamus ſeciſſe ſatis, ſi ea, quæ vel collectim, vel ſparſim in ſuis voluminibus Bollandiani dedere, in unum heic collegerimus, aliquid addentes, quod in ipſis eruditis Patribus minime repertum eſt, ſed ex aliis diligenter accepimus auctoribus.

2. Lubetque primo loci de ſpiritualibus Martyris beneficentiis agere, ac beati Joannis Firmani, dicti *Arvernicolæ*, experimenta præferre; dum is feſtum Levitæ ſanctiſſimi (cui valde addictus erat) devotiſſime celebraret. Contigit enim quadam vice (ut membraneus habet codex m. s. Bibliothecæ S. Crucis Florentiæ auctore Anonymo coævo) eodem Martyris ſuperveniente feſto, quum ſub primis veſperis in Choro pſalleret ceteris cum Fratibus, ad illius antiphonæ melos: *Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea igne cremata eſt pro te, Deus meus*. Viderit in medio Chori ante altare carbones urentes, & craticulam ſuperpoſitam, atque Beatum Laurentium nudum in ea exuſtum, angelico vultu, oculoſque dirigentem ad ipſum inſpectorem. Ad cujus intuitum Joannes, cunctis videntibus fratribus, qui aderant, fuit in Deum raptus. Non tamen ſciebant fratres cauſam, nec percipiebant viſionem. Manſit autem ſic raptus uſque ad completorii horam. Hora vero completorii rediens ad ſe ipſum; officium Divinum cum ceteris fratribus in choro cantavit. Poſt completorium ante altare Conventus pernoctans, dum paſſionem præſati Martyris mente revolveret, ſubito vidit beatum Laurentium verſis renibus ab altare (eodem modo, quo ſtat ſacerdos converſus ad populum) ſtantem, rubea indutum dalmatica, in manu ſiniſtra ad modum ſcuti cratem tenentem, & luminoſo vultu verſus ſe reſpicientem; quem cum Joannes reſpiceret, & bene cognoſceret, jucundabatur. Sic ſteterunr per aliquod témporis ſpatium Martyr erectus, & ille genuflexus; nec tamen mutuo loquebantur. Ultimo Beatus Laurentius ad ipſum direxit ſermonem, dicens: *Frater mi, Joannes, vides hanc cratem?* Cui vir ſanctus reſpondit, dicens: *Video*. Tunc Beatus Laurentius addidit, dicens: *Propter hanc cratem ego in cælo poſſideo magnam beatitudinem. Et Eccleſia mihi præbet tantam ſollemnitatem. Ideo* ne *fatigeris, nec te tædeat diſcrete agere pænitentiam, quam facis: Quia propter pænitentiam, quam faciunt fideles in hac vita, præparantur eis æterna gaudia*. Et hoc dicto, Beatiſſimus Laurentius Chriſti Martyr diſparuit.

3. Anno altero, ut ex ſpeculo S. Franciſci, & ſociorum colligitur, quum frarres canerent *Salve Regina* de ſero; eidem beato Viro apparuit ſanctus Laurentius, cujus erat tum pervigilium, rubea ſimiliter indutus dalmatica, cratemque ferream geſtans, & dixir ad illum: *Hæc craticula clarificavit me in cælo; & acerbitas carbonum dedis mihi plenitudinem Dei dulcedinis*. Subjunxitque: *Si vis gloriam, & dulcedinem Dei habere, ſuſtine patienter paſſionem, & amaritudinem mundi*. Stetit autem S. Laurentius cum eo ſic viſibiliter, donec cantata ſuit prædicta antiphona. Poſtea fratribus pauſatum euntibus, remanſit Joannes in choro cum Sancto Laurentio; qui certificans eum, & conſolans, diſparuit. Eumque reliquit in tanto amore & dilectione Divina, ut per totam dicti feſti noctem nihil ſomni acceperit, ſed eam miranda conſolatione rranſegerit.

4. Miris denique modis aliis de cælo idem Joannes viſitatus in feſtivitatibus Saucti Laurentii, diem clauſit extremum ad primas feſti ejuſdem ſacratiſſimi Martyris veſperas. Cujus rei præſagium ſuiſſe videtur, illa viſio, quam ſupra retulimus, quum illa caneretur in primis veſperis antiphona: *Adhæſit anima mea poſt te*. Infirmatus etenim poſtremo ſuæ vitæ anno, die quinta Auguſti, fratribus de ipſius corporali ſalute ſollicitis, & hortantibus, ut medicorum conſilio uteretur, reſpondit: *Ego Domino Jeſu Criſto dedi ſpiritum, vobis do corpus; ſi poteſtis, ipſum curate*. Adveniente autem vigilia Beati Laurentii, quum quidam frater eum viſitaſſet, & ſibi, in lectulo ſedenti, dixiſſet: *Frater Joannes, confortare in Domino, & in Beaso Laurentio, quia cras eſt feſtum ejus*. Subito de lecto ſurrexit, & cum velocitate mirabili perrexir ad Eccleſiam, quaſi ſaltans, clamanſque ſortiter admirando clamore, ac dicens: *Beatus Laurentius, Beatus Laurentius!* Perventus autem ad Eccleſiam, proſtravir ſe ante crucem altaris; factaque reverentia, ſurrexit cito, & ſic erectus, oculis ac mani-

manibus in cælum eleva, ſtetit ibidem tractu temporis, quo fratres ithoro miſſam de vigilia S. Laureotii Marty cecineroot. Completa miſſa, & Sacerdoi benedictione percepta, factaque cruci reveria, ad lectum rediens, petiit Sacramentiſcclesiæ communiri, quibus ſuſceptis; mira qm de Divinis loqoutus fuiſſet latino irreprenſo idiomate, vir quum aliter eſſet litteran plane rudis; in ejuſdem Sancti Laurentii ſperis Deo animam recommendans, & orans m adſiſtentibus Fratribus, emiſit ſpiritum Corpus ad tres dies inſepultum manens, qui magni eſſent calores, odorem ſuavitatis recebat; membra illius tractabilia erant; vultus laris, & jucundus, veluti viventis adhuc homis. Unus ex fratribus, qui familiaris quondh ei fuerat, ex Angelo didicit tertia poſt olum ejus die, qualitee defuncti anima Joais eecto tramite in iiſdem S. Laurentii veſper io cælum evolaveeit ad agendum feſtum ſipiternum.

5. Venerabilis Ruptus, Tuiti Abbas; dum ſcriberet opus, veraureum, *De Incendio* ipſo teſte ibidem cap. XII. ædificare ceperat templum, Sancto MartyrLaurentio dicandum; quod & poſtea perficiens,nnuos adſignavit redditus ad feſtum ejus ſpldide celebrandum in perpetuum. Nam, ut ſcbit auctoe compendii perbrevis ejus vitæ, affixad opera ipſius Ruperti, *Hoc feſtum valde mnino glarioſum habebat*. Mira quocirca ſpirus lætitia, & exultatione illud quotannis pegebat. Ad cujus ſollemnis triumphi ſplendorennon cootentus diurnis luminaribus, quæ ceræliquantes alebant; inſtituit, ut ſingulis altaribs apponeretur cereus per totam noctem accaſus; quibus collucentibus, ſacrum Laurentii implum, perpetuo illuſtratum lumine, noctem ;noraret, teoebraſque neſciret. Quam Porro ipernis eum favoribus Martyr auguſtus eumulverit, facile colligi poterit ex iis, quæ idem nagnus Theologus ſcripſit Tract. De operibus Spiitus ſancti, lib. de Fortitud. cap. XVIII., & cit. de ncend. cap. XIX., ſanctum ſic alloquens Laurenium: *Qui oſculum mibi dare viſus eſt in onſpectu Domini Jeſu Chriſti Regis æterni, qurſi jam veniensir cum nubibur, ut videret eum omnis oculus, & cum ea Sanctorum millia, quo: inter tu igneur, atque ſerenus ignir, vultu pa:ter, & veſtitu rutilans apparebas*. Tremeba etenim, & timebat venerabilis Abbas in conſpectu tantæ viſionis, de ſua æterna ſalute ſolicitus; atque imminentis judicii horrore per:ulſus, præ animi anxietate, quo ſe verteret, neſciebat; non ignorans, vix juſtos hora illa eſſe ſecuros: eaque conſternatione animi agitatus, vidit e latere ſupremi venientis Judicis ſanctum Laurentinm, incredibili majeſtate, ac gloeia ſibi occorrentem; mæſtum ut ſervulum erigeret, ac confortaret; datoque illi oſculo pacis, vereque dilectionis eximiæ ſigno, omnem ab eo timorem expulit, animos addidit, viribuſque ſtatuit, & confirmavit. Certe, ſi nullum aliud extaret monumentum Laurentianæ apud Deum potentiæ in ſuorum clientum auxilium, exiſtimo ſolum iſtud, quod oſtendere dignatus eſt hic præpotens Martyr in prophetica relata viſione Ruperti (ſemel perpenſis circumſtantiis ſiogulis illius admirabilis apparitionis) ſatis foret ad comprehendendum ex parte aliqua, quanti ſit ille meriti apud Judicem univerſorum hominum, in cujus conſpectu talia ſibi libere agere conceſſum eſt ſuo cum ſervulo in tanto rerum diſcrimine, veluti ſub die iræ, & furoris Domini. De qua Malachiæ III. 2. legitur: *Quis poterit cogitare diem adventur ejur? Et quir ſtabit ad videndum eum? ipſe enim quaſi ignis conflans*. Unde in perſona cujuſque noſtrum ſic plorat Eccleſia: Quid ſum miſer tunc dicturus? Quem Patronum rogaturus? Quum vix juſtus, ſit ſecurus! Idem Rupertus conſiderans verbum illud Apoſtoli: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*, 2. Cor. V. 10. præſato libro de Incendio cap. XXII. inquit: *Quid erubeſco confiteri, quod mibi nonnumquam acciderit terrar, ſive borror ejuſmodi? Vidi per noctem me proficiſci ad tribunal Chriſti, a cujur facie ſedentir ſuper thronum tam borribiliter fugere videbantur plerique miſeri, ut jam poſt viſum illum, opus non babeam ab bamine vel per bominem doceri, quid vel quale ſit illud: Exurgat Deur, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum a facie ejus*. De cujus etiam adventu cit. præcedenti cap. XIX. dixerat: *Qui cum veneris, nonne examinabitur mundus ſecundum ſimilitudinem incendii quod enarravi?* Et tamen quid denique concludat cap. XXIII., ad Beatiſſimum converſus Martyrem, dignum eſt, audiamus; *Nor omnes*, iterum repetit, *adſtare oportet ante tribunal Chriſti, ibi profecto, qui Chriſtum diligis fiduciam babebis. ... Pro boc ut fiduciæ babendæ tu adiutor ſir, convertor ad te cum ſacrificia bonæ voluntatis &c.* vide, quanti fecerit protectionem illius, cujus annuum feſtum ſollemniſſime celebrabat; in cujuſque honorem templum inceptum perficere vir, adeo ſanctos, adeo ſapiens, meditabatur, hancque ſuam voluntatem bonam in ſacrificium offerebat. Utinam Chriſti fideles tantæ virtutis inſtruerentur exemplo, ſtatim videremus in Orbe Chriſtiano innovatum priſtinum ejuſdem Martyris cultum: in cujus antiqui comparatione, heu quam nimis! bodierna frigeſcit illius veneratio, frigeſcit & eum ea feſti diei erga Sanctum devotio.

Anno,

6. Anno, quo migravit a ſæculo, 1568. Beatus Sraniſlaus Koſcka, Societatis Jeſu oovitius, ſumma cordis devotione celebrans feſtum ſacratiſſimi Martyris (quod in menſtrua ſortitione ſchedarum ſancti Protectoris, ut apud illam tyrocinii domum in more eſt, ſibi obtigerit in Protectorem idem Saoctus Laurentius) inſiſtebat hnmilitatis ergo culinæ ſervitiis ad miniſtrandum ſociis ſuis; idque in honorem ipſius ſancti ſui Protectoris. Ad ignis autem adſpectum, dum cogitaret aſſati pro Chriſto Martyris tormenta; ſenſuum deſectionem paſſus, petiiſſe ſertur ab eo (quem ſorte in viſione cernebat) ut ejus intercedentibus meritis, daretur ſibi peregrinari a corpore, præſentemque fieri ad Deum pro die quinta decima illius menſis, quo cæleſti poſſet intereſſe ſollemnitati Aſſumtæ Virginis ad æthereum thalamum. Ferventiſſimæ petitioni ejus annuit Martyr, nocteque feſtivitatis magnæ Duminæ dulci e terris ereptus eſt morte, atque ad regna cæleſtia introductos, æterna fruirurus ſocietare civium ſupernorum. Vide rem fuſius explicatam ceteris cum circumſtantiis lib. II. de Glor. poſth. cap. v. num. 24.

7. Ex actis S. Catharinæ Svecicæ, ab Ulpone Vaſtanenſi Monacho ſinchrono deſcriptis cap. 3. Beata Birgitta, inſtante ſollemnitate Sancti Laureotii; Vigilia quum iſtius eſſet, filiæ ſuæ Catharinæ dixit: Cras Dei gratia pariter ibimus ad S. Laurentium. Cui Carharina reſpondit: Domina mea, multum timeo, quod in via ab illo Comite, quem bene noſti, violenter a te divcllar. Sed mater ad eam: Spero firmiter, & confido in Domino Jeſu, quod ipſe velit nos de manibus ejus ſua miſericordia liberare, & ab omni pericuło cuſtodire. Die vero S. Laurentii egredientes domo, munierunt ſe quinquies vivificæ crucis ſigno, Sancti Laurentii cuſtodiæ ſe committens. Talibus munitæ præſidiis ad Eccleſiam S. Laurentii extra muros Urbis ſecure pervenerunt. Comes autem ille cum famulis ſuis, quum adhuc nox eſſet, in vinea ſe abſconderat, cujus confinia erant a latere viæ S. Laurentii; ut inde tranſeuntem raperet adoleſcentulam. Sciebat enim, matris, & filiæ ferventem erga Sanctum piæ devotionis affectum; quare adpromittebat ſibi, paſſuras neutiquam ſore, talem ſeſtum diem per tranſire, inviſitato ſacro illius ſepulcro. Verum in ſuo laqueo, quem vir iniquus abſconderat, humiliavit eum Deus, interceſſione Martyris exorarus. Nam, orto jam ſole, quum magna diei pars tranſiſſet, famuli tædio affecti, dicunt comiti: Domine, quid heic ulrra moramur? Reſpondit: Exſpectamus utique propter illam Dominam, qoam cogitamus nobis hodie eapere. Replicant famuli: multum eſt temporis, ex quo hinc pertranſiit ad Sancti aurentii templum cum matre ſua. Tum cos ab eis quærit, ſi jam dies eſſer? Reſpondent: Certe, Domine, dies clara circumlucet; & l a finitore ſatis eſt elevatus. His auditis, vertit ſe manu Dei cæcitate percuſſum, apiſque oculorum palpebris nihil videbat. Præceque famulis, ut eum ad Eccleſiam transferren Ubi quum veniſſet, juſſit eos, ut in tnrba peirerent, ſi adhuc ibi eſſet Birgitta cum filia; reirenteſque in multitudine confluentis eo populi; illas invenerunt, orantes ad Martyris ſepulcrun renuntiarunt comiti; qui ſtatim mandavit ſe aeas manuduci, factuſque certior coram ipſis e, humi proſtratus, magno eum fletu reatui confitens ſuum, juſtamque ſibi pœnam cæcitis inflictam, veniam petiit; promiſitque in ſterum nil hujuſmodi ſe amplius moliturum; uin immo pro ſuis viribus defenſorem, & arorem earum, ac benefactorem futurum fo Quare, orantibus Birgitta, & Catharina ad æſatum Beatiſſimi Levitæ ſepulcrum, lumen oculorum comes recepit. Ex eaque hora magnin honore ac reverentia illas habere cepit, pluma eis beneficia conſerendo. Narravitque i comes miraculum ſibi factum coram Domii Urbano V. Pontifice Maximo, præſentibos plurimis S. R. E. Cardinalibus, glorificans & laudans Deum. Circa illa nam tempora (qimvis Pontifex Avenione reſideret) Romam tnen ſe contulerat, nimirum anno 1368., ibice manſit ad annum 1370. Unde colligitur cootiſſe Urbani advenrum in urbem ſub idem fe tempus, quo Thaugmaturgus martyr filiar Birgitræ, ſua ſollemnia recolentem, ab immuenti corporis & animæ periculo liberavit. Neque minus Sanctæ Cunegundi Duciſſæ Poloniæ ſevere jejunanti ejus in vigilia, ſolo atro pne ac aqua utenti poſt ſolis occaſum, præſi fuit, conſervans eidem pretioſum virginitati theſaurum in matrimonio contra furentem ncem conjugem Boleslaum: cujus rei gratia artyrem Duciſſa rogaverat.

8. Et ne pucaremus, glorioſiſſimum Levitam manos exterdere in beneficium eorum ſolummodu, qui Incte viventes, celebrant Feſtum ipſius, peculiaris opinione ſanctitatis apud homines clari; dia ſuppetunt nobis exempla, quibus ſuos juvit obſervatores Feſti, licet vulgares fuerint intır fideles, tali ſanctiratis nota mioime diſcreti. Sic ætate hac noſtra virum novimus, eundem diem feſtum promovere in populis adnitentim, quadam vice ſubſequente nocte ad actam ſolemniratem percepiſſe Martyris vocem, dicentem ſibi: *Tu hac feſtivirate floreſcere me feciſti, fili mi, ego te decies floreſcere faciam*. Cujus promiſſionis fidelitatem plurimi ſequentes comprobarunt effectus in illius animæ ac corporis bonum, ſicut ipſe, va-

riis

Digitized by Google

riis affectus beneficiis, pluries confeſſus fuit.

9. Sane inter bonos fideles, ac inter ſanctos dicam, minime recenſendus eſt ille præpotens dives in Saxoniæ partibus, de quo Joannes Stabulenſis agit (cujus per extenſum ejus teſtimonium relaturi ſumus, quum tractandum nobis occurret de Martyris Apparitionibus) qui tamen ejuſdem feſti cultor, mirum aſſequutus eſt beneficium æternæ ſalutis, ſuffragantibus meritis Levitæ Sanctiſſimi. Quandoquidem, ut idem refert auctor, quanto divitiis abundabat, tanto vitiis replebatur. Sæculi namque dignitate ſatis honoratus, nimia vileſcebat petulantia; rebus alienis anxius, rapinis violentus, perjurus, proditor, omnino ſæculi, non Dei, amicus. Unum boni dumtaxat videbatur habere, ſcilicet quod feſtivitatem ſacratiſſimi Martyris magno fervore annua pompa, quandiu vixit, colere conſueverat; & pro illuſtranda ipſius Martyris Eccleſia copioſis luminaribus etiam tota feſti nocte, omnem adhibebat ſolicitus curam: cantores & clericos non paucos invitans, ut ora laxarent in ejuſdem laudem. Ad convivium vero tam clericos, quam pauperes vocans, largiſſime reficiebat: vicinis quoque xenia quamplurima liberali mittens manu, jam non ille, qui toto erat anno, ſed in virum alterum mutatus apparebat triumphali ea die. Ceterum omnimode immorigerus vivens; quum ad extremum vitæ ſuæ diem perveniſſet, certo damnandus, ni pro eo ſanguis Martyris clamaret in cælum, ſpectabili Sancti Levitæ præſentia, tactus dolore cordis intrinſecus pro perpetratis anteactæ vitæ ſordibus; fugatiſque averni hoſtibus, qui multitudine ingenti venerant, ut animam ejus ad tartara ducerent; hanc in ſui Tutoris, ac Patroni ſinum efflavit. Modo hæc brevi dixiſſe ſit ſatis, uti ad Feſtum Martyris, ab homine perdito cultum, pertinentia. Plenum autem prodigium ex eodem Stabulenſi narrandum ſuis cum omnibus circumſtantiis in ſupra citatum rejicimus locum, tanquam in ſedem magis propriam.

10. Monitos tamen fideles volumus; ne quis eorum ex, adducto hactenus, exemplo ſic fidere audeat in hujus Feſti obſervantia, quantumvis magnificis procuret impenſis illud quotannis perſolvere; ut inde præſumat intemperantem agere vitam; ſed potius ſtudeat clariſſimam eandem ſollemnitatem celebrare, ſeſe per annum integrum præparando bonis vitæ actibus, ut digne peragat recurrentem diem Auguſti decimam. *Ab ipſis enim*, ait Auguſtinus ſerm. 47. de Sanctis, *Sanctorum Martyrum in veritate feſtivitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum Martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim Martyrum exhortationes ſunt martyriorum, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat*. Peregrinum fuit hoc Martyris opus, non eſt trahendum ceteris, eundem feſtum diem ſollemniter agentibus, in exemplum; quo laxius vivant. Sed ſi qui aliquando ex fragilitate peccaverint, ſe cito emendent, ſic de Martyris protectione oppurtunum ſibi auxilium adpromittant. Valde ſiquidem potens eſt, præcipue ad ſalvandas animas. Unde eſt, ut diabolus perquam ægre ferat obſequia, quæ Chriſtiani exhibent huic Archilevitæ Sanctiſſimo. Scit enim, quantum ſibi detrimenti afferat in animarum, quam ſtudet, præda ſolidum, quod illi præſtatur, obſequium; ideo totis nititur viribus retrahere fidelium mentes ab ejus cultu. Cujus rei explorandæ gratia unum ſolummodo heic proderit exemplum afferre, apud Bollandianos ſub die 22. Junii adnotatum. Beata namque Chriſtina Virgo Stumbelenſis, ordinis ſeminarum S. Dominici; quum jejunaret in pane & aqua S. Laurentii pervigilio, ac die feſto ſuſciperet Euchariſtiæ Sacramentum; apparuit illi quadam vice dæmon, ardens invidia, quod Feſtum illud adeo devote illuſtris Virgo celebraret (erat enim tum Sancti relatum pervigilium, quo ſtatuerat pia eadem femina Euchariſtiam ſumere feſto die ſubſequente) cui furibundus dæmon, acutum manu tenens cultrum, comminatus eſt, dicens: ſi hoc feceris, cultrum iſtum tuam in linguam trudam: ſic impediam, ne ad altaris menſam accedas. At virgo intrepida invidi hoſtis minas contemnens, in ſancto propoſito perſeverabat. Quod dæmon ſufferre haud valens, truſit violenter cultrum in linguam ejus, eoque ferro in plaga relicto, diſparens, plenus furore diſceſſit. Nihilominus Chriſtina mane conſurgens, ad Eccleſiam perrexit; ibique adhoc e lingua fluente ſanguine, ſacrorum myſteriorum in honorem S. Laurentii Martyris particeps eſt effecta. Poſſemus & alia id genus exempla proferre, conatus dæmonum perhibentia, quibus ii niſi ſunt turbare, ac ſuſque deque revolvere Martyris ejuſdem ſollemnia; intelligentes, quantum inde ſibi damni proveniat; ſed ne ab hujus capitis themate declinare videamur, nonnullis jam ſpiritalibus beneficiis expenſis, quibus proſequutus eſt Martyr ſui feſti cultores; tempus eſt, ut ad alia corporea, quæ obſervatoribus ejuſdem ſollemnitatis largiter bona conceſſit, dirigamus intuitum.

11. Multum celebris apud ſcriptores eſt illa ex Hungaris obtenta ab Othone I. Imperatore victoria, quum adhuc illi chriſtianam religionem ignorarent ſæculo ſalutis decimo. Otho igitur primus, Germanorum Imperator, formidabili preſſus Hungarorum exercitu, ingentis adeo multitudinis, ut hoſtes ipſi ſeſe jactarent, niſi terra eos dehiſceret, aut cælum obrueret, vinci neutiquam poſſe. Cæſar autem parva militum manu fultus, quum inſtaret feſtus dies S. Lau-

rentii, rigidum in ejus vigilia militibus ſuis indixit jejunium, quo in tanto belli diſcrimine Martyris ſibi & ſuis patrocinium advocaret. Mane vero die x. Auguſti, Miſſæ ſacrificio devotiſſime audito, & Euchariſtia ſuſcepta, militarem haſtam de manu Auguſtani Epiſcopi, tum S. Udalrici, percepit. Egredienſque obviam inimicis ex urbe, prælium cum eis animoſe commiſit, ac ſtrenue cum ſuo milite dimicavit, incredibilem ex hoſtibus occidens numerum, Ducibus, Principibus, confœderatiſque Regibus captis; ſugientes reliquos uſque ad ſolis occaſum ejuſdem diei ſeſti, perſequutus; quotquot aſſequi potuit, interſecit ore gladii. Captos demum Primores eorum Ratisbone ſuſpendit in ſurcis. Illuſtris hæc victoria, cui ſimilis altera in illis regionibus numquam viſa eſt, nomen *ſingularis* obtinuit. In ejuſque gratiarum actionem victor Rex Marſeburgi ſanctiſſimo Levitæ Cathedralem erexit Eccleſiam, tanquam illius perinſignis victoriæ Largitori, regalique munificentia illam dotavit.

12. Beata Margarita, Belæ Regis Hungariæ filia, ſanctorum Martyrum cultui vehementer addicta erat; in quorum vigiliis ſibi legi mandabat paſſiones eorum; dolens, quod non illis temporibus nata fuerit, queis tormenta pro Chriſti confeſſione pati cum ipſis potuiſſet (lectori meditandum relinquimus, quibus cordis ardoribus æſtuare ſoleret in præcipui noſtri Archimartyris pervigilio, ejus audiens terribilia paſſionis, quæ vel a frigidis audita, ignem in eorum ſpargunt pectora) cultus itaque a Regia Virgine Margarita peculiaribus mortificationis carnis, ac ferventiſſimæ devotionis notis Martyr egregius in ſuæ ſollemnitatis triumpho, præter beneficia, quæ illius ſpiritui contulit inviſibiliter, Promotor etiam temporalis ejus gloriæ poſt mortem eſſe voluit; quum de ipſius ageretur glorificatione in terris, qua proponi publicæ fidelium venerationi rite poſſet. In Margaritæ ſiquidem monaſterio Soror quædam inveniebatur, acuta febri laborans; cui per quietem S. Laurentius cum innumera ſanctorum Martyrum apparuit turba; interrogatuſque cum ceteris ab eadem ægrota, cui apparebat, ſanctimoniali, quid illuc veniſſet? Reſpondit ſois cum ſociis, veniſſe dicendi cauſa Strigonienſi Archiepiſcopo, ut inquirat de ſanctitate, & miraculis Sanctæ Margaritæ Virginis, noſque volumus pro ea teſtimonium perhibere. Tum infirma de ſomno evigilans, viſionem ſuis conſororibus ſignificavit. Reſponderunt ei audientes talia, quod eadem hora Monaſterium Archiepiſcopus ingreſſus fuerat ad hujuſmodi examen inſtituendum. Tum ægrota ſurgit ſtatim e lectulo ſana, & Archiepiſcopum, adhuc in Monaſterio commorantem, adit; viſum narrat, miraculum integræ valetudinis receptæ refert, teſtimonium confirmantibus ceteris monialibus, quibus nota erat Sororis infirmitas, a qua virgo illa ſubito perſanata fuerat. Atque ita glorioſiſſimus Martyr ſuis cum illuſtribus comitibus remuneratum voluit piæ devotionis affectum, quo ſe ac ſocios in propriis feſtivitatibus virgo regia Margarita glorificare ſtuduerat. *Bolland. ad diem* 28. *Jan.*

13. Longa quum ſiccitate premeretur Tridentini populi terra, cælique prohibiti eſſent, ne ſuper ea pluerent; Epiſcopus cum Clero ac tota civitate ſanctorum undique limina viſitabat, atque iram a Deo avertere multis precibus ſatagebat; nec tamen optatum conſequebatur effectum. Appropinquante autem S. Laurentii feſto, ſollemnem indixit pro eodem die ſupplicationem ad implorandam apud Deum Martyris interceſſionem. Quare idem Sacerdos & Pontifex, ipſa recurrente feſtivitate, congregato clero, & populo in Eccleſia S. Laurentii, quæ eſt Tridenti, inchoatiſque ibidem precibus, conſueto in ſupplicationibus proceſſit ordine ad cathedrale templum. Et exauditæ ſunt ſupplicum orationes. Opertum eſt cælum nubibus, quæ profuſiſſimas dederunt aquas diu deſideratas, queis arida terræ facies ejuſque inferiora ſatiata fuere. Unde feſtum illud in poſterum majori quam prius ſollemnitate a Tridentinis celebrari conſuevit. Quorum civis Bartholomæus Ord. Præd. ſcriptis miraculum conſignavit libro *Epilogorum* in feſta Sanctorum.

14. In apographo *paſſionali* pro Junio, & Julio, a Bibliotheca Leodienſi extracto (quæ eſt apud Patres Cœnobii S. Laurentii) Bollandiſtæ legunt: In villa de Hoeven quidam pater familias ad deponendum fœnum de pratis conduxerat falcatores. Illis ergo falcantibus in vigilia S. Levitæ, ubi tempus veſpertinum advenit, quo per villas circumvicinas audiebatur tintinnabuli pulſus pro canendis veſperis almi Martyris, mox unus eorum ad ſocios inquit: Deſiſtamus amore S. Laurentii ab opere; quia jam pro veſperis feſti editur ſignum æris Laurentianæ turris. At illi dixerunt: vade tu ad veſperas S. Laurentii; nos ceptum opus proſequemur. Mox ipſe, opere derelicto, ad veſperas perrexit, dicens: Potens eſt Deus, & Sanctus Laurentius mihi reddere dimidiam dietam relicti operis. Et ecce die tertio, ad opus quum rediiſſet ſuum, quod reliquerat deſiſtendo a labore Sancti Laurentii gratia; videt, quod ſociis falcatoribus ultra in labore progreſſis, oportebat longe retro ſe ſolum falcare: propter quod ab illis deridebatur. Patienter nihilominus ferens riſum omnium, & cachinnos; ubi manum ad falcem poſuit, invenit ante ſe pendentem in ſurculo gramineo nummum miræ, & inuſitatæ latitudinis aureum. Curvatis mox genibus,

Digitized by Google

nibus, Deum, in glorioſo Martyre Laurentio, magno cum gaudio benedixit. Tum eo clamante, currunt ſocii, concurrit & dominus prati, videot miraculum: Omnes Denm, & Sanctum Laurentium benedicunt. Uxor antem poſſeſſoris prati ipſum aureum, a paupere inventum, emit ſere marcha argenti (ideſt, libra uncearum duodecim) quam auri monetam illa mulier multis poſtea in teſtimonium ipſius miraculi oſtendit. Scriptura autem ipſius nummi voce Teutooica, ut interpretatum eſt, hæc continebat: *Manus Dei me compegit, & in donum me redegit pauperi, qui non infregit diem Sancto celebrem.*

15. Ex eodem M. S. *paſſionali*, quidam pater ſamilias in Hasbania Brabantiæ regionis ad meſſem colligendam curru in agrum abierar die vigiliæ glorioſiſſimi Martyris. Cumque majorem jam partem meſſis collegiſſet, adveſperaſcente jam luce, unus vernaculorum ejus præter ipſius Pariſſamilias voluntatem, & abſque iſtius ſcitu, iterum ad agrum curru pergens, eundem oneravir ſrumento ex area; volens celeriter propter inſtantem pluviam triticum inferre in horreum. Quod ut Paterſamilias agnovit, omni, qua potuit, celeritare eum compeſcuit, dicens: Reduc equos in ſtabulum. Pœnitet me hodie ramdiu laboraſſe. Cui ſervus reſpondit: Ecce pluvioſum rempus ioſtat; melius eſt, ut ſruges ducantur ad horreum. At ille, fac, inquit, quod dico; quia nec bodie quemquam meorum amplius laborare permittam. Currum cum frugibus Deo, & Sancto Martyri Laurentio committo. His dictis ſervus paruit, & equos in ſtabulum duxit, curru cum frugibus in agro relicto. Et ecce ſequeoti ad feſtum luce, poſtquam die decima, rotaque nocte grandis pluvia terram, & ſegetes circumquaque inundaſſer, veniens Paterſamilias in agrom, inveoit currum cum tritico ſub dio relictum ita ab omni præſervatum imbre, perinde ac ſi ne una quidem pluviæ gutta deſuper deſcendiſſer. Idque ut vidit, Dominum in Martyre benedixit, & miraculum ubique ad Dei, ac S. Laurentii honorem divulgavit.

16. Ad violatores denique ſollemnitatis noſtri Sancti convertentes intuitum; legimus in ſupra citato codice, quod anno Domini 1465. in vigilia Martyris glorioſi mulier quædam de Brabantia, quæ Leodii moram traxerat per annos decem & octo, coram multis, qui ad beati Levitæ convenerant ſollemnia apud Leodieoſe cœnobium, *S. Laurentii* nomine decoratum, aſſeruit, ſibi die ipſa vigiliæ contigiſſe, quod jejunium comedendo ſrangens, collum ejos intumuerit; os vero in ſiniſtrorſum latus verſum ſit; caputque in altum elevatum; ac dorſum miſerabiliter curvatum: unde monſtruoſum de ſe præbebat ſpectacu um cunctis videntibus. Mater ejus vehementer clamare cepit, ac diverſos invocare ſanctos; ſed quum nullum cerneret de ſorſum auxilium; conſiderans, vigiliam eſſe Martyris Chriſti, ſpe coocepta, omni, qua poruit, devotione Sanctum Laurentium invocare feſtinavir: nec non filiam adhortata eſt, ur ſe eidem vel offenſo Martyri devoveret, ejuſque imploraret auxilium. Vovitque, ut ſi reſtituerer filiæ ſanitatem, monaſterii viſitaret Eccleſiam, & oblationem offerrer. Et ecce puella ſubito reſpirare cepit, & os ejns, collum, ac dorſum ad locum ſuum mirabiliter reverti, priſtioæque incolumitati reſtitui. Votumque mulier adimplevir, & imaginem Bearo Martyri obtulit; nec non multis cum lacrymis ipſa jovencula Deo & Sancto Laurentio gratias egit. Mater autem coram omnibus, quæ filiæ acciderant, eoarravit eadem in Eccleſia. Dieque altera coram toto conventu, Monachis convocatis S. Laurentii Leodienſis, ejuſdem prodigii narrationem repetivir.

17. Simile quid evenit alteri mulieri, cui nomen *Mathildis*. Hæc enim ſolita erat referre, quod juvencula quum eſſet, & ſecundum deſideria ſua viveret; exhortationem jejunandi eadem in vigilia S. Laurentii reſpuens, air, ſe jejunare non poſſe. Cumque jejunium ſrangere cepiſſer, panemque maoducare; os ejus verſum eſt ad latus, & ad collum uſque diſtortum. Ad hæc facti pœniteos, Sanctum Laurentium invocavit, veniam petens; votumque vovit, quandiu viveret, numquam ſe ſore legem jejunii tranſgreſſuram, immo ipſo feſtivitatis die nec panem comeſturam. Ita cælitus ore, ut prius erat, compoſito, Deum in Sancto ſuo benedixit, & quod voverat exacte ſervavit. *Cit. M. S. Paſſion.*

18. In quodam pago Zelandiæ juxta villam, quæ dicitur *ſcerpeniſſe*, agricola quidam in ſeſto S. Laoreotii, poſthabita illius diei, quæ debetur, obſervantia, maoe conſurgens, quum cælum rubicundum conſpexiſſet, imbrem imminere ſuſpicatus eſt. Quapropier celeriter curru ad agrum contendit, ut collectis iis, quæ ſub dio reliquerat, ſub rectum aiportaret; quibus locatis, cogitabat poſſe ad miſſam audiendam tempeſtive occurrere. Sed quum in colligendo multum temporis conſumſiſſet, ac multiplici ære campano pulſato ad convocaodos fideles pro miſſæ auditione, ipſe ruſticus ſuo deditus operi, ad ſacrum pergere minime ſtuderet, ut prius in corde ſuo propoſuerat; onerato tandem curru, ad domum reverti curabat. Idque videntes, increpabanr eum, qnod S. Martyris feſtivitatem violaret. Villicus autem ſactus tamquam ſurdus, exprobantium voces non audiebat, ſuamque, neglectis reprebenſionibus, viam proſequebatur. Et ecce inopinato Divina virtute

currus permanſit immobilis, nullaque vi ultra potuit dimoveri. Quod ut vector expertus eſt. vehementer expavit; ac majora ſibi mala metuens, Beatum Laurentium invocavit; deſpponditque, ſe in poſterum nunquam ejus violaturum ſollemnitatem. Tum ſolutis animalibus, onuſtum dimiſit in via currum. In craſtinum vero, iterum junctis animalibus, ad currum rediit, conatuſque ad horreum ducere, nentiquam id aſſequi poterat; adhuc enim vehiculum immobile permanebat. Quamobrem ſacerdotem ſibi advocari fecit, miſſamque in honorem S. Laurentii celebrari petiit: qua peracta, junctis denuo ad currum animalibus, tanta illum celeritate ad horreum perduxit, perinde ac ſi nullo eſſet rerum pondere gravatus, ſtupentibus omnibus, qui ea mirabilia viderunt, vel etiam audierunt. *V. Bolland. ad x. Aug.*

19. In Hasbania juxta S. Trudonem, villa eſt, *Bruyſten* appellata, in qua Eccleſia erecta eſt, Beato Laurentio ſacra. Quum in feſto ipſius perilluſtris Martyris multus populus e circumvicinis villis ad ſollemnitatem ejuſdem circumquaque illuc concurreret ad ſua perſolvenda vota; ſanctique Levitæ ſuffragia imploranda; ruſticus alter reverentia illius ſacræ diei minime permotus, ad colligendas fruges curru tendens in agrum, manum ad laborem admovit; nil veritus Martyris offenſam, violatamque iſtius ſollemnitatem, collectiſque frugibus, ac in curru poſitis, ex agro redibat, onuſtam ducens carrucam; ut in ſuum inſerret horreum. Cumque in villam perveniſſet, multi ſcandalum paſſi, quod miſer ille non ſervaret Martyris feſtum; reprehendebant eum, hortantes, ut reſipiſceret, meritumque Martyris imploraret, ne ira & flagellum Dei ſuper ſe deſcenderet. Ille autem nihil hujuſmodi pertimeſcens, ultra progrediebatur. Cumque tranſiret ante Eccleſiam S. Laurentii, ubi populus cum gaudio ſollemnia Beatiſſimi Levitæ celebrabat, ſubito, cunctis videntibus, fulmen de cælo cecidit, præſatumque currum cum frugibus concremavit. Quo viſo, nimius eum horror invaſit, ac humi proſtratus, toto corde a Deo, & glorioſo Martyre veniam poſtulavit. Vota offenſo Potenti fecit, fideliterque reddidit. Inſuper de carbonibus ejuſdem conflagrati currus ſecum uſque ad Laurentianam Eccleſiam Leodii peregrinus deportavit, ac omnibus prope & longe habitantibus miraculum divulgare non omiſit. *Vide ibidem penes Boll.*

20. Mabillonius in actis Sanctorum Ord. S. Bened. tom. 2. ex libro Anonymi Monachi Dervenſis, juſſu Bernonis Abbatis conſcripto, De miraculis S. Bercharii, hæc refert: feriatus dies fuerat Sacratiſſimi Martyris Laurentii, cujus ſolemnitas totum Orbem gaudio repleverat. Qua die quidam miſerandus homuncio, neſcius ſibi, ſed irrationabilis uti aſinus vivens, meſſis campum, quo immitteret falcem, ingreſſus, dum inſiſteret inciſioni, unus ex manipulis manui adſtringitur intrinſecus, quem nullo modo valuit abjicere; quoniam nec manum aperire poterat, neque unam ex ſpicis, quas durities articuli manus impreſſerat, expellere quibat. Anguſtia itaque ingenti perterritus, ad manſionem dirigit greſſus. Vicinorum conſilio diverſa circumire ſuadetur loca ſanctorum; neque niſi poſt longas peregrinationes ad diverſa ſanctuaria, longoſque exantlatos labores, quum ad ſepulcrum pervenit S. Bercharii Abbatis, & Martyris, ibique oraſſet, iſtius ſancti ſuffragio Beatiſſimus Laurentius placatus, violati ſui Feſti injuriam illi condonavit; ruſticique manui metum conceſſit, quo miſer ille ſpicas projicere potuit, omni penitus impedimento ſolutus.

21. Presbyter quidam venerabilis, *Bokeus* nomine, in peregrinationibus S. Othonis, Epiſcopi Bambergenſis, pro Evangelii dilatatione comes, iter faciens die feſto S. Laurentii, quum per quandam poſſeſſionem tranſiret; ut ibidem plures vidit ruſticos ſpicas metentes, nullo ad ſollemnitatem Martyris habito reſpectu, exclamare cepit, dicens: Miſeri, quid agitis? Hodie natalitius dies eſt Beati Laurentii Martyris, qui totius Eccleſiæ ſumma veneratione celebratur; & vos inſenſati hunc violare diem præſumitis? Excuſaverunt ſe ruſtici, reſpondentes, ob neceſſaria ſuis domibus providenda ad hujuſmodi compelli laborem. Replicavit Presbyter, ſpiritu Dei fervens: Non impune vobis violatam ſollemnitatem ituram; ſed quæ illicite meſſuiſtis, igne cæleſti, conſumenda noveritis. Vix relata verba protulerat, ecce ignis de Cælo decidit, tactaſque meſſes eorum, uſque ad favillam abſumſit. Et qui ſponte a labore deſiſtere noluerunt, quieverunt inviti. Ad tale auditum prodigium incolæ illius loci permoti, S. Laurentium Martyrem ſequentibus temporibus magna in veneratione habuerunt. A multis ſcriptoribus fuit iſtud miraculum ſcriptis commendatum, de quo & Bollandiſtæ agunt in vita S. Othonis Epiſcopi die 2. Julii.

22. *In cit. Paſſion.* coram iiſdem Patribus, mulier quædam in ejuſdem Martyris feſtivitate quum panes ad vendendum non amplius haberet, æſtu avaritiæ ſuccenſa, cogitare cepit, quid eſſet agendum; videlicet num ipſam ſollemnitatem adeo celebrem cuſtodire per laboris abſtinentiam expediret; an vero coquendos præparare panes? Quumque animi cogitationibus fluctuaret, tandem cupiditate pecuniæ victa, manum appoſuit ad laborem; ſuccenſoque clibano, farinæ aquam miſcuit, maſſamque ſubagitavit; de qua dum panes formare vellet, illico ſanguis effluere cepit ex eadem maſſa ſubacta,

cta ; quod illa videns , vehementer expavit . Quare familiam convocans, quod ſibi contigerat, enarravit, ſanguinemque e maſſa fluentem oſtendit . Tum vovit coram omnibus, qui aderant, ſe deinceps Martyris ſollemnitatem perpetuo ſervaturam , nullo penitus admiſſo labore . Multique ad hujuſmodi ſpectaculum accurantes , Deum in Sancto tam eximio glorificaverunt .

23. Ambroſius Morales chronicæ generalis Hiſpaniæ lib. 4 cap. 46. narrat, quod Salmanticæ, ipſe quum juvenili eſſet ætate, accidit, ut vir dives, & nobilis, cui nomen *Medrano*, duos quum haberet equos,quorum unus erat propter elegantiam , & formæ venuſtatem ab omnibus urbis incolis ſpectatus , magnaque apud eos in æſtimatione, hunc die Sancti Laurentii miſerit Dominus, ut ſolea ferrea calcearetur. At faber, equos calceare ſolitus, ob Sancti Laurentii feſtivitatem , quam peculiariter reverebatur, miſit ad divitem, qui diceret, ut equo altero ea die uteretur, & in craſtinum recepiſſet tranſmiſſum calceatum . Nolebat enim artifex ſub tali feſto dare vel paullulum operam actui ſervili . Vir autem nobilis, reſponſo accepto , in ſua obſtinatus ſententia , equum remiſit ad fabrum ; deditque in mandatis, ut is ſine mora illum calcearet . Opus perfecit artifex , & equum ad dominum ſuum direxit . At quum idem rediret equus, ſuperventus torminibus ventris, prolapſus eſt in via, neque ullis fieri potuit remediis, ut a doloribus eximeretur , ſed duarum horarum ſpatio mortuus , in domum viri nobilis pervenire nequivit. Subdunt Bollandiani „ M. S. „ noſtrum, quod Cæſarauguſta accepimus, aliud „ ex Bagata tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 20. „ narrat exemplum de irreverentia erga Sancti „ feſtum punita , ac deinde alia duo in eodem „ M. S. referuntur „. Quæ tria tamen exempla typis edere omiſerunt .

24. Georgius Crugerius Soc. Jeſ. In ſacris pulveribus ad diem x. Auguſti ſcribit : „ Non „ ſemel Laurentius , eum ejus feſtam memoriam quidam profanarent apud Bohemos, prodigioſis etiam ultionibus in ejuſmodi patratores deſæviit. Infra Litomerzicium in quodam „ pago femina eodem die pinſens panes , loco „ eduliorum lapides duros invenit. Zdencko Koſta Cuttenbergæ , quum juberet monetam ſignari eodem die feſto , nemine alio ex adſtantibus tacto, ipſe a fulmine deciduo ita ſignatus eſt, ut protinus expiraret. Circa annum „ Chriſti , ut legere fas eſt apud Helmoldum „ in Melchiore Goldaſto de Regno Bohemiæ : „ *Contra totam gentem noſtram inimicum fuiſſe Laurentium deprehendimus* „ . Suademur, id deprehenderint ſuæ nationis gentes, quia non ea , qua par erat reverentia Feſtum tanti Martyris obſervaverint , aut aliter in iſtum potentiſſimum Martyrem quoquo modo injurii fuerint . Injuriarum ſiquidem is ultor eſt maximus ; ut ex aliis exemplis infra videbimus , juxta quod exigent rerum tractatus . Ex his autem, quæ produximus , compertum ſatis habemus , quot mirabilibus ſuam Deus explicaverit voluntatem, ut fideles omni honore, ac reverentia ſuſcipiant hujus almi Martyris Feſtum: quibus præmiis obſervatores , quibuſque pœnis affecerit tranſgreſſores . Et notandum eſt valde, inter prodigia , quæ ad deterrendos violatores facta ſunt, nonnulla evenerint aliquibus, neutiquam dantibus operam rei , feſto die prohibitæ , ut apud doctores morales eſt panes coquere , vel præviſa pluvia, frumentum ſub tectum inducere , ne damnum dominus ejus patiatur, & alia id genus agere . Queis evidenter erudimur, peculiariter Dei zelum ferveſcere, quum ſermo eſt de Laurentianæ ſollemnitatis obſervantia; quam , videtur , cuſtoditam velle rigidiori quadam lege præ ceteris ſanctorum ; immo & ſui ipſius feſtivitatibus , in cujus doctrinæ comprobationem , habent ipſa miracula linguam ſuam, qua inſtruamur. Ceterum ſi mere cuſtodientibus natalitia ejus diſtincto aliquo devotionis ſigno , collata notavimus munera etiam temporalia; quomodo beatos non eos dixerimus , qui toto niſu, pro ut vires ſuppetunt, celebrare contendunt ſollemnia ejus ſpeciali ſacræ pompæ apparatu , aliiſque triumphi demonſtrationibus ; dumtaxat, quod exterius gerunt, interiori compleant devotionis affectu ? His tamen beatiores erunt , qui omni tempore per illius virtutum imitationem eidem indeſinenter diem feſtum agunt . Multi, ac multæ dicent, facultates nobis deſunt ; aliquid pro illius expendere gloria non valemus. Nemo autem dicere poterit, ferventer natalem ejus celebrare non poſſum; vel aliquam ejus imitari virtutem . Intra nos eſt enim , quæ pia poteſt eſſe, voluntas, pium & cor. Unde hac in ſollemnitate quondam exhortatus eſt populum Chryſologus, prædicans: *Ferveat oratio , & feſtum Martyris celebretur : Sed ut non ſit inanis, qui celebrat , imitetur .* Nimirum juxta propriam conditionem , ac virium poſſibilitatem.

25. In hoc genere ſanctificandi Feſtum S. Laurentii admirabilis potius , quam imitabilis dicenda eſt Beata Villana Bottia Prædicatorum Ordinis Soror , ut videre licet apud Bollandiſtas ſub die 26. Auguſti ex Chronico Modeſti. Hæc ſuæ ſoſpitatis impatiens in præſenti vita , dum Beatiſſimi Martyris ſollemnitatem inſtare animadverteret, Dominum deprecata eſt, particeps ut fieret dolorum , ac pœnarum ejuſdem Sacratiſſimi Levitæ, in craticula patientis. Exaudivit eam Deus. Nam ſtatim febribus ardentiſſimis correpta fuit : Unde teſtata eſt, ſe num-

Digitized by Google

numquam in ſua carne tale incendium ſenſerit: ſicque variis pœnarum generibus voluntarie aſſumtis, ſacrum ejus corpuſculum martyrio conſummavit, deceſſitque a ſæculo die prædicta anno Domini 1363. Scribuntque hiſtorici, ſuper corpus ejus, nondum ad ſepulcrum delatum, pluiſſe manna, & floribus.

26: Sanctam Catharinam Adurnam, in cathedrali S. Laurentii Eccleſia quondam baptizatam, pari gratia honeſtavit Deus. Interpoſitis namque plurimis Angelorum apparitionibus, inter alia tormenta, quæ ſubire voluit eam Dominus, illa ſuerunt craticulæ Sancti Laurentii: cujus aſpectu in cæleſtibus frui meruit, hinc migrans anno ſalutis 1510. Sed hæc inuſitata ſunt ſpiritus prodigia, quibus Omnipotens dignatus eſt conformes Martyri reddere prædilectas quaſdam animas, in cultu ejus ferventiſſimas: quanquam perſuaſum habeamus, veriſimiliter eas neque diuturnitate, neque intentione, neque multitudine dolorum affectas fuiſſe, uti ſummus hic Martyr in ſacro ſuo corpore pro Domini gloria exercitus fuit odientium manu carnificum. Cui plurimo fuit opus miraculo, ut ſuperviveret; quemadmodum proprio notavimus loco, Dei potentia, ac ſapientia ita diſponente; quatenus inter omnes pro Chriſti honore patientes evaderet ſingulare ſpectaculum, quo ſibi cederet palmæ, coronæque primatus. Ab his tamen poſtremis exemplis concipere aliquid fervoris poſſumus; cujus rei gratia non ea prætermittere cogitavimus, licet infirmitas noſtra tam alta imitationis petere non præſumat.

CAPUT III.

De Monumentis perpetui Laurentiani cultus Romæ præſtiti, quæ ad ſacroſanctam Patriarchalem ejuſdem Martyris Baſilicam pertinent.

POſtquam de iis egimus, quæ ad ſollemnem ſpectant cultum Levitæ Beatiſſimi triumphali ejus die x. Auguſti; æquum eſt, noſſe quei majorum noſtrorum ſtudium eo præſertim incubuerit ſolicitudine multa, videlicet ne memoria ejus una tantum luce præſtricta foret; ſed perpetuo vigeret lumine in credentium mentibus. Quare magnam adhibuere curam per ſacrarum ædium erectionem ſub ejus nomine, aut per alia ſtabilia pietatis monumenta, ut omni ævo floreſceret gloria ejus. Conſiderabant enim, valde parum foret, ſi per totius anni circulum una ſolum die, quantavis potiori ſollemnitate obſervata, ejus meritum recoleretur; niſi diebus ſingulis extarent ſigna, quibus Chriſti fideles memores eſſe poſſent beneficiorum ejus, quæ ſua paſſione, ſuiſque validiſſimis poſt triumphum interceſſionibus apud Deum toti eſt Eccleſiæ perenniter impertitus. Inſuper, ut pro acceptis gratiarum referre valerent actiones, ſicuti & pro accipiendis publice paterent ſacra loca, in quibus præpotentem hunc Martyrem ad ceterorum ædificationem orare poſſent; quatenus ipſe Martyr ab omnibus invocatus, ipſis auxilio ſit in omni neceſſitate & anguſtia: quæ in hac fletus valle ſæpe ſæpius mortales premunt. Quare innumeras pene ſacras ædes totum per Orbem ejus ſub titulo erigere curarunt; haud vulgarem ipſius gloriam indicantes. Et quia in Religionis negotio Romana Civitas caput eſt Orbis, ceterarumque urbium magiſtra; conſonum eſt circa cultum id genus eam in exemplum primo loci univerſis populis proponamus.

2. Sed quia plurima in eadem alma Urbe ſunt ejuſmodi pietatis monumenta, congruum eſt, exordiamur ab ejus extra muros Baſilica, quæ propter ſuæ dignitatis excellentiam reliquarum ſacrarum ædium, ſob *Sancti Laurentii* titulo erectarum, caput dici poteſt, ac princeps, non ſolum quia Romano Pontifici proxime ſubjecta eſt; ſed etiam quia Cryptam in ſe complectitur Tiburtinam, in qua pretioſiſſimi ejuſdem Martyris corpus feliciter requieſcit ex die, qua de craticula ſublatum, Juſtini & Hippolyti manu illuc fuit honore debito tumulatum; ut cap. v. 2. lib. Act. communi, conſtantique ſcriptorum calculo retulimus num. 9. de quo S. Auguſtinus ſerm. 302. ſcripſit: *Quis ibi oravit, & non impetravit?* Ante quem Prudentius cecinerat hymno ſæpe citato, ſtropha 142.

Quid quiſque ſupplex poſtulat,
Fert impetratum proſpere:
Poſcunt licenter, indicant,
Et triſtis haud ullus redit.

Iccirco jure merito idem ſanctus Vates habitatores Urbis *ſepties* hac ex cauſa *beatos* appellat, quod prope tale Sanctuarium commorentur, ita canens ſtropha 133.

O ter, quaterque, ac ſepties
Beatus urbis incola,
Qui te, ac tuorum cominus
Sedem celebrat oſſium.

3. De hac ergo celeberrima Sancti Laurentii Martyris in terris ſede, quæ inter quinque urbis Patriarchales Baſilicas recenſetur, juxta Baron. ad ann. Chr. 1057. num. 19. & 20. Spond. epith. ad idem ann. num. 3. Domin. Macri verb. *Patriarchium*, alioſque ſacræ Urbis ſcri-

ſcriptores: quæque, ut Panvinius lib. de VII. Urbis Eccleſiis refert, tota olim muris in modum Caſtri circumdata erat, pag. mihi 291. adducere juvat, quæ Ciampinus habet *De ſacris Ædif.* inquiens „ Quod inter Conſtantinianas „ Baſilicas hæc adnumeranda ſit, minime eſt „ ambigendum, quum in Pontificali libro, & „ in Beati Silveſtri vita legatur: eodem tempo- „ re Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam Bea- „ to Laurentio Martyri via Tiburtina in agrum „ Veranum ſupra arenarium cryptæ, & uſque „ ad corpus Beati Laurentii Martyris; in qua fe- „ cit gradus aſcenſionis & deſcenſionis: in quo „ loco conſtruxit abſidam & exornavit marmo- „ ribus porphyreticis, & deſuper locum clauſit „ de argento, & cancellos ex argento puriſſimo „ ornavit, qui penſant libras mille. Et ante „ ipſum locum in crypta poſuit lucernam ex „ auro puriſſimo lichnorum decem, penſantem „ libras triginta. Coronam argenteam cum del- „ phinis quinquaginta, penſantem libras trigin- „ ta. Candelabra ærea duo in pedibus denis, „ penſantia ſingula libras trecentas. Ante cor- „ pus Beati Laurentii Martyris argento clau- „ ſam paſſionem ipſius, ſigillis ornatam cum „ lucernis byſſinis argenteis, penſantibus ſingulis „ libras quindecim. Donum, quod obtulit pa- „ tenam auream penſantem libras viginti, pa- „ tenas duas, penſantes ſingulas libras 30. ſcy- „ pum ex auro puriſſimo, penſantem libras 15. „ ſcyphos argenteos duos penſantes ſingulos li- „ bras 10., calices miniſteriales argenteos de- „ cem, penſantes ſingulos libras 20.. Amas ar- „ genteas duas, penſantes libras 10. Phara ar- „ gentea 30. penſantia ſingula libras 15. Metre- „ tum ex auro penſans libras 150.„. Hactenus ex Anaſtaſio Bibliothecario Ciampinus; addens poſt pauca „ ſuadente igitur S. Silveſtro, Baſili- „ cam hanc Conſtantinum ædificaſſe, Panvinius, „ & alii exiſtimant„ nempe relatore Sancto Damaſo in vita Silveſtri: a quo Pontifice creditur etiam conſecrata. Cujus dedicationis feſtum celebratur die decima menſis Maji. Ignotum eſt autem, utrum nec ne dies citatus dedicationis ſit illemet, quo Silveſter primævam Baſilicam conſecravit. Quum enim Placidiæ tempore ampliata fuerit, ac ſub Honorio III. renovata, veriſimile cenſetur, Conſtantiniano demolito templo, novum fuerit conſecratum: uti contigit Lateranenſi ſub Benedicto XIII., licet is ſervatum voluerit antiquæ conſecrationis diem; neutiquam obſtante, quod in Aprili, dominica in albis ejus conſecrationem peregerit. Fieri quocirca potuit, id ipſum pro die conſecrationis Laurentianæ Baſilicæ, nimirum Prædeceſſores ejuſdem Benedicti ſervandum duxerint; ut primevæ dedicationis memoria, Silveſtri manu actæ, apud futuras generationes permaneret. Sed qualitercunque res ſe habuerit, præſtat, audiamus difficultatem, quam Bollandiſtæ movent circa primam Conſtantinianam ejuſdem Baſilicæ conſtructionem.

4. In Commentario namque prævio ad Martyris acta §. 1. num. 7. inquiunt: „ Relictus vi- „ detur aliquis dubitandi locus, an Eccleſia iſta, „ cujus conſtructionem Conſtantino tribuit Ana- „ ſtaſius, ædificata non fuerit a Juſtiniano I. ſe- „ cundum ea, quæ Placida ejus filia circa ædem „ illam feciſſe traditur. Baronius quippe in Ap- „ pendice tom.12. Annalium ſubnexa pag.898. „ ad annum 461. *Curavit*, ait, *S. Leo*, *ut ea-* „ *dem Placida Baſilicam S. Laurentii in agro* „ *verano in meliorem formam reſtitueret*, „ *& ornaret*. Et mox profert ex inſcriptionibus antiquis apud Gruterum pag. 1173. num.1. „ hos verſus:

Gaudet Pontificis ſtudio ſplendere Leonis
Placidiæ pia mens, operis decus omne patet.
Demovit Dominus tenebras, ut luce creata
His quondam latebris, ſic modo fulgor ineſt.
Anguſtos aditus venerabile corpus habebat
Huc, ubi nunc populum largior aula capit.
Eruta planicies patuit ſub monte reciſa,
Eſtque remota gravi mole ruina minax.

5. Bollandiani tamen ſcriptores gratis dubitantem hac in re Tillemontium ſequuti ſunt; quum nullum pro eodem dubio ſolidum militet rationis fundamentum. Tota namque apparens vis difficultatis in eo eſt, quod inſcriptio habet, fuiſſe in latebris tenebras, quas ſub Placidia ſolis depulit lux. At oppoſitores animadvertere debebant, duo beneficia, quæ Placidia (non ut ajunt, filia Juſtiniani, quæ longe poſt Sanctum Leonem Magnum vixit, ſed Theodoſii I.) præſtitit ſancto eidem loco, nimirum in crypta unum ad ven. Martyris corpus, quem locum, anguſtis dirutis aditibus, ampliavit, ut majorem reciperet lucem; alterum in ſuperiori Eccleſia, quam dilatavit; uti non obſcure citati exprimunt verſus. Nam de *latebris* ajunt, quod tenebris involverentur: certumque eſt, cœmeterii receſſus, ubi erat contectum Sancti Levitæ corpus, obſcuritate laboraverit. Quandoquidem Conſtantinus Magnus ſervandæ antiquitatis ſtudio intactum reliquerat cœmeterium in ſua priſtina ruditate; unice contentus, quod eædem latebræ argenteis tegerentur ornamentis. Placidia vero, S. Leonis hortatu, cryptam eandem, effoſſa laterali humo, ſepulcri locum decentius ampliavit una pariter cum ejus introitu, unde

non-

nonnulla ibi affulgeret lux ab Eccleſia ſuperiori, ut modo cernitur. Quam Eccleſiam Auguſta Placidia, jam laudata, reddidit largiorem, ut populum poſſet capere quem Conſtantini templum capere nequibat. Idque manifeſte declarant iidem verſus, dum ajunr: *Nunc populum largior aula capit*. Etenim largior aula minus largam, ante ibi conſtructam, indicare videtur; *comparativum* namque ſine *poſitivo* non intelligitur. Et ne grammaticalibus tantom inſtitutionibus inniti videamur; Prudentium addimus, qui poſt Conſtantinum ante Placidiam floruit, nimirum annos circiter quinquaginta; & tamen de ſacra eadem aula, diebus ſuis extante, mentionem facit ſtroph. 138. dicens: *Eſt aula nam duplex tibi, Hic corporis, mentis polo*. Tantum abeſt, eo loci nullum fuerit templum Sancto Lanrentio excitatum ante S. Leonis, & Placidiæ tempora. Neque juvat effugium, quod Theodoſius I. Placidiæ pater illud excitare potuerit; ejus vero filia in ampliorem redegerit formam; non inquam, juvat; quum adſertio iſta nullo ſulciatur documento, quo probetur, idem ædificium non Conſtantino, ſed Theodoſio tribui debeat. Sane Prudentius licet multos vixerit annos ad Theodoſii ſecundi uſque ætatem, uti Jacobus Tirinus in ſuorum ſcriptorum Cbronico eum ponit ad annum 418. (quamquam alii velint ad 405. poſitum) indubitatum eſt tamen juvenilis fuerit ætatis, quum S. Laurentii compoſuit hymnum, multo prius quam eſſet declaratus poeta palatinus, nimirum quum non adhuc ex Hiſpania pedem extuliſſet, ut ipſe fatetur cit. hymn. ſtroph. 135., ubi ejuſdem aulæ ſacræ meminit ſtroph. 132., velut rei multo jam tempore conſtructæ: ſcribit enim:

Vittatus olim Pontifex
Accitur in ſignum crucis:
Ædemque Laurenti tuam
Veſtalis intrat claudia.

Ponamus igitur eum natum anno 330. circiter, & anno vitæ ſuæ 40. ideſt ſalutis 370. prædictum compoſuiſſe hymnum teſtantem, Eccleſiam S. Lanrentii jam Romæ exiſtentem: quei fieri poterar, ur iſtam Theodoſius I. ædificaverit, qui non ante annum 379. in Orientem Imperii gubernacula ſnſcepit, nec Romam venit ante an. 389., ut Auguſtinus Calmet in ſuo temporum rationario adnotar. Supereſt ergo, juxta Romanum Breviarium ſub 18. Novembr. dicamus a Conſtantino magno eam fuiſſe Baſilicam erectam, etſi ab ipſis exordiis non magnæ molis: *Cujus Imperatoris* (verba ſunt Eccleſiæ) *tantus fuit ardor religionis, ut multas ubique terrarum extruxerit Eccleſias, & præſertim Romæ, in quibus fuerunt &c.... Baſilica S. Laurentii in agro Verano &c.*

6. Confirmant theſim hanc noſtram Damaſi Papæ geſta; qni anno 369. creatus eſt Pontifex, & paullo poſt Theodoſii I. provectionem ad Imperium mortuus, ſcilicet anno 384. Is enim fundaverit Eccleſiam S. Laurentii, quæ ab ejus nomine *in Damaſo* vocatur, firmum eſe apud omnes ſcriptores. At quis unquam perſuaſum ſibi faciet, beatum iſtum Pontificem, erga Sanctum Laurentium ardentiſſimo amore flagrantem, voluiſſe tot impenſis templum eidem erigere in Urbe, ac eundem Sanctum noſtrum ibidem conſtituere ſuorum peculiarium honorum bæredem, eo videlicet tempore, quo, ut adverſarii noſtri ſibi confingunt, nulla eſſet adhuc fundata Eccleſia extra muros in agro Verano; quum nondum Tbeodoſius I., cui fundationem tribuunr, imperaret? Non enim Princeps iſte regnavit in Occidente niſi anno 392. mortuo jam Valentiniano II., de cujos filia Galla Placidia, altera ab ea, quæ fuit Tbeodoſii proles, in actis Sancti Damaſi ſermo eſt. Sane ratio, prudentia, & devotio tanti Pontificis exigebat, ut prius honeſtaret ſepulcrum ſanctiſſimi ſui Patroni, erectione templi ſuper illud; non humili, deſpectoque loco ipſum relinquere ſine honore, & alibi ſanum ejus nomini dedicare. Id porro geſtum quum credere mens refugiat; omnino tenere debemns, Laurentianum extra mœnia Sanctuarium fuiſſe ante Pontificatum Damaſi conſtructum; neque ab alio niſi a Conſtantino Magno, pro quo ſtat univerſitas ſcriptorum. Hiſtoriam namque alteram, qnam unus, vel aliter narrat, eandem videlicet Patriarchalem ædificatam fuiſſe a S. Gallicano, conſulari viro, tempore Juliani Apoſtatæ merito Baronius rejicit uti commentitiam ad annum Chriſti 330. num. 51. Conſtat enim ſanctum hunc virum non Romæ, ſed apud Oſtia Tiberina Eccleſiam Beatiſſimo eidem Martyri excitaſſe; ut non ſit opus in conſutatione fabellæ oppoſitæ immorari.

7. Refert commemoratus Ciampinus amplos proventus, qoibus eadem Patriarchalis Baſilica dotata fuit; peculiariqne adnoratione dignum cenſeo, quod inter adſignatas poſſeſſiones illa inveniatur, quam Sancta Martyr Cyriaca ſepulcro S. Laurentii donaverat, quamque perſecutionis tempore Imperialis fiſcus occupaverar. Siqnidem Conſtantini edicto, ut liquet ex Euſebio lib. 2. cap. 39. ſancitum fuit, ut domos, poſſeſſiones, agros, hortos, queis perſequentium furor Eccleſias expoliaverar, fiſcus Cæſareus iiſdem Eccleſiis reſtitueret. Quod & exſecutionis mandatnm fuit: unde uſque hodie Cyriacenſis poſſeſſio ſub ditione ipſius Laurentianæ Baſilicæ reperitur. Legis autem Conſtantinianæ verba idem Euſebius citato refert loco ſcribens: *Omnia, quæ ad Eccleſias recte viſa fue-*

fuerint pertinere, ſive domus aut poſſeſſio ſit, ſive agri, ſive horti, ſeu quæcumque alia, nullo jure, quod ad dominium attinet, immutato, ſed ſalvis omnibus, atque integris manentibus, reſtitui jubemus. Eidem Sanctuario beatus Silveſter PP. duas attribuit domos cum balneis, reddentes ſimul canonem annuum 239. ſolidorum, ut ex Anaſtaſio tranſcripſit Labbæus tom. 1. Concil. Decr. Silveſtri pag. 150. coram Caſſio de Aquæduct. Rom. Urb. part. 2. Region. 5. num. xxvIII. §. 4.

8. Magna porro donaria, quæ Templo Martyris obtulit Conſtantinus Imperator ad ornandum illum ſanctificationis locum, vix uno & altero ibi ſæculo permanſerunt. Conjiciturque, in Gothorum incurſione, ac Urbis direptione anno Chriſti 410. ſacram illam Baſilicam expilatam fuiſſe. Nam conſtat ex Bibliothecario in Sixto III., quod is *Fecit confeſſionem Beati Laurentii Martyris cum columnis porphyreticis, & ornavit ſuggeſtum tranſennam, & altare, & confeſſionem S. Mart. Laurentii, de argento puriſſimo, fecit altare penſans libr. 50., cancellos argenteos ſupra platonias porphyreticas, penſantes libr. 300., abſidem ſuper cancellos cum ſtatua B. Laurentii M. argentea, pens. lib.* 200. At ſi tempore Sixti III., qui Pontificatum geſſit anno 432. Confeſſio Martyris argentea, Conſtantini Magni expenſis elaborata, ibidem adhuc permanſiſſet, non eam illic fieri curaſſet Sixtus. *Confeſſionis* etenim nomine, adducto in teſtimonio, non aliud venit niſi ſepulcrum, ut Macrius in Hierolex. advertit: ipſamque thecam argenteam ſigillis clauſam Anaſtaſius in Conſtantino *Paſſionem S. Laurentii* appellat. Quocirca nullum ſupereſſe dubium videtur, quod in prædictorum Gothorum irruptione Sanctuarium illud cum aliis multis ingentiſſimum auri, & argenti detrimentum ſubierit, per ea, quæ retulimus ex Ciampino numer. 3.

9. Novis dein beneficiis eodem quinto ſæculo a Romanis Pontificibus illuſtratum fuit Templum. Hilarius namque Pontifex, qui Archidiaconus Leonis magni quondam extiterat, in cujuſque proxime ſucceſſit locum anno 261., teſte Anaſtaſio: *Fecit ad Beatum Laurentium Martyrem Scyphum aureum cum gemmis praſinis, & hiacynthinis, penſantem libras quatuor. Lucernam auream lychnorum decem, penſantem libr. quinque, lampades aureas duas penſantes ſingulas libr. 1. Pharacantharam auream, penſantem lib. 2. turrem argenteam cum delphinis, penſantem lib. 25. ſcyphos argenteos tres, penſantes ſingulos lib. 34. Calices argenteos miniſteriales duodecim, penſantes ſingulos lib. 2., altare argenteum, penſ. lib. 40. lampades decem argenteas, penſ. lib. 2. Amas argenteas duas, penſ. lib. 10., Pharancanthara argentea decem penſantia ſingula lib. 10. Miniſteria ad Baptiſmum argentea lib. 10. & alia ceroſtata ex ære confecta.* Idem item Hilarius, priuſquam fieret Pontifex, in honorem S. Laurentii Monaſterium in exquiliis erexit, ut eruit ex Anaſtaſio Blanchinus, alterum vero Patriarchali adnexum Baſilicæ, poſtquam eſſet Pontifex renuntiatus. Inventique ſunt hac noſtra ætate in horto apud S. Euſebium parietes Eccleſiæ Sancti Laurentii cum priori adjacenti ædificio Monaſterii; effoſſa item humo ad palmos viginti circiter, extractæ inde ſunt columnæ, & epiſtylium, ab Hilario tum Archidiacono in Sancti honorem erecta. Quod epiſtylium in collectione lapidearia Eminentiſſimi Cardinalis Alexandri Albani hanc præ ſe fert inſcriptionem.

AUXILIANTE D̄N̄O D̄Ō N̄P̄ X̄P̄Ō, ORANTE

BEATO LAURENTIO MARTYRE, HILARUS ARCHIDIAC. FECIT

Præterea tum S. Sixtus III., cujus Archidiaconus fuit Leo magnus, tum relatus S. Hilarius tanta erga Levitam ſanctiſſimum pietate floruerunt, ut exemplum deceſſoris ſancti Zoſimi ſequentes, ſua corpora ſepeliri mandaverint apud ejuſdem Martyris ſepulcrum; ne vel mortui divellerentur ab eo. Eodem in Templo humatum quoque fuit ſæculo xi. corpus Damaſi Papæ II., qui Præneſte diem ſupremum clauſit; inde ad Patriarchalem iſtam translatus, indubitanter ipſius morientis Romani Pontificis diſpoſitione.

10. Sanctus Pontifex Simplicius, qui proxime Hilario ſucceſſit, inſtituens Pœnitentiarios Presbyteros apud Sanctum Petrum in Vaticano, & S. Paulum in via Oſtienſi, condecoratam quoque voluit paribus Miniſtris Laurentianam iſtam Baſilicam, *ex Anaſtaſio in Simplicio*. Conſtruxitque apud eaſdem tres Baſilicas cubicula pro illorum manſione, quibus pro qualibet hebdomada dimiſſis, ſuccedebant alii. Eorum erat munus adminiſtrare Baptiſmatis, & Pœnitentiæ ſacramenta. Pro S. Petri Baſilica deligebantur ex ſexta, vel ſeptima Urbis regione Sacerdotes; pro altera S. Pauli ex prima; pro Martyris Æde ex regione tertia. Addidit Sanctus Symmachus his tribus Patriarchalibus Templis habitacula pauperum, ubi deberent ii recipi, & hoſpitari. Sedit poſt Symmachum S. Joannes Papa & Martyr, qui ab Imperatore Orientis Juſtino pretioſis, ac copioſis affectus donis, ea in tres diviſit partes, (quemadmodum in ejus actis 27. Maji habent Bolland.) unam ad Sanctam Mariam majorem, alteram ad S. Petrum, tertiam ad Sanctum detulit Lau-

 ren-

rentium. Hujus inferioris Sanctuarii parietes Pelagius II., Gregorii magni deceſſor, ad imitationem Anaſtaſii Papæ II., qui ſæculo quinto floruerat, contegere argenteis tabulis curavit; ut Floravantes Martinellus in ſua Roma ex Ethnica ſacra notat pag. 135. S. Leo III. argenteum Martyris ſepulcrum cuſtoditum fecit veſte alba *de ſtauraci Chryſoclaba*, inquit Bibliothecarius, ideſt clavis aureis ornata, margaritiſque diſtincta: nec non alteram novam Martyris ſtatuam argenteam erexit. Decrevitque ad augendam magis erga præcelſum hunc Martyrem populi devotionem, ut feria quarta vigilia Dominicæ Aſceoſionis clerus, populuſque Romanus quotannis exiret in publica Rogationum ſupplicatione ab Eccleſia S. Crucis, dicta *in Hieruſalem*, & cum hymnis & canticis ſanctorum recitans litanias, pergeret ad eandem S. Laurentii Patriarchalem. Quocirca VIII. ſæculo etiam Hadrianus I. (quem nonnulli *Sanctum* appellant) innovavit, & reſtauravit magoam porticum, ab Urbis porta protenſam uſque ad commemoratam Baſilicam, quo poſſet commodius ſive hiemis, ſive æſtatis diebus confluere populus ad venerandum Beatiſſimi Levitæ corpus. *Anaſt. in Hadriano*. Adjicit Severanus *de Septem Urbis Eccl.*, tectum ejuſdem Eccleſiæ, quod reſtauraverat S. Gregorius II., ſcalaſque cœmeterii de novo confecit. Aureum etiam calicem cum patena librarum quindecim, aliaque ornamenta eidem Templo dono dedit. Item ex codice Thuano Anaſt. deprehenditur, feciſſe in Confeſſione Beati Laurenti ſtatuam ejuſdem Martyris ex auro puriſſimo, penſantem libras quindecim. Tantuſque fuit hujus ſummi Pontificis fervor erga magnum hunc Sanctum, ut præter enumerata pro Patriarchali beneficia, ad alias quoque ſub ejuſdem titulo Eccleſias intra Urbem honeſtandas ſuum cooverterit animum. Unde tectum renovavit Eccleſiæ Sancti Laurentii *Ad Taurellum*, & ſuper ejus altare veſtem de quadruplo obtulit. Similiter tectum Sancti Laurentii *in Damaſo* renovavit, veſtemque *de ſtauracio* ſuper altare præſentavit. Refecit ejuſdem Martyris Templum, dictum *in Formoſo*, ſicut & alterum *in Lucina*. Præterea Laurentianum Monaſterium, *in Palatinis* noncupatum, nec non alterum Sanctorum Laurentii & Hadriani, quod, in ruinis, derelictum a Monachis, marceſcebat, ac in laicorum fuerat converſum domos, refecit. Reſtaurato vero Monaſterio, & Eccleſia, piiſſimus Pontifex hanc ſacravit, multiſque donis in auro, & argento, aliiſque monilibus, peculiis & fundis eam dotavit. V. Baron. ad annum Chriſti 795.

11. Sæculo IX. S. Leo IV., ut in iſtius legitur vita penes Bolland. ſub 17. Julii, quum die quadam ad ſepulcrum B. Laurentii Martyris veniſſet, ut more ſolito ſuam orationem expleret; diligenter inquirere cepit, ac dicere: Quot Monachi quotidianas heic laudes omnipotenti Deo perſolvunt? Tunc ii, qui aderant ex Monaſterio, beato Pontifici retulere, quod a quibuſdam ejus prædeceſſoribus duo ibidem Monaſteria fuiſſent conſtructa; ſed ob paupertatis incommoda in deſolationem redacta ſint. Mox autem Pontifex almificus, ſuperno nutu compunctus, Monaſterium reſtaurans, muneribus ac divitiis locum pleniſſime honeſtavit. In quo plures etiam Græcæ nationis inſtituit monachos, qui Deo in ſuo Martyre die noctuque laudes canerent. Iidemque Bolland. cap. 7. de eodem S. Leone IV. ſubdunt: *Idem almificus ſummus Præſul, ſancti amore ductus, & bonis affectus moribus, fecit in Eccleſia B. Martyris Chriſti Laurentii, ſita foris murum civitatis Romanæ, veſtem de ſerico mundo cum aquilis, habentem tabulas auro textas tres, ex utraque parte martyrium prædicti Martyris depictum præ ſe ferentes. Inſuper thuribulum obtulit argenteum exauratum ſuo cum operculo, habens catenullas & bullas per gyrum, penſ. libr. 6.* Hunc S. Pontificem alter ejuſdem nominis *Sanctus*, appellatus *Leo IX.*, Comitis Daſpurgenſis filius, avita ſuorum erga ſanctiſſimum Martyrem pietate imbutus, ſigna peculiaris amoris in ejuſdem Marryris Eccleſias oſtendens, feliciter eſt imitatus. Quemadmodum infra, quum de Abbatialibus S. Laurentii Eccleſiis ſermo erit, ipſiuſmet documenta monſtrabunt. Ad rem interim præſentem dixiſſe ſufficiat, quod Baſilicam Laurentianam extramuraneam excolere non prætermiſit. De quo Bollandiani ad diem 19. Aprilis narrant, quod dum Paſchalibus ſollemniis apud Sanctum Laurentium eſſet celebraturus Divini ſacramenti oblationem, inter ſacra myſteria quandam ei mulierem, quæ nefario ſpiritu obſeſſa, mentis amiſerat ſanitatem, obtulerunt. Pontifex vero ſuper eam edito crucis ſigno (ut olim in cæcis illuminandis Laurentius agerat) feminam a Demonio liberavit, ſanæque menti reſtituit. Vixit hic Pontifex ſæculo XI.

12. Sæculo autem XII. Clemens III. Pontifex maximus clauſtrum Monaſterii, adnexi eidem Baſilicæ, *ordinavit*, ait Floravantes pagina 135. Fortaſſe, quia non erat bene diſpoſitum, ut deceret illius Sanctuarii exteriorem decorem. Nam clauſtrum ibidem fuerit ab antiquiſſimis longe ante temporibus, nulli dubium eſt. Ut enim liquet ex adnotationibus Petri, & Franciſci Pithæi ad jus Canonic. part. 2. decret. Ca. XII. queſt. 1. cap. 3. *Eugenius II. anno 816. Clauſtra pro Miniſtris Eccleſiæ ordinavit in Concilio Romano*. Innovavitque conſtitutionem S. Leo IV. Magis, quod præſatum Monaſterium Clementis III. tempore rigida clu-

niacen-

Digitized by Google

niacenſium diſciplina regebatur; ex quo jam duo ſummi Pontifices prodierant, nimirum Gregorius VII., qui fuerat ejuſdem Cœnobii monachus; dein Papa ex anno 1073. ad 1085. & Paſchalis II. ipſius Monaſterii Abbas, creatus tandem Pontifex 1099., regnavitque ad annum 1118. Quod ergo Floravantes inquit, *Clemens III. clauſtrum ordinavit*, ſic intelligendum videtur, nempe in meliorem redaxit ordinem, ſive ut Pancirolus habet: *Clauſtrum refecit*: ſive ut Panvinius ex Martino Polono ſcribit: *A fundamentis clauſtra Monaſterii renovavit*.

13. Sæculo XIII. Cencius Camerarius, electus Pontifex poſt Innocentium III., vocatus *Honorius III.*, ſacram Baſilicam renovavit, ejuſque opera principalis Templi porta, una cum portieu fulta columnis, conſtructa eſt; ac Monaſterium reſtauratum. Immo Ciampinus cap. 11. refert, ampliaſſe ipſum Templum ab arcu majori ad januam uſque, tribus diſtinctum alis: ubi & coronavit Petrum Antiſſiodorenſem cum ſua Conjuge Jola in Orientis Imperatorem, priuſquam iſte proficiſceretur, Conſtantinopolim verſus; ut communiter Hiſtorici tradunt. Hoc eſt ædificium, quod diebus perſeverat noſtris. Columnas 22. jonicas obtinet, duodecim doricas, quibus decem aliæ ſuperpoſitæ ſunt, mediante corona inter ſuperiores, & inferiores, presbyteriom a dextris, ac ſiniſtris complectentes. In inferioribus duæ cernuntur columnæ cum epiſtyliis, in quibus apparent imagines trophæorum. Sedilia cum Pontificia Cathedra ſunt marmorea, commiſſis varii coloris lapidibus. Pavimentum pariter marmoreum teſſellatum, uſque ad Templi januas. Suggeſtus e viridi, & purpureo marmore cum notis Ægyptiis in baſi. Ara maxima (in qua ſoli Romano Pontifici jus eſt ſacra myſteria celebrandi) ſuper fornicem inferioris altaris erecta, nobili ciborio, porphyreticis columnis fuſſulto, decoratur. Altare inferius, adhærens ferreæ tranſennæ (quæ marmore immuratum continet ſepulcrum Martyris) locum obtinet inter quatuor pretioſas columnas varii coloris, ubi ſervatur perpetuo Euchariſtiæ Sacramentum. Ibi & Cardinales Presbyteri, Epiſcopi, Præſules, vel ſimplices alii Sacerdotes, nacti opportunitatem temporis, Miſſam celebrare queunt. Quo loci per amplos deſcenditur gradus ex Eccleſiæ plano, donec ad planitiem perveniatur inferioris pavimenti marmorei, terminum habentis murum pariter marmoreum ſuſtentantem fornicem, ubi eſt janua, deaurato communita ferro: quemadmodum hinc & hinc feneſtræ auratis pariter occluſæ cratibus. Tranſenna vero interior, circumplectens marmora, quibus ſepulcrum undique tegitur, ſurgit ex pavimento (cui eſt inſerta) in altitudinem tecti fornicis, cui ſimiliter eſt infixa, omni ex parte clauſa præter arctum aditum, unde poſſit demitti operimentum rubrum ſericum, aureis ornatum vittis, ad eadem veſtienda marmora, priori ſublato, ne, pulvere graſſante, ſordeſcat. Ceterum tam capſa marmorea, quam ferrea, eam cingens, tranſenna formæ ſunt quadrangularis, quamquam latera fronte longiora ſint. Undique per gyrum collucent die, ac nocte ſuccenſæ lampades, totuſque ſacer locus horrorem quemdam, & venerationem viſitantibus ingerit. Principales Eccleſiæ muti ab arcu majori ad portam æſtimabilibus ſunt ornati picturis, quibus ad dexteram introeuntibus in templum acta præcipua S. Laurentii, ad lævam S. Stephani repræſentantur. Cuncta altaria ex commiſſis ſunt conſtructa marmoribus; laqueare Baſilicæ medium deauratum; presbyterii vero recentiori tempore compactum eſt cum imaginibus Sanctorum Stephani & Laurentii, levitico ſculptis habitu, opere anaglyptico elaboratis. Vaſis, candelabris, ſacriſque iconibus argenteis, alia necnon pretioſa ſuppellectili decenter Sanctuarium inſtructum eſt; licet ob varias barbarorum irruptiones graviſſima paſſum fuerit detrimenta. Expectare nihilominus poterit decurſu temporum a pietate ac largitate Pontificum Romanorum beneficia multo majora.

14. Quod autem pertinet ad ſpirituales, quos poſſidet, theſauros, præter Corpora Sanctorum Pontificum (de quibus num. 9. egimus) ibidem requieſcentia, aliorum quoque beatorum Martyrum oſſa magno in numero, apud Cœmeterium tumulata jacent. Et ſi complura inde fuerint in diverſas Urbis & Orbis Eccleſias tranſlata, uti ex corporibus ſanctorum Hippolyti, Juſtini Presbyteri, Romani militis, Cyriacæ, Creſcentii, Triphoniæ, Cyrillæ, cum aliis de Hippolyti familia; adhuc tamen inſignes iſtorum reliquiæ eodem loci adſervantur. In præfato Cœmeterio ad præſentem uſque diem condita cenſentur corpora ſanctorum Martyrum Severi Sacerdotis, Claudii Subdiaconi, Romani Oſtiarii, Abundii, & Irenei, ac præſertim ſanctorum Romanæ Eccleſiæ Clericorum, quorum nomina ſunt in libro vitæ, quique circa Beati Sixti II. tempora paſſi ſunt, ut adnotat Pancirolius pag. 161. & 162. Inter reliquias vero S. Laurentii demonſtrabiles peculiariter commemoratu digna eſt marmorea tabula, in qua repoſitum fuit corpus Martyris, recenter tum e craticula ſublatum, de qua cum ceteris in capite de de Reliquiis S. Laurentii ſermo recurret. Supereſt, dicamus quippiam de corpore S. Stephani Protomartyris, eadem in Patriarchali Baſilica una cum beatiſſimi noſtri Levitæ corpore quieſcente eadem in arca, de qua ſupra loquuti ſumus.

 Roma-

Romanum quippe Breviarium 2. lect. ſecundi nocturni in feſlo Inventionis corporis ſanctiſſimi Protomartyris habet : *Sancti Stephani Corpus Romam Pelagio primo Summo Pontifice translatum, in agro Verano in ſepulcbro Sancti Laurentii collocatum eſt* . Cujus relationi ſe ſubſcribunt Bollandiani Patres, licer conſiderantes Bibliothecæ Mediceæ codicem plutei 20., deprehenderint inibi, multis ſcatere mendaciis relatam ejuſdem Translationis hiſtoriam . Multa quidem caſtigatione iodigeot, quæ de hac re ſcripſit Lucius Archidiaconus, ur advertit Baronius in notis ad Martytol. Rom. l. x. ſalva tamen manente traditione Romanæ Eccleſiæ, quæ a ſæculo ſexto, in quo vixit Pelagius I., ad præſentem uſque diem perpetuo veneranda propooit nobis, requieſcere in eodem ſepulcro ſanctorom corpora Stephani & Laorentii, quæ rraditio majoris eſt mihi ponderis præ faventibus ſermonibus Sancti Brunonis Epiſcopi Sigoini, ac Petri Bibliothecarii, teſtimooium ponentium de eadem Protomartyris Tranſlatione, e Conſtantinopoli facta Romam : uti refert Petrus Diacoous Caſſin. lib. de vir. illuſtr. Ord. S. Bened. Monaſt. Caſſin. Nec parum miramur eroditum Sandinum tam facile affirmantem in hiſt. Apoſt., ſancti Stephani corpus translatum eſſe Venetias, venerabili antiquitate reclamante. Erunt fortaſſe reliquiæ alicujus Martyris ejuſdem nominis; quum præter Protomartyrem io ſolo Oriente alii quatuor Martyres ita vocati in Rom. Martyrol. referantur. Vel ſi contendere volunt Veneti pro identitate reliquiarum ejuſdem Protomartyris, e Cooſtantioopoli illuc translatarum; procul dubio ſic erunt paucæ, ot excludere nequeant priorem alteram ipſius ſacri corporis actam Translationem in Urbem; ſolumque reſiduum eſſe oſſium ejuſdem Martyris quod ſortaſſe Conſtantinopoli aliquando tandem Venetias tranſvectum fuerit.

15. Infirmare tamen Bollandiſtæ conantur in hac ſancti Stephani Translarione ad Urbem eelebre illud prodigium S. Laurentii, quod contigiſſe ſertur, ubi ejuſdem Protomartyris corpus, aperto Laorentiano loculo ad latus S. Archidiaconi Romani locari debebat, videlicet, quod Sanctus noſter ſeſe retraxerit in partem alteram, ot ſpatia faceret eodem in ſepulcro primi Martyris corpori. Moventurque ad factum hujuſmodi negandum; quia licet plures, ac plures Scriptores illud affirment, ſunt ii tamen recentiores, quorum teſtimonium nullius valoris eſſe poteſt in re tam antiqua; onde ajunt : *Etiam ſi plures biſce* (nimirum octo a ſe relatis) *ſuperaddideris, numerum tantum facere poſſunt*, non *fidem*. Veruntamen miſſis hiſtoricis Hiſpanis. quos ipſi cirant, uti parvæ fidei, reſpondemus cum Severano tract. de 7. Urbis Eccl. pag.654. : *Antiqua traditione tenetur, quod S. Laurentius ſe retraxerit in unam ſepulcbri partem, Sancto Stephano bumaniter locum cedens, ut unita jacerent corpora in terris, quorum animæ ſociantur in cælis ... Neque unquam bæc traditio altercationi obnoxia fuit, quæ valde credibilis eſt, ob alia Sanctorum id genus exempla &c.* Ecce nuper Bollandi continoarores in dubium eam revocare niruntur, argumento a veterum ſcriptorum ſilentio deducto : quod quam elumbe ſit, nemo eruditorum ignorat. Non enim omnia, quæ facta ſunt in Eccleſia, ſcriptis conſignata inveoiuntur. Romanorum traditio nobis eſt ſatis, uode antiquiſſimus Lucius Archidiaconus talem accepit eruditionem prodigii. Qui ſi Græeorum imbutus fabulis, multa in ejuſdem Translationis ſcripto ſalſa commiſcuit veris, non inde criminari debet ſalſitatis Romana traditio circa præſatum miraculum : uti oec ullum patitur detrimentum ipſa Translatio corporis S. Stephani in Laurentianum tumulum; quam ipſe Lucius etiam ſuis mandavit ſcriptis. Scrupulum ſibi creant cenſores noſtri, quod Mediceus codex Protomartyrem vocet *Laurentii Fratrem*. Carpuntque Dormerum, quaſi vocem iſtam *Fratrem* ad impropriam ſignificationem alienet; contendeotes, nulla ratione Laurentium vocari poſſe *Fratrem* Stephani *abſolute, & ſimpliciter*. Neque advertunt, qood Divinæ contradicant Scripturæ, de SS. Martyribus dicenti Apocal. 6. 11. *Dictum eſt illis, ut requieſcerent adbuc modicum tempus, donec compleantur fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi.*. Quibus apertiſſime Martyres vocantur *abſolute, & ſimpliciter Fratres*, ut in relato Mediceo codice. Quid plura? ipſimet Bollandiſtæ ad diem 7. Februarii detrahere non audent actis S. Fidelis Epiſcopi Emeritenſis, auctore ſynchrono, Paulo Diacono; quanquam in Sancti Laurenrii apparitione (quam ille narrat) Saoctus noſter ea fecerit de ſanctis Martyribus verba mulieri, templa eorum viſitanti, non item Eccleſiam ſibi ac Sancto Cypriano ſacram, dicens : *Quare per baſilicas fratrum noſtrorum frequenter concurris, & ad nos venire contemnis?* Quid ni Stephanus potiori ratione Laurentii *frater* appellari abſolute potuit, quos eadem fides, idem Leviricum miniſterium, eadem animi Levitici caſtitas, & pro Chriſto paſſio vere fecit eſſe germanos? Græcanicis igitur rejectis nugis, vel in Mediceo tranſcriptis codice, Romanam traditionem amplectamur, ſeparantes aorum a Scoria, juxta Domini monitum, alibi a nobis productum ex Iſaiæ libro cap. xv. ℣. 19. ne velut arundines in alteram flectamur partem ad omnem ventum cujuſvis vel exiguæ dubitationis excitatum.

Mul-

16. Aliis item multis ſanctorum Reliquiis ditatum eſt idem Templum, argenteis in thecis conditis, quarum plures ipſi aſpeximus; ceteras ex Panvinio, & Severano referimus, miſſis ſancti Titularis, de quibus cum aliis ejuſdem Martyris, per Urbem, & Orbem diſtributis, peculiari, ut diximus num.14., agemus capite. Suntque digitus S. Benedicti Abbatis, pars capitis S. Balbinæ Virginis, ac S. Barbaræ Virg., & Mart. Nec non ex cineribus S. Thomæ Archiep., & Mart. Cantuarienſis, ex brachiis SS. Juſtini Presb. & Mart., Hippolyti M. ex veſtibus, & capillis S. Mariæ Magdalenæ. Capita Sanctorum Martyrum Juſtini Presb., Hippolyti, ac Romani, ex oſſibus SS. Innocentum Martyrum, ſaxum, quo S. Stephanus Protomartyr lapidatus eſt, S. Petri Apoſtoli dens, ex veſtibus, & ſepulcrali lapide ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, particula tabulæ, in qua Chriſtus Dominus ultimo cœnavit cum duodecim diſcipulis ſuis, item ex ſpinis coronæ Dominicæ, & ex ligno vivificæ crucis, ac de lapide ſanctiſſimi ejus Sepulcri. Multitudinem demum ſatis amplam ſacrarum Reliquiarum, quæ in duabus cryſtallinis urnis aſſervatur, ne longum texamus catalogum, referre ſuperſedemus.

17. Atque, ut de reliquis tractemus ſpiritualibus bonis, quibus laudata Protobaſilica Lautentiana locupletata eſt, in cenſum venire debent indulgentiarum theſauri, queis affluit. A ſummis namque Pontificibus quotidianæ duæ ſunt indulgentiæ plenariæ conceſſæ. Quarum unam lucrantur, qui ad Martyris orant ſepulcrum, juxta mentem Summorum eorundem Pontificum, illam concedentium; alteram vero, qui corde contrito ad utramque crucem accedunt venerabundi; quarum una eſt in ala Ædis ſacræ dextera, reſpiciente meridionalem templi portam: altera extra, e regione ad eandem portam; In ala item ſiniſtri lateris per multos gradus diſcenditur ad altare vetuſtum Sancti Laurentii; quod perpetuo gaudet privilegio liberationis animarum e flammis purgantibus, toties, quoties pro iis ſacrificium incruentum ibidem offertur: uti videbitur lib. 3. iſtius gloriæ poſthumæ; ubi de poteſtate, Divinitus Martyri Laurentio tradita circa detentas in purgatorio animas, ſermonem inſtituemus. Sunt præterea in eadem Eccleſia VII. altaria, ut in Baſilicis Vaticana & Oſtienſi, privilegiata. Pluribus item ſtationibus Quadrageſimalibus atque Paſchalibus honorificata eſt ipſa Baſilica: immo ſecundum Conſtitutionem Sixti V., quæ incipit: *Ægregia Populi Romani pietas &c.*, cuique ſubſcripſere viginti octo S. R. E. Cardinales, altera Dominicæ primæ Adventus ſtatione honeſtata fuerat: qua die ipſe Pontifex eo loci Pontificalem ſtatuerat miſſam, conventu muſico ſacræ Cappellæ ac interventu Cardinalium, ut moris eſt, celebrandam; licet poſtea Succeſſores dictam tranſtulerint ſtationem ad Baſilicam S. Mariæ majoris. Miſſam vero Pontificalem in ſacrum Palatium: Quemadmodum ſervatur hodie in omnibus Dominicalibus Adventos, & Quadrageſimæ ſtationibus. Ceterum antiquæ ſtationes, a temporibus S. Gregorii Magni in eadem Laurentiana deſignatæ, manſere; nempe Dominica in Septuageſima, & in tertia Quadrageſimæ, pro qua poſteriori ſollemniter agenda abrumpitur expoſitionis auguſtiſſimi Sacramenti quadraginta horarum circulus per Urbem; ceditur que locus ipſi Patriarchali Eccleſiæ, ad quam maximus eſt populi concurſus. Ubi quoque ſtationes affixæ ſunt feria quarta infra octavam Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ, necnon quinta Pentecoſtes. Tabulam autem peculiarium indulgentiarum in omnibus commemoratis feſtis ac ſtationibus ejuſdem Eccleſiæ, invenies cum aliis apud Ferrarium verbo, *Indulgentia art.IV. num.* 17. Denique in totius anni decurſu præter quotidianas indulgentias, quibus idem gaudet Templum, peculiarem alteram qualibet feria quarta cujuſque hebdomadæ conceſſit Alexander II. viſitantibus illud, nimirum quadraginta annorum cum totidem, ut vulgo nuncupantur, *quarantenis*. Quam Indulgentiam præfatus Pontifex extendit ad omnes Eccleſias ubique terrarum, Sancti Laurentii titulo gloriantes.

18. Supereſt, dicamus quippiam de ſacris ejuſdem Baſilicæ Miniſtris, quibus Romani Pontifices curam ejusdemandarunt; debitis ut frequentaretur quotidianis officiis die, noctuque. Et quidem initio fundationis præclarum hoc Sanctuarium a Clericis ſæcularibus cultum fuiſſe, nullatenus poteſt in dubium revocari; quum ſancti Silveſtri & Conſtantini tempore, quo erectum ac dedicatum fuit, nulla facta eſſet ſæcularis Cleri reformatio, peculiareque regulare inſtitutum ab Eccleſia recognitum. Quod autem Pancirolus aſſerit, per plura id ſæcula geſtum, niſi hoc intelligat per unum completum, & alterum inchoatum, admitti non debet. Siquidem ædificato Templo circa Chriſti annum 326., Clericorum ſæcularium ibidem reſidentia extendi non potuit ultra Pontificatum S. Hilarii, qui ſedit ab anno 461. ad 467., in cujuſque actis legitur, fundaſſe Monaſterium apud Sanctum Laurentium, præter alterum, quod erexerat, appellatum *ad Lunam* prope S. Euſebium; quum eſſet Leonis magni Archidiaconus, ut ſupra retulimus. Nec cuiquam mirum eſſe debet, quod fuerint in Occidente Monachi ante dies S. Benedicti Abbatis. Opera namque Sancti Athanaſii, diſciplina monaſtica, quam in Oriente inſtituerat Sanctus Antonius

Ab-

Digitized by Google

Abbas, ſive propagaverat, in Occidentem introducta fuerat, ut notat Spondanus in Baronio ad annum Chriſti 328. num. 4. Jamque Leo magnus, Hilarii prædeceſſor, apud S. Petrum in Vaticano Monaſterium conſtruxerat, ad cujus imitationem Hilarius duo ſupracitata ædificavit. Immo ante Leonis Pontificatum alia Romæ aſceteria exædificata fuiſſe, idem Spondanus loc. cit. refert, de Romana dicens Eccleſia: *Ipſa prima voluit etiam intra urbem, & in ſuburbiis Cœnobia Monachorum: quod æmulatæ ſunt nobiles Eccleſiæ uti Mediolanenſis, quæ primum Monaſterium juxta civitatem poſitum habuit, ſicut Auguſtinus ſcribit; qui & plura ſe Romæ vidiſſe teſtatur 8. confeſſ. 6., dum eorum vivendi rationem deſcribit &c.*. Porro Auguſtinus Romæ luſtrare attente potuit rationem vivendi Monachorum, eorumque cœnobia, quum Mediolano regreſſus, illuc venit, anno videlicet Chriſti 388. ideſt quinquaginta duobus annis, priuſquam Leo magnus eſſet Pontifex ſalutatus. Neque officit, quod Simplicius, qui poſt Hilarium regnavit in Eccleſia, ſæculares Presbyteros deſtinaverit hebdomadarios pro tribus præcipuis Romæ Patriarchalibus Petri, Pauli, & Laurentii. Id enim egit, quia primis illis Eccleſiæ ſæculis nonniſi per Clericos ſæculares Baptiſmi, & Pœnitentiæ ſacramenta populis adminiſtrabantur; Monachorum autem manu poſterioribus ſæculis conferri poſſe ſancitum fuit, ut Du-meſnillos advertit libr. 37. de Diſcipl. Eccl. num. xi. Ceterum iiſdem Monachis perpetuo copia facta eſt ad decorem Domus Dei Divinas canendi laudes, ſicut & eorum ſacerdotibus ſancta celebrandi ſacrificia, quibus Eccleſias ſibi commendatas excolerent: ad quarum præcipue ſervitium addicebantur. In tanta igitur ſæculorum diuturnitate, qua Laurentianum ſuperſtitit Templum, notis hiſce jam præmiſſis, deſcendimus ad ſignificandas guberniorum immutationes, quæ pro temporum varietate contigerunt præfatæ ſacroſanctæ Baſilicæ in hodiernum uſque diem, ſervato ſucceſſionis ordine.

19. Sæculo itaque ſalutis iv. ad tranſactum uſque dimidium ſæculi v. a ſæcularibus, ut diximus, Clericis Templum illud Patriarchale, juxta communem ſcriptorum ſenſum, excultum fuit. Subintrarunt eodem v. ſæculo juſſu Hilarii Antoniani Monachi, ibidemque reſedere, uſquedum ſæculo vi. vel vii. ſubſtituti ſunt Benedictini, vel Equitiani Monachi. Non enim apud complures auctores certum habemus, unius, vel potius alterius ordinis Monachi fuerint. Colligitur autem, eos fuiſſe non Græcæ, ſed Latinæ Eccleſiæ ex actis S. Leonis quarti, qui floruit ſæculo ix. Acta namque habent, eum prioribus Monachis addidiſſe etiam, reſtaurato Monaſterio, plures natione Græcos: Unde videntur, ii, quibus additio facta eſt, fuiſſe Occidentales, non Orientales. Certum eſt autem in Occidente, ſæculo ſexto inſtitutis Monachis a S. Equitio, & Benedicto Abbatibus, Latinos iſtorum regulas ſuſcepiſſe: Valdeque apparet id veriſimile; dum ex iiſdem Leonis IV. actis intelligimus, plura, ideſt duo, fuiſſe antea erecta ibidem Monaſteria Summorum Pontificum ſtudio, uti retulere Monachi eidem Leoni. Monaſterium vero alterum ea ex cauſa ædificatum fuiſſe; quod novus tum ordo vel S. Equitii, vel S. Benedicti floreſcere inceperit, nimirum ut introducerentur eo loci Monachi ritus Latini, remanentibus in vetuſtiori Cœnobio Antonianis; quod in deſolationem tandem abiit, occidentalibus religioſum complectentibus Inſtitutum Latini fundatoris, non jam Græcorum, quod S. Athanaſius in Occidentem invexerat. Sanctus vero Leo IV., amplo conſtructo Cœnobio, ac bene redditibus locupletato, utroque voluit ritu quotidie ſtatis horis eam excultam Baſilicam, ſuccedentibus unis, Monachis aliis ad benedicendum Domino. Sæculo dein x. Agapetus II. laxatam cernens priſtinam latinorum Monachorum obſervantiam, circa annum Chriſti 950., ut notat Panvinius lib. de 7. Urb. Eccl., ad Alberici Romani nobilis inſtantiam præfatum tradidit Monaſterium Cluniacenſibus Monachis, quorum Congregatio Benedictini ordinis, tum nuper inſtitota 910. diſciplina florebat monaſtica. Sub iiſdemque Monachis mirifice reſplenduit Eccleſiæ cultus, ac Monaſterii decus per tria, & amplius ſæcula. Ex eoque Cœnobio duos apud Trithemium ſanctos Romanos Pontifices prodiiſſe, ſupra didicimus, ideſt, Gregorium VII., & Paſchalem II., qui prius etiam ejuſdem Monaſterii Abbas fuerat. Floruit & ibi quoque S. Joannes de Ficulnea, ipſius Cœnobii Abbas, ob cujus ſanctitatem, intra Urbem fuit quondam ſub ejus nomine, parvum licet, templum erectum: quod a Gregorio XIII. Maronitarum collegio traditum, S. Joannis Evangeliſtæ titulo appellatum eſt. Deficientibus porro in prælaudato extramuraneo Monaſterio Cluniacenſibus circa finem ſæculi xiii., Honorius Papa IV. ad preces Cardinalis Jacobi Columnenſis iterum Græcos Monachos illuc introduxit, qui, teſte Franciſco Poſterla in ſua Roma ſacra, ſublati e Monaſterio S. Silveſtri *In capite*, ubi diu conſederant, ad noſtræ Patriarchalis gubernium admiſſi fuere, ibique permanſere uſque ad ſæculum xv.; quo ex tempore ad Cardinales Abbates commendatarios devoluta eſt Templi cura. Horum primus, ſuſpicatur Pancirolius, extiterit Card. Oliverius Caraffa, qui anno Chriſti 1464. laqueare Templi deauravit, & pavimen-

mentum muſivo ſtravit opere. Sed ne Baſilica quotidianis deſtitueretur officiis, Sixtus IV. creatus Pontifex Maximus anno 1471. Monaſterium tradidit Canonicis Regularibus Sanctiſſimi Salvatoris Congregationis Bononienſis, eodem inſtitutis ſæculo ad Canonicorum Lateranenſium reformationem; qui reformati ſuper lineum amiculum laneam albi coloris *patientiam* gerunt, ſicut & talarem albam veſtem infra ſuperpelliceum, quod eis tribuit Gregorius XII. anno 1408. propriique ordinis ibidem recognoſcunt Abbatem præter Baſilicæ Commendatarium: vetuſtiſque beneficiis, ad ejuſdem Patriarchalis Templi reſtaurationem collatis, pro ut vires ſuppetunt, addere nova non deſinunt.

CAPUT IV.

De ceteris S. Laurentii Martyris in Urbe Templis, ac de ipſius tandem Oratorio, quod vulgo dicitur Sancta Sanctorum.

PRimam poſt Patriarchalem S. Laurentii inter alias eſſe putamus Eccleſiam, vocatam *In Lucina*, quæ titolus eſt primi Cardinalis Presbyteri, a Sancta Lucina Matrona, (quæ Gallieni, ut quidam ajunt, Imperatoris ex filia neptis fuit) initio propriis in ædibus fundata creditur ex vetuſtis tabulis; unde *Lucinæ* nomen accepit: ſicut nobiſcum ſentiunt Bollandiſtæ. Non, ut alii finxere, qood idem Templum ædificatum fuerit, ubi quondam eſſet ſanum Junonis Lucinæ; neutiquam conſiderantes, quod penes Romanam Urbem in Eccleſiarum denominatione nulla unquam fuit conſuetudo (loquimur de Templis chriſtiano ritu excitatis) retinendi nomina inanium deorum vel in obliqoo; ſed viguit potius ſtudium perdendi memoriam eorum, aut ſaltem contemnendi; ut factum eſt in titulo *S. Mariæ ſupra Minervam*, ad indicandum, Beatiſſimæ Virginis ſapientiam eſſe ſuper confictam Palladis, quam idololatræ de Jovis natam cerebro ſapientiæ deam comminiſcebantur. Ceterum nullam prorſus Romæ novimus Eccleſiam, præ ſe ferentem alicujus idoli nomen vel, ut diximus, in caſu obliquo; nec ulla eſſe potuit cauſſa, ut iſtud, de quo agimus, S. Laurentii Templum *Lucinæ* nomen retineret a precedenti delubro, Junoni Lucinæ a gentilibus erecto. Permiſſo etenim, quod illud delubrum eo loci præextiterit, quare Laurentianum appellari debuit *In Lucina*, & non potius *in Junone Lucina*? Primus quandoquidem erat illius ſani titulus *Juno*, conjux Jovis, quæ ſecundario dicta eſt *Lucina*, ideſt Diana, quia gentiles uti deam parturientium venerabantur. Sed has apage nugas. Neque enim ibidem loci unquam extitit ſanum Junonis Lucinæ, ut poſtremis hiſce temporibus antiquarii compertum habent; ſed in Exquiliis apud S. Mariam majorem, ubi & ejos nomine ſilva erat. Vide lib. Antiquæ Romæ ex Sexto Ruſo, Victore, & Nardinio, typis Berrarbò, & Lazzarini editum 1745. pag.42. Tantum abeſt, in regione Campi Martii ejuſdem idoli templum fuerit, qnod in Exqniliis poſitum erat; licet omnes pene ſcriptores Eccleſiarum Urbis in eum errorem impegerint, quod antiquarios hac in re non conſuluerint, ad quos hoc pertinebat ſerium proferre judicium. Supereſt iccirco, teneamus præfatum Martyris Fanum *In Lucina* ſit vocatum, quia in ædibus ipſius ſanctiſſimæ feminæ conditum ſuerit: ſicut & alterum, de quo inſra, *In Damaſo* appellatum eſt, quod idem condiderit Damaſus Pontifex.

2. Fuit autem hæc nobilis Matrona Pinianl Aſiæ Proconſulis uxor, ſicot in actis S. Anthimi ad diem xi. Maii apud Surium legimus, Imperatoribus Diocletiano & Maximiano; viroque defuncto, tanta in viduali ſtatu ſanctitate vixit, ut plures tranſigeret dies ſine ullo cibo, neque ad potum admitteret niſi aquam; donec in viſione a Sancto Sebaſtiano (cujus e Cloaca eduxerat Corpus, ac honeſte mandaveat ſepulturæ) admonita eſt, ut modico uteretur propter ſtomachum vino, nec non ſemel quolibet die cibo reficeretur, quo veſci licet jejuniorum diebus. Intendenſque recitandis precibus, & hymnis, ac eleemoſynis ærogandis, vitam ad annum uſque 95. protraxit. Sancta hæc igitur vidua, ſecundum m. s. ejuſdem Eccleſiæ *In Lucina* coram Pancirolio, ſacram noſtro Martyri ædem erexit: ſicut & aliam prius in ſuis diverſo loco Ædibus ſundaverat, quæ hodie ſub titulo S. PP. & Martyris Marcelli extat. Quamque ipſe S. Marcellus conſecravit, uti Romanum habet Breviarium, ante paucos ſuæ paſſionis menſes. Porro illa *Sancti Laurentii* creditur eſſe, de qoa in Actis S. Sebaſtiani apud Baronium legimus ad annum Chriſti 286. num. xxviii. *Poſt aliquos annos pace Eccleſiæ reddita, domum ſuam mutavit in Eccleſiam, omneſque opes ſuas pro Chriſtianorum conſolatione illi derelinquens, & Eccleſiam eandem hæredem inſtituens, quievit in Chriſto*. Non enim de altera id poteſt intelligi, quam Marcellus dedicavit, fervente perſecutione

Digitized by Google

ne Maxentii; quo tempore dici neutiquam poteſt, quod eſſet Eccleſiæ pax reddita; minuſque, ſub ea tempeſtate, qua & ad beſtiarum catabulum idem Marcellus damnatus eſt, ac Lucina in exilium proſcripta fuit; ut acta ejuſdem S. Marcelli declarant: quantumvis S. Matrona fugam meditans, a Beatrice in viſione monita ſit, ne diſcederet urbe, quod brevi Eccleſiæ Chriſti pax reddenda foret: quemadmodum referunt S. Authimi acta, ubi de Lucinæ beato fine loquuntur. Nec dubitamus acta S. Marcelli, aliqua indigeant caſtigatione, eodem teſte Baronio ad 309. num. VI. Scimus, eruditum aliquem virum hac noſtra ætate contendiſſe, Eccleſiam S. Laurentii in Lucina fuiſſe a Marcello dedicatam, & a Maxentio in beſtiarum catabulum immutatam; non alteram, quæ modo extat titulo S. Marcelli, ubi corpus iſtius requieſcit. Sed quia hæc opinio Eccleſiæ detrahit auctoritati; & aliunde optime conjici poteſt, quod Lucina, quum eſſet valde nobilis, ac dives, plures habuerit ædes in Urbe, unam apud templum Iſidis, alteram prope obeliſcum ſolis, in illa templum, quod Marcellus dedicavit, conſtruxit, ſuis incluſum ædibus; in altera vero Fanum S. Laurentii, reddita Eccleſiæ pace, nimirum circa annum 313. Pia namque Matrona, quando S. Sebaſtianus paſſus eſt, orbata jam erat viro, ut ſupra notavimus ex S. Anthimi actis, in quibus legitur, cum eo vixerit annos quindecim: pone, nupſerit Faltonio Piniano circa viceſimum ſuæ vitæ annum, cui ſi addas relatos annos quindecim, deprehendes, anno, quo paſſus adducitur Sebaſtianus 286., eam exceſſiſſe ætatem triginta quinque annorum, quibus ſi adjicis complementum vitæ nonaginta quinque annorum, videlicet annos ſexaginta, evidenter infertur, S. Mulierem in cælum evolaſſe non multo ante obitum Conſtantini magni (qui deceſſit anno Chriſti 437.) etiam ſi ponatur, Faltonio nupſerit in ætate annorum 15. vel 14. Merito iccirco cum Pancirolio perſuaſum habemus, beatam Viduam utrumque fundaſſe Templum, nimirum unum privatum in ſuis ædibus perſecutionis tempore ſub Marcello Papa poſt annos decem & novem viduitatis ſuæ, ideſt circa Chriſti annum 306. alterum vero S. Laurentii ſub Coſtantini Principis Imperio ad alias ædes ſuas publice, juxta obeliſcum ſolis: qui, regnante Benedicto XIV., effoſſa humo prope Sanctum Laurentium in Lucina, inventus fuit. Unius, alterius Luciniani templi aſſertio confirmatur ex Concilio Romano ſub Pontifice Symmacho anno 499., ubi in enumeratis 28. Titulis Cardinalitiis duodecimus eſt *S. Marcelli*, appellati *in Lucina*; & viceſimus *S. Laurentii*, dicti pariter *in Lucina*: Unde non videtur, quid ultra in hac re dubitari queat.

3. Hanc porro Eccleſiam iterum a fundamentis erexerit in ampliorem formam S. Sixtus III., teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius, pro cujus dilatatione opus utique fuit Valentiniani III., tum Imperatoris, licentia, & conceſſione, ſicut idem auctor ſcribit, dicens: *Fecit autem* (nempe Sixtus III.) *Baſilicam Sancto Laurentio, quod & Valentinianus Auguſtus conceſſit .... ubi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas tres, penſantes ſingulas libr. 20., amas argenteas tres, penſantes libr. 15., ſcyphos argenteos 4., penſ. libr. 8., ſcyphum aureum ornatum margaritis, penſantem libr. 10., calices argenteos miniſteriales 12. penſ. lib. 2., Aquæmaniles argenteos penſ. libr. 8. Miniſterium ad Baptiſmum ex argento, penſans lib. 5. coronas argenteas pharales triginta, penſantes, libr. 5., pharacanthara argentea tria, penſantia ſingula libr. 15., candelabra argentea duo, penſantia ſingula libr. 30.* Et alia ærea ſacra utenſilia, quæ brevitatis gratia ommittuntur. Prope finem ſeptimi ſæculi S. Benedictus II. eandem reſtauravit Eccleſiam, ut ex M. SS. ejuſdem Baſilicæ liquet: fecitque coopertorium altaris maximi ornatum holoſericum, ac vaſa argentea, & indumenta ſacra auri & argenti Phrygio diſtincta opere. Poſt hunc Pontificem notant Bollandiſtæ ad 7. Maji, & 10. Septembris in ejus actis ſanctum Sergium feciſſe ibidem quatuor arcus argenteos. Item VIII. ſæculo Hadrianus, ut præced. cap. ex Bibliothecario notavimus, Templum refecit. Cui Pontifici ſucceſſit Sanctus Leo III., de quo in Cavenſi codice habetur: *In titulo in Lucina fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthin, & coronam de argento, penſantem lib.* 13. Summus iſte Sacerdos, ex relato Anaſtaſio, dum a Lateranis pro ſupplicationem ſollemni pergeret ad iſtam S. Laurentii Eccleſiam in Lucina (quam auctor vocat *ad craticulam*, propter Martyris cratem ibi adſervatam) clero litanias majores perſolvente, quæ dicuntur *Sancti Marci*, quod iſtius ſaucti Evangeliſtæ feſto diei ſint affixæ, in ipſo itinere, quum perventus eſſet ante Monaſterium ſanctorum Stephani & Silveſtri Pontificum in campo Martio, ab infenſis armatiſque hoſtibus vi detentus, & pertractus intra Monaſterii Eccleſiam, oculis erutis, & lingua truncata manens, non immerito credimus tam interceſſione beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quam noſtri ſanctiſſimi Levitæ beneficio (cui valde addictus erat, magnique pretii dona devotiſſime obtulerat) eadem ſibi membra reſtituta in integrum viderit, ac ſi eam numquam paſſus eſſet injuriam. Prodigium contigit, ſecundum Baronium, anno ſalutis 799.

4. Plura poſt ſæcula Pſeudopontifex Petrus Leo-

Leonis, *Anacletus II.* appellatus, Urbis regimen adeptus contra legitimum Pontificem Innocentium II., hanc Baſilicam conſecrare intelligens anno 1130., repoſuit in ara maxima furcam ferream, qua carnifices prunas ardentes ſubter craticulam revolvebant, ac Martyris membra deſuper comprimebant; nec non ſtrophiolum, quo Angelus Domini Romano apparens, plagas Sancti Levitæ deterſit: inſuper & ex ejuſdem adipe, dum ureretur, in prunas decurrente: addiditque veſtem beati Sixti II., cujus fuit Sanctus olim Archidiaconus: quæ omnia ibidem clauſit; ut conſtat ex inſcriptione lapidea ipſius Templi. At, comperta nullitate actorum Anacleti, Cæleſtinus III. anno *1196.* die *26.* Maji eandem Eccleſiam rite ac recte conſecravit, tanto ſacræ pompæ apparatu, tantaque ſollemnitate, (ſcriptores inquiunt) ut numquam prioribus Chriſtianæ Religionis ſæculis quid huic ſimile viſum fuerit. Recognovitque ſupradictas reliquias, quibus adjunxit etiam de ligno vitali ſanctiſſimæ crucis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & de carne cremata ipſius beatiſſimi Martyris Titularis. Dedicationis ejuſdem memoriam Baſilicæ Clerus ſollemni celebrat officio quotannis relata recurrente die *26.* Maji.

5. Hac in Eccleſia fuerunt a S. Paſchali I. recondita ſanctorum Martyrum corpora Alexandri Papæ, Eventii, ac Theoduli: quæ licet Alexander II. anno 1060. tranſtulerit Lucenſem in Urbem; partem tamen eorum aliquam eidem, in quo quieverant, reliquit Templo: caput vero S. Alexandri adhuc ibidem *in Lucina* cuſtoditur inter alias ſanctorum reliquias, quæ nonnumquam venerationi exponuntur. Ex inſcript. item lapid. præſentis Fani erudimur, Benedictum, Canonicum hujus olim collegiatæ, in eundem ſanctum detuliſſe locum quatuor ſanctorum Martyrum corpora, ideſt, Euſebii, Pontiani, Vincentii, & Peregrini ex diruta S. Stephani Eccleſia trans pontem milvum, auctoritate Paſchalis II. anno 1112., quemadmodum & duo alia videlicet SS. Gordiani, & Feliculæ V. & M., de qua Brev. Romanum agit in lect. S.Nicomedis die 15. Septembr. & in Martyrologio 13. Junii. Adſunt duo brachia, unum S. Felicis, alterum S. Adaucti Martyrum, quorum memoria recolitur ab univerſali Eccleſia die 30. Auguſti. Multiſque aliis Sanctorum reliquiis eſt hoc venerabile Templum inſignitum, ac præſertim S. fundatricis Lucinæ, cujus feſtum ſollemniter ibidem celebratur die 7. Julii. Compluribuſque præterea indulgentiarum theſauris ditatum, ac ſtatione feriæ ſextæ poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ diſtinctum a S. Gregorio magno: ad quam Eccleſiam is publicam ſupplicationem indixit peſtis tempore. Gaudet ſeptem altaribus privilegiatis, inſtar Baſilicæ Vaticanæ; eſtque amplior paræcia Romanæ Urbis, ultra quam ſibi quinque parochiales Eccleſiæ ſubduntur pro collatione ſacramenti Baptiſmatis, nimirum S. Nicolai in campo Martio, S. Ivonis ad Scroſam, S. Luciæ de Tincta, Beatæ Virginis in Poſterula, ſanctique Blaſii ad montem Citorium. Initio temporum uſque ad Paulum quintum a ſæcularibus Clericis, ſive Canonicis, fuit Templum Gurbernatum. Exinde vero, eorum Collegio cum beneficialibus extincto, idem Pontifex illud tradidit Clericis regularibus Minoribus anno *1606.*, quorum inſtitutum anno 1588. adprobaverat Sixtus V. Eccleſiam Patres iſti variis condecorarunt beneficiis, ac indeſinenter qua prædicationibus, qua officiis, qua Sacramentorum adminiſtratione, aliiſque pietatis excolunt actis.

6. Pari fere cum Templo S. Laurentii *in Lucina* fruitur antiquitatis gloria Laurentianum alterum Fanum, *in Damaſo* vocatum; non quidem veluti primum ab hoc Pontifice conſtructum fuerit: nam priuſquam Damaſus ad Pontificiam proveheretur inſulam, parva quædam eo loci erat Ædes, Laurentio ſacra: cujus ſervitio Damaſi pater cum ipſo filio, ex Hiſpania Romam veniens, ſe mancipavit, ut ſcribit Baronius ad annum 384. Unde infertur, Conſtantino regnante, Chriſtiana pietas in Martyris honorem quoddam ibi parvum extruxerit Templum, ubi quondam fuerat Pompei theatrum, adeo celebre, ut caperet octoginta millia hominum ſedentium ad ludos elephanticos aſpiciendos: quod in adventu Tiridatis, Armeniæ regis, Nero Imperator ad oſtentandam Imperialem magnificentiam deaurare fecerat: ſed hujuſmodi ſuperbiam molis, indignante Cælo, flammis conflagraſſe, apud hiſtoricos certum eſt, ſicut in Sancti actis adnotavimus. Beatus itaque Damaſus, creatus Pontifex Maximus an. ſalutis *367.*, ejuſdem Ædis ſacræ amplificandæ ſtudio, cujus ſervituti ſuo cum genitore addictus fuerat ab adoleſcentia ſua, majora ſibi ſpatia fieri ad magnificum conſtruendum Martyri Templum, a Valentiniano precibus impetravit, a quo regium obtinuit hortum. Quod ægre ferens Imperatoris filia tum puella, nempe Galla Placida, ſanctus Pontifex rem ad perfectum nequibat perducere. Inquit enim Coſtantinus Cajetanus Abbas in vita ſancti Damaſi ex mſs. Canonic. S. Petri: *Audiens Galla Placidia prædictum hortum Beato Damaſo conceſſum, contriſtata eſt; eo quod illuc cum puellis frequenter pergeret, & ſuæ ætati delectabilia reperiret. Unde cum Chriſti famulus ſuis manibus Eccleſiæ deſignata fundamenta poneret* (nota in prænarratis fervidam hujus ſummi Pontificis erga Chriſti Martyrem devotionem & obſequium) *per ſemetipſam puella cum ſuis famulis eadem evertere nitebatur.*

Quam B. Damaſus paterno monuit affectu, ne ſibi, & Beato Laurentio talem injuriam irrogaret. Cumque illa nollet deſinere, Divina ultio immunda eam ſpiritui mancipavit. Ita omni Placidiæ impedimento ſublato, opus inceptum S. Pontifex proſequutus eſt, ac feliciter abſolvit. Eidemque Baſilicæ, ut refert Anaſtaſius in ejus actis, donavit *patenam argenteam, penſantem libr.* 15. *Scyphum argenteum anaglipbum, penſantem libr.* 10. *Calices miniſteriales argenteos quinque, penſ. ſingulos libr.* 3., *coronas argenteas quinque, penſ. ſingulas libr.* 8., plurimis adſignatis proventibus domorum, & poſſeſſionum, nec non baleni, juxta ipſam Eccleſiam ſiti. Canonicorum item Collegio, & Cardinalis eam titulo decoravit, de quo agit Symmachus in Concilio Romaoo, num. 5.

7. Magnificum ab initio, narrant veteres, Templum fuiſſe, tribus diſtinctum navibus. Octavo ſæculo ab Hadriano I. & Leone III. reſtauratom. Sed vetuſtate nimia ruinis proximum ſæculo XV., illud demolivit Raphael Card. Riarius, ædificatoque magno Cancellariæ Apoſtolicæ palatio, intra iſtius ambitum Templum alterum mediocris molis S. Laurentio erigens, concluſit, haud longe poſitum a loco, ubi priſtinum extructum fuerat. Quocirca Clemens Papa VII. conſt. 34. eidem Eccleſiæ in perpetuum Vicecancellarii Romanæ Eccleſiæ Titulum addictum voluit. Fertur, plures ejuſdem Templi Eminentiſſimos Titulares animum adjeciſſe, ut magnificam ſanctiſſimo Martyri, ſicut erat ab exordiis, excitarent Baſilicam. Retro nam poſt Eccleſiæ presbyterium, exigua vel ablata Palatii parte, ſatis amplum inde loci eſt ſpatium, per quod illa poſſet extendi: ſed nemo eorum hactenus mentis conſilium in opus reduxit; forſitan alteri progreſſu temporum purpurato ejuſdem Tituli Principi hujuſmodi reædificationis Deus gloriam reſervat; ut in votis eſt Urbis. Et revera Titulus adeo per Orbem celebris dignam ſeſe amplitudinem, & majeſtatem expoſcere videtur. Sub hujus ara maxima requieſcit corpus Beati Pontificis, dirui Templi fundatoris una cum altero S. Eutychii Martyris: cujus illuſtre martyrium verſibus idem S. Damaſus celebravit; Romanumque Martyrologium commendat pridie Nonas Februarii. Sub eodemque altari jacet corpus S. Hippolyti Epiſcopi Portuenſis, & martyris, viri eruditiſſimi, de quo agunt Ambroſius, Hieronymus, & Gelaſius Pontifex, ut videre licet apud Baron. in notis ad Martyrol. Rom. ſub die 22. Auguſti lit. c., ejuſque laudem cum Timotheo, & Symphoriano univerſalis Eccleſia recitat eodem die. Ibidem præterea medietas eſt corporum ſanctorum Martyrum Fauſti, & Jovini: necnon ſub ara S. Michaelis Archangeli pars ſanctorum Boni & Mauri, quorum reliquum eſt penes Baſilicam SS. XII. Apoſtolorum de Urbe. Aliis quoque ſanctornm reliquiis idem *In Damaſo* coodecoratum eſt Templum: quas inter peculiari commemoratu dignum eſt cilicium S. Pauli Apoſtoli, Pancirolio teſtante in Theſauris abſc. Urbis.

8. A Clemente XII. quotidiana perpetua plenaria indulgentia ditatum eſt: ſtationemque Quadrageſimalem adſignatam habet feria tertia Dominicæ quartæ ipſius carniſprivii. Obtinet altare ſpeciali conceſſione indulgentiarnm pro defunctis inſignitum: in quo ſervatur auguſtiſſimum Eucbariſtiæ ſacramentum; cui famulatur erecta ſodalium Archiconfraternitas, multis gratiis, & indulgentiis a Summis Pontificibus Julio II., Leone X., & Paulo V. locupletata. Præceſſit hanc altera Archiconfraternitas ſub titulo Sanctiſſimæ Conceptionis B. M. V. anno 1465., ſub Pio II. Pontifice Maximo inſtituta, theſauriſque ſpiritualibus honeſtata. In adbærentibus olim ædibus huic Baſilicæ hoſpitatus eſt Eccleſiæ Doctor S. Hieronymus, ex Oriente Romam veniens, a S. Damaſo vocatus; cujus Eccleſiaſticis ſcribendis epiſtolis adjutor fuit. Neque ſecus S. Birgitta; quæ in cubiculo ex feneſtra, cuidam ſacello Sanctiſſimi Crucifixi reſpondente, orans, meruit ex illa ſacra imagine Dominum ſibi audire loquentem. Ipſaque Domini e Cruce pendentis effigies in magna eſt veneratione penes eamdem Eccleſiam. Inſigni Canonicorum Capitulo ad hæc uſque noſtra tempora Templum ſplendet: habetque adnexam animarum curam, ac viginti filiales paræcias ſub ſe numerat. Complura contigeruot prodigia in vetuſto ejuſmodi loco ſancto, cujus vices præſens ædificata tenet Eccleſia. Horum poſtqoam multa diſtincte commemorat Petsus, Diaconus Apoſtolicæ Sedis; tandem concludit, dicens: *Hæc autem miracula alii Beato Laurentio Martyri, alii Beato Damaſo deputant Confeſſori: nos autem in miraculis non dividimus, quos una patria genuit, una Eccleſia promovit, una Baſilica colit in terris, unus Dominus honorat in cælis.* Vide Baron. loc. cit. In ejus baptiſmatis fonte renata fuit S. Franciſca Romana. Demum impræſentiarum idem in jure Fanum pretioſis nitet marmoribus, argenteis candelabris, ac vaſis; aliiſque ornamentis aureis ſacræ ſupellectilis copioſis in dies accedentibus, Vicecancellariorum Eccleſiæ Romanæ beneficiis. Cultuſque Dei, ſuique Martyris claro ſemper fulgore coruſcat, ac diſtinctis ſacræ pompæ ſignificationibus promovetur: necnon Quadrageſimali tempore, magnæ notæ ſæpe præconibus verbi Dei (quos inter olim fuit S. Franciſcus Xaverius, poſtea Indiarum Apoſtolus) nova ſuſcipit incrementa.

Rela-

9. Relata *In Damaſo*, & *in Lucina* Templa alterum Sancti Laurentii Fanum, *in Paniſperna* nuncupatum, ſanctitate loci videtur excedere. Quandoquidem fundatum eſt ſupra Viminalem montem, ubi olim erant Olympiadis thermæ, ac Valeriani palatium, cujus adhuc ſecundum antiquarios, apparent veſtigia, quo loci aſſato Levitæ beatiſſimi corpore, anima ejus evolavit ad ſidera. Hujuſmodi rei gratia duæ ſunt collaterales januæ hinc, & hinc, in medio habentes proceram Templi portam; per eaſque ad inferiora deſcenſus patet ſubtus eandem Eccleſiam, quo ſub fornice parvum eſt altare, feneſtram ſupra ſe tenens, ferreis munitam cancellis, per quos conſpicitur ſolum ubi craticula fuit poſita, & ignis accenſus ad Martyrem aſſandum. Quare maximum eſſe cenſetur Sanctuarium poſt ſepulcralem ejus loculum, ſacras ipſius exuvias continentem. Quod vero ſpectat ad ſuperiorem Baſilicam; eam Pancirolus, & alii conſtructam exiſtimant Conſtantini magni diebus; nullum quum legatur fundationis ejus initium penes urbis Romæ ſcriptores; veroque ſimile appareat, celebris adeo locus haud diu Templo deſtitutus fuerit, morte pretioſiſſimi Martyris conſecratus: in cujus honorem per id temporis, uti ſupra vidimus, ſanctorum ſtudio plura erecta fuere diverſis Romæ Regionibus Fana ſub ejus nomine; quanquam nulla veſtigiorum ipſius Sancti Levitæ memoria iiſdem in locis eſſet. Magis, quod octavo ſæculo eadem Baſilica a S. Stephano III. reſtaurata fertur in Anaſtaſio: ſignum ita indicans ſuæ ante præſatum ſæculum antiquitatis. Cui & S. Leo III., ut idem ſcribit Bibliothecarius, *veſtem de quadruplo, & caniſtrum argenteum, penſ. libr. duas & unc. ſeptem obtulit*. Circa finem ſæculi noni eam Formoſus Pontifex in meliorem reſtituit formam. Unde Grimaldus, apud Carolum *Piazza* de Titulis Cardinalium, opinatus eſt, eadem ex cauſa fuiſſe prædictam Eccleſiam vocatam *In Formoſo*, vel *ad Formoſum*. Sed falſo. Nam Cl. Blanchinius in Prolegomenis ad Anaſtaſium antiquitatem hujus vocabuli examinans, deprehendit, longe ante Formoſi Pontificatum fuiſſe illam appellatam hoc nomine, inquiens: *Ante Formoſi ætatem annis quam centenis eam fuiſſe dictam Eccleſiam ad Formoſam, ſive ad Formoſum, & in Formoſo*. Temporibus tandem noſtris Monaſterii Sanctimonialium Clariſſarum impenſis, (poſtquam ſæculo XVI. novum a fundamentis eſſet excitatum Templum) in præſentem nobilem redactum eſt architectonicem; ſplendidis ornatum marmoribus, aureiſque operibus, ac æſtimabilibus picturis etiam in teſtudine, quæ Sanctum exprimunt introeuntem in Domini gloriam.

10. Sacram hanc B. Laurentii ædem honorant corpora Sanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani, quorum meminit Romanum Martyrologium die 25. Octobris: nec non Sanctæ Marmeniæ Martyris, quæ paſſa eſt cum filia ſua Licinia, & vigintiduobus aliis de ipſius familia ſub Almachio Urbis præfecto. Inter ceteras inſignes quorundam ſanctorum reliquias, qui vixerunt Apoſtolorum temporibus, adſervatur integrum ſua cum carne corpus Sancti, cujus nomen ignoratur. Ita Pancirolius. Eadem in Eccleſia ſepulta fuit ſancta Birgitta vidua: ibidemque requievit, donec in Scotiam ad Waſtanenſe Monaſterium, S. Catharinæ ejus filiæ opera, corpus translatum fuit, relicto iſtius brachio, pallio nigri coloris, ac officii libro in eo, quo jacuerat ſepulcro; quod exiſtit ſub ara ſacelli, ibidem ſanctæ Viduæ dicata. Tanti porro Sanctuarium hoc Laurentianum beata pendit princeps Mulier, ut jam pro Chriſti amore pauper facta, quotidianis prius expletis ſpiritualibus exercitiis eodem in Templo, ad hujus dein valvas ſe ſiſtens, humiliter eleemoſynam peteret ab introeuntibus, non tam ſibi, quam pro aliorum pauperum indigentiis ſublevandis (ſicut liquet in Bulla canonizazionis ejus a Bonifacio Papa Nono edita) acceptamque eleemoſynam demiſſiſſime oſculabatur. Corpuſculum quoque ſuum ibi fore tumulandum prophetico ſpiritu aliquando prædixerit.

11. Aliis item ſacris argenteis lipſanis ſacrarum reliquiarum magnæ conſiderationis eadem abundat Eccleſia: quæ pariter ſtatione feriæ quintæ poſt primam Quadrageſimæ Dominicam honorificata diſtinguitur. Antiquis diebus una erat ex viginti Eccleſiis Abbatialibus, quarum Abbates Romano Antiſtiti, exercenti Pontificalia in ſollemnitatibus, adſiſtebant: ex Honuph. Panvin. Tract. de VII. Eccl. Monachis poſtea ſublatis, tranſiit in Commendam, Mattheoque Columnenſi Commendatario anno 1226., quo Seraphicus Pater S. Franciſcus Aſſiſienſis migravit in cælum, ſanctimonialibus Clariſſis, quæ morabantur apud S. Mariam Montium de Urbe, conceſſa fuit: ubi complures virgines multa vitæ ſanctitate floruerunt, ſeſe dignas tanto caſtiſſimi Levitæ Sanctuario comprobantes. A quarum ingreſſu nondum elapſo ſæculo, Bonifacius VIII. Pontifex Maximus ipſum Templum reſtauravit, & Leo X. in Titulum Preſbyteri Cardinalis erexit; Virginumque Parthenium refecit: inter quas multæ nobilioribus ex Romanis familiis religioſum amplexatæ ſunt inſtitutum: magis autem omnes illuſtres; quia peculiari ſub patrocinio almi Martyris degunt. Anno 1759. hujus Eccleſiæ Titulum ſuſcepit Emus Card. Ganganellius Ord. Minorum S. F. Conventualium, hodie Clemens XIV. Pontifex

Max. Quem Deus io longa tempora ſervet incolumem ad totius Chriſtianæ Reipublicæ incrementum.

12. Deſcenſo clivo ejuſdem Viminalis montis, extat altera S. Laurentii Eccleſia ad radices Eſquilini, quæ appellatur *In Fonte*. Parum quidem eſt mole Templum, ſed pulchrum, ac bene ab Aulicorum congregatione ſartum tectum, & beneficiis auctum. Fundatum eſt ſupra carcerem domus Hippolyti, ubi prius ſuerat palatium ſervii Tullii Sexti Romanorum regis; temporum licet ſucceſſu ædes ibi ſuerint ejuſdem Hippolyti, Romani equitis: in cujus cuſtodiam Imperator tradidit Sanctom Levitam, a militibus tentum. Quocirca Martyris præſentia ſanctificatus eſt locus iſte. Dicitur autem *in Fonte*, quod Thaumaturgus noſter, eodem in carcere poſitos, converſo ad fidem Lucillo, quum aqua non eſſet, nt eum ablutionis tingeret ſacramento, ſicut in ejus retulimus actis, terram digito tangens, aquarum aperuit ſontem, ſuumque catechumenum, oculorum orbatum lumine, baptizavit, ſimul & corporis viſu donavit. Per multos deſcenditur gradus in ſobterraneis ejuſdem Eccleſiæ ad viſendum commemoratum ſontem, perennes ad hæc uſque tempora emittentem aquas, infirmis, ac præſertim ſebricitantibus ſalutares. Idemque Sanctuarium pio cum ædificio Aulicorom, ſibi adnexo (quod Franciſcus Cardinalis Sforzia, purpurati tum Collegii princeps, ſive decanus, anno 1624. ſundavit) ſub cardinaliſia protectione conſiſtit. Gaudetque in cunctis Dominicis meoſis Maii omoibus iodulgentiis, quibus Eccleſia S. Sebaſtiani, una ex ſeptem Urbis, fruitur. Reſtauravit idem Templum Emus Alvarez, Cardinalis Toletanus an. 1545. quod prædicti Urbis aulici nuper ampliarunt.

13. Inter antiquiores Urbis parœcias, ſcriptores ajunt, recenſeoda eſt illa, quæ nuncupatur *S. Laurentii ad Montes*, cujus Parochorum perpetua traditione ad nos deſcendit, quod ibidem ſuerit habitationis domus ejuſdem Martyris, quum eſſet in minoribus Eccleſiæ gradibus. Quanquam de hac re vetuſta petierint documenta; nulla quum extent hodie id genus apud landatam parœciam. Snademur, excidiſſe in plurima Urbis vaſtatione, quemadmodum & permulta alia periere. Locus eſt initio aſcenſus Capitolini montis, ab Orientali parte; unde Templum olim dicebatur *Sancti Laurentii de Aſceſa*; vicuſque antiquitus appellatos *Argentarius*. Obſtat antiquitati Eccleſiæ Pancirolius, nollis tameo ex adverſo productis monumentis. Solumque adducit, æs campanum ejus præ ſe ſerre annum ſuæ ſuſionis 1259. At probare id neutiquam poteſt, illud primum Templi a ſua erectione ſuiſſe tintionabulum. Et aliuode mentio ſit hujus Faoi in epiſtola Innocentii III. num. 96. lib. 2. tom. 1. Qui Pontiſex creatus ſuit 1198., neque de hac loquitur Eccleſia quaſi tum nuper ædificata. Quum igitur obſcura omnino ſint ejus exordia, valere quoque pro iſta debet ipſius Pancirolii argumentum pro antiqnitate alterius *in Pane & Perna*, a ſilentio ſcriptorum erutum. Huic ſententiæ Franciſcus Poſterla ſubſcribit in ſua Roma ſacra. Qualiſcunque demum ſit relata traditio Laurentianæ quondam habitationis, a nemine, quod ſciam, impugnata; ſane in tota Urbe locus non eſt alter Martyri ſacer, qui ſibi vindicet beatam aliquando ipſius in terris menſionem, priuſquam ad Romanum Archidiacooatum vocaretur. Unde congruentia ſurgit vetuſtæ ſundationis ejuſdem Ædis Sacræ. Ejus animarum cura, Sixto V. Pontiſice Maximo, ampliata ſuit, demolito parochiali S. Nicolai templo ad Columnam Trajani.

14. Apud vetuſtum forum Romanum Canonicorum olim erecta ſuit Eccleſia titulo Sancti Laurentii *in Miranda*, quam tantæ antiquitatis æſtimat Pancirolius, ut eam exæqoet S. Hadriani templo, de quo prius dixerat, reædificatum ſuiſſe ab Honorio primo anno 630. Unde conjicitur, quarto vel quinto ſæculo illa Sancti Laureotii primitus conſtructa ſuerit. Denique vetuſtate pene collapſa, Martinus V. anno 1430. Aromatariorum Collegio dedit (ſuppreſſis eo loci Canonicis) cum omnibus ſuis juribus, ac proventibus. Quare ipſi donatarii anno 1607. pulchra illud renovarunt diſpoſitione, adjecto ibi pro ſe, & ſuis Noſocomio. Ara Templi maxima loculamentum nobilibus cum columnis marmoreum deſuper habet, in quo eſt picta S. Laurentii effigies Levitico in habitu, quem urgent carnifices ſuper lignorum ſtruem. Opus celeberrimo Petri Cortonenſis, elaboratum pennicillo. Frons Eccleſiæ antiquiſſimam obtinet porticum, quam componunt decem ingentes columnæ marmoreæ cum epiſtyliis ex uſu proſaoo io hujuſmodi ſacrum converſæ. Quandoquidem ſæculo 11. a S. C. Antonino Imperatori & Fauſtinæ erectæ ſuerant ad eorum delubri ædificationem, quo diruto, ceſſeront in ejuſdem portici ſtructuram & ornamentum. E regione hujus Templi ad meridiem mons eſt palatinus ubi Martyr in baſilica quondam Jovis acerrime vexatus ſuit multiplici torſione. Cujus memoriæ gratia in dextro latere interioris Eccleſiæ ſacellum eſt, tabulam depictam ſuſtinens Laurentiani martyrii ſuper cratem igneam, & in remotiori proſpectu repræſentanrem præfatum palatioum montem cum Martyre aliis diſcruciato ſuppliciis. Vide, quæ in ejus diximus actis libr. 11. cap. 3. num. 19.

15. Prope circumcolumnium S. Petri in Vati-

Digitized by Google

Vaticano ſub plateæ coofioibus Fanum eſt alterum, noſtri Herois nomine, vulgo appellatum *In Borgo*, aliter *in Piſcibus*. Sæculo XII. pertinebat ad Capitulum ejuſdem S. Petri, ut ex iſtius liquet Archivio: ejuſque meminit Ciacconius in Innoc- III. Eratque Parochiale, inquit Floravantes Martioellus pag. 140. Thomas Card. Armellinus Anglicæ nationis, a Joanne XXII. donatus purpura 1411., nec non Cæſii Duces Cærenſes illud reſtaurarunt. Denique Dux de Aquaſparta, qui floruit ſæculo XVII. jus in eo Patronatus habens, Templum rædificavit, architecto equite Fraociſco Maſſario, ac dono dedit Patribus, tum recenter inſtitutis, ſcbolarnm piarum, ubi conſtituerunt ii Tirocinium receptorum ad Religioois ſuæ habitum, ut ibidem annum probationis abſolvant: Ædemque ſacram religioſa excolunt pietate cum expoſitione auguſtiſſimi Sacramenti altaris omnibus & ſingulis quartis hebdomadarum feriis, Martyri, ut alibi diximus, ſacris per totius anni circulum.

16. Sub ejuſdem Martyris titolo etiam floret Eccleſia, quæ dicitur *S. Benedicti in Piſcinula*, curam animarum obtinens. Præeſt beneficio Parochus ſub nomine Rectoris. Locus eſt venerabilis ob S. Benedicti Abbatis incolatum; ad quod Fannm titulus acceſſit *S. Laurentii*; quandoquidem prope conſtructum erat iſtius Templnm, *In piſcinula* pariter nuncupatum; de quo egit Innocentius III. in ſecundo capite *de Cappellis*. Inundatione vero Tiberis collapſum, Pontificia diſpoſitione ſuis cum redditibus eidem Eccleſiæ unitum fuit, erecto in dextero Eccleſiæ cornu ſacello Contitulari ſanctiſſimo: cujus & feſtum ibidem peculiari quotannis ſignificatione celebratur.

17. Sit deoique præſentis capitis de Romanæ Urbis Eccleſiis ſub invocatione *S. Laurentii* corona præſulgida Lateraneoſe Pontificium Oratorium, quod hujus Archimartyris nomini perpetuo conſecratum fuit; habetque ſuper aram ſcriptum:

Non eſt in toto ſanctior orbe locus.

ſupremus hic plane ſanctitatis locus æquum fuit, ſupremo adſcriberetur Martyri; ne is ulli ſanctorum cederet in ſibi præſtiti cultus gloria; permiſſo etiam, quod eorum aliquis de majori nnmero, vel amplitudine, & elegantia Eccleſiarum in Orbis Chriſtiani circuitu gloriari queat ſuper innumeras Laurentianas. Præſtat enim Sacellum hoc unicum ſuæ ob excellentiam dignitatis ceteris ubique terrarum Baſilicis ſub ſole conſtructis; exigoæ licet deprehendatur molis. In vetuſtiſſimo igitur Lateranenſi Pontificum Patriarchio Sanctuarium iſtud a Beato Silveſtro erectum creditur, & conſecratum ſub Sanctiſſimi Levitæ auſpiciis; & a Silveſtri ſuceſſoribus (quos inter numerantur ſuper quadraginta, Eccleſiaſtica poſt mortem veneratione fulgentes) a IV. ſæculo ad XIV. frequentatum & excultum: ubi ſummi iidem Sacerdotes private Miſſarum ſacrificia quotidie peragebant uſque ad Theodori I. pontificatum ſæculo VII. qoi Pontifex illud ampliavit, uti cum Panvinio ceteri ſacræ Urbis ſcriptores conſeotiunt; nimirum capax ut foret ſollemois Pontificalis officii, multoties in cujuslibet aooi ſollemnitatibus celebrandi. Teſtantur ſiquidem vetuſti Romani Ordines, ibidem ſummos Pontifices fuiſſe ſolitos in Cœoa Domini abluere pauperum pedes; ſive, ut habet Ordo Romanus X., *Miſſa ſolemniter peracta ad S. Joannem in Laterano, indutus Pontifex aſcendit palatium, comitantibus eum tum Epiſcopis, quam Presbyteris, & Diaconibus omnibus paratis, ſecundum ordinem ſuum. Pontifex vero ingreditur Baſilicam* (intellige ampliatum Oratorium) *S. Laurentii, & ſine planeta reſidens in ſede, facis mandatum duodecim ſubdiaconis. Interim cantores cantant veſperas ante eum, ut mos eſt &c.* Eodem loci feria VI. in Paraſceve accipiebat Dominicæ crucis lignum idem Pontifex Maximus, eodemque ſollemni comitatu cleri, diſcalceatiſque pedibus, illud portabat ad Lateranenſem prius Eccleſiam, dein ad S. Crucem in Hieruſalem, ubi perſolvebantur illius diei officia. Ordoque Romaous XIV. inquit: *Dominica S. Paſchæ ſummo mane Dominus Papa, dicta prima, vadit in Baſilicam S. Laurentii, quæ dicitur Sancta Sanctorum .... in faldiſtorio prius orat, poſtea induitur a Diacono, & ſubdiacono uſque ad dalmaticam. Tunc ſurgit, & ingreditur ad Salvatorem* (de qua imagine ibidem repoſita mox dicemus) *aperitque imaginem Salvatoris, & deoſculatur pedes ipſius imaginis. Tunc venis ad Altare ſumens crucem ..... & tenendo eam in manu, cantat voce convenienti antiphonam: Surrexit Dominus de ſepulcro, qui pro nobis pependit in ligno alleluja.* Tum pacem dabat miniſtro, dicens: *Surrexit Dominus vere.* Reſpondebatque, pacem recipiens: *Et apparuit Petro.* In ipſis etiam Romanis Ordinibus legitur, quod creatus novus Pontifex, antequam ſalutaretur a Clero, introducendus erat in eandem S. Laurentii Ædem, ubi orationem ſuam *in longum* protrahebat. Videlicet ut ejuſdem Martyris patrociniis corroboratus, univerſalis Eccleſiæ curam ſuſciperet. Vide prædictos Ordines a Mabillonio in lucem editos.

18. Poſt dimidium ſæculi VIII. S. Gregorius II. cæleſti pretioſo imaginis Salvatoris theſauro relatam S. Laurentii ditavit Ædem. De qua D. N. effigie Lateranenſe documentum perantiquum habet: *Cum enim per manus præ-*

fati

ſati Evangeliſtæ (videlicet Lucæ) *tantum deſignata foret* , *& nec dum eſſent colores appoſiti* , *repente inventa eſt eadem glorioſa imago Salvatoris admodum decore præfulgens* , *utpote non humano opere* , *ſed ineffabili divina virtute peracta* . Uode Imago *Achiropœta* dicta eſt oempe *non manufacta* . Ejus meminit S. Thomas Aqninas 2. p. q. 25. art. 3. ad 4., aliique ſcriptores. Vaticani autem mſs. codices ſignati 375. & 1147., Græcis literis latine redditis a cl. Rhodio Cyprio , translationem ejus ab Oriente factam exhibent hoc ferme pacto. Qunm Leo Iſauricus bellum in ſacras Imagines Conſtantinopoli excitaſſet ; ac S. Germaoum Patriarcham earum defenſorem exegiſſet civitate; is exul ſecum laudatam tulit imaginem , gliſcenteqoe perſecutione, com cerneret, nec tute ſatis eam ſervare poſſe abſque gravi periculo incidendi in manus furentium Iconoclaſtarum , lacrymis circumfuſus , oſculans illam (quæ in palmæ tabula picta eſt) una cum litteris ad Pontificem ſummum directis , ac in ipſa tabula , quam perforavit , colligatis, projecit in mare , dicens : *Magiſter* , *ſalva te* , *& nos* . Et ecce tabula non ab aquis huc illuc agitata , non prona , vel ſupina , ſed recta , ſe ipſam ſuſtinens , incedebat per mare , ſolaque ioſima extremitate aqoas taogebat , eas movens ſecundum ceptum itineris curſum . Nocte vero eadem , qua corſu celerrimo Romam verſus pergebat , Sanctus Gregorius II. in ſomnis admonitus eſt , ut obviam iret Regi per mare ad ſe veoienti . Quocirca mane Pontiſex ſurgens, acthuribulis ad oſtia Tiberiana in parata perrexit navi . Cumque eo perveniſſet , cito videt a longe venientem , & ad ſe accedentem iconem Dominicam , repletuſque ſimul timore & gaudio , procideos aote illam prope ſe factam , adorat , & clamat , cum fletu dicens : *Numquid nobiſcum indignis* , o *Domine* , *hoſpitari dignatus es*, *& ad noſtram Urbem tua navigatio ? Quemadmodum ſuper aquas pedibus incedis* , *ſic etiam aſcende ad nos* . *Non enim audemus noſtro impetu te tangere ; quoniam etſi in aquarum ſuperficiem ambulas* , *ſed profunda eſt tuorum judiciorum mens* . Hæc quidem ipſe Gregorius clamabat , indubitata motus fide . Illa vero imago, ſuper aurum & lapidem pretioſum multum æſtimabilis , ſubito per aerem volans, in ulnis ſe poſuit Beati Pontificis . Tum Sacerdos magnus reverſus in Urbem , comitante Clero , ſacram ferens Salvatoris imagioem , currum a populo paratum conſcendit , ut pignus illud deſiderabile ab omnibus videri poſſet ; atque cum hymnis & canticis ad Sancti Petri detulit templom . Ubi primum effigiem Chriſti expoſuit . Lectiſque Patriarchæ Germaoi litteris , hora & die ſignatis, deprehendit , vix effluxerit tempus viginti quatuor horarum , ex quo e Conſtantinopolitano littore Romam Imago amabilis iter inceperat, perveneratque ad Tiberis oſtia . E cujus pedibus humor defluebat , qui ægrotis omnibus applicatus , illico ſanitatem ab infirmitate qualibet conſerebat . Ille demum , qui olim in ſua perſona , & poſteriori narrato tempore ſua in effigie ſuper fluctus maris ambulavit , decorato Principis Apoſtolorum templo publica ejuſdem mirifici theſauri expoſitione , ſuam diſpoſuit requiem habitationis in ſancti Archimartyris Oratorio Lateranenſi . Quo loci multis & ornamentis aureis & argenteis gemmiſque pretioſis Imago referta , impræſeotiarum ex tunc ſervatur, & colitur . Nec inde diſtrahitur , niſi ſumma aliqua Urbis , vel univerſalis Eccleſiæ neceſſitate urgente, Romano præſente Pontifice , ac Apoſtolico purpuratorum Senatu , totoque ſæculari , & regulari Clero comitante : circumduciturque ad Baſilicas, juxta ordinationem Apoſtolicam , deſignatas ingenti ſacræ pompæ ſollemnitate : quemadmodum non ſemel fieri contigit retro temporibus , ut vetuſti etiam narrant hiſtorici .

19. Tria exinde Sanctuarium iſtud complectebatur altaria , ot liquet ex Joanne Canonico Lateranenſi , & ex mſs. Baſilicæ Salvatoris eodem in Lateraoo : quorum primum dicatum fuit ſacroſanctæ commemoratæ imagini , in quo Sanctus Leo III. , ſæcolo eodem labente , (vel ut alii volunt , Leo IV. ſeculo IX.) arcam cypreſſinam , tres contineotem argenteas thecas , repoſuit . Quarum in una crux erat aurea , pretioſis diſtincta gemmis ; in cujus medio ſervabatur præputium D. N. Jeſu Chriſti . In altera erat encauſtica crux , & in ea vitale crucis lignum . In tertia Domini ſandalia cuſtodita . In ipſa quoque arca cypreſſina , tres enumeratas habente argenteas thecas , repoſitus item fuit unus panis ultimæ Redemtoris noſtri cœnæ , nec non pars arundinis , ac ſpongiæ , qua Jeſus , in cruce pendens , aceto potatus eſt . In fronte vero arcæ legebatur inſcriptio : *Sancta Sanctorum* . Unde nonnulli putarunt , Oratorium iſtud nuncupatum exinde fuerit , *Sancta Sanctorum* . Sub pedibus Achiropætæ imaginis idem S. Leo faſciam extendit pretioſis lapidibus diſtinctam , cojus in ſubſuto ſerico involuta erant fragmenmenta S. crucis , ſepulcri , lanceæ , columnæ , & flagellorum , quibus Dominos cæſus fuit . In ſecundo altari fueruot recondita Apoſtolorum Petri & Pauli capita , æreo in armario clauſa , donec ſæculo XIV. Urbanos V. ea recognoſcens , ad Baſilicam tranſtulit Lateraneoſem . In tertia tandem ara , peculiariter Sancto Laurentio ejuſdem Oratorii Titulari dicata , collocati fuere carbones , intincti ſanguine almi Martyris , nec non reliquiæ ex ejus exuſti corporis adipe . Ceterum

Digitized by Google

terum innumeræ ſunt ſanctorum reliquiæ eodem in Laurentiano Sacello, conſervatæ ſuperioribus in loculis: circumcirca diſpoſitis: quas ait Panvinius pag. mihi 246., Leo X. revidit, multiſque adſiſtentibus, oſtendit; iterumque ſuis repoſuit locis. Nobiſque ſufficit addidiſſe, ad hæc uſque tempora illic ſervari veſtimenta ſacerdotalia beati Petri Apoſtoli, & levitica S. Laurentii cum ſubdiaconalibus S. Stephani Protomartyris; quæ, conſecratione præfati Oratorii peracta, ipſi cæleſtes adminiſtri diſparentes, ibidem reliquerunt. Fuit & in hoc ſanctificationis loco altera S. Laurentii apparitio, de qua in capite *de Apparitionibus* ejus erit agendum.

20. Poſt initia ſæculi XIII. Honorius III., prius dictus *Cencius de Sabellis*, idem reſtauravit ſacellum. Sed anno circiter 1278. collabente vetuſto ædificio, Nicolaus III. ex Urſinorum familia Pontifex, in priſtinam reſtrinxit formam, ut hodie conſpicitur, unico cum altari, muros ejus a fundamentis erigens ad æqualitatem vetuſti palatii Lateranenſis: novamque Oratorii ſtructuram marmoreis operuit corticibus opere muſivo, ut Severanus, & Floravantes ſcribunt. Quorum primus Ptolomæum adducit teſtem, ipſius Nicolai III. ſynchronum ſcriptorem. Super ejuſdem reædificati januam Sanctuarii, beatiſſimi Titularis imago cernitur: quam januam femineus nequit ingredi ſexus ob ſanctitudinem loci; ſed unice ferreos per cancellos interiora illius videre poteſt. Porro inter muſiva opera depictum cernitur ab interiori parte ſuper feneſtram, cancellis clauſam ferreis, ſanctiſſimi Levitæ martyrium, ut ipſe vidi. Illud quoque certum eſt, ſingulare iſtud Oratorium, ſicut S. Laurentii nomine ab initio erectum fuit, ita & reædificatum a Nicolao III. ſub eodem titulo conſecratum perſeverat. Pro quo volumen haud exiguum typis datum diebus noſtris apparuit, cui titulus *De Oratorio S. Laurentii &c.* Quod vero minoris ſit molis poſterior hæc reſtituta Laurentiana ſacra Ædes, quæ prius capax erat ſollemnium Pontificalium; id profecto nil detrimenti attulit ipſius excellentiæ, quin potius ſpatia fecit, ut de hac poſteriori prædicari poſſit, quod per Aggæum Prophetam de Judaico ſecundo Templo, poſt deſtructum Salomonicum altioris notæ, vaticinatum fuerat, ubi ſanctus Vates ait cap. 2. 10. *Magna erit gloria Domus iſtius noviſſimæ plus quam primæ*. Nullum enim ad conſervationem priſci Oratorii legitur Divinom patratum miraculum; quod tamen ad incolumitatem novi editum eſt. Quandoquidem conflagrante Lateranenſi Baſilica, flammiſque in immenſum ſuccreſcentibus, palatium ei adnexum Pontificium ſimiliter exarſit, ſalvum nihilominus, & incolume Divino prodigio remanſit idem S. Laurentii Oratorium; quamvis in eodem incenſo exiſteret Patriarchio, ut notant Honuphrius de vit. Eccl., & Ciaccon. in Clementis V. vita. Contigitque portentum anno ſalutis 1308. Genus ſane miraculi, quod non ſemel, aut bis viſum eſt in rebus, ad Sanctum Laurentium pertinentibus, nimirum flamma non auſa fuerit eas tangere: ſicut infra opportunis videbimus locis. Angelus ſiquidem ipſe Domini eſt, in Apocalypſi præfiguratus, quum cap. 14. 18. legitur. *Angelus exivit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem*. Altera & huic recentiori ſacræ Domui acceſſit gloria magni etiam momenti. Ad augendam etenim ei, conciliandamque totius catholici Orbis reverentiam, Sixtus V. Pontifex Maximus ſcalam ſanctam, Redemptoris noſtri ſanguine reſperſam, alio loci ſitam, illuc transferre curavit. Erant olim ii aſcenſionis gradus Jeroſolymis ad palatium Pilati, quos Dominus in ſua paſſione, cruore proprio perfuſus, pro ſalute humani generis ſcandere, ac deſcendere, morti adjudicatus, minime recuſavit. Per quos hodie flexis genibus in præfatum Oratorium aſcenditur, medium tenentes locum inter gradus hinc inde appoſitos pro cultorum deſcenſu, ac miniſtrorum ſanctuarii uſu.

21. Sunt & laterales ædes ſacræ in ejuſdem Oratorii plano; in quarum dextra parte, idem Pontifex Sixtus alterum erexit altare picta cum imagine Sanctiſſimi Martyris, patens ſacerdotibus ad ſacra ibi celebranda myſteria; nemini quum in altari Pontificio interiori ea peragere permiſſum ſit. Locus denique iſte terribilis ſimul & amabilis, undique ſanctitatem, reverentiam ac devotionem halat; quo & confluunt ex toto terrarum Orbe peregrini. Vetuſtis temporibus erat laudatum Sanctuarium a ſex Canonicis cultum, quorum primam dignitatem, qui *Prior* dicebatur, obtinebat. Sed ob loci anguſtiam, aliaſque legitimas cauſas Martinus V. Pontifex Maximus anno 1423. Conſtitutione, quæ incipit: *Cunctis Urbis Eccleſiis diſponente Domino*. Sub datum ad S. Petrum XIV. Kalend. Junii prioratum & canonicatus prædictos Lateranenſi univit Baſilicæ; cujus pleno capitulo mandavit, ut adimpleret functiones, & officia, nec non ceteris oneribus ſatisfaceret, ad quæ tenebantur Prior & Canonici Sancti Laurentii *ad Sancta Sanctorum*. Et quia honores cum oneribus tranſferuntur, proditur ratio, quare Lateranenſe capitulum ſingulari demonſtratione in ſollemnibus ſupplicationibus non unam tantum prægrandem argenteam inauratam erigat Crucem una cum tintinnabulo, & conopæo (ut reliqui Patriarchalium Eccleſiarum Canonici deferunt ante ſe) verum duplicata eadem ſacra gerit inſignia, nimirum propter unionem jam commemora-

moratam capituli Pontificiæ palatinæ Baſilicæ S. Laurentii *ad Sancta Sanctorum* cum præſato S. Joannis Lateranenſis, ut a viris eruditis fideque dignis accepimus. Demum quod ad ſacroſancti ejuſdem Oratorii adminiſtrationem atriner circa temporales proventus, eleemoſinas, decentemque conſervationem ejus, muoeris eſt Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Salvatoris; cui eoncreditum fuit guberoium unios & alterius Hoſpitalis ſancti Joaonis: ejuſque ſtatuta ſæculo xiv. comprobaverat Joannes XXII. Et quanquam Romani Pontifices, deſtructo Lateranenſi palatio, reſideant io Qoirinalibus aut Vaticanis, ædibus; adhuc tameo ab eorum non excidit, neque excidet corde priſca ſuorum prædeceſſorum veneratio erga Laurentianum hoc Sanctuarium, quin multoties huc contendant, ae pecoliari viſitent devotionis affectu. Ad quorum exemplar populus pluries certatim concurrit ad eundem ſanctitatis locum, moltiplicia obtinens ab invocato Martyre beneficia; teſtimonium de hac re perhibentibus pictis, magno in numero votis tabellis cum depicta ipſius Martyris effigie, appenſiſque ad parietes exterioris dicti ſacelli, de quo paullo ſupra egimus, a Sixto V. erecti. Quare Domini verba, olim Salomoni facta de Jeroſolymitano templo, ſuo in ore aſſumere pro loco iſto videtut præpotens Martyr, ſeſeque ita perpetuis declarare experimentis: *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco iſto oraverit. Elegi enim, & ſantificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Paralip. lib. 2. eap. 7. ℣. 15. & 16.

22. Et hæc quidem ſunt monumenta præcipua, quæ ad poſthumam Beatiſſimi Levitæ gloriam ab antiquis ſæculis ad hæc uſque tempora in Urbe vigent; ſilentio miſſis inferioribus aliis, vel publicis, vel privatis oratoriis, aut ſacellis penes eandem urbem, ſive in Vaticano, ſive in Quirinali Pontificum Palatio, ſive in Eccleſiis, vel Magnatum domibus, aut alibi locorum ejuſdem Urbis exiſtentibus eodem ſub titulo. Quod ſi a recenſita Baſilicarum plurali tate, ac qualirate argumentari licet, quanta ſit Magni Levitæ gloria, quantuſque apud Quirites honor illius, omni tempore florens; quid putabimos, fuerit priſcis diebus, quum non ſolum enumerata exiſterent ſacra ædificia, ſed alia multa, quæ injuria labentium ſæculorum collapſa ſunt? Verum qoia ex his etiam aliquando didieit Orbis terrarum gloriam ſummi Martyris ubique ampliare, talibus motus exemplis; non abs re, ducimus, erit, ex Floravaote breves 'traoſcribere notas, eorumque reſricare memoriam, ſuper quæ vetuſtæ pietatis amor incubuit, oode glorificaretur ulterius, omni honore dignus, maximus iſte Chriſtianæ fidei Heros. Dum vel ipſa veterum monumeotorum eruditio provocare fideles ætatis noſtræ poteſt ad imitationem illorum, qui nos præceſſeronr, ſubſtituendo delapſis antiquis, pro ut devotioois ardor, & ſacultatum vires dabunr, nova ſalutiferi ejuſdem cultus teſtimonia; *ne* præterito præſens quodammodo cedere videatur pietatis ſtudium.

23. Hæc igitur ſunt Templa diruta, qoæ compeodiatim laudatus adnotar Floravantes pag. mihi 363., & ſequent; tacitis, quæ obiter eommemoravimus, obſoletis, occaſione ogendi de Fanis modo exiſtentibos. I. *Templum S. Laurentii caballatiorum Petri Leonis de flumine*, ſeu *prope flumen S. Mariæ*. Eratque prope pontem Fabricium, qui nunc dieitur quatuor capitum. Fuitque conceſſum anoo 1572. a Pio qnarto Armeoorum Natiooi. Verum a Pio quinto ſejunctis Chriſtianorum ædibus ab aliis Hebræorum; illud intra horum ſeptum remanſit proſanatum; & Armeni ad S. Mariam Ægyptiacam fueront tranſlati. Camill. Fanucc. Oper. pior. lib. 1. cap. 33. II. ſuit *S. Laurentii ſupra S. Clementem*. Legitur his verbis apud Bibliothecarium: *Beatiſſimus Papa* (Stephanus Tertius) *reſtauravit Baſilicam S. Laurentii, ſupra S. Clementem ſitam Regione tertia, quæ a diuturnis temporibus diruta manebat*. Nota iſtius Baſilicæ vetuſtatem, ob quam conſiſtere ultra nequibat tempore Stephani III. Pontificis Sieulæ nationis, qui floruir anno ſalutis 768. III. *S. Laurentii in Regione Areolæ*, quod antiquiſſimi auctores locant *ad Cacabarios*: a Benedicto Canonico S. Petri appellatum in ſuo Rituali: *Templum Craticulæ*. Uode reor, diſtinguendnm ſit ab altero, *Ad Craticulam* nuncupato, quod dicitur *In Lucina*, in regione eampi Martii ſitum, prope quam Eceleſiam Leo III., ut ſupra notavimus, a ſicariis prope Monaſterium ſanctorum Stephani & Silveſtri Pontificum tentus eſt; nihil itineris commune quum habeat locus iſte eum via de Laterano palatio ad Templum cratieulæ regionis Areolæ. Quanquam, teſte Floravante, Severanus gratis contendat, unicum ſub hoc nomine *Craticulæ* fuiſſe S. Laurentii Fanum in Urbe, quod nulla ſolida ratione convinci poteſt. IV. vocabatur *S. Laurentii in Janiculo*: de quo Scottus agit in Itioerario. V. *S. Laurentii in Mantuccia:* dictum etiam *in Viminibus* Regionis Capitolinæ, quæ, corrupto vocabulo, dicitur hodie *Campitelli*. VI. S. Laurentii *de Nicolanaſo*: erat io eadem Regione Templum alteri, exiſtenti ſub titulo S. Mariæ de Conſolatione, proximum: in quod poſterius tranſlatus fuit lapis diruti Laurentiani, in quo recenſetur ejuſdem eonſecratio facta anno 1231., ſub Pontificatu Gregorii Papæ IX. VII. *S. Laurentii in Pala-*

Palatinis: De quo Grimaldus inquit: *Iſta Eccleſia erat in oppoſito Palatii Matthæjorum, & periit in conſtructione Monaſterii S. Catharinæ. Meminit Bulla Cæleſtini Tertii, in qua vocatur in Caſtello aureo, ideſt, in Circo Flaminio: vocatur etiam in Clauſura.* Fortaſſe hoc poſtremo appellata vocabulo propter Monaſterium, ei adnexum, quod reſtauraverat Hadrianus I. Item VIII. Fanum *S. Laurentii de Papitariis*; cujus meminit auctor inſtrumenti editi 1364. 16. Septembris, in tabulario, ſive archivio Monialium ſanctæ Mariæ Campi Martii reperti. IX. *S. Laurentii ad Taurellum* apud Bibliothecarium in Hadriano I. X. *S. Laurentii de Turribus* in Regione Tranſtiberina. De quo agit Taxa Leonis X. Prope antiquum judæorum ſepulcrum. Hinc Tranſtiberim apparebat veſtigium Eccleſiæ in porta undequaque picta cum imagine S. Laurentii ſupra craticulam. De eodem Mazochius pag. 153. XI. *Sancti Laurentii in via Bibaretica* in Regione Montium: eratque ſuppoſitum Baſilicæ Sanctorum XII. Apoſtolorum, ex hujus ut liquet monumentis. XII. *S. Laurentii Monaſterium juxta Præſepe*: Ex Bibliothecario in Hadriano I. qui totum renovaverat. Fertur, periiſſe ſub Nicolao V. in conſtructione palatii e regione Cappellæ Burgheſiorum apud S. Mariam majorem. Grimald. XIII. *S. Laurentii Monaſterium*, quod apud Titulum S. Chryſogoni conſtruxit, & dotavit S. Gregorius III., cenſeturque idem eſſe cum S. Chryſogoni ejus Contitularis Templo: licet hodie ſolum iſtius poſterioris Sancti nomen retineat. XIV. *S. Laurentii Ferrariorum.* Quod laudata Leonina indicat taxa in Regione Tranſtiberim.

24. Porro exploratum quum ſit, decem, quæ hactenus florent, Romæ S. Laurentii Templa majori gaudere vetuſtate primævæ fundationis præ his quatordecim jam deſtructis, conſequens eſt, anterioribus aliquando ſæculis in ſola Urbe ſimul extitiſſe viginti quatuor in honorem ſacratiſſimi hujus Martyris erectas Eccleſias: adeo ut, unam ſi excipimus Deiparam Virginem, cujus nomini merito ibidem majori in numero fuere Templa conſtructa, gloria Laurentii Martyris ſub iſta conſideratione difficulter alteri ſanctorum invenietur unquam conceſſiſſe principatum. Sane pietatis ardor erga Levitam ſanctiſſimum talis, ac tantus fuit in pectore Romanorum civium, ut non ſolum in ſacris ædibus eum colere ſtuduerit, verum etiam in Urbis vicis ipſius imagines per varia locorum habere curaverit; quo fieret ille ſemper in eorum oculis quodammodo præſens, quem perpetuo ſpiritaliter in corde gerebant. Quarum effigierum veſtigia nonnullis adhuc cernuntur in locis. Immo parum devotioni eorumdem viſum fuit ipſius pingere imagines immobilibus in parietibus ædium, niſi currentibus in nummis impreſſam ejus paſſim viderent iconem. Quod conſiderans Ciacconius in Hiſtor. Pontiſ. Rom. ſub vita Sixti II. notatum reliquit: *Romanus Populus adeo fuit huic glorioſo Martyri affectus, ut olim etiam monetam cuderet, ejus imagine inſignitam; ſicut & nunc Bononia, & Viterbium.* Id ipſum confirmac Georgius Quapnerius in deſcriptione Bononiæ antiquæ & recentis, dicens: *Deſiderii Regis Italiæ* (qui regnavit ſæculo VIII.) *Decretum, quo Viterbii extat Longobardicis litteris exaratum, jubet imprimi pecuniis F. A. V. L., ſed amoveri herculem, & poni S. Laurentium, ut facit Roma, & Bononia.* Vulgare haud eſt hoc argumentum Patronatus Martyris ſuper Urbem principalis poſt Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, quorum effigies pariter in monetis Roma imprimere antiquitus conſuevit; æquali fere ſic gloria S. Laurentium cum præcipuis iſtis Patronis afficiens: præter illa, quæ ad ejuſmodi comprobandam theſim adduximus, momenta cap. 1. Libri hujus num. 9. Vide ibi: dum, nos provocant Regna terrarum mente pergere in inquiſitionem cultus & gloriæ, quæ inclytus hic Martyr ubique fidelium ſingulariter eſt adeptus: quare præſenti libro finem damus.

LIBRI PRIMI GLORIÆ POSTHUMÆ FINIS.

LIBER SECUNDUS

GLORIÆ POSTHUMÆ S. LAURENTII MARTYRIS.

CAPUT I.

De Cathedralibus per Orbem Eccleſiis ejus ſub Titulo conſecratis.

NImis ſane difficile, nec minus inextricabile opus foret, ſi agere vellemus de cunctis ſacris ædificiis, quæ per omnes urbes, & oppida univerſi catholici Orbis chriſtiana pietas huic perinſigni Martyri a diebus antiquis ad hanc uſque noſtram ætatem ejus augendæ gloriæ ſtudio excitare curavit. Nullus quandoquidem quum ſit habitationis pene locus, in quo id genus memoria, vel ſacellum aliquod eidem, inter ſanctos admirabili noſtræ fidei Propugnaculo, non inveniatur erectum; adeo ut innumera ejus in toto mondo monumenta æquare videantur copioſiſſimis Beati Petri Apoſtoli: ſuper quam petram ædificavit Deus Eccleſiam ſuam. Miſſis ergo inferioris notæ ſacris ipſius ædibus, quæ ubique terrarum extant; quarumque nec apud ſcriptores quidem cujuslibet nationis facile eſt, plenam nos habere poſſe notitiam, quin etiam locis poſthabitis, quorum incolæ haud ſatis ſibi factum exiſtimarunt, quod in ſuis habitationibus ſub S. Laurentii nomine templa exiſterent, niſi pariter vel ipſæ terræ nativitatis eorum relato diſtinguerentur titulo: uti commode apud geographos animadvertere quiſque poterit, & in magno quidem ejuſdem nomenclaturæ numero, præter Inſulas, & Maria, quæ tam celebri nomine nuncupantor: his, inquam, ſilentio datis, eas dumtaxat Eccleſias tali ſub invocatione conſiderandas ſuſcipimus, quæ vel Epiſcopali, aut Abbatiali dignitate reſulgent; vel quæ Imperatorum, Regum, aut quorumcumque ſupremorum Principum opera vel erectæ, ac dotatæ, aut regia protectione diſtinctæ ſecernuntur; vel demum quæ a viris ſanctiſſimis (dum in humanis ii agerent, quique hodie ſanctorum albo adſcripti leguntur) quoquo modo honeſtatæ fuerunt. Unde præſentem librum in quatuor dividimus capita, materiem iſtam complectentia: quorum primum eſt de Cathedralibus Templis, Levitæ huic beatiſſimo conſecratis.

2. Et vero quicunque luſtrant hiſtoricos, de Cathedralibus Eccleſiis agentes, expedite diſcernere queunt, eas paſſim aut Chriſti Domini, aut Deiparæ Virginis titulo reſplendere; aliquas vero, ſed inferiori longe numero, Principis Apoſtolorum nomine conſignari, demtiſque paucis aut Præcurſori, ac Protomartyri Dñi dicatis, vel etiam alicui ſanctorum aut ſanctarum, qui vel illius urbis civis, aut incola fuit; ſive quia corpus ejus in Cathedrali requieſcit Eccleſia; ceterum magnum quid videtur, ſi nulla hujuſmodi urgente cauſa, ex mera ſundatorum pietate factum ſimile comperiatur: ſicut in Neapolitano Regno Cathedralis eſt Eccleſia ſub invocatione SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, & in Gallia ſub nuncupatione S. Ceciliæ Virginis, & Martyris; licet neque illi, neque iſta hiſce in locis cunas agnoverint, aut habitationem, aut ſepulcrum. Vere peregrina unius Archilevitæ, Laurentii Martyris gloria eſt, multas, ac multas eum meruiſſe in Orbe Cathedrales Eccleſias ſuo dicatas Nomini: quarum tractatum per ea, quæ a fide dignis auctoribus eruere datum nobis fuit, abſolvendum aggredimur. Utinam, ſicut Ughellius ſuum de Italia ſacra opus conſummavit; ſic Maurini Patres de Gallia chriſtiana perfeciſſent; quanquam, ut perficiant, in dies laborare non deſinunt; ſic Germani, ſic Hiſpani, vel Poloni ſcriptores eidem rei pro ſuis Regnis operam dediſſent; noſtris Lectorumque votis ut fieret ſatis, uberiorem proculdubio eruditionem daremus, vel ad præſens, vel ad ſubſequentia pertinentem capita: quemadmodum ſi circa SS. geſta expletus foret Bollandiſtarum totius anni curſus, cui adhuc tres percorrendi menſes ſuperſunt; multa fortaſſe inveniremus, quæ ad præſentis libri caput ultimum ſpectant, quibus hodie ob codicum inopiam deſtituti ſumus. Sed qui non poſſumus, quod vellemus; omni profecto efficacitate, quod poſſumus volumus, ea ſimul luci dantes, quæ diſperſa reperire valuimus, ad hanc uſque diem typis edita.

3. Prima itaque Cathedralium Eccleſiarum, quæ ſe nobis offert, Romæ propinquior, eſt *Oſtienſis*, cujus præſulatus Principi, ſeu decano purpurati Senatus Eccleſiæ Romanæ addictus eſt; unde primum poſt ſummum Pontificem Epiſcopus iſte obtinet in Orbe locum. Ad quem pertinet, creatum novum Chriſti Vicarium conſecrare. Quocirca S. Marcus Papa ſæculo Religionis Chriſtianæ IV. Eum pallio decoravit: quod a Romanis Pontificibus in perpetuum omnibus ſucceſſoribus illius Oſtienſis Præſulis conceſſum fuit, uti conceditur in hodiernum uſque diem. Eo igitur loci, quum ſuis ab

exor-

Digitized by Google

exordiis ſemper viguit Chriſtiana Religio, quamvis divexata non ſemel infidelium perſecutionibus (quarum tempore in antris, & cavernis terræ aut in privatis ædibus ſacra myſteria Chriſti famuli, ſuo, ut traditur, non carentes Antiſtite, peragebant) haud deſiderari deberet Epiſcoporum ſyllabus ante prædictum ſæculum IV., nihilominus invenire non potuit Ughellius niſi unum S. Quiriacum Martyrem ſub Alexandro Severo Imperatore, poſt quem Antiſtitem, eruditione deficiente, coactus eſt idem auctor ponere Maximum: qui Concilio Melchiadis Papæ interfuit anno 313.; At quicquid de hac re ſit, certe ibi Templum publice conſtructum chriſtiano more non fuit, donec Conſtantini tempore Gallicanus *vale* dicens mundo, ad Tiberis oſtia ſeſe recepit: ubi amore Chriſti ſervus pauperum eſt effectus. *Cujus rei fama*, Romanum inquit Martyrologium, *in toto orbe divulgato multi undique illuc venientes, videbant virum ex Patricio, & Conſule lavantem pauperum pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſollicite miniſtrantem, & cetero pietatis officia exhibentem.* Is igitur vireximius fundator extitit primi Oſtienſis Templi, quo ſimul fideles ſuo cum Paſtore congregare ſe poſſent, uti ex ſex codicibus M.Ss. eruunt Bollandiſtæ, ſcribentes ſub die 25. Junii de eodem Gallicano. *Hic primus in Oſtienſi Urbe extruxit Eccleſiam, & dedicavit officia Clericorum. Huic ſe Sanctus Levito Laurentius revelavit, adhortans eum, ut in ejus nomine Eccleſiam fabricaret in porta, quæ nunc uſque Laurentia nuncupatur. Rogatus autem ut ibi* (mortuo jam Maximo) *levaretur Epiſcopus, non conſenſit, ſed ex ipſa ſuo voluntate, qui ordinaretur, elegit.* Id ipſum ex ſelectiſſimis coram ſe actis in vitis SS. Joannis & Pauli confirmat Cornelius Graſius Carthuſianus, ſcribens: *Primus* (idest Gallicanus) *in Oſtienſi urbe extruxit Eccleſiam, Sancti Laurentii monitis excitatus, qui clara luce ei apparens, hortabatur, ut ad multorum ſalutem rite conſtituendo ei Eccleſiam fabricaret.* Quibus manifeſte patet, Cathedralem hanc principem, poſt Romanam Eccleſiam, excelſo huic Martyri fuiſſe conſecratam, ipſomet Laurentio agente in viſione apud Gallicanum, ac teſtante, profuturum valde fore ad Chriſtianorum ſalutem templa in ſuum honorem erigere.

4. Bonorum iccirco ſuorum idem S. Gallicanus præfatam Laurentianam Eccleſiam, Chriſtique pauperes conſtituit hæredes, ut & iſtis neceſſaria ſuppeditarentur; & erecta Laurentio ſplenderet decore debito ſacra Ædes; ejuſque Præſul ſuis cum clericis decenti ſuſtentatione honeſtaretur. Laudatus fundator ſanctus permanſit ad Juliani Apoſtatæ uſque tempora, ut ejus habent geſta, nimirum ad annum 362., juxta Baronium: quibus diebus magnum illud contigit miraculum, quod Imperialis edicti de conſiſcandis omnibus Eccleſiarum bonis exſequutores miniſtri, quum apud oſtia Tiberina perveniſſent, ut manus injicerent in opulentiſſimum ejuſdem Gallicani patrimonium, Eccleſiæ ac egenis applicatum, *dum omnes quicunque prædiis vel domibus fiſcales titulos affigere tentarent, continuo a dæmone arrepti, vel lepro percuſſi, recedere coacti ſunt* (Spond. ann. cit. num. 51.) bona utique ſuæ Eccleſiæ Levita Patrono defendente. Qui & clamores pauperum exaudivit. Fieri enim neutiquam poterat, ut quorum olim ſuſceperat in terris curam, expoliationem eorum æquo animo ſuſtinere pateretur in cælis. His, Julianus, auditis ſuorum ſatellitum plagis, Gallicano mandavit, ut vel diis inanibus ſacrificaret, vel ab Italiæ diſcederet finibus. Ita Deus diſpoſuit virum ſanctum pro meritis remunerari. Nam is Alexandriam perventus, ibi ſub Rauciano Præſide palmam martyrii capitis obtruncatione feliciter eſt adeptus. De hac porro S. Laurentii Eccleſia dictum intelligimus S. Monicæ ad ſuum filium Auguſtinum, ut is habet 9. confeſs. libro: *Ponite hic matrem veſtram: tantum vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei.* Etenim mors ejuſdem beatæ Mulieris, præſentibus ſanctis viris Auguſtino, & Adeodato, ad Oſtia Tiberina evenit anno 27., poſtquam inde diſceſſerat S. Gallicanus, videlicet 389.. Neque ullum innoteſcit monumentum; quod eo loci, alterum præter Cathedrale conſtructum ibi fuerit templum eo brevi temporis curriculo. Teſtatur autem Auguſtinus, præſente matris cadavere, fuiſſe de more fuſas Deo preces, oblatumque ſacrificium, antequam corpus illud ſepulturæ traderetur, quæ ibidem præparata erat. Unde videtur, non alibi, quam in Laurentiana fuerit Cathedrali ſepulcrum ſacrum illud pignus. Nec mirum cuiquam eſſe debet, quod Romanum docet breviarium: *Ejus corpus ibi in Eccleſia Sanctæ Aureæ ſepultum eſt, quod poſtea Martino V. ſummo Pontifice Romam tranſlatum &c.* Animadvertere ſiquidem oportet ex vetuſtiſſimis ejuſdem S. Aureæ actis (quæ ſub Alexandro Severo martyrium fecit) ſepulta hæc fuerit Oſtiæ ſub quodam ſpecu. Erecto vero Cathedrali ſancti Laurentii Templo, proceſſu temporis, credimus, e crypta levatum fuiſſe ſacrum ejus corpus, & in Eccleſiam Cathedralem translatum; unde huic acceſſerit etiam ſanctæ Aureæ titulus, ſalvo prioris tituli jure, juxta ſancti Fundatoris mentem. Inducimur autem in hanc perſuaſionem; quia nullam apud ſcriptores invenimus immutationem unquam factam eo loci Cathedralis Eccleſiæ, ex quo ſumſit initium S. Gallicani ætate; neque de altero ædificaro

S. Aureæ templo memoria extat uſque ad ſæculum VIII., quo Saraceni univerſam Romæ campaniam devaſtantes, ſolo æquarunt urbem Oſtienſem una cum Epiſcopali Fano. In cujus deinde memoriam novum fuit templum extructum, ob ſepulcrum ejuſdem Virginis, & Martyris appellatum S. *Aureæ*; quanquam hiſtorici adnotent, partem iſtius corporis translatam eſſe ad Patmæ Cathedralem. Quicquid demum ſit de hac poſteriori ſacra Æde, utrum nec ne, quemadmodum ſucceſſit in jure prioris Cathedralit Eccleſiæ, quæ Sancto Laurentio inſcripta erat, ita & iſtius retineat nomen cum altero S. Aureæ (licet nuncupari ſoleat dumtaxat poſteriori hoc titulo; quemadmodum ſæpe contingit Eccleſiis plurimo ſanctorum nomine dedicatis, ut uno tantum, ſuppreſſis aliis, appellentur) id certi habemus, quod reædificatum Oſtienſe Templum, exciſa jam urbe, præter nomen, quod obtinet *Cathedræ*, non ad aliud hodie valet, niſi ad commodum quibuſdam piſcatoribus præſtandum, ut miſſam ibi audiant feſtis diebus: re autem importata per nomen gaudet Velitrenſis Eccleſia, cui Oſtienſis unita fuit. Unde Oſtienſis Epiſcopus Cardinalis limites ſuæ Diœceſis ingrediens, ibi reſidet, ibi ordinationes habet, ibidemque Pontificalia exercet, & alia, quæ juriſdictionis ſuæ ſunt, munia complet: diſtatque locus ab Urbe ſexdecim circiter italicis milliariis.

6. Secunda eſt *Eccleſia Tiburtina*, quæ beatiſſimi Levitæ nomine & protectione lætatur: cujus Præſul olim unus erat ex ſex Cardinalibus Epiſcopis, Romano Pontifici adſiſtentibus, ut ſcribit Brancatus Cardinalis de Laurea in ſua diſſertatione de optione ſex Epiſcopatuum. Celeberrimum erat ibi Templum a Caſello quondam, fundatoris Tiburis fratre, conſtructum falſo numini Herculi; magnificentia & amplitudine non modo ſpectabile, verum etiam portici elegantia ſuperbiens, teſte Svetonio in Augusto; a Chriſtianis poſtea expiatum omni ſuperſtitione gentilium, ſub Conſtantini magni Imperio communibus fidelium Tiburtinorum votis S. Laurentii titulo donatum eſt. Sedemque obtinuit Epiſcopalem, magnificis miniſtrorum ædibus circumædificatis, ut apud Marcum Antonium Nicodemum legitur lib. 9. Hiſtoriæ Tiburtinæ. Silveſtri autem Papæ II. tempore circa finem x. ſæculi vel initium XI. Nobiliſſimi civitatis hujus viri annuos legarunt redditus eidem Cathedrali Eccleſiæ in augumentum luminarium pro ſanctiſſimi Martyris ſollemnitate die x. Auguſti. Quem in donationis inſtrumento ſub datum indictione 4. die 29. Novembris ſuum vocant defenſorem, ipſoque protegente, ſeſe declarant in ſpem erectos comparandi ſibi cæleſtia bona pro terrenis in ejus obſequium impenſis. Pieque nos credimus, quod eorum votis præpotens Martyr annuerit, ac opportunis reſponderit horis, inſtante morte, propriam illuminando faciem ſuper ſervos ſuos. Sed vetuſtiſſimo fatiſcente Fano, XVII. tum currente ſæculo, Julius S. R. E. Cardinalis Roma, ejuſdem loci Epiſcopus, regio plane animo illud ſolo æquatum, anno videlicet 1635., iterum a fundamentis excitavit, pulcherrime perfecit, atque ingenti totius populi lætitia, Domini anno 1641. die prima Februarii, nova æde prius luſtrata, ſecundum Eccleſiæ ritum, ſollemni pompa in S. Laurentii Martyris honorem ibi primum celebravit ſacrum.

7. Hac in Cathedrali requieſcit corpus ſancti Quitini Presbyteri, & Martyris, cujus memoriam agit Martyrologium Romanum die 4. Junii, & ibi lit. f. Baronius in notis. Servatur in eadem Imago Salvatoris, a S. Luca Evangeliſta depicta, quintoque ſæculo a Simplicio Papa ipſi Eccleſiæ dono data: cujus ſacellum Gregorius IX. 17. Kal. Julii anno 1234. conſecravit. Peculiari conſideratione digna cenſetur Eccleſia iſta, quæ fecunda mater extitit duorum Pontificum Romanorum, quorum unus (albo ſanctorum adſcriptus penes cit. Martyrol. 2. Martii) fuit ſupra commemoratus *Simplicius*, qui gratus Matri filius, ut ſupra notavimus, icone Salvatoris Laurentianam Baſilicam decoravit. De quo & Baron. in not. litt. g. inquit: *Tiburi præſertim ejus natalis ſolemnitas agitur, ibique ejus reliquias haberi accepimus*. Alter fuit *Joannes IX.*, qui duo Concilia celebravit: Romæ unum, in quo acta Stephani contra Formoſum reſcidit; Ravennæ ſecundum coram Imperatore Lamberto: obiitque anno Chriſti 900. Epiſcopalis Tiburtina Cathedra jus habet ſuper XXIV. oppida, quæ Tiburtinam conſtituunt Diœceſim; Romanoque Pontifici proxime ſubjecta eſt; tantique honoris penditur, ut in ſolo XVII. ſalutis noſtræ ſæculo in ea ſederint Epiſcopi ſex Emi S. R. E. Cardinales, nimirum Dominicus Tuſcus, Bartholomæus Cæſius, Julius Roma, Marcellus Sanctacrux, Fidericus Sfortia, & Galeatius Mareſcottus. Divinis eadem Laurentiana Baſilica frequentatur officiis, cujus famulatui ſunt addicti, comprehenſis dignitatibus, Canonici quindecim, ſexque Beneficiari. Inter hos vero admitti non poſſunt, niſi artis muſices ſint periti, ut omni decore ſacra perſolvantur cantica. Splendet denique in hoc Templo ſancti Laurentii gloria; quod ingentibus Romanorum Pontificum ac Imperatorum favoribus, & gratiis condecoratus ſit locus.

8. Tertia *Hortana* eſt Eccleſia, cui & altera Civitatis Caſtellanæ unita eſt hodie. Sæculo Chriſtianæ Religionis quarto idem Hortanæ Urbis Epiſcopale Templum & erectum, & Sancto Mar-

Digitized by Google

Martyri Laurentio conſecratnm fuit, juxta Ughellum in Hortanis Epiſcopis, citantem Volaterranum in Antropologo apud S. Antoninum Archiepiſcopum Florentinum. De hac re agunt etiam Bollandiſtæ ad diem quintum Auguſti, nec non Juſtus Fontaninus Clementis XI. palatinus Præſul, ubi de Antiquitatibus Hortæ Etruſcorum loquitur in Appendice num. 11. penes Grævium tom. VIII. in theſaur. Antiquit. part. 3. & 4. Factum vero ita narrarur. Imperante Joviniano Cæſare, Caſſianus genere Ægyptius, Alexandtinus, in Italiam veniens, a Liberio Pontifice Maximo, perſpecta viri ſanctitate, creatus fuit Hortanus Epiſcopus; qua in Urbe carhedralem quum erexiſſet Eccleſiam, ſplendidiſ exornatam marmoribus, ſanctiſſimus Archimartyr eidem in ſomnis apparnit, claro micans lumine, ipſumque admonuir, ut elaboratum diu, tandemque perfectum Templum ſub *Laurentii* nomine dedicaret: ſeſeque ſcirer civem aliquando futorum cæleſtis Jeruſalem. Quibus dictis, ſe Martyr Cœlo recepit; & Caſſianus evigilans de ſomno ſuo, certus de ſibi ſacta revelatione ſuperna, nihilque rirubans, Martyris juſſis obtemperar, Eccleſiam *Sancti Laurentii* titulo conſecrat; decernitque in perperuum a poſteris retinendum eſſe illud decus, & nomen fundatæ Hortenſis Eccleſiæ. Ipſeque ſanctus Antiſtes nihil beatius ſibi duxit, quam vivere ſub auſpiciis ejuſdem Levitæ Sanctiſſimi: & licet corpore in terris eſſer, animo ramen degebat in cælis, donec juxta Martyris prædictionem, evocatus ad aſtra, eodem, ut credimus, loci in Chriſti pace quievit: quamvis ex aſſignandis infra cauſis ignotum ſit conditorium corporis ejus. Additque laudatus Fontaninus in notis ad M. S. codicem 807. Bibliothecæ S. Germani a Pratis prope Pariſios: *Adhuc Hortenſis Eccleſia Cathedralis Sancto Laurentio dicata eſt: & in antiquo Palatio Epiſcoporum exiſtit ſacellum eidem Sancto Levitæ erectum, quem pro Patrono Hortenſes uſque hodie venerantur*. Deceptus eſt igitur Ughellus, Venetiis reimpreſſus ſtudio Nicolai Coleti, qui non multo poſt Fontaninum ſcripſit, dicens in nova Eccleſiæ ſtructura datum fuiſſe Cathedrali titulum S. Mariæ Virginis: quaſi præcedens *Sancti Laurentii* nomen ab ea fuerir obliteratum: quum potius dicere debuiſſet, vetuſto retento Martyris titulo, adjectum ſit Nomen Sanctiſſimæ Dei Genitricis noviſſimis hiſce temporibus occaſione reædificati Templi. Deferendum eſt ſiquidem erudito Præſuli Fontanino in hiſtorica re Hortenſi verſatiſſimo, pro qua ſerium edidit tractatom, duobus partitum libris anno 1708. affirmans, ad hanc noſtram uſque ætatem Eccleſiam Cathedralem, qnanquam noviter extructam, Laurentio Martyri eſſe dicatam: neque tantum gloriari Hortenſes tali Eccleſiæ titulo, verum etiam (quod amplius eſt) eum venerari uſque hodie tanquam præcipuum nrbis Patronum.

9. Aſſeruimus, adverſus præſatum S. Germani codicem, alioſque huic adhærentes ſcriptores, commemoratum ſanctum Præſulem Caſſianum Hortæ, vel ſaltem in ſuæ Diœceſis obiiſſe diſtrictu. Merito namque a Maurinis Monachis, & Bollandiſtis redarguuntur contrarium ſentientes; nimirum quod animo caprandi martyrii palmam, beatus Antiſtes ſuam, quam deſponderat ſibi, Eccleſiam Hortanam reliquerit; ac in Æduam tranſierit, iſtiuſque poſterioris Eccleſiæ gubernacula uſque ad mortem tenuerit. Exiſtimamus autem, tum nominis unitas unius, & alterius Caſſiani, tum & Epiſcopalis ordinis eadem utriſque dignitas occaſionem conjectandi dederinr præſignificatis ſcriptoribus unitatem utriuſque perſonæ; multa quum reapſe inter utroſque Caſſianos diverſitas interceſſerit, ſicut apud citatos auctores videre licet; ſive unius & alterius natales conſiderentur, ſive temporum ratio, quibus floruerunt, ſive dies mortis eorum. Nam Sancti Caſſiani Epiſcopi Auguſtodunenſis tranſitus recolitur Nonis Auguſti, Hortenſis vero ſexto Kal. Decembris. Mittimus apertas contradictiones, quas inſeruit incaurus ſcriptor in confiicto S. Caſſiani ſermone, quum is diſcederet, habito ad Hortenſem populum. Quid, quod ſæculo quinto inauditum erat ſactum translationis alicnjus Epiſcopi ab una ſede ad alteram? Rejecta icirco id genus ſabula, concludimus, Caſſianum Hortenſem Præſulem Deo ad mortem uſque ſub S. Laurentii Martyris patrociniis fideliter ſerviiſſe, creditamque ſibi Eccleſiam gubernaſſe; quamvis Hortæ incomperta ſir ſepulcralis memoria ejus: quemadmodum propter varias barbarorum irruptiones in Italiam etiam ſeries periir antiquorum Epiſcoporum ejuſdem Eccleſiæ, quas jacturas aliæ plures Eccleſiæ pariter perpeſſæ ſunt. Hinc non raro deficientibus vetuſtis tabulis, orta eſt in cultu ſanctorum confuſio, ut vidimus alibi, ob eorum nominum unitatem, præſertim ubi ſimul intercidit hujus, aut alterius ſepulcri memoria.

10. Quod demum ſpectat ad ejuſdem Cathedralis honorem, in Tituli gloriam ſimiliter reſultantem, notatu dignum eſt, quod Ughellus in Hortanis Epiſcopis refert, Azorio teſte p. 2. l. 4. c. 1., nimirum Decreto Innoc. Papæ III. adnexam huic Epiſcopatui fuiſſe Cardinalitiam dignitatem, manſitque apud illos Præſoles idem honor ad bis centum & amplius circiter annos, nempe ad Eugenii IV. uſque tempora; cujus conſtitutione ſancitom fuir talem Dignitatem pertinere debere ad ſex Cathedrales, Romæ proximiores. Ante relatum Innocentium eadem

Digitized by Google

dem in Eccleſia floruit Rodulphus Horianus Antiſtes, qui ſacro Cardinalium cœtui conſcriptus fuit, ſedente Honorio II. anno 1126. Decem & ſeptem Canonicos idem obtinet Templum, qui officia Divina perſolvunt multis cum aliis Presbyteris & Clericis, præter Alumnorum ſeminarii adſiſtentiam diebus feſtis, queis magis Divinus ibidem reſulgeat cultus.

11. Quarta Cathedralis eſt *Viterbienſis*, quæ traoquilliſſimi noſtri Martyris nomine, juxta civium vota, reſplendet; quorum orbis Martyr excelſus potiſſimus eſt Patronus. A diebus Innocentii II. (ut auctores indicant) ad hujus dignitatis faſtigium evecta eſt laudata Eccleſia; poſtquam urbs fuiſſet a Rege Longobardorum Deſiderio condita ſæculo VIII. reparatæ ſalutis. Quo anterioris temporis ſpatio Epiſcopale templum, ut ajunt, erat illud ſancti Angeli: apud quod impræſentiarom adhuc eſt alterum Epiſcoporum palatium, quo ii ſolent hiberno reſidere tempore. Hæc civitas, quæ caput eſt Patrimonii ſancti Petri, conſiderabilibus fanis, palatiis, ac fontibus abundans, conſpieuam excitavit Eccleſiam in Martyris honorem, quæ digna Epiſcopali Cathedra cenſeretur: quam Joannes S. R. E. Card. Gambara, Viterbienſis Antiſtes, anno 1566. exornavit, & ad meliorem architectonicæ artis traduxit formam. Præſuleſque iſtios loci paſſim inaugurantur ex iis, qui ampliſſimo purpuratorum Senatui ſunt jam adſeripti: multique Romani Pontifices ibi ſuam conſtituerunt ſedem poſt dimidium ſæculi XIII., nimirum Alexander IV., Clemens IV., Hadrianus V., & Joannes XXI. Qui omnes in eadem Laurentiana Cathedrali ſepulti jacent. Horum, reor, & aliorum Pontificum, qui Peruſiæ reſederunt, exemplo Pontificalia illic peragendi ſollemniter in feſto Martyris Chriſti motus Cardinalis Cajetanus, Boniſacii VIII. nepos, in ordine Romano XIV., de Pontificalibus in majoribus anni ſollemnitatibus habendis, illam addidit particulam, quod etiam ſi Pontiſex Romanus extra Urbem degat; & eo loci ſit *juxta Eccleſiam S. Laurentii*, non in Patriarchio, ſed in publica ejuſdem Beati Martyris Eccleſia ſollemnitatem Pontificalem exercere debeat die Augusti X., ſicut Romæ in Parriarchali Baſilica ſervabatur de more antiquo. Quod vero ad Viterbienſis Baſilicæ ornatum pertinet; eam, ur a viris fide dignis accepimus, pretioſa ſuppellectili aureis, & argenteis utenſilibus inſtructam eſſe, cunctis inſpectoribus liquet. Adduntque, & a Romanis Pontificibus donis regiis eſſe honeſtatam, ac præſertim ab Innocentio XIII., qui olim dictus *Michael Angelus* Cardinalis *de Comitibus*, ex Viterbienſi Præſule ad Petri Cathedram aſſumtus anno 1721. ſplendidis illam muneribus, Pontificia munificentia dignis, auxit.

12. Spiritualibus quoque non caret theſauris. Ibi enim requieſcunr ſanctorom corpora Martyrum Protogenii, & Tranquillini. Supra laudatus Cardinalis Gambara, compluribus ſanctorum reliquiis, e locis variis illuc exportatis, eandem ditavit Cathedralem. Feruntque, inventa ſit eodem loci anno 1367. S. Joannis Præcurſoris Domini maxilla, a multo illic abſcondita tempore. Signatuſque conſpicitur juventæ reliquiæ vetuſtus loculus his verſibus:

Denotat hoc ſignum locum reverentia dignum:

Pluribus in annis latuit hic teſta Joannis.

Nicolaus IV. amplum edidit indolgentiarum diploma, eidem Baſilicæ conceſſarum anno Domini 1286. 9. Kal. Septembris, in quo fit etiam mentio de corporibus prædictorum duorum Martyrum, ibidem quieſcentium. Iſtius perinſignis Eccleſiæ flos agnoſcitur illuſtriſſima virgo Roſa tertii Ordinis S. Franciſci, quæ inter alia prodigia, triennis quum eſſet parvula, deſunctam avunculam ad vitam revocavir; atque ad confringendam cujuſdam hæreticæ mulieris pervicaciam, rribus horis in accenſo illæſa permanſit rogo. Splendorem & addidit ſuam ob vitæ ſanctitudinem virgo Hyacintha de Mareſcottis, quæ in ſonitu campanarum ipſius Cathedralis templi meridie pervigilii S. Laurentii Martyris, ſupernis æſtuans caritatis ardoribus, ad ſuperiores Aſceterii crates advolans, externis quoque orationis verbis internas pectoris promebat eidem ignium Victori devotionis ſuæ flaminas:

13. Ordinarius loci eſt proxime ſanctæ Sedi ſubjectus; tribuſque olim a Romanis Pontificibus ſuppreſſis Epiſcopatibus, horum Diœceſes Viterbienſi unitæ ſunt, videlicet Bledenſis, Tuſcanenſis, & Centumcellenſis, ut liquet ex bulla Cæleſtini Papæ III., qui ſummum tenuit Sacerdotum anno Chriſti 1191. Hodie decem & novem ſunt Canonici, incluſis duabus Eccleſiæ dignitatibus, quibus omnibus Benedictus XIII. an.1726. cum mitræ, annuli, faldiſtorii, bugiæ, argenteique gutturnii ac malluvii uſu Pontificalia conceſſit inſignia pro ſuis etiam ſucceſſoribus in perpetuum, præter ſacrom mantelium, vulgo dictom *cappa magna*, juxta temporum varietatem, unum album pelliceum; coccineum alteram, quo gaudent. In eodemque primario Sancti Laurentii Fano, Viterbium ipſe Pontiſex accedens, Clementem Auguſtum, Bavarum, Electorem Coloniæ, renuntiatum Epiſcopum, ſollemniter conſecravit: cujus Clementis frater poſthæc anno 1742. electus eſt Imperator, nomine Carolus VII. Clerus demum conſpicuæ hujos Laurentianæ Baſilicæ numeroſiſſimos eſt, omni obſervantiæ, ac religionis ſplendore ibidem inſerviens. Quo loci etiam Beneficiarii decem addicti ſunt, amplo ſatis donati diplomate a Clemen-

Digitized by Google

mente XIII., quo uti valeant ſuper pelliceo, minime ſciſſo, ae palliolo, quod vulgo dicitur, *mozzetta*, eum caputio. Rarum plane privilegium.

14. Quinta eſt *Peruſina*: quam in Eccleſiam, a fundamentis excitatam anno Domini 936., Rogerius Peruſinus Antiſtes ſuam tranſtulit ſedem, priori Cathedrali in Abbatiam converſa; ex qua etiam Regulares Canonicos ſecum adduxit ad novam eandem S. Laurentii Cathedralem excoleodam. Hæc urbs in Eccleſiaſtica ditione caput eſt Peruſini diſtrictus immo & totius Umbriæ. Succeſſit in Epiſcopatu Honeſtus, qui eandem Baſilicam, decenter ornatam, anno ſalutis 965. ſollemni ritu conſecravit. Rodulphus Præſul ſæculo XIII. ab Imperatore Friderico I. Ænobarbo ampliſſimum huic Eccleſiæ impetravit privilegium; quod ratum deinde habuit Alexander Papa III., qui floruit anno 1160. Mirifice ampliatum fuit ſacrum ædificium opera Montmellinii (qui creatus fuit Epiſcopus Peruſienſis anno 1290.) ſtructuræque Gothicæ formam habet; atque a Fulvio S. R. E. Cardinali Cornæo exornatum, ad præſentem tandem, qua gaudet, venuſtatem redactum eſt ſub ejus Præſule Julio Orandino 1564. ſicut iſtius ſucceſſor Franciſcus Boſſius ſingulari pietatis ſtudio Baſilicæ quoque ſacrarium pretioſa ſupellectili ditavit, adaugens, quæ a prædeceſſoribus ſuis collata fuerant, multi pretii dona, quibus magnifice niteſceret decor domus Dei anno 1574. Poſtremis hiſce temporibus aram ejus maximam, deſtructa veteri, ſplendidis ædificavit marmoribus Riccardus Antiſtes Fernianus anno 1766. Apud hanc Cathedralem ſuos clauſerunt dies tres Romani Pontifices, peculiari memoria digni, videlicet Innocentius III. Divini, humanique juris conſultiſſimus; Urbanus IV. ob inſtitutionem feſti corporis Chriſti per univerſam Eccleſiam ſatis clarus; & Martinus IV., poſt obitum miraculis coruſcans: quo in templo eorum corpora tumulata quieſcunt.

15. Dives eſt Laurentianum hoc Fanum ſacris reliquiis. In eo ſiquidem condita ſunt corpora ſanctorum Martyrum Conſtantini, & Liviani; quorum primus Peruſinus Epiſcopus, ſub Marco Aurelio Imperatore, ob fidei defenſionem martyrii coronam accepit. Ejuſque memoriam agit Romanum Martyrologium die 29. Januarii. Item corpus S. Herculani, hujus nominis II., qui juſſu Totilæ Gothorum Regis decollatus eſt: cujus corpus ita capiti unitum, atque ſanum quadrageſimo poſt abſciſſionem die (ut ſcribit S. Gregorius Papa) repertum eſt, ac ſi nulla ferri inciſio illod tetigiſſet. Hæc penes idem Martyrol. ſeptimo idus Novembr. in quo ſignatur etiam translationis ejus dies Kalendis Martii. Andreas Martini S. R. E. Card. Bontemptus, Peruſii Epiſcopus, alterius S. Herculani Epiſcopi, & Martyris, Imperatorum gentilium diebus paſſi, ejuſdemque urbis Patroni, caput, & brachium in ipſum primarium tranſtulit urbis Templum anno 1378. XV. ad Kalendas Novembris. Inter ceteras autem inſignes reliquias eadem in Cathedrali emicat Annulus pronubus Sanctiſſimæ Dei Genitricis, Epiſcopo, tum gubernante, Vannucio anno Chriſti 1472. ſumma reverentia & honore illuc translatus: qui optime dici poteſt tanti Martyris Baſilicæ præcipuum ornamentum.

16. Sequenti ſæculo XVI. ſupra commemoratus Eminentiſſimus Cardinalis Folvius, laudatæ eivitatis Epiſcopus, ſeminarium Clericorum ibidem inſtituit, qui diebus feſtis officiis Divinis interſint ad majorem Ædis ſacræ ſplendorem. Ubi & admirandum contigit factum, ab erudito Marco Antonio Bonciario relatum part. 2. exempl. 4., nimirum appropinquante hora, qua ſollemniter canendæ forent veſperæ S. Laurentii Martyris, feſtum diem X. Auguſti præcedentes, acceſſit quidam ſpecioſo vultu juvenis ad timoratæ conſcientiæ virum, dicens, ſe artis muſices ſatis peritum. Quocirca valde lætatus ille vir bonus, eum introduxit muſicum in Chorum, ut ibi caneret laudes Martyris; eecinitque partes ſibi traditas magno eum auditorum ſtupore tum ob vocis ſuavitatem, tum ob additos in cantu modos muſicos, proprio a ſe interpoſitos ingenio. Et quia viſus, audituſque juvenis ſe obtulit ad domeſtica eidem viro præſtanda ſervitia, libenter is annuit, & in ſua illum recepit; qni amuſſim omnia ſibi ab electo Domino demandata incunctanter agebat. Unum autem erat, in quo ſe reprehenſibilem prodibat, nempe quod adduci non poterat ad templorum ingreſſum; ſed longe ſemper ab illis; & a ſacramentorum uſu omnino alienus videbatur. Unde Dominus in ſuſpicionem incidit, ſi forte ſub ea juvenis formoſitate aliqua lateret inviſibilis hoſtis techna. Poſt multum ergo temporis compulit eum intrare S. Laurentii Cathedralem; ubi Martyris virtute eoactus eſt fateri, ſe dæmonem eſſe ea ſub aſſumta juvenis forma; Divinaque voluntate compulſus ſit aliquando illam ingredi Domum, ibique canere vel invite, ſuiſque ingratiis ejuſdem Martyris laudes: ſicque a circumſtantium evanuit oculis.

17. Magnificæ ipſius Baſilicæ Præſol ordinarius, qui ſæpe deligitur ex Cardinalium numero, nonniſi Romano Pontifici proxime ſubeſt: ampliſſimam regit Diœceſim, quæ coaleſcit ex terris, oppidis, & pagis plus minuſve centum ſeptuaginta. Julius II. Pontifex Maximus Conſtitutione *In eminenti* ſub datum 1502., Regularibus Canonicis alibi collocatis, ſæculares ibidem inſtituit numero ſexdecim præter Archipresbyterum,

ſerum: uſumque ii obtinent, magnæ lacernæ, quæ vulgo dicitur, *Cappa magna*. Adſignavit etiam Beneficiarios duodecim ad Chori ſervitium, ut primarium decet Templum urbis, quæ in 25. paræcias diſtributa eſt, antiquiſſima ſtudioſum univerſitate, illuſtris, ac præclariſſimis hominibus in lucem editis conſpicua.

18. Sexta Cathedralis recenſenda ſuccedit *Tiphernatenſis*. Fallitur enim Ughellius, ſcribens, novam iſtam reædificatam Eccleſiam ſæculo XVI. dedicatam fuiſse ſanctis Confeſsoribus Florido Epiſcopo, & Amantio Presbytero Tiphernatibus. Sunt ii quidem urbis Patroni; maximum nihilo ſecius ipſius Templum ab antiquis temporibus in hodiernum uſque diem S. Laurentii titulo præcipue, ni forte unice, gloriatur. Quemadmodum ex ejuſdem Eccleſiæ tabulario manifeſte liquet per ea, quæ nuper accepimus ab illius archivii Cuſtode Paulutio, ipſius Baſilicæ Canonico. Hinc Martyris feſtum quotannis die Auguſti X. ſacræ pompæ apparatu ſollemniter ibidem celebratur. Quanquam propter S. Floridi Epiſcopi corpus, eo loci reconditum, paſſim vocitetur *Eccleſia S. Floridi*, nullo ſane illato præjudicio Titulari ejus Martyri Levitæ. Tiphernum itaque in Umbria (*Tiberinum* appellatum, quod a Tiberi flumine alluatur, atque ad diſtinctionem alterius, quod *Metaurum* nuncupatur) Urbs eſt, quæ vulgo dicitur *Città di Caſtello*, in planitie pulchra & ſecunda ſedens, circumcincta muris, propugnaculis, ac turribus. Municipium olim extitit Romanorum, teſte Panvinio lib. 3. de Republ. Rom.. Cujus Epiſcopatus a diebus etiam, queis urbs ipſa florebat, antequam a Totila Gothorum rege miſerandum pateretur excidium, Romano Pontifici proxime ſubjectus erat, ut modo eſt. Reædificata civitate, & Eccleſia poſt Totilæ diſceſſum, a beato Florido Tiphernate; ipſe creatus Epiſcopus Patriæ a Pelagio I. Pontifice Max., prædictam Eccleſiam Sancto Laurentio Martyri ſacram fecit. Utrum autem præcedens, exciſa Cathedralis baſilica eodem decorata fuerit titulo, incompertum eſt nobis; licet veriſimile videatur, prudentem ſanctumque virum extinctam Sancti Martyris memoriam a fidei hoſte, iterum excitaſſe; ſicut uſque hodie incolumis hæc ſub Laurentianis auſpiciis perſeverat; quanquam perſuaſum habeamus, materialis Ædes mille annorum poſt Floridum decurſu fortaſſe non ſemel ſatiſcentibus parietibus, innovata fuerit. Sæculo tandem, ut ſupra notavimus, XVI. a fundamentis eadem eſt reædificata Baſilica magnificentia plane non modica, operam ei dante famigerato Bramante Lazario Architecto (cujus & opus dignoſcitur Vaticana S. Petri Baſilica) una cum Raphaele urbinate inferioris haud nominis. Ceterum Lauſentiana, de qua loquimur, Cathedralis præter fabricæ ſplendorem, eximiis conſpicitur cum vetuſtis, tum recentibus exornata picturis, ſacraque ſupellectili argenteis & aureis in uſum altarium ac miniſtrorum convenienter proviſa, necnon inſignibus affluenter nobilitata reliquiis. Nam præter corpora Sanctorum Floridi & Amantii, decem alias Beatorum Martyrum exuvias obtinet; qui Dei teſtes ſub perſecutione Diocletiani anno 303. Tipherni paſſionem abſolverunt: quorum ſacra corpora in Cathedrale Templum translata ſunt anno 1612. Complures inſuper Tiphernates Præſules Romanæ purpuræ fulgore hanc illuſtrarunt Eccleſiam, uti Joannes hujus nominis II. 1143., Rotlandus 1206. Achilles Graſſius 1511., Maximus Grimantes 1539., Vitellotius Vitellius 1554. Præ his autem magis, nempe proprii cruoris oſtro, eam honorificavit ſanctus Albertus Epiſcopus Tiphernas, & Martyr, ſæculo ſalutis VIII. ab hæreticis Monothelitis occiſus: cujus ibidem memoria in benedictione eſt VII. Idus Auguſti Eidem inſerviunt Sanctuario, juxta Nicolai Coleti additiones ad Ughellium, Canonici XV., ſuntque præter Epiſcopalem duæ dignitates, Præfectura una, Archidiaconalis altera. Enumeratis accedunt Beneficiarii complurimi ad Divinum peragendum omni cum decore opus: itemque diebus feſtis, ut moris eſt, Alumni ſeminarii, optime inſtructi, choro interſunt. Præclarum denique iſtius Eccleſiæ germen fuit Cæleſtinus II. Pont. Max., qui regnavit an. 1143. quem laudat Ven. Abbas Petrus Cluniacenſis lib. 4. Epiſt. 19. Ampliſſima erant olim Tiphernitanæ Diœceſeos ſpatia; & licet hodie minorata, continent adhuc 175. pagos, aliaque præſtantiora loca, in quibus Divinum jus dicit Ordinarius: cujus Epiſcopales ædes prope Cathedralem ſatis commodæ, ac honorificæ dignoſcuntur.

19. Septima eſt *Suanenſis*, invictiſſimo huic Martyri dicata ſimul & Petro Apoſtolorum Principi. De hoc Templo nihil penes auctores peculiari mentione dignum invenimus ſcriptum, niſi quod antiqua ſatis Epiſcopalis ſedes eſt; cujus Præſul olim Maurius Conſtantinopolitano interfuit Generali Concilio, Agathonis Pontificis auctoritate celebrato, eidemque ſubſcripſit. Filium hæc mater Eccleſia peperit ſæculo XI., *Hildebrandum* nomine, qui puer quum eſſet, litterarum inſcius, ad pedes fabri, ligna dolantis, ludens; ex ſegmentis rejectis illa Davidici elementa oraculi, *Dominabitur a mari uſque ad mare*, caſu formaſſe narratur, manum pueri ductante Numine; quo ſignificaretur ejus fore ampliſſimam in mondo auctoritatem. Neque ſolum cunas ſub Sancti Laurentii protectione recepit, verum etiam Cluniacenſium ingreſſus ordi-

ordinem ac profeſſus ; in Monaſterio ejuſdem Martyris extra Urbis mœnia monachus deſignatus de familia , dulce ſibi ſuit illi Patriarchali Eccleſiæ inſervire , ac ſob noſtri Sancti degere patrociniis : in cujus Romani Archidiaconatus dignitate poſtea, Cardinalis creatus, ſucceſſit: ſalutatus demum Romanus Pontiſex anno 1073. (inquit Eccleſia in nocturnis ejus officiis) *ſicut ſol effulſit in Domo Dei*. In eo autem, quod *Ex Apoſtolorum ætate nullus Pontificum fuiſſe tradatur, qui majores pro Eccleſia Dei labores moleſtiaſque pertulerit*, aſſimilari magis viſus eſt Patrono Martyri ; cujus laboribus majores, hand novimus, alter unquam Chriſti militum ſuſtinuerit . Perſeverat uſque hodie dicta in urbe ſedes Epiſcopalis , non interrupta ſucceſſorum ſerie . 10. Canonici ſunt Fano addicti , ac 23. oppida conſtituunt Diœceſim . Licet civitas bodie paucos teneat habisatores, quæ olim florens , caput erat, & princeps Magni Aldobrandeſchi : ſita eſt in Etruriæ finibus ad Ponrificiæ ditionis Occidentem ,

19. Octava *Groſſetana*: In eodem magno Etturiæ Ducatu poſita eſt, reſpectu almæ Urbis Occidentem pariter verſus. Exciſis namque priſcis Ruſſellis , ubi a ſæculo quinto ad duodecimi exordia Cathedralis ſtetit Eccleſia, eidem ſacratiſſimo Martyri erecta; ad Groſſetum, ſive ut ajuns Geographi , *Roſetum*, Ordinarii ſedes translata fuit , anno videlicet Chriſti 1133. primario ibidem fundato Templo in honorem Sancti Laurentii Martyris; quod in omnibus prioris Eccleſiæ ſucceſſeris juribus. Verum poſtremis ſatiſceote ſæculis ſacro illo ædificio, denuo Fanum reædificatum eſt: atque, ut conjicitur , circa Chriſti annum 1637. ab Aſcanio Turamino, loci Præſule, conſecratum ſuis. Plures Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſucceſſu temporis in eadem Cathedra ſederunt Antiſtites , A ſexdecim Canonicis, præter ſecundarios Beneficiarios, eſt ſacra Ædes exculta'; decoris ornamentis, ac pretioſa ſupellectili ditata : cni nec deſuns opportuni proventus ad ſplendidam Miniſtrorum ſuſtentationem , ſicut & ad honorificam ipſius Templi magnifici conſervationem . Ibi tumulata quieſcunt corpora Sanctorum Marsyrum Hadriani, & Feliciani , ſacris aliis prætermiſſis ſanctorum lipſanis.

20. Nona *Scalenſis*: Neapolitano in Regno Eccleſia eſt , quæ Sancti Laurentii titulo nobilitatur , qucmadmodum & nniverſa civitas de ipſius gaudet principali Archimartyris patrocinio . Hæc etenim urbs , us Amalphitana referens Chronica, quæ olim *Cama* vocabatur , ita ſua percepit incrementa . Nimirum quum in Orientem magni Conſtantini semporibus ad novam Romam incolis vel ſanguine claris opplendam valida navium claſſe quamplures e præcipua nobilitate Romana viri clariſſimi iter arripuiſſent , ipſo in itinere ſæviſſima sempeſtate pene diſperſi , in camenſi littore prope Amalphim ſe incolumes receperunt ; ubi amœnitate loci ſuaviter illecti , mutatoque conſilio , haud volentes ultra ſe mari concredere , ſedem ibi ſuam ſtatuerunt , eandemque Camam *ſcalam* deinceps appellare malueruns , Eoque loci capitolium , theatrum , thermas , palatia , domos , templaque expenſis largiſſimis extruxerunt (quorum ædificiorum veſtigia cernuntur uſque adhuc), urbe fere tota circum turribus communita prope oram tyrreni maris . Hinc ſanctus Bernardus Clarævallenſis Abbas ad Lotharium II. Imperatorem ſcalam vocat *opulentiſſimam , & munitiſſimam* . Inter plures vero , qnas ædificaveruns, Eccleſias magnificum plane ſuis Templum , qood Sancto Martyri Laurentio erexerunt : cujus Patrocinium ſuper urbem invocarunt , memores , qood Romæ ſub ejus protectione degiſſens. Hæc ante dimidium qoarti ſæculi acta ſunt. Ipſumqoe Fanum , in civitatis corde ſitum , non diu poſt Epiſcopali Cathedra donatum fuit , ut norat Freccia de off. Admirat. coram Ughello num. 4. lib. 1. *Scala Civitas iiſdem temporibus , quibus Amalphis condita ſurrexit, propriumque babuit Epiſcopum :* Quamvis ſiniſtris temporum vicibus vetuſtorum Præſulum ſabulæ perierint . Matthæus de Aſſlictis, Scalenſis Epiſcopus, ex clariſſima , ut ajunt , Sancti Euſtachii ſtirpe ibidem ortus , æs campanum maximum ingentis molis, ſuper reliqua campanariæ turris æra conſideratu digna , notabile, magnis ſumtibus efficere curavit anno 1240. Sæculo autem xv. ſacra perantiqua Domo ruinam minitante, novum Templum a fundamenris cepis erigi ; completumque fuit circa finem ſæculi xvi. , triplici teſtudine , præter ſuperiorem fornicem (quem *titulum* cives appellant) exornatum , amplitudine , artiſque Architectonices diſpoſitione pulcherrimum opus . Franciſcus de Cava novam hanc Cathedralem Eccleſiam exornavit , creatus ibidem Epiſcopus die 27. Julii anno 1583. ſacræ famulantur Ædi quinque Dignitates , ac duodecim capitulares Presbyteri , quibus Matthæus de Dore , Scalenſis Antiſtes anno 1465. legavit , ut ſingulis aoni Domioicis in ara maxima votivam de Sancto Laurentio Miſſam decantarent .

21. Terminos Diœceſis ejuſdem Cathedralis definivit Cæleſtinus Papa III. Cooſtitutione , quæ incipit : *In Apoſtolicæ* 1191. Sed poſtea ob propinquitatem Catbedralis Rebellenſis , Diœceſumque ambarum anguſtias hæc Scalenſi Laurentianæ unita ſuis 31. Julii 1603. , Clemente VIII. Pontifice Maximo . Arctata ſiquidem fuesat Scalenſis ſub Victore III. anno 1086. , qui

Rebellenſem Eccleſiam in Epiſcopalem elevavit; quanquam a Scala non diſtaret niſi mille paſſuum. Primus utriuſque Eccleſiæ unitæ fuit Epiſcopus Bennius, qui Scalis obiit anno 1617., in S. Laurentii Cathedrali ſepultus. Ab iſtius tribunæ dextris ſacrarium eſt nobile: a ſiniſtris vero inſigne reliquiarum ſanctuarium, ubi plures adſervantur capilli Beatiſſimæ Virginis Mariæ, os unum S. Joannis Baptiſtæ, multi dentes Sancti Petri Apoſtoli, nec non ex oſſibus SS. Apoſtolorum Pauli & Andreæ, pars maxillæ S. Agathæ virginis & Martyris, atque lipſanum S. Nicolai Epiſcopi Myrenſis. Opinamur, quod loci Ordinarius per multa ſæcula ſummo Pontifici proxime ſubjectus fuerit; nam juxta Chronicum Amalphitanum nonniſi circa finem x. ſæculi; nempe 987. ſuffraganeus Archiepiſcopi Amalphitani adnotatus eſt; ſed a Cathedratici ſolutione prorſus immunis. Eadem præterea gloriatur Eccleſia, quod ex ejus prodierit ſinu ſanctus Gerardus, Fundator inclytus Religionis Equitum S. Joannis Jeroſolymitani, qui hodie *Melitenſes Equites* nuncupantur. Obiitque Jeroſolymis anno 1118., eodem nimirum nondum revoluto anni circulo, quo a Gelaſio II. Pontifice Maximo Inſtituti ſui confirmationem acceperat. Hinc nobiles Scalenſes pro eorum ſedilium inſignis alba utuntur cruce prædictorum Equitum, ſub pede coronam habente præter alteram, apponi ſolitam in ſtemmatis capite.

22. Decima Cathedralis Eccleſia *Bruniacenſis*. Abbatia quondam erat S. Columbani Benedictini Ordinis in Liguriæ ditione, ſanctis Petro Apoſtolo, ac Laurentio Martyri a Longobardorum Regibus erecta. Sublatis dein Monachis, ſub Innocentio II. anno 1133. Cathedralis effecta eſt. *Invidioſis*, ut Ughellus ſcribit, *floruit opibus*, *ac Regalibus*, *Imperialibuſque privilegiis illuſtrata*. Nam præter bona, & jura cum territorio, quibus in ſui erectione ditarunt ſacram Ædem cum Monaſterio Liutprandus, Rachis, & Deſiderius Longobardi reges; nobilitarunt eam quoque mitum in modum Carolus magnus, Ludovicus pius, & Lotharius Imperatores; omneſque donationes eidem ſactas confirmavere Carolus Craſſus an. 881. Otho III., & ſanctus Henricus I. Sæculo vero XII. Abbatia ſuppreſſa, qui tum temporis Abbas erat, Ildeprandus a relato Innocentio fuit Epiſcopus conſecratus. Sequenti porro ſæculo Gregorius IX. Naulenſem Cathedralem Bruniacenſi univit; ſed eam unionem urgenti ex cauſa diſſolvit Innocentius IV. anno 1245., Factaque Guillelmo, tum utriuſque Eccleſiæ Præſuli copia eligendi unam, vel alteram, is, dimiſſa Naulenſi, Bruniaci ſedem optavit. Oppida 27. ſub ſe pro Diœceſi obtinet, inter quæ ſegeſtam Tiguliorum, maritimam. In ejus Epiſcoporum ſerie uſque ad annum 1312. plures reperiuntur ab Eccleſiæ Capitulo creati, quod jus electionis ad iſtud pertineret. Sæc. XVI. duo ſuccedaneos Paſtores habuit S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, videlicet Hieronymum Grimaldum, & Antonium Trivultium, quo pariter ſæculo ibidem floruit Philippus Saulius ejus Epiſcopus, vir nobilitate generis, linguarum peritia, diſciplinarumque ſcientia inſignis, qui Romana in curia magno in honore ſuit apud Julium II. Leonem X. & Clementem VII. A Januenſi Republica miſſus orator ad Carolum V. Imperatorem pro unione ſacienda, dextere ſuum obivit munus: interſuitque Concilio Lateranenſi V., Generali XIX., in quo ſubſcriptus legitur: atque ad decorem ſuæ Laurentianæ Bruniacenſis Eccleſiæ, cujus tres Canonicatus ex ſex, qui prius aderant, quum vidiſſet extinctos, iterum inſtituit, congruis adſignatis redditibus; inſuper & nonnullas fundavit præbendas. Quam inſtitutionem Leo X. conſtit., quæ incipit: *Rationi congruit &c.* XII. ad Kalendas Aprilis auctoritate Apoſtolica confirmavit.

23. Undecima eſt Metropolitana *Januenſis*, inter eaſdem Laurentianas Epiſcopales Eccleſias omni exceptione major, ſive juriſdictionis ejus, ſive ſtructuræ attendimus amplitudinem; non a ſuis quidem exordiis, ſed temporum proceſſu. Initio quippe, ut obiter innuimus lib. 1. Act. cap.3. num.11., audito a Januenſibus admirabili ſui quondam Hoſpitis triumpho, quem magnus Heros de Imperiali perfidia reportavit; ſacram eidem in urbis medio Ædem erexerunt, videlicet, eo loci, quo humaniter Hoſpes olim receptus fuerat: ſed, ut inquit Georgius Stella, *Fuit templum minoris ambitus*; exiſtente tum Fano SS. XII. Apoſtolorum, in quo ſuam fixerat Cathedram S. Salomon circa Chriſti annum 250., quodque poſtea *S. Syri* nomine appellatum eſt. Is enim floruit IV. ſeculo, ſubſcripſitque Romanæ Synodo, habitæ a Silveſtro Pontifice anno 321. Circa finem undecimi, vel initium duodecimi ſeculi ære publico veruſta illa S. Laurentii Eccleſia in eam, quæ modo cernitur, ampliorem, nobiliſſimamqne formam excrevit, ideſt anno 985. unde Joannes Epiſcopus Januenſis eandem novam Ædem in Cathedralem elegit, veteri, extra muros ſita, beati Syri dimiſſa, quam ſucceſſor Joannis Landulphus Monachis Benedictinis cum cœnobio tradidit. Verum longo temporum decurſu eadem Metropolitana Cathedralis ſupremam in ornamentis accepit manum. Quapropter inquit idem Stella: *Fabrica nobilis Templi S. Laurentii cum inclyta facie ipſius & portali, ut ſcriptura, & conjecturis inveni, facta eſt circa annum* 1100. Quo temporis, ait quidam eruditus vir in ſua Diſſertatione Academica, ærariis domorum nobilium apert-

Digitized by Google

apertis, confluebat populus ad ſubminiſtrandos lapides Sanctuarii, exportandaque marmora, ex Oriente illuc tranſvecta, erecto jam duplici columnarum ordine, quo Baſilicæ ſuſteniantur fornices. Gelaſius II. Pontifex Maximus Januenſium triremibus navigans, appellenſque oram Liguſticam, magnificum iſtud conſecravit Templum anno Pontificatus ſui primo, ut ex vetuſtiſſimo patet codice, qui in ſacrario ejuſdem Fani adſervatur, ubi hæc leguutur: *Sexto idus Octobris anno Dominicæ Incarnationis* 1118. *indict.*12. *dedicatio Eccleſiæ Beoti Laurentii, & S. Syri Epiſcopi Januenſis, quæ conſecrato fuit a D. Gelaſio Papa anno primo Pontificatus ſui cum pluribus Epiſcopis, Ottone ſcilicet Januenſi, Adene Placentino, atque Landulpho Aſtenſi, & Arone Aquenſi, & pluribus Abbatibus*. Ad majorem ipſius Ædis ſplendorem ac perſectionem publica indicta eſt civibus taxa (nempe anno 1170.) ſuper omnia teſtamentorum legata, qua ex eis pars decima Cathedrali Eccleſiæ, ſolvi deberet. Turris autem campanaria ingeotis altitudinis completa fuit anno 1522. Ad triplices Eccleſiæ valvas, lapideis, marmoreiſque aſcenditur gradibus, quæ valvæ ſuis tholulis, plateam verſus porrectis, & columnis ſtructilibus verſicoloribus, ſtatuiſque marmoreis circumquaque, mirum decorantur in modum. Interiores parietes Templi picturis, marmoribuſque ſuperbiunt, conteſtanturque, quam magna ſit iſtius celebris Reipublicæ pietas erga Sanctiſſimum hunc Levitam.

24. Prætermiſſa poſthæc ſilentio pretioſorum copia mobilium, qua Templum affluit; quæque facile conjici poteſt ex opulentis redditibus eidem addictis Principum, Regumque munificentia, ut infra videbimus; magis illuſtre Fanum redditur, ac veneratione dignum, quod tumulata ibi jaceant corpora ſanctorum Epiſcoporum Januenſium Salomonis, ejuſque ſucceſſorum Valentini, Felicis, Romuli, & Syri, ex vetuſta Cathedrali translata, ſuper quæ fulgent cineres, & oſſa ſemiuſtulata ſanctiſſimi Præcurſoris Domini Joannis Baptiſtæ (cujus corpus fidei hoſtes flammis dederunt) quæ Januenſes ex Lyſiæ Myra anno 1088. in hanc Laurentianam Baſilicam exportarunt; in cujus reliquiarom theſauro cuſtodiuntur capita ſanctorum Barnabæ Apoſtoli, duorum Innocentum, ac pars cranii S. Andreæ Apoſtoli: manus item dextera S. Jacobi majoris Apoſtoli, brachium S. Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ, nec non ex oſſibus ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Philippi, Bartholomæi, & Stephani Protomartyris, aliorumque ſanctorum. Præterea ibidem ſunt ſpinæ tres ex corona Dominicæ paſſionis, treſque notabiles vivificæ crucis D.N.J.C. partes, plures & reliquiæ Sanctiſſimæ Virginis Mariæ. Silemus reliquias, quæ in argentea S. Laurentii Martyris ſtatua clauſæ ſunt; nam de iis, ut alibi diximus, diſtincto agendum erit capite; ſolumque ad relatos ſpirituales theſauros addimus, Eccleſiam iſtam multis indulgentiis ſummos Pontifices Gelaſium II., Alexandrum III., & Ionocentium IV. ſuis Conſtitutiooibus locupletaſſe, quam Innocentius II. anno 1133. ſpiritali juriſdictione replevit, eam in Metropolitanam elevaos Eccleſiam Conſtit. quæ incipit: *Juſtus Dominus*. Pontificatus ſui anno 2. Eandemque dignitatem, ac privilegia, illi ab Innocentio conceſſa, ſubſequentes Pontifices Eugenius III., Adrianus IV., & Alexander III. confirmarunt, quorum inſtrumenta in Templi archivio adſervantur.

25. Syrus II., Januenſis Antiſtes, primus fuit Archiepiſcopali dignitate, ac uſu pallii potioribus in ſollemnitatibus donatus una cum defereodæ crucis ante ſe poteſtate, atque aſturconis equitatione in locis omnibus ſibi ſubjectis. Suffraganei ejuſdem Metropolitani ſunt Albinganenſis, Naulenſis, & Bruniacenſis in Liguria; Nebienſis, & Marianenſis, unitum habens Epiſcopatum Accienſem, in Corſica; ſextoque loco Bobienſis in Mediolanenſi Ducatu. Ab anno 1383. ad hæc uſque tempora plures atque plures S. R. E. Cardinales ejuſdem Metropolis Archiepiſcopi numerantur, & magni quidem nominis. Temploque inſerviunt, dignitatibus comprehenſis, Canonici XVII., æſtivo & hyemali prælatitio inſigniti habitu ex conceſſione Innocentii VIII. & Pauli V., iiſdemque gaudent dotibus, queis Canonici S. Petri in Vaticano. Preſbyteri manſionarii ſunt num. 30., decenti & ipſi veſte nobili ornati. Singulis autem feſtivis diebus, vel quoties aliquis ex Canonicis ſollemniter ſacra facit, choro interſunt omnes Clerici ſeminarii, qui centeſimum circiter attingunt numerum: & in Pontificali maximo ſanctiſſimi Titularis die decima menſis Auguſti Reipublicæ Januenſis Dux, pro tempore exiſtens, univerſo cum Magiſtratu in cultu adſtat publico, tormentis muralibus diſploſis in ſollemnitatis honorem. Quo die Broſonenſis Abbas ex Conſtituto Claramontani Abbatis *Caſæ Dei*, (cui Monaſterium Broſonenſe, ab Ugone Archiepiſcopo Januenſi fundatum anno 1184., ſubjectum eſt) tenetur donum offerre ſuper altare S. Laurentii, conditione in inſtrumento adjecta: *Id ſi non obſervaverit, Eccleſia de Broſono eo ipſo in jus, dominumque Januenſis Eccleſiæ revertatur*. Illud etiam huic matri Eccleſiæ accedit gloriæ, quod tres pepererit Romanos Pontifices, videlicet Innocentium IV., Hadrianum V., & Innocentium VIII., addunt aliqui Urbanum VII., qui ſolum oriundus ex parte patris Januenſis dici debet, non item ex parte

matris , quæ Romaua fuit , & ipſe Romæ natus .

26. Peramplis eandem ſacram Ædem donationibus illuſtrarunt nedum cives , ſed etiam plerique alii Priucipes . Ultraquam enim Conradus Jauuenſis Epiſcopus , ut in ſuo documento teſtatur , anno 1087. dono dederit illi *Eccleſiam SS. Geneſii , & Alexandri ſimul cum terra vacua , cum omnibus luminaribus , votis , & oblationibus :* Ac Syrus ſecundus copioſis decimis bonorum , variis iu locis exiſtentium , locupletaverir , ut conſtat ex diplomatibus ab ipſo editis 1145. & 1148. xi. Kal. Aprilis , & menſe Novembris ejuſdem anni : Alexander III. Pontifex Maximus mira liberalitate , ac pietate Monaſterium inſulæ Gallinariæ , quod uulli , niſi Romano Poutifici , ſubjectum erat , Merropolitanæ Sancti Laurentii perpetuo poſſidendum dedit . Tancredus Nortmaunus Prioceps multis proveutibus e terra , & mari ditavir eam . Bereſonus Sardiniæ Rex pluribus Regni ſui latifundiis dotem ejus impinguatam voluit ; cujus & ſucceſſor in Regno Petrus factam donationem juramento firmavit . Baldovinus Hieroſalem Rex , quem in expugnatione Ceſareæ , Aſſur , aliarumque urbium Januenſes egregie adjuvarunt , iſtis ſuæque Cathedrali S. Laurentii attribuit partem tertiam civitatis Aſſur , aliarumque acquiſitarum urbium ſuis cum adjacentibus territoriis in tertia ſimiliter parte . Coram quo Judeæ Rege Beltramus romes S. Ægydii relatam eſt muneratus Eccleſiam , tribuens ei Byblum (vulgo Gibelet) ſuis cum pertinentiis , nec non Caſtrum Rogerii cum adjacentibus , ac tertiam pariem Tripolis Phæniciæ cum omnibus Inſolis ſuis , ſicut videre licet in donationis inſtrumento , quod incipit : *Notum ſie filiis univerſalis Eccleſiæ* . Sunt & alia magni ponderis dona illi tributa , quæ brevitatis gratia prætcrimus ; ſatis qoum e relatis conſiderari poſſit , quanta ſit eodem loci Saucti Laurentii gloria , cultuſque præſtitus : Cui Michael Paleologus , Græcorum Imperator , conventione habita cum Janueuſi Reipublica , quod iſtius milite adjutus fuerit iu adeptione Imperii , inter alia piperos (nomen eſt grecæ monetæ) ſexaginta , & pretioſum aræ Laurentianæ amiculum mittebat annis ſiugulis: quorum velaminum unum (refert Can: Calcagninus lib. de imagine Edeſſena) laudato in Templo ad annum uſque 1639. ſervabatur . Hujus denique Metropolis inſulam ſibi oblatam S. Bernardus Clarævalleuſis Abbas , ibi commemoraus pro extinctioue ſchimatis Anacleti II. contra legitimum Pontificem Innocenrium II., præclaro recuſavir humilitatis exemplo .

27. Undecima eſt Cathedralis *Dertbonenſis*, ſive , ut olim dicebatur , *Terdonenſis* . Quod autem Ferdinaudus Ughellus dubitat , num a ſui exordio hæc Epiſcopalis Eccleſia Sancto Laurentio Martyri erecta fuerir ; inde , reor , id haber , quia Epiſcopatum ibi ſundaverit S. Marcianus auno Chriſti 75. , nondum quum uoſter Sanctus natus eſſer . Verum aliunde cooſtat, ſub Epiſcopis Derthonenſibus primorum ſæculorum uſque ad Coſtautinum Imperatorem , ſub quo ceſſarunt Eccleſiæ perſecutiones , nullam ibi fuiſſe publicam ſacram Ædem ; ſed , uti diximus in Eccleſia Oſtienſi , vel in cryptis , vel in privaris priorum domibus ſacra preficiebantur myſteria . Hinc S. Innocentius ejuſdem Urbis Epiſcopus , qui IV. floruit ſæculo Silveſtri tempore , poſtquam recuperavit bona , pauperibus & Clericis donata , quæ , ſub Diocletiaoi perſecutione fiſco Imperiali addicta fueranr , reverſus Derthonam , optanſque invenire corpus S. Marciani , cujus loculi memoria deperierat , nonniſi revelatione cæleſti , ad quendam presbyterum facta , vota ſua conſequi potuit . Illudque ſacrum corpus integrum , recentique perſuſum ſanguine repertum , ac ſi Martyr eadem die paſſus fuiſſet , multis patratis miraculis , in jam, ut creditur , conſtructam pacis tempore a fidelibus Cathedralem ſollemniter rranſtulit . De hac ergo Eccleſia , rum nuper erecta , ſermo debet intelligi , quod Sancti Laurentii titulo donata fuerit , autequam aut nullæ , aut vix una , vel altera erat ſacra ædicula , quarum unam extitiſſe ferunt ſub invocatione S. Apolloniæ , ſæculo III. , in Deciana perſecutione martyrio affectæ : putamuſque , piorum fuiſſe domos in Oratoria converſas , capaces neutiquam recipiendi confluentis populi multitudinem . Et quidem fuit anno Chriſti 145. multo ante Innocentium Derthonæ creatus quidem Epiſcopus , nomine Laurentius , cui tabulæ Derthonenſes ſancti Pontificis & Confeſſoris titulum attribuunt , quemque vixiſſe docent annos 25. in Epiſcopatu : ex quo inſertur , ſupervixerir ad noſtri Martyris paſſionem annos undecim . Fieri utique potuit, ut is audito Archilevitico triumpho , parvam aliquam ſacram ædem Sancto ſui nominis erexerit ; at non eſt inſequens , ita factum ſit . Vel ſi res ita ſe habuit , certe omnes id genus ædes in Diocletiani perſecutione ſicut iutra , ſic extra imperialem Urbem penitus everſæ fuerunt , unam ſi excipimus Januenſem S. Laurentii cum reliquis ejuſdem urbis , quo loci , conteudunt nonnulli ſcriptores, imperiale brachium ſeſe extendere numquam potuit ; unde ibi nulli Martyres fuiſſe leguntur .

28. Qualiſcuuque porro fuerit a ſuis exordiis Derthonenſis Laurentiana Baſilica ; indubitanter tractu temporis magno decore præſulſir , penes quam regias ferme , ac muuificentiſſimas ait Ughellus , Epiſcopales , Canonicaſque ædes exædificarunt concives poſteri . Illuc ſubſequen-

qnenres Epiſcopi trauſtulerunt eorpora ſanctorum Præſulum Derthonenſium Anberti, Ammonii, ac Terentiani, &c., qui floruerunt primis Eccleſiæ ſæculis. Dierumque progreſſu loci Ordinarius regalibus donis eo poteſtatis pervenit, ut comes eſſet Derthonæ, ae Dominus viginti locorum, juriſdictionem in iis liberam habens cum mero, & mixto Imperio, ae omnimoda gladii auctoritate. Unde uſque hodie ſubſcribitur *Dertbonæ Comes*, miniſtrumque obtiner a latere, denudatum ferentem gladium in publicis actionibus. Hadrianus IV. Pontifex Maximus eandem Cathedralem exemit a ſubjectione, quam ad Mediolanenſem habebat Eccleſiam, illamque proxime S. Sedi ſubjecit: uti patet ex ipſius diplomate 1157., quum eſſet Derthonenſis Antiſtes Obertus, qui ex ordine Canonicorum Regularium S. Auguſtini ad eam regendam Eccleſiam aſſumtus fuerat ann. 1153. Circa vero annum 1161. ſub ejuſdem Oberti regimine nobilis hæc urbs excidium paſſa eſt vieinorum nequitia, queis favebat Fridericus II. Imperator, ſchiſmatis Victoris IV. antipapæ tempore; ad quorum iram declinandam Obertus Romam ad Alexandrum III. confugit, a quo benigne ſuſceptus, ampla conſequutus eſt privilegia. Profligato deinde Friderico, & in Germaniam reverſo auno 1169., victores iidem Derthonenſes manus, & opes extenderunt in reædificationem ſemidirutæ urbis. Miſeruntque Mediolanenſes ad novam urbem epiſtolam tribus eum donis videlicet eum vexillo albo, quod rubea erat ſignatum cruce, nec non pictis ſole ac luna; quæ indicabant Mediolanenſi ditioni Mediolanum eſſe ſolem, Derthonam lunam, ſive duo luminaria magna; ut in M. S. explicatur eodice. Oberto, defuncto, ſucceſſit, Ugo apprime Friderico carus, a quo anno 1183. & 1190. idem Præſul imperravit confirmarionem omnium privilegiorum, a præcedentibus Imperaroribus relatæ Cathedrali Eeeleſiæ S. Laurentii, ſuiſque Ordinariis pro tempore ſuccedentibus, conceſſorum. Ubertus S. R. E. Cardinalis Gambara Tit. S. Silveſtri anno 1539., ejuſdem loei ereatus Antiſtes, eam ad plures annos tenuir Cathedram. Cujus nepos Cæſar Gambara per Avi, ad Brixienſem tandem Eccleſiam tranſlari, reſignationem ſuffectus eſt Epiſcopus Derthonenſis 1548.. Qui poſt annos quinque eernere compulſus eſt non ſine magno cordis ſui, ſuorumque eivium mærore illuſtrem Baſilicam a miniſtris regiis in arcem munitiſſimam converſam. Quare opus ſuit univerſa inde ſacra removere. Novo dein conſtructo Templo, huic nomen eſt additum Aſſumtæ in Cælum Virginis, priori ſervata ſimul invocatione S. Laurentii Martyris, eujus honori priſtinum unice, ut retulimus, ſacrum erat. Inſerviunt demum eidem Eccleſiæ XXII. Canonici, ſuperpelliceo, & almutiis ornati, quorum quinque ſunt dignitates; inferioris autem ſubſellii complures ſunt adminiſtri. Diœceſis numerat centum circirer animarum millia.

29. Duodecima eſt *Albenſis* nimirum Albæ Pompeæ, in Marchionatu Montiſferrati ſitæ, cujus Cathedrale Templum Levitæ Sanctiſſimo fulgurar conſecratum; atque ab antiquis temporibus ad præſentem uſque diem Epiſcopus ejus in plura oppida temporale dominium exercet. Tenenturque ſubditi pro jure deeimandi inveſtituras ab Epiſeopo ſuſeipere, ac juraretidelitatem. Quondam, quibuſdam rebellantibus Caſtris, Albenſi milite in ordinem perduelles redacti fuere, non ſine locorum exeidio. Neque ſecus ac Derthonenſis Antiſtes urbis Derthonæ *Comes* ſubſeribitur, Albenſis Præſul in ſuis editis inſtrumentis ſe ſubſctibit *Albæ Comitem*. Queis Eecleſiæ juribus manifeſte apparet, quanto in honore apud Principes ſæculi habitum ſit Laurentianum hoc Fanum, talibus ornatum privilegiis. Petrus, hujus nominis IV. Albenſis Epiſcopus argenteum tabernaculum ejus altari obtulit, qui anno 1391. floruit. Andreas Novellus electus ejuſdem urbis Præſul anno 1493. proprio & publico ære ſplendide Baſilicam reſtauravit, proventus auxit, ſupellectilem multiplicavit, magnificumque conſtruxit Epiſeopium. Servatur in Eccleſiæ ſacrario corona veterum Theſſaliæ Regum, illue ex oriente a Marehionibus, ut credirur, Paleologis Montis ferrati delata. Campanariam turrim, quæ inopinate concidit, magna eum Epiſcopalium ædium, ae monumentorum præſtantium jactura, Paulus Britius diſtrictioris obſervantiæ Fratrum Minorum, ereatus Epiſcopus anno 1643., ſummo labore, ae induſtria magnifice reſtituit.

30. Eadem in Cathedrali ſepulra jacent corpora Sanctorum Martyrum Euſredi, Caſſiani, nec non & S. Frontiniani, eujus Abbatia Epiſeopali menſæ unita fuit. Item beati Alarini Epiſeopi Albenſis, Sancti Euſridi Monachi Ord. S. Benedicti, beatæ Margaritæ Amadei a Sabaudia 3. ord. S. Dominici, filiæ Principis Aehajæ, & Viduæ Theodori Paleologi, Marehionis Montis ferrati. Potiſſimum vero illuſtrata eenſetur Eceleſia ſepulero beati Theobaldi Confeſſoris, qui torum Sancti Laurenrii ſervirio ſe addixir eodem loci uſque ad mortem, quæ contigit anno 1250., Epiſcopo tum florente Guillelmo Brada. In hoc autem maximo Albæ Templo ipſe Theobaldus verrebat ſordes; ipſe lampades concinnabar, ac conſervabar accenſas; ipſe, ur in omnibus Ædis ſacræ angulis nitor, & munditiės eſſet, invigilabat; atque ad imitationem tanti Martyris viſitatis, ſotiſque pauperibus; quod ſupererat temporis

poris interdiu, noctuque in ſanctæ orationis exercitiis ibidem inſumebat. Raro tandem humilitatis exemplo moriens, petiit, ut corpus ſuum extra, ſed non longe ab eodem S. Laurentii Templo ſepulturæ mandaretur. Quo mortuo campanæ omnes Civitatis a ſe ipſis ſonum dedere, neque ceſſarunt, niſi ipſius corpore jam humato. Magna Deus ad ſervi ſui clarificandam gloriam miracula extra relatum ſignum editum campanarum patravit; in quibus tres mortui ad vitam revocati fuere, multique ab inſanabilibus curati morbis. Hinc ob ingentia; quæ ad ſepulcrum ejus fiebant prodigia, collectis fidelium oblationibus, Laurentiana Baſilica fuit ampliata uſque ad locum ſepulcri, ſuper quod nobile fuit extructum beati Theobaldi ſacellum. Poſt annos fere biſcentum, quum neſciretur, qua ſacelli parte ſacrum idem corpus recondìtum eſſet, beatus Alarinus Albenſis Antiſtes, nonnullis convocatis Canonicis, terram effodere juſſit nocturno tempore, inventaque eſt arca marmorea, cujus amoto operculo, ſtatim urbis campanæ, ut quondam in ejus morte, iterum ſponte ſonum ediderunt, pluresque mortui ſurrexere; quibus renovatis miraculis, mirificare Dominus voluit ſanctum ſuum, atque oſtendere mundo, quam placitam, acceptamque habuerit Beati viri humilitatem ac ſervitutem, ſibi, & Laurentiano impenſam Templo.

31. Inter Præſules hujus Eccleſiæ fuere Lampadius, qui anno 498. Romano ſubſcripſit Concilio, quod Symmachus Pontifex congregavit; ſanctus Benedictus, qui ſextæ ſynodo Conſtantinopolitanæ interfuit. Eamque hodie ſedem Epiſcopalem ultime condecoravit Eminentiſſimus Virginius Natta Ordinis Prædicatorum, creatus Epiſcopus 22. Julii anno 1750. promotus ad purpuram a Clemente XIII. die 23. Novembris 1761. Latam Ordinarius gubernat Diœceſim, centum & ſeptem oppida complectentem ſub dominiis Ceſareæ Majeſtatis, ac Ducum Sabaudiæ. Canonici Cathedralis ſunt numero XIV., dignitatibus quatuor computatis, extra complures alios Presbyteros ſacellanos, & Clericos adſiſtentes. Diſtinctiſſima ſpiritalis hujus parentis, ſive matris Eccleſiæ, proles fuit ſanctus Innocentius I. Pontifex Maximus, qui anno 410., ut ſcribit Oroſius, Dei providentia, tamquam juſtus Lot, Roma ſubtractus, apud Ravennam ſervatus fuit, ne Romani Populi videret excidium in Urbis devaſtatione ſub Alarico Viſigothorum Rege.

32. XIII. Cathedralis Eccleſia, & prima quidem poſt enumeratas Italicas, proponitur Laureacenſis; cujus primum ædificium, cuncta quum perierint illius monumenta, non immerito conjicitur fuiſſe ſancti Maximiliani Epiſcopi Laureacenſis & Martyris opus. Nam, ut retulimus in noſtri ſanctiſſimi Levitæ actis, conſecratus is fuit Antiſtes a Pontifice Sixto ſecundo, non abſque adſiſtentia beati Laurentii Archidiaconi; atque in Panoniam miſſus ad prædicandum Jeſu Chriſti Evangelium, illuc perventus, apud ejuſdem Provinciæ tum Metropolim (hodie vicus eſt in Auſtria ſuperiori, vulgo dictus *Lorch*) ſuam poſuit ſedem Epiſcopalem. Ut autem aliquando ad ejus pervenit aures ſanctum beati Sixti Diaconum, admirabilem inſolitumque de Chriſtianæ Fidei hoſtibus retuliſſe triumphum, bonus Pannoniorum Paſtor, qui coram ſanctitatem illius expertus fuerat, eum veriſimiliter gregi ſuo in exemplum & Patronum dedit: tantoque pietatis calore acceſus eſt populus, ut, Cuſpiano teſte Tract. de Fund. Eccl. Laureacenſis, *A Divo Laurentio Martyre Lauriacum Urbs nomen ſortita ſit*. Dum vero ab hiſtoricis aſſeritur, idem ſanctus Epiſcopus in perſecutione Diocletiani occubuerit Martyr anno Chriſti 284., infertur, tenuiſſe illius Eccleſiæ gubernacula ad annos circiter 24. Eademque in perſecutione multo fidelium ſanguine illa fuit civitas purpurata uſque ad annum 303., quo S. Florianus cum aliis quadraginta martyrii palmam accepit: hodie Regni Poloniæ Patronus eſt, ob ejus illuc translatum corpus. Maximum porro Laureacenſe Templum, reddita Chriſticolis pace, reædificatum a populo fuiſſe, in ampliorem noſtri Martyris gloriam, currente tum ſæculo ſalutis IV., indubitatum omnibus eſſe debet. Nam Bernardus Noricus, cœnobita Cremiſanenſis, edocet nos, antiquiſſimum fuiſſe beati Levitæ cultum apud Laureacenſes. Et aliunde certum eſt, Diocletiani edicto per totum Romanum Orbem, in quo Laureacum comprehendebatur, diruta fuerint omnia Chriſtianorum templa. Memoratamque reædificationem confirmant jura ipſius Laureacenſis Eccleſiæ, quæ eodem creverunt ſæculo illis in partibus ſuper complures Epiſcopales Eccleſias; adeo ut Laurentianum Templum recognitum fuerit tanquam Metropolitanum. Unde Marcus Hanſizius tom. I. Germaniæ ſacræ ſcribit: *Laureacenſis Eccleſiæ jus ſupra cæteras Pannoniæ prævaluit, quæ antiquiſſima, & reliquarum extitit mater*. Amplitudo ejus ſeſe extendebat per univerſam Viodeliciam, ſeu Bojariam. quæ nunc *Bavaria* nuncupatur, item per Auſtriam, Styriam, Charinthiam, magnamque Hungariæ partem, complectens Sabariam, in qua natus eſt S. Martinus (Epiſcopus dein Turonenſis) ut refert idem Hanſizius: Habetque Matthæus Raderus in ſua Bavaria ſancta, ubi agit de S. Maximiliano: *Ex chartis didici, Sancta Lauriacenſis Eccleſia nomen Metropolis, & Archiepiſcopatus titulum primitus eſt ſortita; cujus Provinciæ termini fuiſſe dicuntur ab Oriente*

te Foſſatum Fillanum : ab Occidente flumen Lycos : per Mœſias occidentales Nappa, Eckara, odrita : a meridie Liburnia : ab Aquilone autem Wandalus, Pelia, lacus Pilſenſeæ & Tilla flumen : inter quos terminos 22. Civitates famoſæ, nec minus opulentæ continebantur : Additque, ne dignitati quidem ceſſerit Eccleſiæ Moguntinæ : quæ ſedes eſt primi Eccleſiaſtici Electoris Imperii. Sed quum, regionibus circumditutis, illa Metropolis vaſtata fuiſſet Attilæ gladio, ſuorumque filiorum ; poſt ejus mortem, circa dimidium quinti ſæculi, iterum in temporalibus ac ſpiritualibus refloruit. Eteoim S. Severinus Abbas, appellatus *Noricorum Apoſtolus*, in orieote tum commorans, Divino monitu ad eam reſtaurandam Eccleſiam miſſus eſt. Quo etiam tempore floruit ſanctus Cooſtantius, Laureacenſis Archiepiſcopus : ad quem ſanctus Abbas Monachum ſuum *Valentem* direxit; ut in ejus legitur vita, Eugippi ejus diſcipuli manu exarata : ſic utriſque ſanctis, ſub protectione Levitæ beatiſſimi adlaboraotibus, urbs eſt in ſplendorem priſtinum reſtituta. Obiit Severinus anno Chriſti 482. Conſtaotius vero 487.

33. Scribit Pagius ſub annum 504. num. v. „ Symmacho Eccleſiam Romanam regente, Theo„ dorus Metropolita Lauriaci, in Norico poſitæ, „ pallium ab eodem Pontifice petiit, & impe„ travit, ut demonſtrat ejus epiſtola, ad Theo„ dorum data „: *Diebus vitæ tuæ*, inquit Symmachus, *pallii uſum, quem ad ſacerdotalis officii decorem, & ad oſtendendam unanimitatem, quam cum Beato Petro Apoſtolo univerſus grex Dominicarum ovium, quæ ei commiſſæ ſunt, habere dubium non eſt, ab Apoſtolica ſede, ſicut decuit, popoſciſti; quod utpote ab ipſis Apoſtolis fundatæ Eccleſiæ majorum more libenter indulſimus, ad oſtendendum te magiſtrum, & Archiepiſcopum, tuamque ſedem ſanctam Lauriacenſem Eccleſiam Provinciæ Pannoniorum ſedem fore Metropolitanam*. Adverte bic, illis gentibus primum ab Apoſtolis prædicatum fuiſſe Chriſti Evaogelium. De qua re fuſe agit Hanſizius tom. cit., recteque confutat perperam aſſerentes, harum Symmachi litterarum vigore tum primum Laureacenſem Eccleſiam in Metropolitanam evectam fuiſſe ; quum ex adverſo Pontifex ſe declaret, indulſiſſe uſum pallii eidem Eccleſiæ prædeceſſorum ſuorum more : & quod id egerit, non ad eam conſtituendam Metropolim, ſed potius ad forinſecus oſtendendum, illam reapſe ab antiquis temporibus Metropolitanam eſſe. Adlucinati ſimiliter ſunt, qui dixerunt eodem ſexto ſæculo nimirum 568. ipſam Metropolim ab Hunnis fuiſſe deſtructam. Fatemur utique tum notabilem accepiſſe a barbaris plagam, ac perpeſſam fuiſſe vel ex parte jacturam ſive detrimentum Fidei & Sacramentorum, dominantibus Idololatris : quam ob cauſam, ſicut in vita S. Ruperti Saliſburgenſis Epiſcopi legitur, *Sanctus Rupertus conſcenſa navi, per Danubium deſcendens, vicis & caſtellis Evangelium Chriſti prædicavit : atque in Noricos proficiſcens in inferiorem uſque Pannoniam lumen Fidei paſſim omnibus inferens. Inde jam pedeſter Lauriacum venit : ubi multos, a Dæmonum cultu abſtractos, baptizavit*. Decurſu namque annorum quadraginta, vel amplius ſub perfidorum hominum jugo Laureacum Metropolis ſuis cum Regionibus adjacentibus corrupta & fœdata in multis ſuis fuit membris ; ſed non ad omnimodam Fidei catholicæ deletionem, ut probat laudatus Hanſizius. Migravit Rupertus ad Dominum anno *623*. Subſequentique *624*. ponitur in Archiepiſcoporum Laureacenſium ſerie Philo Romanus uſque ad *654*. dein Bruno a *660*. ad *698*., poſtea Theodorus, hujus nomiois ſecundus, nempe a *699*. ad *722*. eratque tum Cathedrale Laurentianum Templum ne dum a Canonicis, ſed etiam a Monachis omni decore cultum ; ut ex Arnulphi litteris colligitur. Ibique ſedit tandem Vivilo a *735*. ad *737*. Quo anno, exigentibus peccatis populi, celebertima illa civitas fuit ab Hunnis fundirus everſa. Atque, ut habetur in M. S. Cæſ. hiſt. Eccl. num. 29. *in Patavia Gregorius Papa III. Sanctum Wivilonem locavit cum dignitate Archiepiſcopali, quam Vivilo, bic notatus, de Laureaco, ubi ſedes prius erat, tranſtulit*. Narrat Hanſizius, quod idem Vivilus, fuga dilapſus a Lauriaco, ſecum tulerit pretioſam omoem ſupellectilem Lautiacenſis Eccleſiæ. Ex qua Sedis translatione ortum habuit, ur ſcriptores Laureacenſem Antiſtitem modo *Patavienſem*, ſeu *Paſſavienſem*, modo *Laureacenſem* vocaverint. Ceterum, ut erat Ordinarius Paſſavienſis, ſimplici Epiſcopali gaudebat ſede, in qua ſederunt ante adventum Laureacenſium Archipræſulum Erchenſtidus ab anno 715. ad 723. & Ottocarus a 724. ad 738. poſt cujus mortem Archiepiſcopus Vivilo Epiſcopalem illam implevit Cathedram, qui præcedenti, ut diximus, an. 737. in Paſſavium tamquam tutiorem in locum ſe receperat. Diſtat hæc urbs ab exciſa Metropoli Laureacenſi decem milliariis Germanicis.

34. Mortuo ibidem Sancto Vivilone anno 745., ſucceſſor ejus Valdericus, qui vixit ad annum uſque 804. ideſt in Epiſcopatu fere 59. jure translationis Laureacenſis Cathedræ ſeſe per omnia geſſit uti Pannoniarum Metropolitanus: Juvitque illum tempus. Nam Carolus magnus, Francorum Rex ſalutatus anno 770., ſeptimo circiter ſui Regni anno, grandi comparato exercitu, Ripenſem Pannoniam, & Moraviam ſibi ſubegit, profligaris Hun-

Hunnis; quoſque inſectatus eſt etiam, exturbans eos ab inſeriori Pannonia, uſque dum regno Hungariæ uoiverſæ potiretor. Quare in primis liberata ſuperiori Panoooia, & Moravia ab eorundem Huonorum tyranide, Archiepiſcopus Laureacenſis Valdericus nervos omnes iotendit, non ſolum ad reædificandum Laureacenſe Templum (quod appellatum voluit *Sanctorum Stephani, ac Laurentii* titulo, ad oſteodendam unionem Eccleſiæ Paſſavienſis, erectæ olim ſob titolo S. Stephani, cum Laureacenſi, ubi Archiepiſcopalis eſſet in poſterum Cathedra ſub Divi Laurentii auſpiciis) verum etiam adjecit animum ad alias quatuor ſedes Epiſcopales ſibi ſubjectas, erigendas; nimirum duas in eadem ſuperiori Pannonia, totidemque in Moravia. Tum multi vel reduces deſtructæ Metropolis cives, vel ſuis in filiis, exædificaruot prope Laurentianam Baſilicam novum oppidum, *Laureacum* nuncupatnm, muris cinctum; aliter dictum *Aniſiburgum* ob vicinum flumen Aniſum, e cujus ponte præcipitatus ſuerat Sanctus Florianus Martyr. Nova enim Eccleſia S. Laurentii nova cum civium habitatione non longe ſundata dicitur a loco, ubi condita fuerat vetuſta exciſa urbs, in diſtantia videlicet unius circiter germanici milliaris. Sicque refloruit iterum noſtri Martyris glorioſa memoria. Ubi autem aono 804. ex humanis deceſſit Valdericus, huic ſucceſſit Urolphus; cujus meminit Eogeoius Papa II. in epiſtola ad Principes & Optimates Hunniæ, Avariæ, & Moraviæ, circa annum 826. ſcribens: *Is novam Eccleſiam catholice gubernandam in veſtris partibus ſuſcepit: in quibus Romanorum Gepidarumque ætate in ſeptem Parrochias* (intellige hodie Diœceſes) *Anteceſſores ſui jure Metropolitano obtinuerunt Diœceſim*. Nempe *Provinciam*, plures ſub Metropolitano cootinentem Epiſcopatus. Et verſus ejuſdem Epiſtolæ finem hortatur Pontiſex Principes illos, nt juvamen ad opus ſanctum præbeant, dicens: *Quatenus dudum illic conſtitutorum Epiſcoporum numerus impleatur, & maxime in illis locis ordinentur Antiſtites, ubi indicia Eccleſiarum, & ædificiorum ſedes Pontificalis olim fuiſſe demonſtrant*. Plura ex relatis epiſtolæ Eugenianę teſtimoniis notatn digna eruuntur. I. quod oova S. Laureotii Eccleſia, quam Urolphi Prædeceſſor erexit, habenda ſit jure Metropolitico eadem ac vetuſta urbis exciſę: nam Romani dominium illarum partium tenuerunt uſque ad annum 377. Gepidæ vero, ſive populi Sarmatiæ Europeæ, a dicto anno ad 550. circiter: queis temporibos vetos Laureacum extabat. II. quod ſeptem fuerint a diebus anriquis Epiſcopales Eccleſiæ, Laureacenſi Metropolitano ſubjectæ. III. quod harum nuonullæ excitatæ jam erant Valderici cura, & quod ſepteoarius Eccleſiarum Epiſcopalium complendus erat numerus, cui adhuc tres deſiderabantur. IV. qood idem Pontiſex conceſſit Urolpho pallium Archiepiſcopale cum integra poteſtate ordinandi Epiſcopos, quum tres prædictæ conſtitutæ ſorent Eccleſiæ. Ipſe vero Laureacenſis Archipræſul Urolphus adeo pie, ſancte, & præclare ſe geſſit in agendo ſingula, quæ ſui erant muneris, ut poſt mortem inter ſanctos meruerit venerationem, impenſam ſibi a populo Laureacenſi. Vixitque ad aonum 837. ſucceſſor autem Urolphi, aliique ſubſequentes Batavini Epiſcopi ſua contenti Paſſavienſi ſede; nec pallii uſum, nec Metropolitica Laureacenſis Eccleſiæ jura curarunt. Quamobrem ſuper juriſdictionem iſtius manum extenderuot Archipræſules Salisburgenſes; adlegantes, extinctam ſuiſſe cum urbis excidio Laureacenſem Sedem, iſtiuſque jura ad Eccleſiam Saliſburgenſem devoluta; & quod Epiſcopus Paſſavinenſis eſſet ſibi ſubjectus. Ita rebus turbatis Eccleſiaſticæ Provinciæ orientalis Pannoniæ per annos circiter nonaginta; eandemque Pannoniam frequenter populantibus barbaris; profugiſque fidelibus, eam deſerentibus; vicus Lauriacum ſua cum Diœceſi, ait Benedictus VII., *nullum habuit Chriſtianæ profeſſionis habitatorem* uſque ad tempora Othonis magni, qui ſalutatus ſuit Germaniæ Rex anno 936. Vid. Pontificis ep. ad Piligrinom. Electus tandem Gerardus Paſſavioenſis Antiſtes, conqueſtus eſt apud ſanctam Sedem tempore Stephani VII. adverſus Metropolitanum Salisburgenſem, quod is uſurpaſſet jura Laureacenſis Eccleſiæ ad ſe pertinentia. Quæ cootroverſia prorogata ſuit per annos fere ſex, nimirum ad Pontificatum uſque Leonis VII., qui circa annum Chriſti 937. Apoſtolicam edidit ſanctionem in Gerardi favorem, huic concedendo pallii uſum pro majoribus anoi ſollemnitatibus, ac ſigoanter in feſtis *ſanctorum Stephani & Laurentii*, ejus Eccleſiæ Patronorum. Quam Leonis conſtitutionem citavit Agapetus II. (qui Apoſtolico in throno ſedit ab anno 946.) ſicut videre licet in epiſtola ad eundem Gerardum apud Labbæum tom. IX. Concilior. pag. 618. ubi omnem illi poteſtatem Metropolitani contulit, adſignatis ditionis Laureacenſis & Salisburgenſis terminis, nempe huic Occidentalem, illi Orientalem tribuendo Pannoniam. Decrevitque præcedentiam dandam eſſe Metropolitano Laureacenſi ab altero Salisborgenſi: quandoquidem notum erat, a Laureacenſis Eccleſiæ prædicatoribus, *In ſuperioris & inferioris Pannoniæ Provincias fidei emanaſſe gratiam*. Scribit autem Aventinus lib. 5. *Agapito Papa concedente, & Othone Rege favente, Gerardus Archiepiſcopus Bojorum, Laureacenſis nuncupatus, Pannoniam, Avaros, Mora-*

vos,

vos, Venedos in rebus divinis procurare juſſus eſt. Præcepir & Agapetus (quoniam anno 955. contritis Hunnis, qui Pannoniam iterum invaſerant, Othonis, Germaniæ tum Regis, exercitu; Norici quierem eranr conſequuti perpetuam) præcepit, inquam, idem Pontifex, ur Gerardus ſuam figeret reſidentiam apud Baſilicam Laureacenſem, ſubdens: *Reinthronizamus te eidem Eccleſiæ prædeceſſorum noſtrorum, ſed & Leonis Papæ ſanctiones & ſtatuta exſequentes .. ac ſæpe dictam S. Laureacenſem Eccleſiam archiepiſcopamus, & in culmen Metropolitanum ſublimamus*. Idque appoſuit Pontifex ad omnem tollendam de medio litem, quam ultra movere poſſer Salisburgenſis Archipræſul. Datæ fuerunt bæ Agapeti litteræ ultimo ſui Pontificatus anno, ideſt 956., quo & Gerardus magna ſanctitatis opinione migravit ad Dominum: *Sancti* obtinens titulum in chronico Reicherſpergenſi. Eique ſubrogatus eſt Piligrinus, cujus ſama virtutis eximiæ permoti, legatum Ugri miſerunr, ut ad ſe accederet in converſionem illius gentis ad fidem. Quod ſanctus Antiſtes exſequens, quinque millia hominum baptizavit: ut in ſua Bavar. ſanc. ſcribit Raderus in illius vita.

35. Acquieſcere autem nolens decretis Pontificum Romanorum, in favorem Laureacenſis Eccleſiæ latis, Heroldus Salisburgenſis Metropolita; factum eſt, hujus prævalente potentia, ne Piligrinus obtineret Pallium a ſancta Sede, diverſis ſuccedentibus in Romana Cathedra Pontificibus ad annos ferme viginti, donec renuntiatus Benedictus VII. Pont. Max., faventeque Othone II. Imperatore, univerſa jura, quæ Gerardo prædeceſſori ſuo conceſſa fuerant, conſequeretur, cum poteſtate ordinandi Epiſcopos Eccleſiarum ſibi ſubjectarum; excepta prærogativa præcedendi Archiepiſcopum Salisburgenſem; ſed hac in re ſervaretur ordo Anglico more: nimirum, ut unus, vel alter Metropolitanus præcederet, qui eſſet prius Epiſcopus conſecratus. Adjecitque in ſua epiſtola Pontiſex Benedictus ad Piligrinum, ut reſideret in poſterum apud Laureacenſem Eccleſiam; quandoquidem *nunc*, ait, *Sancta Laureacenſis Eccleſia, hoſtium ceſſante terrore, & accolis ſuis pace & tranquillitate potitur &c.* edita ſuir hæc Benedictina conſtitutio circa finem anni 975. videlicet 20., poſtquam Hunni a Pannonia profligati, ſupremam paſſi fuerant ſub Othone magno cladem. Et quidem commode ſpatio annornm viginti potuit Lauriacum incolis fidelibus repleri; & per circuitum multiplicatis accolis foveri: quare nil obſtabat, quominus Piligrinus Epiſcopus Paſſavienſis, & Laureacenſis Archiepiſcopus in Metropolitanam Cathedram ſe conſerret: quod & in re complevit, juſſis obtemperans Apoſtolicis, uti decebat virum ſanctum, ac ſapientem. Ad quem etiam miſſum extat Othonis II. Imperatoris diploma ſub datum nonis Octobris apud Ratiſponam anno Domini 977. Indict. vi. in quo hæc leguntur: *Quemadmodum priſcis temporibus Sancta Laureacenſis Eccleſia, quæ (hodie) extra murum in honorem Sancti Stephani, Sanctique Laurentii conſtructa & dedicata eſt, ante diſſidium & deſolationem Regni Bojorum mater Eccleſia & Epiſcopalis ſedes fuit; ita deinceps priſtino honore, ac dignitate, Canonica authoritate, perfruatur: quam & præſenti præcepto noſtro renovamus, atque roboramus: & jam ſæpe dictæ Lauriacenſis Eccleſiæ Venerabilem Piligrinum Antiſtitem reinthronizamus, quatenus amodo tam ipſe, quam ſui ſucceſſores Laureacenſes fiant, & nominentur Pontifices*. Quocirca vigore Pontificiæ conſtitutionis, Imperialiſque diplomatis iterum eo loci reſplenduit Sancti Laurentii cultus, optimo illo vigilante Metropolitano. Quin immo ſuſpicamur haud levi ſundamento, quod ſanctus Piligrinus, ibidem disjecta illa, quam invenerat, vetuſta Baſilica, ſub titulo *Sanctorum Stephani, & Laurentii*, erecta dimidio circiter ſæculi octavi a prædeceſſore Valderico, novam, ut conjicitur ex catalogo Cremiſanenſi; ſæculo cadente decimo, & in ampliorem formam reædificaverir ſub unico *Sancti Laurentii* titulo. Etenim in pluribus Ducum Styrienſium diplomatibus invenitur. *Datum Laureaci apud Sanctum Laurentium*: Neque ulla ſit amplius *Sancti Stephani* mentio. Similiter intelligimus, in Archiepiſcopi Palatio eundem Piligrinum erexiſſe oratorium, ſive amplum Sacellum ſub nomine ſolius *Sancti Laurentii*. Nam ipſe beatus Metropolita ſuis in litteris, apud Hanſizium, teſtatur, Synodum celebraſſe ſacra illa in aula, ſive oratorio S. Laurenrii Martyris Chriſti apud Laureacum. Obiit vir Sanctus plenus meritis & virtutibus anno Chriſti 992., poſtquam ſediſſet Metropolitanus Laureacenſis annos ſexdecim. Cujus aliquando reſeratum ſepulcrum plurimis miraculis coruſcavit. Eumque Ferrarius in Martyrol., Matthæus Raderus, & Chroniſtes Tergeminenſis in elaboratum ab ipſis, ſanctorum catalogum retulerunt. Is fuit ultimus Archiepiſcopus Laureacenſis; quandoquidem ſubſequentes Paſſavii Antiſtites reſidere apud Lauriaci Oppidum renuentes, non aliam quam metam Epiſcopalem obtinuere dignitatem, retento ibi temporali ac ſpirituali dominio Lauriaci oppidi uſque ad annum 1008. In litteris enim S. Henrici Imperatoris anno Imperii ſexto legitur: *Adelbertus ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopus pro Aneſiburch, Sanctæ Laureacenſis Eccleſiæ prædio, ubi quondam Epiſcopatus fore ſedem novimus, Auſenbuſan ab Henrico Duce Bavariorum juſte, & legaliter in concambium accepit &c.*

36. Schritovinus, ineditus, de beato Althmanno Patavienſi Epiſcopo inquit „ quum eſſet vir venerabilis vitæ, moribus, & virtutibus virens, ultimus Ducum Putinenſium genere.... Patavienſi pulſus ſede ab Henrico III., exulabat in Weſphalia... Ipſe Cathedram ſuam in Laureaco poſuit ſub alis Luithboldi Marchionis, neque pro pallio inſtitit. vixit annos 26. Pontificatus: obiit 1091. „ Collige hinc Laureacenſe maximum noſtri Martyris Fanum prope finem undecimi ſæculi cultum ita fuiſſe, ut Epiſcopali ſede dignum ſit habitum ab Althmanno, quem Pagius, aliique ſcriptores *Sanctum* appellant. Ipſe præcedenti ad mortem anno, nempe 1090.; deſtinatus ab Urbano II. legatus Apoſtolicus, Thimonem ordinavit Archiepiſcopum Salisburgenſem: ac multo ante, nimirum anno 1082. Diploma quoddam edidit pro Ottackerio Marchione Styrienſi ſignatum *apud Lauriacum*. Ceterum Paſſavienſes Præſules ſeſe tandem excutientes de ſomno ſuo, temporibus Concilii Conſtantienſis, litem moverunt adverſus Metropolitanum Salisburgenſem; huic ſubjici renuentes, titulo ſæpe dictæ Laureacenſis translatæ Sedis in Paſſavium. Prorogataque eſt lis ad noſtros uſque dies, queis, regnante in Petri Cathedra Benedicto XIII., per iſtius Conſtitutionem CCXXVI., quæ incipit: *Arcano Divinæ* (in qua legi fuſe poterunt ampliſſimæ Laureacenſis Eccleſiæ prærogativæ) Paſſavienſis Antiſtes in perpetuum ſolutus eſt a ſubjectione Salisburgenſis Archipræſulis, conceſſo illi, ſuiſque ſucceſſoribus pallii uſu, ac præviæ ferendæ crucis poteſtate, Metropolitanorum inſtar.

37. Denique refert Hanſizius in Prolegomenis cit. tom. 1., dicens: *Vetuſta urbs Lauriaci funditus everſa, ne veſtigium reliquit ſui, præter Baſilicam S. Laurentii M., quam olim Archiepiſcopalem fuiſſe putant intra mœnia ſitam, quæ hodie in agreſti ſolitudine viſitur, fuitque diu deſerta, & ſqualleus: ſed modo ob venerationem antiquitatis refecta & ornatior*. Si res ita ſe habuit, dicamus, oportet, accidiſſe quaſi miraculum a Deo in honorem S. Laurentii, ut barbaricus olim furor, tota urbe deſtructa, pertimuerit vel tangere Laurentianum Templum. Apud novum vero Laureacum altera extat hodie Baſilica Laurentiana, de qua egimus ſub Archiepiſcopatu Pilgrini, Parochialia illius oppidi tenens jura.

38. XIV. Cathedralis venire in cenſum debet *Merſeburgenſis* in ſuperiori Saxonia, quæ ab Othone I. Saxone Imperatore ob relatam (ut diximus lib. 1. Glor. Poſth. cap. II. numer. 11.) victoriam ex infeſtantibus Hungaris Sanctiſſimo erecta fuit Martyri ſæculo noſtræ ſalutis X. Imperiali magnificentia plane digna. Cujus Diœceſis ut ampliaret ſpatia, piiſſimus Cæſar ſupplices dedit litteras ad Hilduvardum Epiſcopum Halberſtadienſem, tum nuper electum, ſcribens, ut Sancto Laurentio Martyri cederet paræciam magnam, jacentem inter fluvios Vvillarbici, & ſalſum mare, & Salam, & Hunſtrod, & Helmaan &c. Ejus Imperialibus placitis ille Archipræſul annuit, ut habet Mabillonius in vita S. Adalberti. De hac Epiſcopali valde magna, & populoſa urbe, quæ a Philippo Ferrario *Martinopolis* appellatur, Antonius Baudrandus in lex. Georg. adnotat: *Merſeburgum urbs Germaniæ in Miſnia, Epiſcopalis ad ſalam fluvium 3. milliaribus Germanicis* (ideſt 12. italicis) *ab Halla in auſtrum, & totidem a Lipſia in occaſum, ſub dominio proprii Epiſcopi*. Unde is etiam Præſul in temporalibus Princeps conſtitutus fuit. Otho autem II. magni Othonis filius, qui ſucceſſit in Patris Imperio, iſtius veſtigia minime tenens, ut ſcribit Coævus auctor „ Epiſcopatum, quem Pater pretioſiſſimo Martyri erexit, ambitione ſuorum in peccatum ductus, deſtruxit, ut plenum deliciis Magdeburgenſem Archiepiſcopum ditaret. Quare ſicut pater Otho, pugnante Laurentio, ubivis gentium victoriam fecit, ita filius, læſo Laurentio, victoriam perdidit, & diebus ſuis confuſionem recepit. Ecce dum peccat, flagellatur, & non emendatur: plenus adverſis media vita moritur. Jacet nunc ecce inglorius, o utinam & non reprobus! Priuſquam vero moreretur, ut ad pœnitentiam hominem ſtimularet Clemens Deus, talem viſionem cuidam ſapienti oſtendit. Nocte intempeſta vidit ipſum, de quo agimus, Regem aureo ſolio ſedentem; ſub pedibus ejus argenteum ſcabellum; Epiſcoporum, & adſtantium Procerum circa ipſum aſpexit longam ſeriem. Intravit autem decora facie, ad inſtar ignis, Juvenis incognitus; quem nivea veſtis veſtivit, purpurea ſtola in pectus cinxit. Nec ſtat: via vadit: argenteum ſcabellum cum indignatione ſubtraxit, & averſo vultu januam petiit. Quod ægre ferens, poſt illum cucurrit, qui tale ſomnium cernere meruit. Quæſo, inquit, mi Domine, dedecus non facias, ſuppedaneum reddas, quiſquis es, qui tanta audes: obſecro, Regem coram populo ne confundas. Hæc magna potentis Laurentii aurea perſona erat, ſicut illi Epiſcopo poſt cognoſcere Deus conceſſit. Immo, inquit, ſi meum dedecus non emendat, majora faciam: ſubtracto ſcabello, ipſum ſolio deponam. Monitus de his Rex, facinus non correxit. In medio curſu vitæ fit victima mortis, pulvis in pulverem redit „.

39. Mortem hujus infeliciſſimi Cæſaris ex illius ætatis ſcriptoribus narrat Spondanus ad an-

annum Chriſti 983. Cujuſmodi factum quum ad deſcriptæ viſionis propheticæ pertineat complementum, æquum ducimus vel breviter addere. Poſthabita ſiquidem Otho Prælulis venerabilis admonitione, reſtituendi videlicet S. Laurentio ſublatum Merſeburgenſem Epiſcopatum; neque volens erratum emendare; facta expeditione adverſus Græcos, in Calabriam venit eodem anno, quo dictum extinxerat Merſeburgenſem Epiſcopatum; at in conflictum deſcendens cum hoſtibus ſuis, ipſe ingenti hoſtili prælio navali devictus eſt, univerſo exercitu ejus cæſo, & omnibus pene Proceribus, nonnulliſque Germanis Epiſcopis, & Abbatibus (qui & ipſi præter jus, faſque in eodem bello militarunt) interfectis. Imperator vero natando evadere capturam ſui nitens, a nautis comprehenſus eſt: ſed ab iis haud cognitus, ab Auguſta conjuge redemtus eſt. Nihilominus ob cladem acceptam in profundum confuſionis, & mæroris veniens, quum ne pedem quidem in Germaniam intuliſſet, prædicto anno, qui decimus erat, ex quo ſolus poſt Patris mortem regnare cœperat, ſeptimo, ideſt, Decembris interiit. Diſcere hinc Reges, & Principes terræ potuerunt, Sanctorum, & Iſtius præcipue, de quo tractatum habemus, honorem tueri, & augere potius, quam ſupprimere; ne quid eis infauſti ſimile contingat. Otho III. Germanorum Rex anno 974., nondum quum eſſet a Pontifice inauguratus, & coronatus Imperator (quod poſtea Romæ factum eſt Gregorio V. ſummo Præſule anno 996.) ſuaſu piæ matris corrigendum duxit patris delictum, quod formidabilem Martyris iracundiam concitarit ad Genitoris ſui uſque interitum. Quocirca ſtatim Cæſar novellus Cathedrali Merſeburgenſium Eccleſiæ ſublatum reſtituit Epiſcopatum ſuis cum juribus, præeminentiis, ac divitiis, queis illum cumolaverat magnus Otho I. Hanc matris Othonis III. ſuaſionem commendat Ditmarus in chronico lib.4., ſcribens, *Theophanes*, ſive *Theophania* (ſic enim vocabatur Imperatrix) ex Imperatorum Orientalium ſanguine procreata, duas etiam ex Othone II. habuit filias Auguſtas, Sophiam videlicet, & Adelaidem; ambaſque ſic educavit, ut hæ ſelectæ Chriſti ſponſæ, carnalium nuptiarum contemtrices, monaſticam duobus in Aſceteriis vitam traduxerint.

40. Ad itaque noſtrum redeuntibus inſtitutum, Merſeburgenſis Eccleſia priſtino reſtituta decori ſe nobis offert: ſed, bone Deus, ad quam brevem horam dies hæc ſerena populis illius Diœceſis illuxit? Mortuo ſiquidem Othone III. anno 1002., iterum ad Imperii confinia inundaverunt Barbari, ac Merſeburgi Cathedralem pene ad nihilum redegerunt, ſicut videre licet apud Bollandianos ſub die 14. Julii in S. Henrici vita, qui, electus Imperator, contra vaſtatores Slavos, Polonos, ac Bohemos congregato exercitu, ſurrexit in prælium. Caſtrametatuſque eſt in Merſeburgenſi campo, ad cujus proſpectum ſita erat eadem primaria urbis Eccleſia, infidelium præpotentia depreſſa. Locumque deſolatum Henricus videns, ingemuit, & ait: *Beate Laurenti Martyr Chriſti, ſi tuo interventu has barbaras nationes, ad quas pergo, Romano Imperio, & Chriſtianæ Religioni ſubjugavero, hunc locum nomini tuo conſecratum, ac hodie deſolatum, Divina favente gratia, in ſtatum dignitatis priſtinæ reformabo*. Principes autem Poloniæ, & Bohemiæ, ceterorumque ſlavorum duces, innumerabili collecta militum multitudine, obviam proceſſerant ad conferendas cum Henrico manus. Sed iſte, invocato Sancto Laurentio, huic ſe, ſuumque exercitum protegendum commiſit. Videnſque innumerabilem hoſtium multitudinem, orans breviter clauſis oculis, indeque apertis, ecce videt Martyrem Patronum cum ſanctis aliis ſua præcedentem caſtra, hoſtileſque cuneos profligantem. Tum hoſtes reapſe confuſi, exanimes, ac perterriti, projectis armis, ſine ulla Chriſtiani ſanguinis effuſione ſe fugæ mandarunt. Hujuſmodi cæli prodigio Imperator victor effectus, votum, quo ſe Archimartyri obſtrinxerat, exolvit: Templique ſqualore propulſato, regali munificentia illud exornavit, ſactis pretioſis miniſtrorum veſtibus, vaſis miniſterialibus argenteis, & aureis omnique ſplendida ſupellectili honeſtatum, poſſeſſionibus ditavit regiis, & Epiſcopale munus univerſo cum Baſilicæ Clero, priſtino ſplendori reſtituit. Additque laudatus Ditmarus, (qui ab eodem Henrico promotus fuit ad Merſeburgenſem Epiſcopalem Cathedram an. 1018. mortuo Wigberto). *Eidem Merſeburgenſi Fano Cæſar dono dedit altare aureum, gemmis honorifice diſtinctum, & pixidem auream lapidibus pretioſis ornatam, cum duobus thuribulis, collectarium, & argenteum bicareum*, ſive cyathum.

41. In ſuo dehinc facta Ædes perſeveravit decote uſque ad infelicia Lutheri tempora, queis inſcrutabili Dei judicio ab hæreticis profanata eſt, & uſque hodie ab Epiſcopo proteſtante (qui ſupremum ibidem principatum uſurpat,) adminiſtratur, ſicut & Neoburgenſis Epiſcopatus in Miſnia, licet is longe inferioris conditionis ſit Merſeburgenſi. Doctiſſimus Joannes Echius, *Lutheranorum malleus* appellatus, qui cum impio Luthero & ſcriptis, & coram diſputans, coegit eum ad confitendum indulgentiarum efficaciam; Summi Pontificis auctoritatem; Purgatorii exiſtentiam (ut teſtatur Sanderus de viſibili Monarchia lib.6.) is, inquam, magni nominis vir, de hac Epiſcopali urbe lo-

Digitized by Google

quitur, quum in ſermone S. Laurentii de inſanis inquit hæreticis: *Ecce quanta ſit Neochriſtionorum veſania, qaod Sanctum Laurentium e Sanctorum Catalogo ejecerunt in iis etiam locis, ubi antea fuerat Patronus. Sed illum tamen* (ſortaſſe, quod argentea ejus ſtatua in Cathedrali erat Eccleſia) *in arca, & fiſco diligenter cuſtodiunt, & ſeris etiam aliquot concluſum.* Mirum, quod errones iſti auſi non ſint iconem ejus conſringere, argentumque in profaoos convertere uſus. Magiſque mirum, ſi ad hæc uſque tempora pretioſum ſimulacrum minime ſit deſtructum, ſed diligenter in arca ſervetur, clavibus cuſtoditum, atque concluſum. Utinam alter diebus etiam iſtis illuceſceret Imperator Henricus, cujus precibus exurgeret Deos io diſſipationem ioimicorum ſuorum, atque in hos perdendos mitteret (ſicut olim) Martyrem ſuum; ut celebris qoondam illa fidelium Eccleſia (hoſtes Laureotio profligante) in gradum priſtinum reſtituatur. Videtur enim, quid latere myſterii, ſi reapſe, ut ſcribit Echius, Marryris iconem, diligenter in arca cuſtoditam ſub illis diebus, ad hæc noſtra uſque tempora minime audeant hæretici comminuere. Veruntamen *quis hominum ſcire poterit conſilium Dei? aut cogitare, quid velit Deus?* Optamus nihiloſecius, ut ejus in omnibus ſanctiſſimum beneplacitum impleatur. Legitimorum Epiſcoporum ſeries ejuſdem Cathedralis, quam ii per quinque, & amplius ſæcula gubernarunt, incomperta eſt nobis; niſi etiam Merſeburgenſes tabulæ, quibus erudiri poſſemus de geſtis Epiſcopalibus, *in* gloriam S. Laurentii reſultantibus, Lutheranorum nequitia (quod nimis veriſimile mihi videtur) omnino perierint; ne priorum ſæculorum memoria in poſteris aliquando reviviſceret, patrumque ſuorum a fidei rectitudine prævaricatio filiis innoteſceret, quo redire *ii* poſſent ad cor. Veruotamen ſæpe contingit, ut *Abyſsus abyſſum invocet.*

42. XV. Claromontenſis in Gallia Cathedralis Eccleſia, Arvernorum caput in Aquitania, Sanctiſſimæ De*i* Genitrici, Beatiſſimoque Martyri Laurentio, ac Sanctis Vitali, & Agricolæ cooſecrata eſt: uti obſervat Philippus Labbæus Tom. 2. bibliothecæ rerum Aquitaoicarum de Eccleſiis Claromontii. Quibus titulis eam vocat Stephanus II. Arvernenſis Aotiſtes in donatione teſtamentaria ſuorum bonorum, eidem Cathedrali facta anno 959., dicens: *Ipſi Eccleſiæ S. Mariæ, Sancti Laurentii, atque Sanctorum Vitelis & Agricolæ concedimus &c.* Ad omnem porro cooſuſionem removendam a ſcriptorum libris, de piis locis Claromootii agentibus, *Sancti Laurentii* nomine appellatis; animadvertere oportet, tria in Claromonte ſacra ædificia in Levitæ Sanctiſſimi honorem excitata fuiſſe ab aotiquis diebus. Unum fuit Cathedrale Templum; alterom, quod Arvernorum comes Victorius extruxit eidem Martyri; tertium Monaſterium Laurentianum Arvernenſe, tali nobilitatum titulo, quod adnexum fuerit commemoraro Epiſcopali Templo maximo, cujus ſervitio Monachi addicti erant. Quocirca laudatus Stefanus II. loc. cit. inquit: *Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, S. Laurentii, atque Sanctorum Vitalis, & Agricolæ, Fratribuſque ibi Deo in commune ſervientibus &c. Concedimus &c.* Quibus aperte liquet, S. Laurentii Arvernenſis Monaſterium baud adhæſiſſe Laurentiano Victorii Fano, ſed Cathedrali, ot recte citatus Labbæus num. III. ex vetuſtiſſimis eruit mſs.. Ubi de conſtrocta S. Laurentii Æde a Victorio comite agens, ſcribit ſuper verba Ivonis Carnotenſis, ſacta de Monaſterio S. Laurentii Arvernorum epiſt. 3. ad Monachos Dolenſes, idem, inquam, Labbæus ſcribit: *Ne quis hæreat in hac re, & ut lux Ivoni detur, Monaſterium Sancti Laurentii Arvernenſis non eſt Eccleſia Sancti Lourentii, de qua boc loco agitur* (agit enim ibi, ut diximus, de ſacro Victorii ædificio) *ſed Mater, & Epiſcopalis Eccleſia.* Neque obſtat, quod Cathedralis Arvernenſis ab Ivone Carnotenſi unico S. Laurentii titulo vocata ſit: ſic enim tum ſæcul. XI. communiter appellabatur. Quum vero in vita S. Boniti, Claromuntani Epiſcopi, legitur indicta ſupplicatio ad Eccleſiam S. Laurentii ab eodem S. Præſule (cujus acta ſcripſit ſynchroous auctor, nempe ſæculo Incarnationis Dominicæ ſeptimo) eo loci ſcriptor dicens: *Ubi ingreſſi ſumus Beati Levitæ Eccleſiam &c.* vice verſa, non Cathedralem, ſed alteram Victorii Eccleſiam inrelligit; illuc enim, a Templo maximo fuit decreta ſupplicatio, ſive ut vulgo dicitur, *proceſſio*. Similiter, quum S. Galli corpus ex Fano Sancti Laurentii *in* Ædem primariam fuiſſe tranſlatum aſſeritur, de ipſius Victorii fundata Eccleſia, ex qua corpus S. Epiſcopi Galli erutum fuit, ſermo eſt. Hanc Eccleſiarom diſtinctionem ſub eodem *S. Laurentii* titulo confirmat Mabillonius in notis ad vitam S. Boniti: ſcribens: *Duplex bujus nominis erat Baſilica in Civitate Arvernica. Nam Cathedralis olim dicebatur Eccleſia S. Mariæ & Laurentii, ut probat Jobannes Savaro lib.* 1. *de Eccleſ. Claromont.* §. 1. *& alia Eccleſia S. Laurentii ſita erat prope Baſilicam S. Mariæ de Portu* §. 3. Poſteriorem banc Laurentianam univir tandem eidem Cathedrali Guido de Turre, corpus S. Galli ex eo loci transferens, ut notavimus, in Eccleſiam maximam anno 1285.

43. Magnificentiam igitur iſtius Epiſcopalis Eccleſiæ Gallicanæ Maurini Monachi explican-

can-

Digitized by Google

cantes in ſua Gallia Chriſtiana, inquiunt. *Templum ob magnitudinem, & ſingularem, qua fabricatum eſt, artem, abſolute ſpectabile eſt*. Du-Fraſſe, Claromontenſis Canonicus, novo opere a Gnidone reædificatum fuiſſe contendit; quum is ex Ordine Prædicatorum ad Claromontanam aſſumtus eſt infulam. Additque Labbæus: *Datur* ibidem *locus S. Laurentio Martyri intra Sancta Sanctorum Matris Eccleſiæ ad dexteram altaris principalis, ſicut ſiniſtris patet altare Sanctorum Vitalis, & Agricolæ. Ejuſdemque S. Laurentii feſtum ſolemniter agitur, & Chorus eſſe ſolet cum Cappis quarto Idus Auguſti*. Magnum ſane iſtud fuiſſe feſtum in Cathedrali præfata a vetuſtis, temporibus, legatum indicat Ludovici Royre, tranſcriptum in codice anniverſariorum ipſius Eccleſiæ, in quo legitur, quod idem Claromontenſis Canonicus, qui floruit anno 1285., legavit, ut XVI. ad Kal. Septembris, ultima Octavarum S. Laurentii Martyris, Canonicis, & reliquis Eccleſiæ Miniſtris panis & vinum diſpenſaretur: adſignavitque decem ſextarios frumenti, ac totidem vini modios Claromontenſi Capitulo, nec non domum annuæ præſtationi, ac redditus perceptoriæ *de la Tourette*. Præterea Claromontani Ordinis manuſcripti auctor, Anonymus hortatur Durandum Eccleſiæ Succentorem, ut diem illum S. Laurentii feſtive celebret, adjiciens: & ut annuatim cum maxima feſtivitate excolatur, Henricus de Turre, Claramontenſis Epiſcopus, qui obiit anno 1415., diſtribuendas conceſſit anno quolibet libras octo Turonenſes.

44. In hac ſacra Baſilica præter inſignes reliquias ſanctorum Martyrum Vitalis; & Agricolæ, condita ſunt complurima ſanctorum Epiſcoporum Claromontenſium corpora; quandoquidem eadem Cathedralis Eccleſia in ſuorum Epiſcoporum ſerie vigintiquinque habuit Præſules, quos uti Sanctos veneratur, & colit. Item gloriatur in lucem edidiſſe Maximum Avitum Occidentis Imperatorem, univerſalis Eccleſiæ Clavum tenente ſancto Leone magno, pleroſque alios clariſſimos viros, ac præſertim S. Gregorium Epiſcopum Turonenſem, & Sidonium Apollinarem ambos illuſtres ſcriptis. Quod denique ad cultum pertinet ejuſdem Templi, ante ſæculum X. Monachos fuiſſe, conſtat, Ordinis ſancti Benedicti, qui ſacra ibidem perſolverent officia; cujus rei cauſſa *S. Laurentii* Monaſterium, ut ſupra vidimus, primario illi Templo adjectum fuit: cujus Abbas a Romano Pontifice deligebatur. Unde Ivo Carnotenſis cit. epiſt. ad Monachos Dolenſes ſcripſit: *Duo de Monaſterio Crucis litterati & Religioſi Giſmundus, & Robertus, alter ad Epiſcopatum Arvernenſem, alter ad gubernationem Monaſterii S. Laurentii Arvernenſis auctoritate Apoſtolica aſſumti ſunt*.

Eodemque in Templo maximo acta ſunt ſex Concilia Generalia, quorum præcipuum extitit ſub Urbano II., qui præſens adſuit anno 1095., ipſis tum adhuc eo loci exiſtentibus Monachis. His deinde ſublatis, Innocentius III. Pont. Max. anno 1098., ſancivit, per ſæculares Canonicos illa Eccleſia excoleretur numero quadraginta: queis additis Manſionariis, ſive præbendatis aliis Miniſtris, facile conjici poteſt, quam numeroſus ſit ejuſdem Fani Clerus: quamquam Canonici hodie redacti ſint ad num. 35. Seminarium eidem Cathedrali erexit Ludovicus *D'Eſtein*, loci Ordinarius anno 1651. quo Laurentiani Delubri ſplendor auctus eſt: cujus Epiſcopatus Diœceſis 758. Parochiales, & 15. Archipresbiterales continet Eccleſias. Haud vulgare ſui amoris argumentum edidit erga ſanctum Levitam Thomas *Du-Prat* Iſſiodorenſis, qui Claromontanus Præſul a Franciſco I. Galliarum Rege in Italiam cum Renata Ludovici XII. filia miſſus, ubi eum Mutinæ infirmari contigit, die 19. Novembris 1528., priuſquam e ſæculo migraret, teſtamento cautum voluit, ne alibi quam in ſacra Æde S. Laurentii corpus ejus ſepulturæ traderetur.

45. XVI. *Burgenſis* ſub auſpiciis noſtri ſereniſſimi Martyris erecta fuit Cathedralis Eccleſia in Hiſpaniarum Regnis. Alphonſus enim VI., Rex Caſtellæ veteris, in ſua civitate Burgenſi, quæ caput erat & Metropolis ſui Principatus, ſedente in Apoſtolico throno Urbano Secundo, Pontifice Maximo, huic ſupplices dedit litteras, ut Aucenſem Epiſcopalem Cathedram, urbe Auca jam Arabum direptione ab antiquis temporibus deſtructa, transferre dignaretur in Burgos Regum ſedem, quemadmodum factum eſt anno Domini 1097., conſtituta Sancti Laurentii Eccleſia in Cathedralem; quam idem Rex Alphonſus, hujus nominis ſextus, regali munificentia dotavit: & Romanus præfatus Pontifex Apoſtolicæ Sedi ejuſdem Præſules proxime ſubjecit. Ut videre licet in Anacephaleoſi Reg. Hiſp. Auctore Alphonſo a Carthagena Epiſcopo Burgenſi. Erexit & Caſtellæ Rex magnificum Epiſcopium apud eandem Laurentianam Cathedralem, cujus Epiſcopatus menſa fuit ab initio fundationis ducatorum viginti millium, juxta Lucium Marinæum lib. 4. de Reb. Hiſp., quanquam hodie aſcendat ad quinquaginta millia. Primus ejuſdem Eccleſiæ Præſul notatur Simeon, qui erectionis tempore inveniebatur Epiſcopus Aucæ ab anno 1074. Poſt quem ſucceſſit Gomeſius ad annos decem; inde Garſias, hujus nominis primus, cognomento *Aragonenſis*, & Simeonis primi Epiſcopi nepos, ſeditque annos decem & octo. Hi tres Antiſtites eam rexerunt Eccleſiam temporibus Alphonſi Regis fundatoris, eodem Carthagena teſtante cap. 75. ſupra-

Digitized by Google

pra relatæ Anacephaleoſis. Quos Præſules ſubſequuti ſunt in ſacerdotio Burgenſi Paſchaſius, Simeon II., Petrus I., Victor I., Garſias II., Joannes I., & Mauritius natione Anglus, ut idem ſcribit Carthagena cap. 77. & ſeq. Qui etiam refert, prædeceſſores ſuos contendiſſe cum Toletano Archipræſule, ne is crucem erigeret, tranſiens per Diœceſim Burgenſem, quod præter Romanum Pontificem Epiſcopatus ille non alterum ſuperiorem agnoſceret. De hac vetuſta Martyris Cathedrali Eccleſia Joannes Mariana etiam agit in libris Annalium Hiſpaniæ. Mauritius autem Burgenſis Epiſcopus anno Chriſti 1212. magnificentiſſimum novum a fundamentis Templum extruxit alio loci urbis ejuſdem; ubi & ſuam tranſtulit ſedem: quæ ſub Philippo II. Rege Catholico ad Archiepiſcopalem evecta eſt dignitatem conſtitutione Gregorii XIII. Pontificis Maximi, ad preces regias edita, vergente ſæculo XVI., deſignatiſque ſuffraganeis Epiſcopis Pampilonenſi, Calaguritano, & Palentino. Quocumque demum nomine vulgariter appelletur hodie Metropolitanum idem Templum, vel a diebus, queis a relato Mauritio ædificatum fuit; dubitandum neutiquam videtur, ſub patrociniis adhuc exiſtere Levitæ ſanctiſſimi, cujus in honorem ab Alphonſo Rege Caſtellæ, fundatore præcipuo, Epiſcopatus fuit erectus in Burgenſi Eccleſia Laurentiana, Romano annuente Pontifice: quantumvis in novi Templi conſecratione novi cumulative acceſſerint tituli; qui detrahere priori non valent; dum qui prior eſt tempore, eſt quoque jure prior.

46. XVII. computanda ducitur Archiepiſcopalis Lundinenſis. Regalis namque urbs, & totius Regni Daniæ caput, ac Metropolis Lundinum extitit, priuſquam in Sveciæ Regis ditionem tranſiret anno 1658. Ibi novi Daniæ Reges, juxta Meurſium *de rebus Danicis*, electione ſollemni præfici Regno ſolebant. Omni magnificentia cathedrale Templum Archiepiſcopus Egynus ædificare cepit, antequam Canutus IV. Daniæ Rex (qui poſtea Martyr fuit) Regni ſolium aſcenderet: quod contigit anno Chriſti 1078. Canuto autem ad Throni faſtigium evecto (ut inquit Pontanus in vit. Canuti lib. v. pag. 196.) idem Archipræſul fabricam animoſe proſequutus eſt, benignitate, & munificentia ſancti Regis adjutus; ſummamque illi manum appoſuit; ac tandem piiſſimi Principis juſſu *S. Archilevitæ Laurentii* titulo eandem Baſilicam conſecravit. Splendide ſane tum Rex, tum Antiſtes ad Martyris gloriam provehendam Templum dotare curarunt. Boni ſiquidem æmulatores effecti, invicem decertabant in eodem piiſſimo locupletando Fano. Rex fiſco, regiiſque latifundiis, Epiſcopus collatis beneficiis, quotidianiſque ſumtibus, præter adſignata cantorum annua ſtipendia. Tantaque inter ipſos religioſi certaminis alacritas fuit, ut incertum reliquerint, quis eorum in Deum ac Martyrem ſuum ſplendidior extiterit: quemadmodum apud Surium in Sancti Canuti actis 7. Jan. videre licet. Prima itaque dedicationis die Rex ſollemniter altaria veneratus, quartam regii numiſmatis, quartam ſuæ in cives exactionis, quartam æſtivi cenſus portionem ei, qui pro tempore loci Antiſtes exiſteret, muneris loco jure perpetuo poſſidendas conceſſit. Nec parcius privata Clericorum commoda tutatus; univerſum pene regiæ penſionis jus Miniſtris choro adſcriptis, qui res Sanctuarii excolebant, deferendum putavit. Regalibuſque aliis diplomatibus, gratiis, & favoribus eam Cathedralem communivit, atque decoravit. A ſæculo porro migrante Egyno, idem ſuperſtes Rex, Richvaldo in Egyni ſedem ſuffecto, primam in eadem Eccleſia poſt Epiſcopalem conſtituit dignitatem, novaque beneficia Præpoſito adjecit, quæ non ſolum in ſacræ illius Ædis, ſed & in uſum quoque honeſtamque conſervationem ſcholæ, bonarumque litterarum cederent, teſtatur citatus Pontanus. Reor, ſeminarium fuerit, ad Clericorum adoleſcentium inſtructionem, majoremque Laurentiani Templi decorem erectum. Veruntamen Levita præcelſus, quantum capio, liberalitate tanti Principis in ſua illuſtranda memoria ſe vinci neutiquam paſſus eſt. Nec dubitare nos licet, quod præpotentibus ſuis apud Deum meritis, & interceſſionibus, ſupra regalem temporaneam, æternam illi Martyrii coronam impetraverit: ſicque Rex & Martyr in Regnis cæleſtibus triumpharet. Cujus officium univerſalis Eccleſia recitat, adſignatum die 19. Januarii.

47. Omnia bona & jura iſtius Metropolitanæ Eccleſiæ confirmata fuere poſt annos CCCLX. circiter a relata ejus fundatione diplomate Chriſtophori Daniæ Regis, quod refert Pontanus lib. x. eſtque tenoris ſequentis: *Chriſtophorus, Dei Gratia Daciæ, Sveciæ Norvergiæ, Slavorum, Gotborumque Rex, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavarorum … Reverendo in Chriſto Patri Domino Joanni Laxmand Dei Gratia Archiepiſcopo Lundenſi, ac etiam ſedi ſuæ Metropolitenſi omnes, & ſingulas libertates, & immunitates, gratias, jura privilegia, quæ, & quas Progenitores, & Prædeceſſores noſtri Danorum Reges eidem Sanctæ Sedi liberius, & uberius unquam dimiſerant, & de regali munificentia donaverant, & annuerant*, ex *favore ſpeciali admittimus, innovamus, donamus, & tenore præſenti in nomine Domini confirmamus … datum Ripis anno Domini* 1443. *in craſtino Epiphaniæ Domini noſtri, Regiæ Majeſtatis ſub ſigillo præſentibus appenſo*. Duo-

Duobus autem ſæculis ante hujus Chriſtophori regnum, magnum Lundæ incendium exortum, cathedrale Templum una com oppido pene funditus abſumſerat; ſed Præſulum vigilantia iterum reſtitutom fuit ſplendori priſtino, S. Laurentii retento titulo. Hinc apud laudatum Pontanum lib. IX. legitur: viſcera Olavi V. in Æde Sancti Laurentii depoſita fuere anno 1387. ideſt ſequenti ad incedium ſæculo, quod accidit 1234. Sex Metropolitanus habet ſuffraganeos Epiſcopos, nempe Othonienſem Viburgenſem, Aalburgenſem, Ripenſem, Arhuſenſem, & Codanienſem. Habebat olim ſeptimum, nimirum Roſchildienſem, in cujus Cathedrali Daniæ Regum corpora ſepeliebantur, teſte Baudrando: quam urbem excludit hodie Dupleſſis ab Epiſcopalibus in method. Geogr. Tom. 1. pagina mihi 327. Sed proh dolor! hi omnes Epiſcopi ſuo cum Metropolitano Proteſtantium hodie laborant hæreſi, ex quo Chriſtianus III., Daniæ Rex, anno 1539. Religionem Catholicam e ſuis finibus eliminavit, Epiſcopis legitimis e ſuis ſedibus ejectis, ac exilio multatis. Veruntamen ſacrilegium profanatæ Lundenſis Eccleſiæ luxerunt, irato Laurentio, Daniæ ſubſequentes Reges; lugent & ipſi hæretici proteſtantes. Et quidem Reges, quia Lundinum cum toto Scaniæ Principatu coacti ſunt cedere Principibus Sveciæ; & licet Chriſtianus V. Danus acre bellum commiſerit cum Rege Sveciæ anno 1676., ut amiſſam illam reaſſumeret ditionem, plenam tamen apud ipſam urbem Lundinom ſui exercitus ſtragem eſt paſſus. Ipſi demum hæretici Lundinenſes, urbem, quæ prius erat Scaniæ caput, & Metropolis Regni Danici, modo nonniſi a paucis habitatam cernunt, cernunt & in dies deficientem, atque omnimode ad interitum properantem. Vide Baudrandum *verb. Lundis*. Epiſcopum quidem adhuc ſibi creant, quem tamen ſuffraganei uti Metropolitanum minime recognoſcunt; nam Fidericus III. Daniæ Rex anno 1660. pro Lundis in urbe Haſnia (legunt alii, *Haphnia*) proxima Lundis, novum ſubſtituit Metropolitanum. *Ferrar. V. Epiſcopatus*.

CAPUT II.

De Fanis Abbatialibus ſub ipſius beatiſſimi Martyris invocatione, ac Patrocinio erectis.

POſt Epiſcopales Eccleſias, in Sancti Levitæ gloriam fundatas, locum damus baſilicis, quarum Rectores quaſi Epiſcopalem plerumque obtinent dignitatem, ac Antiſtitum gaudent inſignibus, & privilegiis cum Pontificalium honore, multis ab hinc ſæculis ſibi Apoſtolica ſancta Sede conceſſis; unde major templis ipſis accedit dignitas atque gloria nec non amplior conciliatur eis veneratio æque ac reſpectus. Par eſt iccirco, ut iiſdem, ad Martyris gloriam excitatis, honorabilem poſt Laurentianas cathedras adſignemus gradum: ſicut peculiaris ab eis tributum honoris recipit loci Patronus. Primum igitur, quod invenimus, Abbatiale Templum, Sancti Laurentii nomine circa dimidium v. ſæculi ædificatum, *Aurelianenſe de Ogeriis* eſt: ad occidentalem Aurelianenſis Urbis partem ſitum in Gallia, teſtibus Surio, Sammarthano, ac Mabillonio. Sanctus Evortius, Aureliani Antiſtes, eximium illum ſanctitate virum præfecit Abbatem ejuſdem loci, qui appellatus eſt Anianus; quemque ſui Epiſcopatus propoſuit, & obtinuit digniſſimum ſucceſſorem, non abſque ſupernis electum prodigiis. At in Epiſcopali S. Anianus ſedens cathedra, multiſque clarus miraculis, ita S. Laurentii Martyris adamavit patrocinium, cujus ſacræ domus decorem olim Abbas dilexerat, ut moriens, non in cathedrali Eccleſia, ſed in Æde Levitæ ſanctiſſimi corpus ſuum humatum voluerit; ubi multa mirabilia ſepultus patravit: perilluſtris illius Laurentianæ Baſilicæ ſic gloriam augens immortalibus ac perpetuis monumentis. Ejus meminit Romanum Martyrologium 17. Novembris. Baſilica eadem hodie Canonicorum ſæcularium collegio excolitur.

2. Sæculi ſexti primordiis, juxta Baronium 504., Equitius floruit, multorum Monachorum pater, cujus regulam (cum eodem ajunt Baronio Henſchenius, Papebrochius, & Baſnagius, quanquam contradicat Mabillonius) profeſſus fuit S. Gregorius magnus. Fundator, inquam, Equitius religioſi ſui ordinis Abbatiam in loco prope Aquilam, (licet tum hæc urbs ædificata non eſſet) conſtituit in honorem Sancti Laurentii Martyris: in cujus feſtivitatis craſtino die ad cæleſtia tandem Regna migravit ex eodem Martyris Cænobio, vocatus, ut pie creditur, ab ipſo Levita ſanctiſſimo: ejuſque corpus in relato Sancti Laurentii Templo conditum fuit. Et quidem primum, ut Bollandiſtæ, adnotant in ſubterranea ejuſdem Templi cappella; poſtmodum vero, exædificato ſacello ad latus dexterum aræ maximæ ſancti Titularis, marmoribuſque decenter ornato, illuc translatum eſt. In hanc Baſilicam confugientes Equitiani Monachi irru-

irruptionis Longobardorum tempore, Divioumque implorantes aoxilium, protecti ſunt coram iiſdem barbaris, qoi temere ingreſſi Eccleſiam, quum vi extrabere cepiſſent fratres, ut eos aut tormentis divexarent, aut gladiis necarent, a dæmone abrepti, & in terram prolapſi, tamdiu vexati ſunt, quouſqoe cuncti, etiam qui foris erant, Longobardi cognoſcerent inflictam illis pœnam, quod Ædem, Laurentio ſacram, violare præſumſerint. Factum narrat ſanctus Gregorius magnus libro I. Dialogor. eap. 4.. De hoc etiam ſacro loco legimus apud Grævium tom.IX. part. III. & IV., quod ſæcolo XV. Neapolitanum tenente ſceptrum Joanna Regina, bellantibus Braccianis adverſus Aquilanos, qoandam iſtorum copiam, victualium procurandorum cauſa urbe egreſſam, redcuntemque cum cibariis, hoſtes inſequuti ſunt. Pauci autem Aquilani minime pugnare valentes aperto marte contra perſequntorum copias; neque tempus habentes, quo ſe poſſent recipere civitate; ad commemoratum propinquum acceſſerunt S. Laureotii Cœnobium; quod Monachi reliquerant clauſum ob vigentem ejuſdem belli æſtum. Imminentibus interim a tergo adverſariis, quum nec tempus eſſet infringendi Monaſterii valvas, eaſqne claudendi, ut profugi poſſent evadere manus hoſtiles, ecce Monachum vident januæ vectes reſerantem, cooſeſtim illuc ſe recipiunt, portaſqoe claudunt, ac muniunt: e feneſtris militant contra obſidentes, donec ad aures Aquilanorum rei perventa notitia, advolantibus armatis civium turmis, hoſtes in fugam converſi ſunt. Gratiam hoſpites recepti reddere volebant Monacho, qui eis illo in diſcrimioe aperuerat januas; ſed quanquam diligenter omnes Monaſterii angulos perluſtraverint, ipſum invenire nullatenus potuerunt. Multi multa de hoc, qui apparuit, Monacho dixeront. Nam alii ſenſere Petrum Cæleſtinum fuiſſe, Urbis Aquilæ Patronum; alii ſanctum Equitium ibidem loci clauſtralis tumulatum; alii Angelum Domini ſub ſpecie Monachi. Quiſquis ille fuerit; ſenſom nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentes, quo inſtruimur in ejus Rituali de benedictione, & conſecratione Eccleſiarum, ſanctum nempe Titularem templis dari ab Epiſcopo conſecrante, ut illius interceſſione vota ſupplicum, ac preces, eo loci effuſæ, a Domino exaudiantur; non dubitamus, Sancti Laurentii ſuffragiis, qui proxime Patronus erat loci, miſſum fuiſſe cæleſtem clavigerom, qui confugientibus in locum ſanctum clauſa oſtia referaret.

3. Eodem, quod ſupra, VI. ſalutis ſæculo inchoato, ſuam cognovit erectionem Abbatialis Eccleſia S. Laurentii Giſalbæ in Bergomenſi diſtrictu, cujus fundator extitit ſanctus Amandus, Giſalbæ Comes, & Martyr. Addictiſſimus is namque quum eſſet Heroi noſtro, Templum ejus nomioi ædificavit. Ubi poſtquam religioſe in contigua Eccleſiæ domo aliquot vixiſſet annos, velut in Fratrum Cœnobio, ac ſacram Ædem Patroni ſui amplis proventibus, multiſque prædiis locupletaſſet, bello unico dux ſtrenuus, confractis Alanis, qui Provinciam invaſerant Bergomenſem, (unde dictus Patriæ pater) armis tandem in Arianos converſis, qui terram illam hæreſeos veneno corrumpere nitebantur Odoacris, & Theodorici Regum Italice tempeſtate, plurimo conflictu victor, patriam ſuam ab ea contagione ſervavit immunem. Sed quia pretioſa fuerunt in conſpectu Dei opera ejus; ac oblationes acceptæ nimis in ſui Martyris Patroni oculis; neceſſe fuit, ut tantatio multiplex probaret eum. Innumeras iccirco perſecutiones, & damna intrepide perpeſſus pro Chriſti fide, Martyr tandem & ipſe glorioſus occubuit anno Domini 515. VIII. idus Aprilis. Atque ita virtutum radiis circumquaque diffuſis, quaſi ſol reſplendens, ſuoque purpuratus ſanguine, ad conſortium S. Laurentii meruit pervenire: cujus interceſſionibus, non ambigimus, illi collata fuerit martyrii palma; quemadmodum & ſanctimonia vitæ. Eadem S. Amandi Eccleſia, noſtri Martyris titulo inſignita, poſthæc in Abbatiam erecta eſt: denique io Præpoſituram tranſiens, Præpoſitum obtinuit, ſacra inſula decoratum ad hodiernum uſque diem, comitiſque titulo diſtinctum. *Conſule Bolland. ad diem 6. April.*

4. Per idem ferme temporis, quo Amandus præſatum Martyri ædificavit Fanum in Italia, erectum opinamur alterum Abbatiale in Gallia penes Pariſienſe ſuburbium, cujus tenebat gubernium S.Domnolus, regnante Childeberto Rege, Clodovei Regis filio, circa annum 526. Obiit enim idem Domnolus prope annum Chriſti 576., quibus ſi demas annos 46., quos in Epiſcopatu Cœnomanorum exegit, ut ait Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 16., Maii infertur, ante annum 530. eveniſſe, quod ſcribit S. Gregorius Toronenſis, nempe *Domnolus apud Pariſios ad Baſilicam Sancti Laurentii gregi Monaſteriali præfuerat*. Et quidem inconcuſſum eſt, Abbatis munere haud brevi tempore ibidem functus ſit. Ut enim Mabillonius, & in Gallia chriſtiana Maurini advertunt, eum longas ob ſui moras Pariſiis magnam cum Germano Pariſienſi Antiſtite familiaritatem contraxiſſe. Unde conficitur, dictum Abbatiale Fanum ſaltem anno circiter 520. erectum fuerit; ni velimus opus extructum ætate Clodovei Regis, qui regnavit ab anno 480. ad 510. Hodie Parochiale eſt, ut citati referunt in Gall.Chriſt.t. 6. Eccl. Paris. Ruinartius adno-

Digitized by Google

adnotat : *Paucis ab hinc annis reperta ſunt* ibidem *antiqua ſarcophaga gypſea , quæ nongentos circiter annos præferebant : quibus apertis , nigræ veſtes , & monacorum effigies viſæ ſunt : ſed quæ , ut primum puriori aere afflatæ fuerunt , in pulverem ſunt redactæ .*

5. Idem S. Domnolus , Cœnomanorum creatus Epiſcopus , conceptum ſecum ferens *amorem , quo* (verba ſunt Mabillonii) *flagrabat erga S. Laurentium* , in cujus ſacra Æde Abbas diu fuerat Pariſiis converſatus , excogitavit in Cænomanenſi ſuburbio , Pariſiorum inſtar , alterum erigere Templum in Martyris honorem cum adjacente Monaſterio . Quod & perfecit , Abbatiam illam dedicans ſub invocatione Sanctorum Laurentii & Vincentii Martyrum Levitarum : cujus poſterioris caput ibi honorifice repoſuit . Complura bona ſtabilia conſtructæ a ſe Baſilicæ adſignavit : & in teſtamento , quod , priuſquam moreretur , confecit anno 576. , proteſtatus eſt , ſe illam Eccleſiam fundaſſe ad Cœnomanenſis urbis cuſtodiam , & pro ſui populi ſalute . Ejuſdem ſancti Præſulis exemplo commoti plures nobiles civitatis , ſuorum bonorum hæredem Sanctum Laurentium , eo loci cultum , instituerunt . Sanctus idem Antiſtes nova Eccleſia jam conſtructa , beatum Germanum Pariſienſem Epiſcopum invitavit , ut ejus perageret conſecrationem , qui libenter Cœnomanum contendit , abſolutaque Templi dedicatione , in gravem incidit morbum ; timenſque Domnolus imminentem illius inſtare mortem , ſepulcrum eadem in Eccleſia præparavit , ſi forte mori contingeret Cœnomani . Sed Germano priſtinæ reſtituto ſanitati , reverſoque ad propria , ibi Domnolus ipſe , appropinquante mortis ſuæ hora , ſepeliendum ſeſe diſpoſuit . Uti Eccleſiæ Clerus poſt ejus obitum , voluntatem ipſius ultimam dignis honoribus ſuit exſequutus . Anno dein Chriſti 1040. Rambertus Epiſcopus Cœnomanenſis , ad Rhemenſem translatus cathedram , propriis teſtatus eſt litteris , ſe Laurentianam Abbatiam , a S. Domnolo Cænomani erectam , reſtauraſſe , communique Canonicorum conſilio reſtituiſſe bona , quæ illi fuerant ablata ; de ſuo etiam peculiari patrimonio quibuſdam adjectis . Horumque geſtorum cauſam adducens , ait : *Pro eo quod ibidem Epiſcopalis , & Canonicalis habetur ſepultura* : Ex quibus omnibus deducere poſſumus , quantæ ſit æſtimationis ac venerationis apud Cœnomanum Abbatiale laudatum Templum S. Laurentii Martyris , cujus non caret reliquiis , ut ſuo patebit loco . *Ex Bolland. & Mabill.*

6. Sanctiſſimi ejuſdem Levitæ Fanum , apud Ravennam extructum , de quo *in* capite de Imperialibus , ac Regalibus ejus Eccleſiis erit agendum , Exarchorum Ravennatum diſpoſitione circa VIII. ſæculum in Græcorum ceſſit Abbatiam . Licet ſæculo X. , ideſt , anno 954. , Benedictinis Abbatibus eorumque monachis traditum fuerit , ut obſervat Mabillonius in annal. Ord. S. Benedicti . Injuria demum temporum ſumtuoſiſſimum illud Templum non amplius Imperatorum , qui Conſtantinopoli reſidebant , cura & opibus reſtauratum , ruinis tandem eſt involutum , vix extantibus hodie quibuſdam columnis in antiquæ magnificentiæ memoriam . Verum ejus loco Benedictini Patres , novum conſtruentes nobile Fanum , ſacellum ſancto Laurentio magnificum erexerunt : ubi quotannis die x. Auguſti Martyris feſtum , Ravennatibus eo confluentibus , ſollemniter celebratur . Certè clariſſimus S. Benedicti Ordo etſi monumentis pluribus in Sancti Levitæ ſe diſtinxerit cultu ; in duobus tamen , notatu valde dignis , eluxiſſe potiſſimum mihi videtur . Primum eſt , quod ex Fanis duodecim a S. eorum Patriarcha Benedicto fundatis , quarto quod loco ponitur , Sancto voluit Laurentio conſecratum initio fortaſſe ſæculi ſeptimi . Et quanquam decurſu temporum vetuſtiſſima hæc Ordinis Abbatia ſuppreſſa fuerit ; nihilominus in tantæ rei monitum , Sacellum ibi perſeverat Laurentio ſacrum ; fideles ut illud inviſant . *Mabill. in annal. Ord. S. Bened.* Alterum eſt , quod Edmundus de Marteoe de antiquis Monachorum Ritibus lib. I. cap. 2. indicat ; nimirum , quod Caſſinenſibus Monachis in officio parvo beatiſſimæ Virginis , quotidie perſolvendo ſub præcepto , Conſtitutione Zachariæ Papæ , circa dimidium ſæculi VIII. edita , Petro Diacono teſte in Commentario ſuper regulam S. Benedicti cap. *64.* , præſcripta fuit cum ad laudes , tum ad veſperas adjicienda ſemper commemoratio Sancti Laurentii Martyris , deinde altera eorum Patris S. Benedicti , poſtea omnium SS. , ac tandem precatio pro pace . Id ſane mihi non aliud ſonare videtur , niſi quod Levita SSm̃us poſt Deiparam Virginem cultus fuerit , uti præcipuus Benedictini Ordinis Patronus .

7. S. Gregorius magnus in epiſtola ad Marinianum Archiepiſcopum Ravennatem præclarum ponit teſtimonium de Sancti Laurentii Abbatia Urbis Ceſenæ ; illa nimirum occaſione , quod ad Pontificis aures inſtantia pervenerat depoſitionis Fortunati Abbatis ſine cauſa , & promotionis Concordii ad eam ſedem . Iccirco mandavit Pontifex , ut innocentia Fortunati comperta , ſuæ reſtitueretur Abbas legitimus ſedi , amoto inde Concordio . Temporum progreſſu , eo deſtructo Templo , novum in ſuburbio erectum fuit , a quo & ipſum ſuburbium *S. Laurentii* nomen accepit : ſacrumque ædificium in molem egregiam excitatum , pro Camaldulentium Monachorum Abbatia deſtinatum fuiſſe legitur , multis proventibus ditatum . Quanquam ſæculo XV. auctoritate Pontificia eadem

Digitized by Google

Abbatia in perpetuum collata fuerit Cæſenatenſi Epiſcopo, pro tempore exiſtenti, anno videlicet 1460. Adi Scipionem Claromontium lib. v. Hiſt. Cæſenæ apud Grævinm rom. 7. part. 2.

8. Etiam Cabilonenſe ſuburbium in Bnrgundia *S. Laurentii* nomen ſumit a Templo Abbatiali ejuſdem Martyris, inibi ædificato, ac dotato impenſis Sancti Grati Cabilonenſis Epiſcnpi; quum ſedes adhuc Regum eſſet Cabilnnium ſæculo VII.. Ipſe autem Gratus magno exæſtuans amore erga S. Laurentium, illuſtri ortus proſapia, & dives valde, priuſquam crearetur Cabilonenſis Antiſtes, opus illud magnificum perfecit. Præſul deinde Urbis effectus XIII. a cathedræ fundatione, horrendum quum ejus Prælationis diebus urbem vaſtaſſet inceudium, ſuis id humilis Paſtor peccatis attribuens, in prædictam, a ſe conſtructam Eccleſiam ſeceſſit, juxta cujus mnros cellam ſibi fieri curavit. In qua per annos ſeptem pœnitentiæ cauſa recluſus manere voluit, in nrationibus, jejuniis, ac vigiliis pernoctans. Ad petitionem vero matris ſuæ nobiliſſimæ, contiguum cellæ propriæ fabricari juſſit tugurium; ubi religioſiſſima femina, *Celſa* nomine, corpus ſuum extenuavit, ac domuit. Additus quoque fuit de foris clericus ſerviens, vitæque pro ntriſque neceſſaria deferens. Confluebat illuc Populus orans, ut ad dimiſſam rediret catbedram; Gratus autem ad ſe venientes hortabatur ſolicite, ut alium ſibi eligerent patrem, & paſtnrem, magis idoneum paſcendis animabus. Nam ipſe per fluminis Araræ pontem tranſiens (civitatem cnim flumen, ſic dictum, interluit) annulum paſtoralem e digito excuſſerat, ac in aquas projecerat, dicens: niſi annnlum recuperavero, paſtoralis officii miniſter nec dici veraciter, nec eſſe ultra potero. Nihilo ſecius, eo vivente, noluit votis ejus populus acquieſcere: contentus manere potius ſine Paſtore, quam Gratum dimittere. Accidit taudem, elapſo annorum ſeptenario, quo ſanctus Præſul recluſus manſerat, ut ille clericus, qui neceſſaria pænitenti Epiſcopo præparabat, dic quadam piſces emeret; quorum in unn exenterato repertus eſt Grati annulus, eidemque reſtitutus. Rc iſta per urbem divulgata, cives turmatim accurrunt ad ejus cellulam, murum effodiunr, confractiſque ultroneæ cuſtodiæ repagulis, invitum extrahunr ſanctum Antiſtitem, & in catbedralem miro tripudio reponunt Eccleſiam. At brevis lætitia; quam cito communis occupavit luctus! Poſt dies viginti beatus Præſul in morbum incidit, congregatoque Clero, denuntiavit diſſolutionem ſui corporis imminere, orans cnixis precibus, ut in Sancti Laurentii Eccleſia corpus ſuum humaretur: quod vix a cathedralis adminiſtris potuir impetrare. Mox in cinere & cilicio poſitus, ad cæleſtia Regna ſpiritum exhalavit. VIII. idus Octobris circa Chriſti annum 652. Mater ejus ſolatio tanti filii deſtituta, cubiculum iſtius ingreſſa, illic, quandiu vixit, Deo ſerviens, ſub Martyris auſpiciis manere voluit: ejnſque poſt glorinſum obitum corpus merito ſanctitatis ſub altari ejuſdem S. Laurentii Baſilicæ depoſitum fuir. Celebre Templum iſtud, a ſancti Grati morte duo poſt ſæcula, delectum fuiſſe legitur ad celebrationem Cabilonenſis Concilii anno 892. Robertus denique hujus nominis II. Cabilonenſis Epiſcopus anno 1255. ira in ſanctiſſimi noſtri Martyris obſequium efferbuit, ut non ſatis ſibi fuerit, quod extaret in civitatis ſuburbio Laurentiana Baſilica, niſi etiam ipſe in cathedrali Fano ſacellum conſpicuum ſub ejuſdem Martyris titulo magnifice ſundaret, ac dedicaret: ad cujus peculiarem cultum duos perpetuo conſtituit Presbyteros, a Sancto Laurentio *Laurentianos* appellatos, qui alternatim pro ſe ibi ſacrificia offerrent, ubi, & ſuam ſepulturam elegit. *Gall. Chriſt. de Eccl. Cabil.*

9. Citonieuſis Abbatia (cujus Templum Attilionis opibus extrnctum fuit in ſancti Levitæ gloriam) apud pagum Extorium Diœceſis Narbonenſis in Gallia, quod loco mnntibus circumſepto prope *Nigellam* fluvium ſita ſir, nomenclaturam *Citonis* loci tener. Clauſtri auctor, juxta Mabillonium, ſanctus Anianus (alter ab Aurelianenſe) cognnſcitur: qui Monaſterii ſuſcepit curam anno 780. Vivebat anno 786., ut liquet ex diplomate Caroli magni, rum Regis Francorum, ſub datnm anno Regni ſui 26. Gallicanam enim coronam is acceperat anno 770. in Butlerii tabulis. In eodem porro legitur diplomate, quod Anianus Abbas S. Laurentii acceſſerit ad ſynodalem Regis conventum ſuis cum Monachis, ſeque cum iſtis, & cunctis poſſeſſionibus, ad Mnnaſterium ſpectantibus, ſub regia tutela poſuir. Gratnm id, acceptumque habuit Carolus: cujus diploma apud Maurinos in Gall. Chriſt. datum invenitur in Francoſordienſi Palatio XIII. ad Kal. Auguſti. Qui Rex poſt annos quatuor, ideſt, anno 800. ſalutatus eſt Imperator, in Baſilica Vaticana unctus, & Imperiali diademate coronatus a Leone III. Pontifice Maximo Natalis Dominici die. Silentio mittimus Abbatias *De Caprareſſa*, *De Caſulis &c.* de quibus, nomine *S. Laurentii* fundatis, agit Mabillonius in annal. Bened. Nihil enim habent magni momenti, ſive dc præterito, ſive dc præſenti adnotatum, præter nomen, quod ad gloriam noſtri perilluſtris Martyris conſerat; nnde non eſt quare in iis diutius immoremur.

10. Apud Vernoduprum amnem, vel, ut alii vocant, *Vernodubrum*, in Gallia, prope finem ejuſdem ſæculi VIII. Ludovicus, cognomento *Pius*, Sancti Laurentii Abbatiam in Diœceſi

Digitized by Google

ceſſi Tomariarum extitit, vivente Carolo magno ejus Patre, quom ipſe tum eſſet Aquitaniæ Rex. Nam Rex Francorum, & Imperator effectus non eſt, niſi anno 13. ſæculi IX. Dum igitur auctores Gall. Chriſt. eum affirmant fundatorem Abbatiæ præfatæ ſeculo VIII., conſequens eſt, id præſtiterit quum Aquitaniæ Princeps eſſet. Carolus vero hujus nominis IV. appellatus *ſimplex*, Francorum Rex, anno 97. elabentis ſæculi IX. univit Abbatiam iſtam cum altera S. Aniani; unde noncupatum eſt Templum, ac Monaſterium Sanctorum Laurentii, & Aniani, quemadmodum apparet in ipſius Caroli diplomate ſub datum 897. apud eoſdem Maurinos. Ideo Bera, S. Aniani Monaſterii Abbas, ſubſcriptus reperitur in Concilio Portueoſi anno 899. *Abbas Vernoduprenſis*. Sequuta nimirum quod eſſet utriuſque Abbatiæ unio. Regalis porro, ſimul & Abbatialis hæc S. Laurentii Baſilica ſuo cum Monaſterio uſque hodie viget in amœna Pagi Narbonenſis valle. Reædificataque fuit anno 1664., Abbate tum ejus Commendatario ad effectionem tanti operis mille argenti libras conferente. Currentis ſæculi XVIII. anno 29. Regia nominatione deſignatus eſt Grionicenſis Epiſcopus Carolus Octavianus Antelmus, qui ejuſdem loci Abbas erat.

11. Anno 96. ſæculi VIII. S. Ludgerus, Saxonum appellatus Apoſtolus, inter præcipuas, quas impetravit a S. Leone III., reliquias una fuit celſiſſimi noſtri Martyris, ut liquet ex Anonymo ſcriptore, ſancti ejuſdem Ludgeri ſynchrono, quam cum aliis reliquiam ſecum geſtare ſemper ſolitus erat, ſicut teſtatur Hilduinus, Ludgeri etiam coævus in donatione prædiorum ſuorum, Uvarthinenſi Eccleſiæ ſacta, de qua Bollandiani ad 26. Martii §. IV. num. 24. Præoſtenderat autem eidem Ludgero Deus novem ante annos, quod erecturus ille foret aliquando Abbatiale Monaſterium eo loci una cum ſacra Baſilica, quam (habitis anno 796. reliquiis ſupra commomoratis) in honorem S. Laurentii, eorundemque Sanctorum erigendam opportuno tempore decrevit. Incepto dein ſæculi IX. anno ſecundo, Divina providentia creatus Epiſcopus Monaſterienſis, quæ cathedralis Eccleſia eſt ex inſignioribus Germaniæ, ad Uvarthinam Diœceſis Colonienſis vir ſanctus pergens anno ſequenti 803., in viſionis ſe contulit locum, obtenta prius a Diœceſis Ordinario (tum Hildebaldo) poteſtate pro ejuſdem pii operis fundatione. Venitque ſuis cum Clericis, & operariis juxta fontem ad rivulum Uvarthinam; fixiſque illic tentoriis, expoſuit iiſdem operariis, ut ſubſequenti die mane diluculo arbores ſilvæ cæderent, ac aream ædificiis aptarent. At peritiores in arte, viſa conditione terræ, ac denſitate nemotis, adhortati ſunt Ludgerum, ut a concepto deſiſteret propoſito. Non enim erat, ut putabat, locus, ubi hominibus habitatio parari poſſet; unde conſultius Præſuli eſſe, dicebant, ſi ferarum ſineret ibi eſſe latibula, quam Templum & Cœnobium conſtruere devotis viris. Sed Ludgerus Deo fidens, ac ſuffragiis Sanctorum, quos inter præcipue Archimartyr Levita erat, cujus etiam titulo decoranda eſſet Eccleſia, poſtquam multa nocte in oratione perſtitiſſet, ceteris dormientibus, in ſuum ipſe teotorium ſe recepit. Quid vero? Nox, quæ clara, & ſerena fuerat, cito citius obtenebreſcit, concurſus nubium cœli ſtellas obducit, tempeſtas valida ſævire incipit, ventique formidabiles obſtrepunt, queis ſonoſæ, prodigioſæque magnitudinis, eradicantur arbores; quam ob rem, exorta in craſtinum luce, omnes Ludgeri comites ſtupore pleni, aream vident admodum amplam, aptamque fundationi Eccleſiæ ac Monaſterii, materiemque conſtruendis ædificiis præparatam ex proſtratis humi quercubus. Epiſcopo igitur hortante, animoſque addente, alacres artifices aggrediuntur opus: brevi Templum ac Cœnobium ædificant; ubi ſanctus Antiſtes beatiſſimi Martyris pignora cum Sanctorum ceteris decenti repoſuit loco. Ejuſque fratre germano Hildegrimo illic in Abbatem adſignato, ad propriam Monaſterienſem reverſus eſt Eccleſiam: ibique vixit ad annum 809., quo migravit in cœlum. Diſpoſuitque, juxta deſiderium ſuum, ſi fieri poſſet, ut relictum poſt mortem corpus transferretur ad Uvarthinenſe beati Laurentii Templum. Quod Hildegrimus audiens, annuente Carolo magno poſt triginta dies incorruptum repertum ſacrum corpuſculum, mirumque ſpirans odorem, ac multis prodigiis glorioſum, in ſupradictum Abbatiale tranſtulit Fanum, quod in hodiernum uſque diem S. Ludgeri etiam nomine appellatur.

12. Neque decus & ornamentum iſtius Baſilicæ, in Martyris gloriam erectæ, dumtaxat ſancti Ludgeri opera fuit abſolutum, verum etiam incrementum accepit maximum ſub beatis quatuor Abbatibus, nempe relato Hildegrimo, eique ſuccedentibus tribus nepotibus in Abbatiæ gubernio, ideſt Gerfrido, Thidgrimo, & Alfrido, qui omnes, dum eam adminiſtrarunt Eccleſiam ſubſequenter, creati ſunt Epiſcopi, nimirum Hildegrimus Catalaunenſis, Gerfridus Monaſterienſis, Thidgrimus Halberſtadienſis, & Alfridus Monaſterienſis. His ſuccedens Hildegrimus II. Abbas, Laurentianam Baſilicam, quam omni magnificentia prædeceſſores ejus ædificare curarunt ab anno 803. ad 874., ſeptuaginta videlicet ac amplius annorum ſpatio, ſuprema perfecit manu. Extant publicæ tabolæ Williberti Colonienſis Epiſcopi, queis hic teſtatur, perfectum omni ex parte Templum anno 875.

conſecraſſe eum Thidgrimo Halberſtadienſi Præſule. Ejuſdem magni Cœnobii Abbas fuit S. Bardus Giſſæ Imperatricis conſanguineus, qui anno 1031. creatus eſt Archiepiſcopus Moguntinus. Locique Abbas, pro tempore exiſtens, Princeps eſt Sacri Romani Imperii. Prædictorum demum corpora beatorum Pontificum & Confeſſorum, qui ſancto Ludgero ſanguine conjuncti fuere, non abſque ipſorum ultima voluntate translata ſunt e ſuis, ratione habita, cathedralibus Eccleſiis in hoc Warthinenſe Fanum. Habentur eorum hinc & hinc ſepulcra peculiaria, medium loci tenente pretioſo S. Ludgeri tumulo: cujus Sancti elogium die 26. Martii Romano in Martyrologio recitatur. Extracta ſunt iſta ex analectis Anonymi, coætanei S. Ludgeri, ubi de miraculis ejus. Item ex Leunckfeldio in faſtis Carolinis ad annum 789. §. 3., ex Bolland. in ipſius vita die relata, & ex Dionyſio Sammarth. in Epiſcopis Colonienſibus tom. III. Gall. Chriſt. Penes quem poſtremum auctorem colligimus pariter, recenſendam eſſe inter inſigniores Laurentianas Abbatias, ſæculo nono fundatas, alteram, quam erexit S. Rodulphus Bituricenſis Antiſtes, in cujus teſtamento connumeratus eſt cum ſanctis Titularibus ejuſdem operis beatiſſimus Archilevita: Templumque ſanctus Archiepiſcopus ſuorum omnium bonorum moriens reliquit hæredem *Sammarth. in Epiſcopis Bituricenſibus ad annum Chriſti* 840. Ejus laudes Nadaſius refert in anno cœleſti ſub die 26. Junii, ſcribens: *Magnæ orationis, auſteritatis in corpus, & in egenos benignitatis vir*.

13. Quanquam Maurini auctores ad idem referant ſæculum IX. everſam Eccleſiam S. Laurentii *de Plebe Martyrum*, affirmantes in irruptione Saracenorum per Italiam id contigiſſe; in bibliotheca tamen Præmonſtratenſium, Canonicorum eam Abbatiam longe ante conſtructam legimus; everſamque in excurſione Wandalorum, juxta Pennottum lib. 2. ſuæ Hiſtor. Tripart. Canonic. Regul. S. Auguſtini cum aliis multis. Qui ſcriptor de illius Abbatiæ origine agens cap. 58., ait: Sancti Laurentii de plebe Martyrum locus eſt in Provincia Delphinatus, inter juga montium aſperrima, quibus Italiæ fines a Gallicanis dividuntur. Ubi cœnobium ſanctorum Monachorum eſt Martyri Laurentio dicatum, vetuſtiſſimum quippe & ante Sancti Benedicti ſæculum fuiſſe, illarum gentium eſt traditio, ac vetuſtis monumentis comprobata. Quem in locum cum multi fideles, fugientes Wandalos, ſeſe recepiſſent; quod propter montium aſperitatem prope inacceſſibilis videretur; tandem ab ipſis Wandalis poſt Italiam vaſtatam pertranſeuntibus dire trucidati ſunt cum ipſis Monachis, nempe ſæculo V.. Poſt tranſitum Wandalorum & cœnobii everſionem locus per multa ſæcula pene deſertus manſit, donec circa annum Chriſti 1050. Sacerdos quidam venerabilis & ſanctus, nomine Gerardus (qui poſtea fuit Epiſcopus Siſtarcienſis) Divina inſpiratione parvam cellam eo loci ſibi ſtatuit. Deinde, Cuniberto Epiſcopo conſentiente, ac tradente, Canonicorum habitum aſſumſit, & Inſtitutum Regularis Ordinis S. Auguſtini. Laurentianum is refecit Templum, dirutumque cœnobium excitavit, quod primus multis cum ejuſdem Inſtituti Canonicis inhabitavit. Quorum ſancta converſatione permoti nonnulli Principes, Epiſcopi, & alii viri divites, compluribus non ſolum prædiis & redditibus, ſed etiam viginti ſeptem Eccleſiis in diverſis Epiſcopatibus eidem Monaſterio attributis, Congregationem multorum Collegiorum (quæ Canonicorum Regularium quarta dicitur) fundaverunt. Cujus mater & caput eſt laudata Sanctiſſimi Levitæ Baſilica. Ejuſmodi reformationem Ordinis S. Auguſtini non pauci Romani Pontifices, ſuis diplomatibus munierunt: inter quos Alexander II. anno 1072., Urbanus II. 1096., Eugenius III. 1148., Lucius III. 1183. Ex quorum Conſtitutionibus duo poſtrema diplomata demonſtrant, quam copioſus fuerit numerus, & nomina Eccleſiarum dictæ Congregationis, Sancto Laurentio de plebe Martyrum ſubjectarum. Licet hodie multæ ipſius reformati Ordinis Eccleſiæ ſuppreſſæ inveniantur, eas hæreticis diruentibus, vel Eccleſiaſticis ſæcularibus, aut etiam laicis occupantibus. Inſignis nihilominus adhuc extat Præpoſitura eorundem Canonicorum Regularium, qui ſunt numero ſexdecim ſub regimine Prioris clauſtralis; cui obedientiam & reverentiam præſtant univerſæ Reformatorum Eccleſiæ, reſidenti apud celebre illud Sancti Laurentii Fanum, jam commemoratum *de Plebe Martyrum*. Sanctuarium plane inter majora ſacratiſſimi Levitæ connumerandum propter ſparſum ibi cruorem tot fidelium Chriſti ab hoſtibus noſtræ ſanctiſſimæ Religionis; & propter tot ſanctorum Monachorum ſub auſpiciis ejuſdem Martyris vetuſtiſſimum incolatum.

14. X. Sæculo in Hiſpania Sanctus Oſorius, Galliciæ Comes, Abbatiam Ordinis S. Benedicti, extructo S. Laurentii Templo, inſtituit; pium opus comprobantibus in Synodo Epiſcopis, ut refert Mabillonius ad annum ſalutis 969. Ibidemque Monachos viginti quatuor poſuit: quibus deinde ſe ipſum adjunxit, gaudens Deo famulari ſub patrocinio Archilevitæ Sanctiſſimi. Ibi tanta religione ac ſanctitudine vixit, ut pro Sancto eadem in Baſilica colatur. Hodie tamen hæc a Canonicis Præmonſtratenſibus egregie gubernatur.

15. XI. Sæculum multam nobis dicendi co-

Digitized by Google

copiam exhibet ſupee celeberrimum Leodienſe Templum S. Laurentii eum ejus perinſigni Abbatiali cœnobio. Quanquam enim initia iſtios Eccleſiæ illuxerint ſæculo x. Templique fuiſſe, narretur, primum fundatorem Euraclium Leodienſem Antiſtitem anno Domini 971., is tamen inchoatom ædificium, morte præventus, complere nequivit: licet pro viribus dotem illi adſignaverit, ut perficeretur. Unde Notgerus, in ejus Epiſcopatu ſucceſſor, teſtatoris voluntatem eſt exſequutus anno Chriſti 972. Sed multo poſt ſanctus Uvolbodus, qui anno 1018. ex Cancellario ſancti Henrici Imperatoris Leodienſem aſcendit cathedram, in hac promovenda S. Laurentii gloria notabiliter ſe diſtinxit. Magna ſiquidem vir iſte ſanctus exardeſcens amoris flamma erga ſanctum Levitam; ut eadem Eccleſia Divinis frequentaretur officiis, coopeeante S. Poppone Stabulenſi Abbate, Monaſterium apud eam exædificavit, redditibus pro ſuſtentatione monachorum attributis. Beatus enim Præſul parciſſime, ſecundum Evangelicam vivens paupertatem, bonorum cunctorum ad ſe pertinentium, laudatum Martirem, ſuoſque alumnos eo loci pauperes, qui Laurentiano deſervirent Templo, fecit hæredes. Hinc aliquando contigit, ut viſitans ſanctum Hericum Imperatorem itinerantem, dieque Natalis Domini Coloniam perventum; requiſitus ab iſto quum fuiſſet, quid talentorum auri, & argenti ſecus attuliſſet in donum Principi, juxta morem aliorum Epiſcoporum, ſe per iter gradientem muneraotium? Extemplo reſponderit, ſe bona omnia ſuperno Imperatori per manus pauperum tranſmiſiſſe. Cujuſmodi reſponſum Cæſar tranquillo excepit animo, quod venerabilis Antiſtes, Sanctum Laureotium ea in re fuerit imitatus. Non plus in Epiſcopatu ſe vixit quam triginta menſes, morienſque, trecentas, quas in beneficium Laurentianæ Baſilicæ congregaverat argenti (Sammarthanus *auri* fuiſſe ſcribit) marchas, ad perfectionem fundati operis expendendas. Nec non ſeptem Matrices Eccleſias eidem Monaſterio ſubjecit; ac prædia complura, io Flandria, donata ſibi a parentibus ſuis, Comitibus Montenſibus, contulit. Corpus proprium in eadem Eccleſia voluit tumulatum, quemadmodum magna Cleri populique frequentia delatum eo fuit, poſtquam deceſſit die 21. Aprilis anno 1021. condignîſque pro viri ſanctitate honoribus ſepultum. Tot vero ibi miracu lis claruit; ut Stephanus, hujus nominis primus, Abbas Leodienſis, veritus, ne quotidianus populorum concurſus quierem & ſolitudinem Monachorum perturbaret, Sanctum Præſulem per Divinum obſecratus eſt Numen, ut a prodigiis temperaret, teſte Rainerio Leodienſi Monacho. Ejuſdemque S. Uvolbodi Epiſcopi memoriam in triginta & amplius Martyrologiis notatum ſe vidiſſe fatetur Molanus. *Lege Maurinos in Epiſc. Leod.* Quomodo vero eidem reſponderit Patronus martyr, vid. in cap. *de Apparit. S. Mart.*

16. Saocto itaque Poppone Abbate ipſiuſmet cœnobii regimen tenente, Durandus ſuſfectus eſt Epiſcopus in Leodienſi cathedra, qui avaritia ſeductus, bona, quæ S. Uvolbodus noſtro Martyri dicaverat, auferre non timuit. Quare ſæpius in ſomnis ab eodem beato Uvolbodo increpatus; nec propterea culpam emendare cogitans; virga tandem paſtorali ab ipſo ſancto Epiſcopo cæſus, gravi morbo afflictus, interiit anno 1024. Appropinquante autem mortis hora, facti pœniiens, extra Eccleſiam Sancti Laurentii corpus ſuum ſepeliri mandavit; legans eidem prædium quatuor marcharum auri ad reſarcieoda, ut potuit, licet non ex integro, quæ intulerat illi damna; proteſtatus, ſi vixiſſet, cuncta pleniſſime compenſaturus ſuiſſet. Succeſſit Durando Reginaldus, ſimoniace ad Epiſcopatum eodem anno promotus. Quapropter ſanctus Poppo prioris Epiſcopi avaritia pertæſus, nihilque boni ſperans ſub novo poſteriori Antiſtite, labe ſimoniæ infecto; ſponte ſuo ſe munere abdicavit, poſtquam annos circiter quatuor S. Laurentii Leodienſis Eccleſiam gubernaſſet. Verum Reginaldus ſtimulis conſcientiæ actus, ſuumque cognoſcens reatum, Romam petiit, & in Eccleſia Vaticana procidens ad Pontificis pedes (nimirum Joannis XIX.) culpam ſuam humiliter coram adſiſtentium multitudine confeſſus, Epiſcopatui renuntiavit; depoſuitque ſuper altare Sancti Petri, conſentiente Pontifice, baculum paſtoralem. At Pontifex poſt dies tres accito ad ſe Reginaldo, inquit ad eum: *Ex auctoritate Sancti Petri accipe curam, & regimen ſanctæ Eccleſiæ, & fac dignos pœnitentiæ fructus: ſecundum poſſibilitatem tuam paſce pauperes, & ſubleva in neceſſitatibus deficientes: et ſi potes, alicujus Sancti Eccleſiam ædifica; ut cum defeceris, recipiat te in æterna tabernacula.* Reginaldus Leodium reverſus, quom deſcenderet de monte, qui vocatur *publicus*, ubi erat cum Monaſterio Templum S. Laurentii Martyris, exiguæ tum ſtructuræ, Comes Hezelo, nonnihil conſcius ſecreti Epiſcopi, appropinquans iſtius lateri: *Ecce*, inquit, *Domine, Beatur Laurentius, qui te, ſi ab ipſo promerueris, apud Chriſtum potenter auxiliabitur*. Nota, Hezelonem iſtum (ab aliis appellatum Hermannum) fuiſſe Comitem Desburgenſem, Fratrem Gozelonis Ducis, virum conſilio & ſapientia clarum, ut ait Papebrochius ad vitam S. Uvolbodi, & Mabillonius ſæcul. VI. Bened. Ord. parte 1. *Quodque magis prædicare debemus*, ait Scriptor hiſto-

ſtoriæ Leod., *ſingulariter & unice Beato Laurentio devotum, qui, extinctis duobus filiis parvulis uno die Nativitatis Chriſti, omnium poſſeſſionum ſuarum Beatum Laurentium præſcripſit hæredem*. Reginaldus autem ad Hezelonis monitum, ut in auribus ejus S. Laurentii nomen inſonuit, viditque Monaſterium, & Eccleſiam de monte, mirum in modum ſua præcordia incenſa ſenſit in Sancti amorem. Quocirca, parva deſtructa Eccleſia, magnificentiſſimam eam reædificavit, ſuorum omnium bonorum nominans hæredem. *Ex lib. v. Hiſt. Leod. num. 3. in m.ſs. anecdot. de Martene.*

17. Vocavit ad ſe interea idem Antiſtes Virdunenſem Abbatem Richardum ſuis cum Monachis ex monaſterio S. Vitoni, ut novam S. Laurentii Baſilicam in ſacris excolerent. Iſque Richardus ſecundus fuit Leodienſis Abbas, qui Popponi ſucceſſit, juxta Maurinos in Gall. Chriſt. Cujus gubernii tempore illud contigit ſingulare prodigium; nimirum quod, ad perfectum adducto Templo tribus cum turribus campanariis, ipſa turrium ædificia, Eccleſiæ imminentia, ſenſim verſus eandem ſacram Ædem ſeſe reclinarent, totique Fano ruinam inevitabilem minarentur. Quare Monachi mærore nimio angebantur, ſed Richardus, fratres ſolatus ſuos, hortabatur, ut Deo, ac Martyri Patrono Templi fiderent. Nocte autem ingreſſus Eccleſiam, quo S. Laurentii merita orationem ſuam ad Dominum redderent efficacem, ſeſe in preces effudit: poſthæc ſurgens, & foras egreſſus, crucis ſignum ſuper collabentes pene turres edens, ecce ſumtuoſæ illæ ſabricæ, quæ reclines erant, maximo facto ſtrepitu, in ſeſe reſilientes, ad perpendiculum ſubſederunt. Tanti prodigii non modo Fratres, ſed tota quoque civitas Leodienſis (quæ audito ædificiorum vehementi ſtridore, illuc nocte accurrit) teſtis fuit. Immo Fratres, qui perrexerant ad cellas, ſoporique ſe dederant, crepitu lapidum ſeſe excutientes, ac de ſtratis ſurgentes, putabant cecidiſſe turres, & Eccleſiam deſtruxiſſe. Sed contra factum conſpexerunt, nimirum turres non jam pendentes, optime vero in æquo ſitu poſitas, ac ſolidatas. Miraculum plane tum Venerabilis Richardi precibus, tum præſertim ſanctiſſimi Titularis potentiæ tribuendum. Ceterum laudatus Abbas, poſtquam Monachis, diſciplinæque regulari cœnobii Leodenſis providit, ad ſuam priſtinam Virdunenſem rediit Abbatiam.

18. Abdicante ſe porro eodem Richardo Leodienſis cœnobii præſectura anno 1028. Electus eſt Abbas beatus Stephanus, olim Canonicus S. Dionyſii, dein Monachus Virdunenſis, ejuſdemque loci Cellarius; quem Richardus ſecum Leodium cum aliis duxerat Monachis, ibidemque ob ſpectatam viri ſanctitatem ad Laurentiani Monaſterii decorem reliquerat. Epiſcopus autem Reginaldus adjiciens animum ad exornandam omni ſplendore Baſilicam, pretioſis eam utenſilibus inſtruxit, queis ſollemniter ejus conſecratio fieri poſſet, auctoritate Romani Pontificis concurrente. Sua propterea Joanni XIX., tum adhuc viventi; aperuit vota, labente anno 1033. Quocirca Pontifex ſerio illuc direxit Joannem S. R. E. Cardinalem, & Epiſcopum Portuenſem, ut ſua vice una cum Peregrino Archiepiſcopo Colonienſi, ac ipſo Reginaldo Leodienſi Antiſtite celeberrimum illud S. Laurentii Templum ritu ſollemniſſimo conſecraret. Quod & præſtitum fuit. Sequenti enim anno 1034., ſedente in Petri Cathedra Benedicto IX. (Præpeditus ſiquidem fuit Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ne itineri ſe committeret ob ſequutam Joannis XIX. mortem ſexto idus Novembris anni prioris; quo Pontifice conſecrationis mandatum acceperat) iſtud implevit.

19. Congruit autem circa relatum Præſulem Reginaldum, Laurentianæ gloriæ poſthumæ promotorem egregium, quicquam heic addere ex cit. lib. v. leod. hiſt. Mortuus eſt enim anno ſui Epiſcopatus XIV., ideſt, ſæculi XI. 38.
„ Ducatuque S. Laurentii (ut auctor hiſtoriæ
„ ſcribit) de valle hac lacrimarum aſcendens,
„ intravit in gaudium Domini ſui Nonis De-
„ cembris, atque ante aram maximam ejuſ-
„ dem Martyris ſepultus eſt: cui ſuam omnem
„ ſacram ſuppellectilem reliquit, & inter ar-
„ gentea dona crucifixum aureum aureo cum
„ pede, necnon calicem cum patena, & fiſtula
„ ex auro confectum donavit. „ Septem fuerunt inſtrumenta mss. bonorum ingentium, quæ prædictæ legavit Eccleſiæ: dignumque referri duco ad fidelium exemplum primæ ſcripturæ initium, ot eo incitentur, & animentur, juxta poſſibilitatem propriam, ad promovendam gloriam Martyris, ubivis terrarum degant. *Ego*, inquit, *Reginardus indignus Epiſcopus Leodicenſium, cum ex propriis operibus plus mihi formidinis eſſet ad pœnam, quam fiduciæ ad gratiam, decrevi mihi amicos & adiutores aliquos procurare, qui me deficientem recipere, atque ad æterna tabernacula poſſint aditum præſtare. Ea ſpe & conſilio confugiens ad tutelam, & patrocinium Glorioſiſſimi Martyris Laurentii, in bonorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad venerabilem memoriam ejuſdem ſui Levitæ, conatus ſum conſtruere Cænobium Monachorum juxta portam Urbis Leodii: quod ſuffragante Dei miſericordia citius, quam quiſque ratus erat, complevi. Abbatem & Monachos illic inſtitui.* Et in ſecundo ſcripto: *A facie formidinis, & a Majeſtate terribilis judicii Dei confugi ad tutelam, & patrocinium Glorioſi-*

Digitized by Google

rioſiſſimi Martyris Laurentii ; ut in die mala auxilio interceſſionis ejus liberarer, & ſub umbra meritorum ejus protegerer .

20. Abbas vero Stephaous, mortuo Reginaldo, quaſi patre orbatus, ad graves eſt redactus anguſtias propter oonnullos illius urbis viros principes ac potentes, qui jura, & immuoitates Monaſterii peſſundare nitebaotur. Nibilominus animo neutiquam deſpondit : ſuperniſque Dei, ſuique Martyris auxiliis non deſtitotus, clauſtri ædificia, & officioas perficere curavit. Ac præterea paræciam anno 1044. intra cœnobii muros fundavit, & Imperiale ab Heorico II. privilegium, inſtante Wazone Leodienſi Epiſcopo pro Laurentiaoo Mooaſterio, eſt feliciter conſequutus. Anno denique 1048. meritis & virtutibus pleous, obdormivit in Domino. Cujus corpus prope alterum S. Wolbodi eadem in Baſilica tumulatum fuit in ſubterraneo fornice. Quod in translatione corporis ſancti Wolbodi ad ſuperiorem Baſilicæ partem aono 1656. die 29. Octobris, præſeote Apoſtolico Nuntio, repertum fuit, ejus etiam aperto ſarcophago, integrum, & incorruptum non ſioe omnium admiratione, ſex oimirum poſt ſæcula ex die, qua io cælum migraverat.

21. Magnum boc Monaſterium maximam paſſum eſt tempeſtatem ſub Wolpodone Abbate, qui nepos quidem fuit S. Wolbodi, & Reginaldi Epiſcoporum, attamen a virtute iſtorum longe degener. Anno ſiquidem 1070. Conſtitutus Abbas ejuſdem cœnobii Henrici Imperatoris III. gratia, in profanos uſus bona ſacræ domus ſcelеſte diſtraxit ; multiplicatiſque criminibus, intolerabilis quum Monachis redderetur, a ſibi commiſſa depoſitus eſt præfectura, nempe anno 1076. in ejuſque locum ſuffectus eſt Berengerus, dictus a nonnullis Bereogarius, vir plane litteris & pietate inſignis. Verum impius Wolpodo ſuo deturbatus regimine, ad prædictum Henricum III. ſe contulit, nee abſque ſimoniæ labe iodultum ſuæ reſtitutionis in gradum priſtinum tres a depoſitione poſt annos decerpſit ; Imperialibus datis litteris ad Obertum Leodienſem tum Antiſtitem, ut amoto Berengero, iterum Wolpodonem præficeret. Orantibus interea Fratribus, ne vir nefarius denuo gubernacula illius familiæ conſeqoeretur ; unus ex iis mooacbis, ſuper quem facta eſt Domini manus, io mentis exceſſu navim cernit onuſtam monachis, in mari agitatam, Beatæque Virginis ope ad litus perductam, ſanctumque Wolbodum Epiſcopum ad altare Sancti Laurentii ſacrificantem,. qui peracto Miſſæ ſacrificio, accepit paſtolarem baculum Wolpodonis Abbatis, & in complura fruſta concidit, huc illuc ex beati Epiſcopi manibus fruſtis diſſilientibus. Qua viſione prophetica præſignificare dignatus eſt Deus, quod licet Wolpodonis reſtitotione Mooachos inde abire, ac multa pati opus foret ; ſed tamen paueos poſt annos ope ſanctæ Virginis, ſuique Martyris ad Sancti Vuolbodi Epiſcopi preces, deturbato iterum Wolpodone, redituros eos illuc eſſe, ut rei poſtea probavit eventus. Nam reverſo Leodium ſimoniaco fratre, Obertus Antiſtes Henrici juſſu coactus eſt removere Abbatem legitimum Bereogerum, ac ſubſtituere in locum ejus Wolpodonem an. 1079. unde Monachi ſuo cum Paſtore hoc illuc abiere diſperſi. Cujus facti certioratus Urbanus II. Pont. Max. conſolatorias miſit litteras ad Berengerum, in ſua ſolitudine commorantem. Tribuſque decurſis annis, vice altera ob manifeſta facinora iniquo Wolpodone depoſito, iterom Berengerus ſuis cum Monachis in Laurentianum cœnobium revocatus eſt. *Factum eſt autem* (Leodienſis Monachi verba ſunt apud cit. de Martene) *ut Fratres, quamquam diverſis in locis diſperſi eſſent, una die ſimul redierint, quæ erat vigilia Beati Laurentii Patroni noſtri Glorioſi : unde divinum officium, diu intermiſſum, a primis veſperis ſollemnitatis ejuſdem Martyris inchoantes reſumpſerunt*. Quo videlicet reſtitutionis eorum in locum priſtinum Martyri Laurentio beneficium ejuſmodi referrent acceptum. Idque contigit anno 1082.

22. Mirum exinde, quanto reſulſerit lumine hoc Monaſterium ſub Berengero, qui diſciplina regnlari Benedictini Ordinis reaſſumta, familiari re cœnobii rediotegrata, Cluniacenſem etiam obſervantiam ibidem introduxit an. 1103., uti hæc jam vigebat io clauſtro S. Laurentii extra muros almæ Urbis. Accitoque ſapientiſſimo Heribrando lectore Ordinis, ſacrarum litterarum ſtudia Inſtituti ſui juvenibus erexit. Hujus Heribrandi auditor inter alios juvenes fuit ſingularis illius ætatis Thelogus Rupertus, poſtea Tutienſis Abbas. Sed de illuſtri hoc homine alibi dicendum occurret. Proſequamur modo, quæ ad Laurentianam Eccleſiam Leodii pertinent, dum eximius idem ibi ſtudens commoraretur. Evenit enim eo temporis (ſicut ex antiquis anecdotis de Martene cit. lib. v. Hiſt. Leud. num. 30. legitur : meminique me olim in Ruperti operibus id ipſum perlegiſſe) nimirum eodem io Monaſterio Deo devotus Heribrandus, quum ſæpe admiratione teneretur, cogitans, quomodo verum Domini corpus clauſo reſurgere & exire potuit monumento, ac clauſis potuit jaouis ad diſcipulos in cœnaculum ingredi ? Quamquam vir fidelis de bis nullatenus dubitaret, contigit, ioquam, dum ipſe adeſſet Eccleſiæ choro cum ceteris fratribus ad matutini perſolutionem Sabbati Sancti, ſicut moris eſt, ſero feriæ ſextæ Paraſceve, ut extinctis luminaribus, qoum oltimum reſtingneretur, & ad canticum *Bene-*

dictus

dictus antiphona a domino Abbate Berengero inchoata: *Mulierer ſedentes ad monumentum lamentabantur flenter Dominum*: Ecce repeote ad Heribrandi pedes cecidit cingulum, quo firmiter erat præcinctus. Ille ſolutum fuiſſe, & ſic cecidiſſe putans, inclinavit ſe, tollenſque cinctorium, iſtius qoærebat extremitatem, ut iterum ſe præcingeret; ſed nodum, quo ſe adſtrinxerat, deprehendit nullatenus ſolutum. Vehementi propterea correptus ſtupore, revolvenſque in animo, quid ſibi res vellet, ſtatim in aere vox ad eum facta eſt, ac tenuis auræ ſibilum audivit, dicentem ſibi:

Sic potuit clauſo Chriſtus exire ſepulcro.

Hæc Heribrandus retulit tantum duobus fratribus die ſequenti, quando loquendi copia permiſſa erat; obnixe poſtulans, ut creditum eis ſecretum nonniſi ſuppreſſo panderent nomine. Factum quidem lucere coram hominibus voluit, ut glorificaretur Pater, qui eſt in Cælis: ſe autem videri noluit, vel ſuis reputari meritis miraculum, cujus ſola Dei gratia operatrix fuerat. Unus ex his duobus fratribus, quibus ſecretum commiſſum fuit, ipſe Rupertus facti ſcriptor, extitit. Idemque Heribradus Berengero defuncto 1113. Abbas Laurentianus delectus eſt.

23. Anno 1240. Henricus, hujus nominis I. ejuſdem cœnobii ſalutatus eſt Abbas, qui ad inſtantiam Epiſcopi & capituli Leodienſis apud ſanctam Sedem Pontificalibus inſignibus donatus fuit a Gregorio IX., iſte autem annulum ſuum aureum cum orientali ſapphyto, e proprio detractum digito, ac pretioſiorem mitram larori litterarum dedit, dicens: *Accipe bina hæc jocalia, quæ domino Henrico Abbati S. Laurentii nomine meo contrades in ſignum poteſtatis, ac dominii, quod in Abbatiam S. Laurentii ipſi concedimus, & inſula, ceteriſque Pontificalibus donamur illum, & ſucceſſores ejur in perpetuum*. Prima vero Novembris die, quum Conradus Friderici Imperatoris filius & Romanorum Rex, Leodium adveniſſet, in iſtius Regis præſentia Henricus Epiſcopi Leodienſis manibus, adſiſtentibuſque Canonicis, & Clero in cathedrali Leodienſi Eccleſia, ſacra coronatus eſt inſula, ceteris prius Pontificalibus exornatus; primuſque ſedit Abbas Laurentiani Monaſterii, ejuſmodi decoratus inſignibus, quæ in ſucceſſores tranſiere. Godefridus de Bronio Namurcenſis, ſæculo decimoquarto commemorati cœnobii Abbas, magnificum illud Templum, nec non clauſtra, & officinas Monachorum expenſis ingentibus refecit. Sed anno 68. ejuſdem ſæculi xiv. Gueuſiorum flammis nobiliſſima illa Baſilica conflagravit. Unde ab Henrico, hujus nominis v., Laurentiano Præſule, novi chori jacta ſunt fundamenta; quo Abbate defuncto, in ejus locum ſuffectus die 7. Mattii anno 1587. Otgerus Longinus (qui ab Epiſcopo Cardinali Groesbecano, Apoſtolico Leodii Nuntio, Pontificaliter inauguratus fuit) vaſtiſsimum Fanum decori priſtino a fundamentis reſtituit. Atque hæc ſatis de Leodienſis Laurentiano cænobio, ſapientiſſimorum hominum ſeminario: de quo multa in laudem Martyris infra dicenda occurrent: uti de monumentis ejus contigit alibi nonnulla referre.

24. Veremundus, hujus nominis II., in Hiſpania legionis Rex, finiente ſæculo x., regali munificentia Sancti Laurentii Abbatiale Templum, ac cœnobium reſtauravit: ut habet Mabillonius in annalibus Ordinis Benedict. lib. 51. num. 107. Sacrum enim hoc opus fundaverant in honorem Levitæ ſanctiſsimi Gundiſalvus, & Tharaſia conjuges, Avi Regis; qui majorum ſuorum pietate minime degener, regia liberalitate in ejuſdem operis ſplendorem, ac Sancti gloriam confirmandam, ſplendidam extendit manum. Conjicimus ædificia cnm Templi, tum cœnobii non ante ſæculum, de quo loquimur xi. ad perfectum refloreſcere potuiſſe. Nam & idem Veremundus vixit uſque ad annum ſecundum ejuſdem ſæculi: neque alienum a vero apparet, quod ſub unius ferme anni circulo eam ædificationem abſolverit, ſemel poſito, quod opus inceperit anno 999. vel 1000., juxta cit. Mabill.

25. Matiſconenſe ſuburbium in Gallia, *Sancti Laurentii* nomine appellatur a celebri Laurentiana Abbatia Cluniacenſis Ordinis, ibidem erecta; ſicut norat idem Mabillonius in actis ſanctorum Benedictinæ Religionis ad annum Chriſti 1049. Initio dumtaxat eo loci Templum Martyri ſundatum erar, ſed a Vicecomite Archimbaldo ſanctus Odilo, Cluniacenſis Abbas, dono illud accepit anno 1037., apud quod Monaſterium extruxit, adſignatis ab eodem Vicecomite in pago Matiſconenſi compluribus poſſeſſionibus ad Monachorum Cluniacenſium ſuſtentationem, additoque (habet vetus inſtrumentum) *manſo, ſeu hærèdio cum omnibur ſuis pertinentiis anno* 1039., quo Abbas cum Monachis in novum introiere Monaſterium. Extant in favorem ipſins Abbatialis Eccleſiæ cum Pontificum Romanorum, tum Galliæ Regum diplomata, quibus decorata clareſcit. Diſtinguenda videtur hæc Abbatia Laurentiana ab altera ejuſdem nominis *S. Laurentii* prope Matiſconem, de qua Maurini ajunt monachi, fuiſſe in alio urbis Matiſconenſis ſuburbio longe ante conſtructam. Quam Ludovicus Pius Imperator conceſſit Hugoni Marchioni Breſſiæ, ac Balgiaci Comiti anno 830., ut ex ipſius Cæſaris litteris Patribus iiſdem innotuit: quæ tamen hodie non eſt amplius a Monachis gubernata. Nam, ut ipſi narrant, de Matiſconenſi Epiſcopatu agentes in Gall. Chriſt., *Alter Hugo Bal-*

Digitized by Google

Balgiaci comes in Breſſia Gallicana eandem Abbatiam in altero ſuburbio Civitatis Matiſconenſis ad Breſſiæ latus reſtituit Teotelmo Epiſcopo Matiſconenſi circa annum 965. Eandemque reſtitutionem Lotharius Rex anno967. Confirmavit, ex Servetio in Epiſcopis Matiſconenſibus. Hanc tamen Abbatiam Balgiaci dominus ſibi, & ſuis hæredibus concedi popoſcit, obtinuitque a Gauſeno Epiſcopo Matiſconenſi anno 1023.

26. Legimus in Camaldulenſium annalibus, nuper typis datis, ad annum hujus ſæculi XI. 22. quod Ildebrandus, Faventinus Epiſcopus, beneficum ſe præbuit erga Monaſterium SS. Laurentii & Hippolyti de Faventia: quod ſubſequenti ſæculo XII. Camaldulenſi Eremo adgregatum fuit. Abbatia ſane tanti tanti nominis, ut de eadem Camaldulenſis auctor ad ann. cit. lib. decimo num. XXIV. ſcribat: *Poſtremis bis ſæculis Sedes eſt ſupremi noſtri Ordinis Præſidis*. Altera quoque celebris fundata eſt ejuſdem Ordinis Abbatia, nuneupata *Sancti Laurentii in campo*, Diœceſis olim Fanenſis ad ripam fluminis Cæſani non longe a ruderibus antiquiſſimi oppidi Suaſæ, ut eruitur ex Annibale Oliverio Piſaurenſi Patritio: cujus ingentia bona conterminum habebant ditionem Sancti Apollinaris in claſſe. Imperator Otho, hujus nominis III., tempore Silveſtri II. Romani Pontificis, iſtiuſque conſenſu, in ſuam recepit protectionem eandem Laurentianam Baſilicam ſuo cum Monaſterio ac univerſis ejus bonis, de quibus Imperiale diploma habet: *Noverit omnium Eccleſiæ fidelium univerſitas, qualiter per interventum Domini Spiritualis Patris noſtri Silveſtri Papæ II. tibi Petro Venerabili Abbati Monaſterii S. Laurentii in Campo de eadem Abbatia cum omni integritate ſua per banc noſtræ perceptionis paginam confirmationem concedimus: & per te tuiſque ſucceſſoribus Abbatibus in perpetuum confirmamus, ut omnia, quæ in circuitu ejuſdem Monaſterii ſita eſſe videntur, inter fluvium Saxanum, & Rivum Frigidum uſque ad terram S. Apollinaris in claſſe, & Aucudenam cum omnibus ad ſe pertinentibus, nempe Cella S. Petri in Bulgaria cum Caſtello ſuo & curte … Cella Sanctorum Philippi & Jacobi cum Caſtello ſuo, quod dicitur Cavalleria, Cella S. Adriani cum Caſtello de Cajo a Strata publica ad fluvium Metaurum, Cella S. Martini in Bretoli cum omnibus ad ſe pertinentibus, noſtra Imperiali auctoritate licet tibi intromittere, & ad uſum Monaſterii tuorum Fratrum deinceps perpetuo poſſidere*. Sunt & alia adjecta bona Sanctorum Geruntii, Donati, Severi, eum ad ſe (ratione habita) pertinentibus: quæ amore brevitatis omittuntur. Literæ datum habent 7. Martii 1001.

27. Ejuſdem ſæculi XI. anno 28. In pago Scarponenſi inter Tullum & Metas in Lotharingia prope Oppidum *Deus-Louvart*, ad Virdonenſem Epiſcopum pertinens, Benedictinorum Monaſterium *S. Laurentii* erectum eſt nomine a fundamentis, opera Præſulis Virdunenſis Haymonis in loco Gellani montis, ablata per eundem Epiſcopum propietate poteſtatis, quam ſuper ipſum locum habebat Collegiata Eccleſia ſancti Germani montis Falconis vigore permutationis alterius loci. Quod factum ratum habuit Raimbertus Antiſtes, Haymonis ſucceſſor; iſtoque rogante, Conradus Impetator interventu etiam Giſſæ Imperatricis Auguſtæ, & Henrici Regis, ejus filii unici, ſuo diplomate roboravit ſub datum Aquiſgrani VI. nonas Maji anno Imperii ſui 4.. Diebus autem noſtris, quanquam ab ejuſdem Ordinis Monachis adminiſtretur Eccleſia, ſunt tamen ii Anglicæ nationis, ut ad citatum ſæculi XI. annum Mabillonius advertit.

28. Poſt commemorati ſæculi dimidium Barcinone amplificatum eſt Abbatiale ſanctiſſimi Martyris Templum, illuſtratumque cœnobium apud Montem Tarraciæ; qui etiam ab inſigni bae Abbatia *Mons Sancti Laurentii* nuncupatur. Licet nobis ſacræ ſundationis initia minime pateant; certum eſt tamen, opus ante relata extitiſſe tempora. Quandoquidem Borrellus Comes, & Marchio Barcinonenſis pium locum multis dotaverat ſundis IV. idus Junii anno 973. ejuſdemque Abbates quondam ſuere David, & Taſſio, in inſtrumentis Marchiæ Hiſpanicæ ſubſcripti ſub titulo *S. Laurentii*: ſimiliter & Abbo, qui judicato pro Eccleſia Urgellenſi ſubſcripſit anno 1004. At Fano renovato altiori magnificentia, Berengarius Barcinonenſis Epiſcopus in perſona illuc veniens, IX. Kalend. Julii ſollemniter conſecravit; quum jam ad perfectionem redactum eſſet anno 1064. Abbatiæque prædia, paræcias, primitias, oblationes, ac decimas, jure acquiſitas, confirmavit, inſtante Raimundo Principe, Marchiam Barcinonenſem regente, cum Almode Comitiſſa conjuge ſua. V. March. Hiſp.

29. Eynhamenſis Sancti Laurentii Abbatia relato ſæculo erecta ſecernitur, anno videlicet 1063., ut paullo infra videbitur. Pagus autem, quem alii *Eynham*, alii *Eynhamium*, alii *Eenamiam* appellant, in loco ſane deliciarum ſitus apud Belgium Catholicum, primo fere ab Aldenarda lapide, Sandero teſte in Flandria illuſtrata tom.2., habet ad Orientem, & Meridiem ſilvas & montes, ad Occidentem & Aquilonem flumen Schaldim & prata pulcherrima; eique non deſunt limpidi ſontes. Quocirca præ locis aliis amatus a vetuſtis Principibus, delectus olim ſuit principalis ſedes Ducatus Lotharicii Regni; oppidum tum quum eſſet munitiſ-

ſimum, ac, juxta Sigebertnm in chronico, Provinciæ Brabantiæ caput effectum. Hinc Lindanus coram eodem Sandero lib. 1. De Tener. cap. v. teſtatur, in Eenameoſis cœnobii viciniis rudera quædam ſupereſſe ac veteris ſacelli parietinas, quod vulgo *Sacellum Lotboricii*, & ipſum locum *Lotbreik*, ideſt *Lotbarii Regnum* vocant. Nimirum, ut laudatus Sanderus conjicit, ſcribens: ***Ab arce credo*, *aut Prætorio*, *ibidem per Lotborium ſtructo***. Mortuo vero Othone III. Imperatore, ac Lotharingiæ Ducatu ad Godeſridum, Godeſridi Ardemienſis filium tranſeunte, novus ipſe Dux cum uxore ſua Mathilde, vidua relicta quondam Balderici III. Flandriæ Ducis, filia Herimanoi Docis Saxoniæ, Baſilicam Sancto Laurentio apud Eynhamium ædificavit anno Cbriſti 1005., atque Canonicorum eam collegio decoravit. Sed bellis emergentibus anno 1034. nobile Templum pene deſtructum Balduinus, hujus nominis V., Flandriæ Dux anno 1063., ut in Gallia Chriſtiana tom. 5. reſerunt Maurioi io Diœceſi Mechlinenſi, ſplendide reſtauravit, atque Abbatiale conſtituit, Monaſterio illic adjecto: quemadmodum cum aliis ſcriptoribus adnotant Miræus de Origioibus, Mejerus in aonalibus, & Gazius in Hiſt. Eccl. licet bic poſtremus ex aliorum ſententia ſtructuram eandem ponat ad annum 1067., adſcribatque uxori Balduini Adelæ. *Quod non aliter verum eſt*, ait Sanderus, *quom quod ipſa fortaſſis ad illum annum dotem Mariti auxerit*. Dotem nimirum auxerit, quam Balduinus adſignaverat Faoo S. Lautentii, ejuſque Monaſterio. Dux enim ipſe, ad Abbatiæ Ordinis Sancti Benedicti ſplendorem, illud Eynhamenſe conceſſerat caſtrum: addiditque Adela Duciſſa poſſeſſiones alias. Quod autem commemorati Maurini Patres ex Cameracenſi chronographo producunt: *Herimannus filius Monoſterium Sancti Laurentii ſtruxit*: Non aliter oportet intelligi, niſi quod Balduinus pater commiſerit filio conſtructionis illius curam, ut res ad perfectum adduceretur ejus vigilantia & adſiſtentia; idque præſtiterit Herimannus. Aperte namque Aldemburgenſis chronographus de eodem Balduino, qui dictus eſt *Barbatus*, ait: ***Caſtellum Bracbantum evertit*, *cujus ex ruinis condidit Eynbomenſe Cænobium***. Eidemque ſcriptori conſentiunt Sigebertus, & Mejerus; quorum primus ad anoum 1063. notam habet: ***Hoc anno Cænobium Eynbamenſe a Balduino Comite*, *& Atbela comitiſſa conſtructum eſt***.

30. Balduinns itaque Barbatus, atque etiam dictus cognomento *Pius*, magnis exornatum privilegiis illuſtre Templum ac cœnobium Benedictinis tradidit Patribus, inſtituto ibidem primo Abbate Waltero, ex Monaſterio S. Vedaſti illuc accito anno 1064. Cui & novæ tum Abbatiæ Liebertus Epiſcopus Cameracenſis privilegium conceſſit immunitaris; ejuſque diplomatis teoorem recitat Miræus cap. 29. Notit. Eccleſ. Snellardus, Abbas V. Laurentianus, fatiſcentem diſjecit Eccleſiam; novamque in Martyris honorem anno 1139. reædificare eepit: quam ſucceſſores ejus numeris omnibus perfecerunt. Horum & ſubſequentium Abbatum ſeriem dat Saoderus uſque ad illum ſui temporis, ideſt, Petrum Erneſtum Garnierium, qui floruit ſæculo xvii. Quamque ſeriem cootinuaruot Maurini Patres, qui ex Affligimienſi reſerunt cbronico, quod Ghiſelbertus, ſive Giſſebertus agens Abbatem Eynhamenſem, an. 1169. eandem Laurentianam illuſtravit Eccleſiam, atque proventibus ampliavit: quum jam laudatus ejus prædeceſſor Snellardus ab Eugeoio III. Pontifice Maximo confirmationem obtinuiſſet cunctorum bonorum ac poſſeſſionum, queis ipſa celebris perfruebatur Abbatia. Jacobus Launoy Abbas xxxiv. collabentis Monaſterii reſtaurator ſuit. Nam anno 1568. ſacer locus gravem paſſus eſt ruinam ab hæreticis ejuſdem ſæculi oovis Iconoclaſtis; relatus autem Abbas ſupervixit ad annum 1593., ejuſque ſucceſſor Carolus Philippus de Rodoan, xxxv. Abbas, dein Epiſcopus Brugenſis, retenta Eenamenſi Abbatia, multis eam ædificiis reſecit: eodemque loci obiit die 7. Julii anno 1616. Proxime huic ſucceſſit Hugo d Enghien, confirmatus die 10. Aprilis 1617. Is tandem reſtaurationem cœnobii perſecte complevit; ſequentique anno 1618. Laurentianam illam celebtem Abbatiam ad ſupremam evexit gloriam, obtinens a Paulo V. Pontifice Maximo pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum mitræ, ceterorumque inſigoium Pontificalium uſum. Tertio anno currentis ſæculi xviii. obiit Ignatius Du-ſmet Aloſtanus, præclara ex ſamilia Conſulari ortus, qui, Abbas xxxix. omni decore præſatam rexit Eccleſiam: nec mious ſolicitus honoris ejuſdem Abbatiæ viſus eſt Laurentius Rayngodt Brugenſis, Abbas xli., qui vivebat anno 1725. Ea io Baſilica ſollemniſſimum quotannis agitur ſacratiſſimi Levitæ feſtum, atque ad majorem exultationem & lætitiam indigenarum ſimul & confluentiam alienigenarum, *Annuales*, ioquit Sanderus, *iſtbic ſunt nundinæ*: cujus & oppidi dominium in præſentem adhuc diem reſidet penes exiſtentem pro tempore Eyohamenſem Abbatem.

31. Averſanum Neapolitano in Regno Monaſterium, eidem ſacrum Martyri cujus ſundatorem ſuiſſe Richardum Liguriæ comitem, & eampaniæ dominum ſcriptores exiſtimant: cui Laurentiano Templo ſuburbium, eodem vocatum nomine, item & S. Blaſii cœnobium, ac alia donavit bona Jordanus Capuæ Princeps. Scribit

Mabil-

Mabiſlonius ad annum Chriſti 1055. ac 1092. notabiliter excreviſſe. Et gravi quidem ratione, quod nimirum venerabiles illi Monachi, teſte Urbano II. Pontifice Maximo, Romanæ Eccleſiæ tribulationibus & anguſtiis diebus præcedentibus communicaverant. Idemque Pontifex, quum apud Anagniam eſſet nonis Maji, Apoſtolicæ protectionis gratiam impertitus eſt Guarino Averſano Abbati, editoque diplomate inter alias prærogativas eidem, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſit *mitræ uſum ubilibet in Divinorum celebrationibus: annuli vero tantum in celebratione Miſſarum præcipuarum feſtivitatum, & conſeſſu Conciliorum.* Verba ſunt Bullæ ſub datum Anagniæ per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, indictione xv., nonis Maji, anno Dominicæ Incarnationis MXCII., Pontificatus V. Laudatuſque Mabillonius item ad an. 1087. memoriam in nobis excitat Salernitanæ Sancti Laurentii Abbatiæ: de cujus tamen privilegiis nihil hactenus habemus luminis; niſi quod a Victore Papa III. fuerit honorificata. Hic Pontifex libro a. Dialogor. in Bibliot. Patr. alterius etiam meminit Monaſterii ſub eodem titulo intra muros Capuæ, in cujus choro monachus quidam ſanctæ vitæ Joannis ſui ordinis animam vidit penetrare cælum eadem hora, qua tranſiit ad Dominum; licet in remoto a Capua obierat monaſterio ejuſdem Ord. S. Bened. Viſio contigit nocturno tempore, priuſquam convenirent Fratres ad perſolvendum matutinum officium.

32. Oigniacenſe, ſive Ungiacum Abbatiale Templum, Philippi primi Galliarum Regis ætate, ideſt anno ſexto Sæculi XII. fundatum in honorem ejuſdem ſacratiſſimi Martyris (quam Baſilicam S. Ludovicus IX. anno penultimo vitæ ſuæ antequam Tonetum cum milite, navali pergeret itinere, ſaracenos, Chriſtianis infeſtos, expugnaturus, ſua præſentia, & orationibus decoravit, nimirum anno Chriſti 1269.) tranſiit poſtea in adminiſtrationem Canonicorum Regularium S. Genovefæ; quorum cultura & pietate uſque hodie floreſcit, adjecta priori titulo, adhuc vigente, invocatione Deiparæ Virginis. Dionyſius de Cavigni Abbas XL. hujus Monaſterii Canonicorum S. Auguſtini, creatus Epiſcopus Trecenſis 1697., deinde Archiepiſcopus Senonenſis, vivebat anni 1728. *Maurin. in Gall. Chriſt. tom.* IV.

33. Prædicto ſæculo XII. ſanctus Otho, Archiepiſcopus Bambergenſis, qui, poſtquam tres infulas ab Imperatore ſibi oblatas recuſaverat, tertiam tandem præcepto Paſchalis II. Romani Pontificis recipere compulſus eſt, nempe relatam Bambergenſem: *Pomeraniæ* appellatus *Apoſtolus*; quod paganam illam gentem Evangelio Chriſti ſubjugaverit, quindecim Monaſteriorum Ædificator egregius, quorum alia in honorem Sanctiſſimæ Virginis, & S. Joannis Baptiſtæ, alia in B. Petri, aliorumque Apoſtolorum gloriam, extruxit: Illud inter hæc ſingolare prorſus egit, quod primum omnium curavit erigere (ſicut monachus Ebbo apud Bollandiſtas, & alii ſcriptores graviſſimi teſtantur) Abbatiale perilluſtre S. Laurentii Fanum, in ſuomet fundatum patrimonio, ut Lippelous addit, in *Urangia* Diœceſis Herbipolenſis: Vocatque Templum illud relatus Ebbo, *Primitias votorum Othonis*. Opus cum adjecto cœnobio fabricæ magnificentia, & ornamentorum nobilitate omnimode abſolutum. Cui Sanctus Antiſtes prædia, ſilvas, agros, prata emtione, aliiſque juſtis titulis attribuere mira pietate ſuæque induſtriæ omnibus contendit nervis, uti liquet apud Surium die a. Julii: qua migravit in cælum anno 1139. Dein adſcriptus Catalogo ſanctorum a Clemente III., compluribus miraculis, & ſignis glorioſus.

34. Anno 1147. Obiit Hugo II. Gornacenſis, Abbas Ordinis Ciſtercienſis, qui fundator extitit Abbatiæ S. Laurentii *Bellibecci* in Rhotomagenſi Diœceſi: cujus univerſa bona confirmarunt Galliæ Reges. Illic jacent corpora SS. Luciani, & Soc. MM. Poſt annum 1450. iterum inſignis illa Baſilica, ſuo reſtaurato cœnobio, a fundamentis reædificata eſt; ac Ædes Abbatiales anno 1580. conſtructæ fuere. Vide Maurinos tom. X. in Epiſcopis Metropolitanis Rhotomagenſibus. Eodem pariter ſæculo XII. Petrus de Dania, Magnus Comes Shrizynenſis, in Poloniæ regno Palatinus (cui Boleslaus III. Rex Polonorum nuptui dedit Mariam, Reginæ uxoris ſuæ conſanguineam, ut conſtat ex chronico Regum Poloniæ, Cracoviæ impreſſo 1521.) Fundator traditur celebris Abbatiæ apud Sanctum Laurentium in *Kalyſch*; cujus etiam meminit Dulgoſſius Cracovienſis Canonicus in Polonicis hiſtoriis lib. V. Civitas Kalyſch Palatinatus Caliſſienſis eſt Caput, onde ditio nomen habet, quo in Palatinatu eſt Gneſna, Archiepiſcopi totius Poloniæ Primatis ſedes, ab urbe Kaliſch non longe diſtans: penes quem Primatem in interregno Poloniæ dominii reſidet ſceptrum: primumque inter principes poſt regem obtinet locum. Ceterum jura, privilegia, & reliquæ notabiles qualitates Caliſſienſis ejuſdem Abbatiæ, *ſancti Laurentii* nomine inſignitæ, quæ redirent ad ampliandam ipſius Martyris gloriam, nos Polonorum ſcriptorum penuria latent; licet ſuadeamur, nil regiæ munificentiæ illic deſideretur, ex iis, quæ relaturi ſumus *lib.* 3. *cap.* III.

35. Sub annum 1582. auctor annalium Ciſtercienſis Ordinis, Angelus Manriquez, Epiſcopus Bazenſis, Laurentianam in Hiſpania fundatam ponit Abbatiam, quam *ſancti Claudii*

vocat, quod eſt poſtremum nomen, a Fundatoribus additum titulis ejuſdem Templi, nempe Laurentio, & Hyppolito, uti patet in ipſo, quod affert, fundatorum inſtrumento. Ponit, inquam, ſub annum præfatum conceſſionem hujus perinſignis Abbatiæ, Ciſtercienſibus Monachis; rationem adducens, quod *ex ejus Archiviis nihil conſtat de anno, quo ſuſcepis Ciſtercii leges*: ſub quibus hodie floret. Ceterum liquet, eam anno 928. excitatam fuiſſe ab Alvaro & Sabita; quanquam Torellius in ſæculis Auguſtinienſibus velit, contra Manriquez, initio fuiſſe cœnobium haud S. Benedicti, ſed S. Auguſtini, non adeo gravi fundamento innixus; nimirum, quia in relato inſtrumento dicitur, quod Fratres vivere debeant *ad normam Apoſtolorum regularis vitæ*: ſubditque, quod S. Auguſtini regula dicebatur *Apoſtolico*. Ita ſane; ſed nec minus ceteri cujuſque adprobati ordinis Fratres, in paupertate & caſtitate conviventes in communi, Apoſtolica vivunt regula, ſive ut ait fundationis inſtrumentum, *ad normam Apoſtolorum regularis vitæ*: Quid ni Benedictinis Patribus id convenire nequibat? Addatur, quod in teſtamento laudato expreſſe legitur, *Fratres ſint ſub imperio Abbatis, cui obediant &c.* Sub datum 17. Kal. Decembris; & Pelagius Gonzalviz, qui fuit ibidem Abbas æra 1163. Kal. Auguſti, fatetur ſe fuiſſe Benedictini Ordinis. Ramirus autem II. Rex Caſtellæ anno 946., ſcilicet poſt annos decem & octo a fundatione Monaſterii, agit in ſuo diplomate de Cluniacenſibus, uti nuper illuc perventis. Unde non videtur dubitandum, relatam Abbatiam fuiſſe ſemper Benedictini Ordinis; licet modo unius, modo alterius Coogregationis S. Benedicti Abbatis extiterit; niſi alia potior adducatur ratio, quod ad patum valde temporis Abbatia fuerit Canonicorum Regularium laudati S. Auguſtini. Hoc itaque Abbatiale S. Laurentii Templum ſitum eſt inter Caſtellæ Regnum & Gallæciam apud ripam *Aviæ* fluminis in villa, quæ dicta eſt *Emeiberis*, atque a ſuis exordiis duo habuit ſibi conjuncta cœnobia, unum virorum, alterum fæminarum, ad ſui obſequium & culturam: in eiſque illi conjuges perilluſtres, poſtquam omnes opulentæ domus facultates impenderunt, ſemetipſos quoque ſub noſtri Martyris protectione Domino conſecrarunt. Magnum hoc Fanum ſub relato Abbate Pelagio incrementum accepit, qui ampliavit & auxit ejuſdem Ædis ſacræ decorem; ac poſſeſſiones ejus longe lateque extendit, ut ex ipſius Abbatis liquet charta. Exinde multæ coloniæ circum circa conſtructæ ſuot, antequam ad Ciſtercenſium jura tranſiret: Ita ut laudatus referat Manriquez cap. VI. num. 9. *Illuſtrem hanc Domum inter primas Gallæciæ connumerari, auctam nimirum parochialibus Eccleſiis, & oppidis ſubjectis Monaſterio: biſque ex ſoli pinguedine divitibus, & politioribus præ aliis illius Regni*. Unde Princeps etiam in temporalibus eſt Abbas. Populos tamen ſubditos idem auctor ingratitudinis ſuggillat: ſcribens: *Cum nihil habuerint, aut habeant, quod non a Monaſterio acceperint, quaſi non accepiſſent gloriantur; ſæpe & rebellant*. Sed jam non eſt novum illud, quod in ſcripturis legitur: Impinguatus, incraſſatus, dilatatus, recalcitravit.

36. Fuit olim & in Gallæcia Ciſtercienſis Ordiois altera S. Laurentii Abbatia, quæ admodum crevit ex parva ædicula propter, Sancti Famiani incolatum, ſicut dicemus cap. V. libri hujus, ubi de Laurentianis Sacellis a viris ſanctis excultis ſermo erit. Erat autem ad Ripam Minii fluminis, Diœceſis Lucenſis; quam excitarunt incolæ, fama ſanctitatis viri permoti, cujus exemplo in amorem exarſerunt Levitæ ſanctiſſimi, eidem erigentes Abbatiale hoc Fanum eo loci anno Domini (ut ſcribit Manriquez tom. 3. Annal. Ciſterc. cap. 7.) MCLXIV. menſe Maii: nempe poſt annos decem ex die, quo ſanctus Famiaous adſcriptus fuerat Catalogo ſanctorum. Obierat enim is ann. 1150. relatus vero inter ſanctos ab Hadriano IV. ann. 1154. Idem Bazenſis Antiſtes ad annum 1142. cap. IX. num. 3. in eam pendit opinionem, quod ſacra hæc Ædes, priuſquam Abbatiali dignitate donaretur, pertinuerit ad alteram Urſariæ Ciſtercenſium; unde permiſſu Abbatis Urſarienſis applicitus fuerit ad eam Sancti Laurentii Ædem excolendam tyrocinii ſui tempore S. Famianus, ſuſcepto illius Religionis habitu. Dubitatque idem auctor, num poſtquam erecta fuerit in Abbatiam, ſæculorum decurſu, defectuque temporalis ſubſidii unita iterum ſit cum Urſaria. Vid. cit. tom. 2. Annal. ad 1154. cap. 9. num. 1.

37. Regnante in Gallia eodem ſæculo XII. Ludovico VI., qui dictus eſt Craſſus; in Vaſconia, regione Aquitaniæ, fundata dicitur apud Maurinos Abbatia *Combælongæ* in Conſerranenſi Diœceſi, ſive juxta Geographos, *Conſoranenſi* a populis Conforanis, vel etiam Conſorannis nuocupata. Erecta hæc fuit ſacra Domus Sancto Laurentio Martyri ab Arnaldo *d'Autriche Palias*, Magnate valde divite ac præpotente, ſexaginta Caſtellorum domino; cujus Baſilicæ ac Monaſterii Præmonſtratenſis Ordinis poſſeſſiones, & jura poſtea confirmavit Alexander IV. Pont. Max. anno Domini 1258., Fuit autem nobile ſacrum hoc Opus exædificatum, annis tribus ante mortem Sancti Norberti Præmonſtratenſium Fundatoris, nimirum anno 1131., quo & vivebat laudatus Arnaldus. Ampliſſimas vero ejuſdem pii Operis facultates, quibus ab initio dotatum fuit, perſpicue nitent tenore litte-

ra-

Digitized by Google

ratum *Pariagii*, habiti inter Bernardum Laurentianum Abbatem Combæ-longæ, & Franciæ Regem Philippum III. anno 1272., menſe Martii die 31. Sed graviſſimam ſubiit injuriam, ac detrimentum ab inſanis hæreticis recentioris ævi. Gabriel *de S. Eſteve*, XXXII. Abbas relati Monaſterii, Epiſcopus fuit Conſerranenſis, qui hoc noſtro vixit ſæculo; nam obiit anno 1707. Huic ſucceſſit Alexander *de Pontac*, XXXIII. Abbas Burdegalenſis, conſtitutus ab Eleemoſynis ſereniſſimæ Delphinæ, vivebatque anno, quo hæc adnotarunt Monachi Congregationis S. Mauri in Gall. Chriſt.

38. Sæculo XIII., quum prius Dei hoſtes in Gallia deſtruxiſſent Abbatiale Sancti Laurentii Fanum apud Caſtellum *de Conada*, ſitum ad flumen Ligerim, contrito demum Exercitu Petri Comitis Nivernenſis anno 1199. ab Herveo Donziaci domino juxta eandem conſumtam Martyris Eccleſiam, ipſo adjuvante Levita Sanctiſſimo, ſeſeque de ſuis hoſtibus vindicante, ut vetus refert manuſcriptum, a duobus Fratribus Sammarthanis citatum in Abbatiis Eccleſiæ Altiſſiodorenſis, reædificatum ibi fuit nobile Templum in ejuſdem Sancti noſtri honorem, reſtituta illi Abbatiali ſua dignitate: quanquam hæc ex Regularibus ad Clericos tum tranſierit ſæculares. Nam Guillelmus *de Segnellay* ex Toparchis Caſtri de Silliniaco (Patre Burcardo, Matre Aanordi ex ſtirpe S. Bernardi Clarævallenſis Abbatis, ut habet chronicon Roberti a S. Mariano) Altiſſiodorenſis creatus Epiſcopus anno 1207., ætate quidem juvenis, ſed morum ſenio præmaturus, inſtitutor fuit præbendarum ejuſdem Abbatiæ: Sic enim habet charta tabularii: *Hugo Antiſſiodorenſis Archidiaconus. Noverint univerſi, quod cum venerabilis Pater, & Dominus meus W. Antiſſiodorenſis Epiſcopus in Eccleſia Beati Laurentii de Conada inſtituiſſet præbendas, dedit, & conceſſit de aſſenſu & voluntate noſtra Eccleſiæ S. Laurentii ſupradictæ in perpetuum Eccleſiam de Miſſiaco; inſtituens, ut quicunque fuerit, præbendam unam de cetero abſque reſidentia habeat, annexam Archidiaconatui in Eccleſia memorata. Ad petitionem quoque præfati Domini mei Epiſcopi conceſſi, ut Eccleſia de Miſſiaco deinceps in perpetuum ſit libera a procuratione Archidiaconi. Actum anno* 1212. Sane quod magni nominis ſit hæc Laurentiana Baſilica, ex eo, evidens fit, quod in Bulla Clementis IV., anno 1266. edita (ubi confirmantur univerſæ poſſeſſiones & Eccleſiæ, ad Altiſſiodorenſem cathedralem pertinentes) ſoppreſſis compluribus dominii titulis, in paucis potiorum bonorum, quæ *propriis*, ait Pontifex, *duximus exprimenda vocabulis*, primo expoſuit loco *Eccleſiam videlicet S. Laurentii de Abbatia*: & poſtea ſubdidit alteram *S. Petri Regularium*, dein ceteras, quæ inſigniores ſunt. S. Bernardus de eadem meminit Abbatia Epiſtola 276. Quantumvis autem eam poſteriori hoc ſæculo repoſuerimus, quo cernitur illuſtrata memoriis, longe tamen prius erectionis ſuæ cognovit exordia, etſi apud ſcriptores determinatum nobis uſque adhuc non illuceſcat tempus: ſolumque penes Sammarthanos Fratres notatum reperimus, quod Gauſiidus de Nivers, Hugonis vicecomitis Nivernenſis filius, vir genere illuſtris, ac vitæ venerabilis, Altiſſiodorenſis Antiſtes LI., qui obiit anno 1064., in hac antiqua ipſius Abbatiæ Eccleſia fuerit tumulatus.

39. Eccleſia Sanctorum Laurentii, & Martini Laudunenſis in Abbatiam Præmonſtratenſium Canonicorum erecta fuit ſancti Norberti opera, cujus & gubernationi promotus ipſe, illam primus adminiſtravit. Quare Abbas ejuſdem loci poſt Abbatem Præmonſtratenſem, primus in toto eorumdem Canonicorum regularium Ordine, quandiu illic Præmonſtratenſes floruerunt, agnoſcebatur. Relato XIII. ſæculo in ſupplici libello, Innocentio Papæ IV. a Patribus porrecto, ad conſecutionem indulgentiarum pro confluentibus populis locorum adjacentium in feſto ſacratiſſimi Martyris, expoſitum fuit, quod Eccleſia iſta initio constructa fuerit ſub titulo ſancti Levitæ, uti conſtat ex Bulla Indulgentiarum ſub datum Laterani XI. Kal. Maii, Pontificatus Innocentii anno primo: quanquam propter acceſſionem nominis S. Martini poſteriori hoc titulo nuncuparetur a vulgo. Reges Francorum Ludovicus Craſſus, & Ludovicus VII. pinguiſſimas Abbatiæ dotes (quibus contribuere non modicum Epiſcopi complures, uti Milo Maurianenſis, Simon Tornacenſis, & Groſſanus Sveſſorum) Regiis diplomatibus confirmarunt. Id ipſum præſtiterunt Romani Pontifices Innocentius II., Lucius II., & Eugenius III. Quorum primus, acto Rhemenſi Concilio, Laudunum veniens, in eadem Baſilica feria III. Hebdomadæ ſanctæ ſacra myſteria devote confecit. Beatus Gualterus poſt Norbertum (qui ad tempus illic permanſit) primus Abbas fuit: ſub cujus regimine pluſquam quingenti fratres eodem loci alebantur Fidelium eleemoſinis: aſſumtus demum ipſe Gualterus fuit in Epiſcopum Laudunenſem. Hoc memorabile Templum Martyr elegit ad ſacri ſui ſiniſtri brachii cuſtodiam, ut videbitur in cap. de ipſius Reliquiis. Conſule 3. libr. Biblioth. Præmonſtrat. in vita B. Gualteri. Advertunt tamen Maurini, quod currenti ſæculo XVIII. poſt multas litium concertationes intér loci Ordinarium & Abbatem Laurentianum, ſive Sanmartinianum, Benedictus XIV. Pont. Max. diremit litem in favorem Laudunenſis Antiſtitis;

ut

Digitized by Google

ut is, pro tempore exiſtens, ſit ejuſdem Laurentianæ Baſilicæ Abbas io perpetuum. De iſtius Epiſcopi præmioentiis vid. in cit. cap. de Reliq. S. Laur.

40. Abbatia, quæ *Gaudium vallis* appellatur, juxta Patres Congregationis S. Mauri Tom.IX. Galliæ Chriſtianæ, cujus ſundamenta jecit Bartholomæus *De Roja* ſtirpis Regiæ, ac Franciæ Cancellarios anno ſalutis 1221., a Galterio Carnotenſi Epiſcopo conſecrata ſuit anno 1224. in honorem ſanctæ Dei Genitricis & Beati Laurentii Martyris ſub quorum patrociniis idem Franciæ Cancellarius, ex humanis excedens ſua voluit oſſa tumulata cuprea tabula, *19.* Kal. Febr. 1237. Neque tantum hæc nobilis Abbatia iſtius ſundatoris perilluſtris ditata bonis ſuit; ſed etiam in ipſis, ot ita dicamus, cunis ſuis locupletata claruit Philippi II. Galliarum Regis donationibus: omnemque ditionem ejus confirmarunt Honorius III. Pont.Max., & Ludovicus VIII. Rex Francorum. Primus ejuſdem Abbas extitit beatus Auſculſus, laudatorum diplomatibus commendatus, ſub regula Canonicorum Præmonſtratenſium. Circa finem ſæculi XVII. Carolus hujus nominis ſecondus, Abbas XXXV., magnus Regis Galliarum Eleemoſinarius, dilaceratam a mulris ampliſſimam eandem Eccleſiam ſuis vindicavit juribus, io integrumque reſtituit: reſtitotam reſignavit Georgio Amboſſonio. Ipſe autem reſignator creatus Archiepiſcopus Ebredunenſis, explevit tandem ſuæ vitæ curriculum anno 1713. Hodie conſtitotione Innoceotii Papæ XII. nobilem Abbatiam in perpetuum obtinet, qui ſedet Epiſcopus Carnoteoſis; nam juxta Regium placitum addita eſt Eccleſiæ cathedrali ab anno *1667.* Quanquam Præmonſtratenſes Canonici apud laudatam Baſilicam Laurentianam, uti prius, conviventes, eam Divinis frequcotent officiis. Ibidem lapis cernitor ſepulcralis, ſub quo requieſcit Simon de Maule, e nobilibus Mauliæ Toparchis, quondam loci Abbas IV., qui obiit anoo 1240., ejuſin petra effigies ſculpta videtur, geſtaos mitram, aonulum, & baculum paſtoralem. Fortaſſe quia ex ſpeciali diſpeoſatione Apoſtolicæ Sedis Pontificalibus iiſdem inſignibus exornatus ſuerit; quum certum ſit, Præmonſtrateoſes Abbates generalibus io comitiis, ſervandæ humilitatis gratia, ſtatuerint, talibus non uti ornamentis: quod ſtatutum ab Innocentio Papa III. confirmatum ſuit Pontificatus ſui anxo 1. nempe *1198.* vid. Biblioth. Præmonſtr. lib. 2.

41. In Theatro chronologico Carthuſienſis Ordinis ad annum *1306.* S. Laurentii Eccleſia *de Padula* in citeriori Principatu Neapolitani Regoi, ac Diœceſis Capuaquenſis (quæ ſacra Ædes olim pertioebat ad Archicœnobium Monacorum montis Virginis) relato XIV. ſæculo elevata eſt in valde conſiderabilem Abbatiam, ceſſione Guillelmi San-ſeverini, IV. Abbatis ejuſdem montis Virginis, via permutationis. Thomas San-ſeverinus eam in Abbatialem pro Carthuſianis erexit ſummorum Pontificum auctoritate, quorum & beoeficiis eſt impinguata. Etenim eidem Abbatiæ iocorporata ſuit a Julio II. Eccleſia S. Demetrii anno 1505., nec non & altera S. Catharinæ de Saponaria 1513. Cooſtitutione item Pauli III. 1538. unita illi ſuit Abbatia S. Nicolai de Turone, & adaucta præterea duobus aliis beneficiis, nempe S. Mariæ de Cadoſſa, & S. Mariæ de Caſali. Carthuſienſis illic Prior eſt Abbas, uſum habens Pontificalium, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercens. Princeps eſt quoque oppidorum SS. Baſilii, & Demetrii, nec non Dominus (præter Padulam, quæ ſedes eſt ejus) etiam Caſtellorum Bon-habitaculi, Montis ſaoi, & Caſalis novi. Quibus in omnibus jus civile ac criminale dicit cum plena & conſueta temporalium procerum poteſtate io ſubditos: prout ſuſius legitor in tabulis archivii Monaſterii Padulaoi, a quibus hæc extraxit Carolus Maronius, & io citatum ioſeruit Theatrum chronologicum p.252.

42. Hæ ſunt præcipuæ Abbatiæ in honorem & gloriam ſanctiſſimi Archimartyris erectæ, quas invenire potuimus penes vetuſtos, recentioreſque Scriptores, quorum exemplaria nobis luſtrare datum ſuit, omiſſis ceteris notæ minoris, nec non ſeminarum, ſive ſanctimonialium Parthenonibus, in quibus non eſt dignitas de jure, quæ involvit præcedeotiam cum poteſtate juriſdictionis adnexam, ut locum poſt Epiſcopales Cathedras obtinere mereaotur, ſecundom præſentis capitis argumentum. Licet de quibuſdam inſignioribus alibi ſermo erit; qoum de ſacris Regum, vel Sanctorum ædificiis in Beati Levitæ laodem agemus, eorum excellentiam attendentes a ſundatoribus, vel cultoribus, qui ſplendore ſanguiois, vel ſanctitatis a popularibus ſe diſtinxerunt. Afferuot Bollandiani teſtimonium Georgii Crugerii pro Bohemiæ Regno in ſacris pulveribus ad diem x. Auguſti, quum de inſignioribus monomentis noſtri Martyris loquuntur; ſed quia neque ipſe Crugerius, neque laudati Bollandiſtæ conditionem explicaot Eccleſiarum earundem; ideo, ſalva illarum, quam merentur, prælatiooe, ſatis ducimus in calce iſtius capitis dumtaxat productum ab eis Crugerianum idem teſtimonium exſcribere. *A prima*, inquit, *ſtatim Chriſtianitate in Bohemia Ædes ſacras habuit hic Archimartyr, præcipue intra & ſupra Pragam. Ultima hodieque peregrinatione inſolente, ſub iſtam celebritatem annue*

Digitized by Google

annue frequentatur. Extra Metropolim ſunt locis aliquot commodæ Eccleſiæ, dicatæ Sancti Laurentii memoriæ: ſed velut omnes ſtellas minores antecellit luna, ito Altomejitenſis exſuperat Baſilica Laurentiana ceteras noſtras. Bolland. in Comment. præv. §. 11. num. 20. x. Auguſti.

CAPUT III.

De Imperialibus, vel Regalibus Baſilicis eidem Archilevitæ Martyri cum in Oriente, tum in Occidente dedicatis.

BEatus Albertus, cognomento *Magnus*, Ord. Præd., & Epiſcopus Ratiſponenſis, ſerm. 2. de S. Laur. ſuper parab. Evang. *Niſi granum frumenti*. Sub adnotatione v., poſtquam exponit Evangelicum idem verbum, dicens: *Inter cætero grana ſeminum dignius eſt granum tritici, unde de ipſo fit panis nobilium, ac principum: ſic etiam Chriſtus vocatur frumentum electorum Zach. 9.* Paullo infra ſubdit: *Certe beatus Laurentius bene huic digno grano comparatur, quia multi principes, ac nobiles ejus ſuffragia frequenter implorant.* Compertum eſt namque a ſæculis, quibus Reges terræ venerunt ad Fidei veritatem, ſummus hic Martyr a ſummis principibus ſingulari cultus fuerit pietate; ac quodammodo (dicere liceat) velut panis triticeus ſpeciali devotionis affectu ſpiritaliter manducatus ab eis, ſatis pinguis ipſis præbuerit delicias Regibus. Atque hæc eſt materies præſentis capitis præluſtranda, nimirum Regalia commemorare monumenta, queis iiſdem ſupremi Orbis Principes teſtatam mundo voluere propriam erga talem tantumque Martyrem venerationem, qua æmulari viſi ſunt Romanorum Pontificum ſtudium ad ejuſdem gloriæ poſthumæ augmentum: ſicut de iſta ſummorum Sacerdotum erga S. Laurentium obſervantia egimus pluribus in locis libri primi, ac præſertim cap. III. & IV., ubi de cultu ejuſdem perpetuo, Romæ præſtito, tractatum habuimus. Congruit autem in primis, ab Orientali exordiamur Eccleſia; quum de Imperiali Romana Baſilica Laurentiana ſub magno Conſtantino actum jam ſit citatis in locis & præcipue cap. III.

2. Translata ergo Imperiali ſede ab Occidente in Orientem apud Bizantium ejuſdem Conſtantini magni diebus, a quo illa Civitas *Conſtantinopolis* dicta eſt, celebre ibi exædificatum eſt Sancto Laurentio Martyri Templum Regiis opibus, quanquam incertum ſit fundationis illius tempus. Solum enim habemus, quod Eudoxiæ Imperatricis ætate illa Baſilica conſtructa erat juxta Marcellini comitis teſtimonium in chronico, ubi legitur: *Eudocia uxor Theodoſii ab Jeroſolimis urbem regiam remeavit, beatiſſimi Stephani primi Martyris reliquias, quæ in Baſilica S. Laurentii poſitæ venerantur, ſecum deferens &c.* Factum hoc eveniſſe fertur anno 439. Unde autem Bollandiani eam conſecutionem inſerant, dicentes: *Jam ante annum 439. Eudoxia Auguſta magnificum ei* (videlicet S. Laurentio) *templum erexerat Conſtantinopoli:* exploratum nobis minime eſt; nullum quum de hac Eudoxiana templi conſtructione monumentum producant. Dum ſimiliter eadem Laurentiana Baſilica exiſtere potuit ante dictum annum 439., ſive a Conſtantino magno ædificata, ſive a Theodoſio ſeniore, qui vixit ad annum 395. ſive ab Arcadio ejus filio, qui primis Imperii annis pietatis operibus valde addictus fuit, vixitque ad 408., ſive a Theodoſio juniore ſua cum uxore jam commemorata Eudoxia. Cedrenus porro in grave incidit chronici erratum, quum ſcripſit: *Anno 35. Theodoſii junioris* (ſive Chriſti 443.) *Panneode advectæ ſunt reliquiæ vatis Iſaiæ, & in Divi Laurentii templo* (Conſtantinopoli) *repoſitæ:* ſicque opus eſſet intelligere in Eudoxiano Sancti Laurentii Templo Iſaiæ corpus vivente Theodoſio juniore depoſitum fuerit, non in Pulcheriano ejuſdem Sancti Laurentii prope Balchernas collocatum. At contra Scriptorem iſtum, qui XI. floruit ſæculo, reclamat Menologium Græcorum, a Baſilio Imperatore auctum ſæculo IX., dicens de Prophetæ Iſaiæ reliquiis, Conſtantinopolim advectis: *Tandem Conſtantinopolim translatæ, juxta Balchernas depoſitæ ſunt in templo S. Laurentii.* Codinus autem (cui communiter Scriptores adhærent) agens de Originibus Conſtantinopol. ait: *Templa Iſaiæ & Laurentii ab Imperatore Marciano & ejus uxore Placidia ædificata fuere, quorum tempore ſanctum Iſaiæ corpus translatum eſt, & depoſitum in templo Sancti Laurentii, juxta Balchernas.* Quare idem auctor conciliavit ſibi eruditorum fidem, quod ne latum quidem unguem a vetuſto diſcreparit Græcorum Menologio. Certum vero quum ſit, Marcianum cum Pulcheria regnare cepiſſe anno 450. poſt Theodoſii junioris mortem, cauſſa nuptiarum cum eadem Pulcheria celebratarum ſub conditione ſervandæ caſtitatis in matrimonio (quandoquidem Imperii jura, mortuo Theodoſio ſine prole, Pulcheriæ ſorori ejus ceſſere) manifeſte conficitur,

trans-

Digitized by Google

translatio corporis S. Iſaiæ haud Theodoſii tempore acta fuerit; quo neque Laurentianum Templum in Balchernis extabat, ſed alterum Eudoxiæ S. Laurentio dicatum; ubi tranſtulit hæc Imperatrix Protomartyris reliquias: Templum valde diverſum a Baſilica S. Laurentii juxta Balchernas. Hæc poſterior Imperialis ſacra Ædes, habita ratione ad interiora fabricæ, ut minus abſolvi non potuit ante annum 453., quum ſacrum Opus nec ante an.450. inceptum fuerit, quo Marcianus, ut diximus, cum Pulcheria Imperii ſuſcepit gubernacula; dum iis imperantibus excitatum omnino traditur: uti confirmant Theophanes in chronographia, typis regiis Lutetiæ Pariſiorum edita, pag.91. num.169., & Nicephorus num. 177.

3. Sancta igitur Imperatrix virgo Pulcheria tali cordis ardore incenſa fuit erga Sanctum Laurentium, ut factum haud ſatis exiſtimaverit, ſi Conſtantinopoli unum vel Imperiale ſub ejus nomine Fanum exiſteret, a prioribus, quicunque illi fuerint, Auguſtis erectum Regia quantavis magnificentia, niſi & ipſa quoque *in Balchernis*, ideſt, ut Bandurus tom. 2. *Imperii Orientalis* explicat, *in tractu ædium Imperialium* prope ſe alterum excitaret. Pagina quippe 659. relatus inquit auctor: *Binæ hujus Auguſtæ ædes extitere, altera in tertia regione, altera vero in undecima*. De qua poſteriori Baſilius in Menologio loquitur, quum inquit, fuiſſe Sancti Laurentii Templum *in Balchernis*. Similiter non de Eudoxiana primi, ſed de hac Pulcheriana Baſilica chronicon Belgicum agit, quum fol. 379. narrat, extitiſſe in ea marmoream quandam columnam, laterculis, ſive cellulis quadratis, ſculptam; in quarum primo ordine Imperatorum, in ſecundo Patriarcharum Urbis nomina ſignabantur in eorum promotione; ut de eis fieret in Miſſa commemoratio. Opus Leonis VI. Imperatoris, qui cognomento dictus eſt *ſapiens*, totque cellulas ea in columna ſculpi juſſit afflatu ſane prophetico, quot notationes nominum Imperatorum & Patriarcharum erant in futurum apponendæ: oraculumque protulit, quod quum illæ cellulæ notis hujuſmodi plenæ forent (uti evenit reapſe ſub Coſtantino Paleologo, & Gennadio II.) tum Græcorum Imperium eſſet caſurum, & civitas ab hoſtibus capienda. Idque factum anno 1453. Turcis introeuntibus Conſtantinopolim Pentecoſtes die. Cæleſte illud, ſuademur, fuerit Græcis monitum, & comminata clades, ut reſipiſcerent a ſchiſmate contra Romanam Eccleſiam: neque ambigimus, admonitionem hujuſmodi ante ſexcentos fere annos ſub Fotii ſchiſmate conceſſam fuiſſe Græcis interceſſione illus Martyris, cujus nomini ſacrum erat Templum, in quo erat columna, ſupremum eis indicans excidium. Sed excæcati & obdurati, cæli nuntium neglexerunt; unde rei mortis temporalis & æternæ debitas ſubiere pœnas. Ceterum, quod ad commemoratam Baſilicam S. Laurentii ſpectat, eam Pulcheria poſtquam perfecit interius, exornare quoque voluit magnificentiſſimo exterius atrio, ut ſcribit Marcellinus laudatus ad annum Chriſti 453., referens: *Pulcheria Auguſta, Marciani Principis uxor, Beati Laurentii atrium inimitabili opere conſummavit*. Exiſtimo, ſcriptor ſignificare voluerit annum, quo incepit ædificare Imperatrix atrium, perfecto jam templo; non quo illud conſummavit, ſive complevit. Id enim abſolutum fuit anno 457., quo ſancta Pulcheria eſt ad cælum evocata, ſicut ipſe teſtatur Marcellinus, ſubdens: *Atrium conſummavit, beatumque vivendi finem fecit*. Quum ergo Pulcherianum S. Laurentii Templum anno 453. ex dictis perfectum fuerit, ac Turcæ illud profanaverint an.1453., colligitur, recurrente millenario dedicationis ejus, propter peccata populi ſchiſmatici, in Turcarum delubrum fuiſſe converſum. Memoria vero ſanctæ Imperatricis in benedictione eſt apud Romanum Martyrologium 4. idus Septembris.

4. Juxta Baronium in notis ad Martyrologium præfatum x. Auguſti, Pulcherianam iſtam Baſilicam ex Procopio *lib.* 1. *Ædific. Juſtiniani Imperatoris*, ipſe Cæſar Juſtinianus amplioribus ſpatiis auxit. Floruit hic Imperator anno 527., rexitque Imperium uſque ad annum 566. Baſilius autem Macedo, qui nono imperavit ſæculo, nimirum ab anno 867. ad 886. eam ſplendide reſtauravit. Cujus ædis celeberrimæ magnitudinem, & ſitum cum reſtauratione prædicta deſcripſit Conſtantinus VII. Porphyrogenitus in vi ſui vita num. 112. pag.209. editionis Pariſienſis. Sic enim ibi legimus de Baſilio vere Catholico: *Sacri quoque Martyris, ac Archidiaconi Laurentii in pulcherianis Ædem maximam collapſam reſtituit, multa vetuſtate implens, & gratia, &c.*

5. Idem Juſtinianus Imperator, teſte Procopio ejus coævo lib. cit. cap.6., alterum Sancti Laurentii Templum prope Conſtantinopolim in loco, *Petrione* nuncupato ad lævam ſinus Ceratini poſitum, *vetuſtate ſquallidum*, *& tenebricoſum*, ſuis refecit ſumtibus; in cujus refectione magnificentiam Imperatoriam, ſuæque pietatis liberalitatem oſtendit. Obiter nota, quantæ fuerit vetuſtatis Laurentianum hoc Templum, quod ſæculo ſalutis ſexto tanta deformitate ſuam ob antiquitatem laboraverit; ut jam ſquallore, ac tenebris affectum eſſet. Cogimur ſane affirmare, ad minus quarti ſæculi exordiis apud Bizantium erectum fuiſſe, ſi non currente adhuc ſæculo III. Suſpicatur Sollerius, hanc Baſilicam illud obtinuiſſe ab Impera-

Digitized by Google

peratoribus ſingulare immunitatis diploma, ut confugientes ad eam cujuſvis cauſa delicti, extrahi nullatenus poſſent, quanquam læſæ Majeſtatis rei forent: de qua re mox quippiam ex Theophane dicturi ſumus. Equidem præter dubium eſt ex citato nuper auctore, illa ſacra Ædes adnexum habuerit Monachorum S. Cononis cœnobium, Ordinis, ut conjicimus, ſancti Baſilii magni; eoque ſingulari ab Imperatoribus Orientis favore diſtincta putatur, vel ante Juſtinianum, vel initio iſtius Imperii. Non enim in ſeditione urbis, contra ipſum Juſtinianum orta, clamaſſet populus, ut in S. Laurentii aſylum ducerentur tanti criminis rei, niſi relatum diploma illius Eccleſiæ notum omnibus fuiſſet: quod neque *Pulcheriana*, neque *Eudoxiana* (ut Bollandiſtæ vocant) conſequutæ fuerant, quanquam una, & altera Imperiales eſſent Ædes, magno Levitæ ſacræ. In Conſtantinopolitano peculiari Concilio, ſub Patriarcha Menna celebrato, apud Philippum Labbæum tom. 5. Concil. pag. 134. ad annum 535. inter alias Abbatum ſubſcriptiones reperitur ſequens: *Theodorus Dei miſericordia Presbyter & prior Monaſterii S. Laurentii Martyris, a me Dei gratia fundati*. Quam Eccleſiam Anonymus *de Monumentis S. Laurentii* ſecernit ab altera, per Juſtinianum reſtaurata. Et ſane non abſque ratione. Quandoquidem hic Theodorus fundator eſſe nequivit illius Templi collabentis, quod Juſtinianus reſtauravit, a præjudicio ſuæ vindicans antiquitatis; dum ipſe Prior Theodorus floruit hujus Imperatoris ætate. Aliunde Monaſterium, de quo Theophanes loquitur, non dicebatur *Theodori*, ſed *Cononis*, qui jam e temporali exceſſerat vita, & ſanctitatis titulo donatus fuerat: unde conſectarium videtur, venerabile Templum illud S. Laurentii non aliud fuiſſe quam Ceretanum, magna hujuſmodi conceſſione donatum. Non enim apparet, quod altera præter enumeratas Eccleſias ſub Martyris invocatione Conſtantinopoli extiterit, cui adjectum fuerit S. Cononis cœnobium. Factum vero, quod Theophanes narrat accidiſſe in tragica illa celebrique ſeditione, cui nomen *Nika vince* menſe Januarii indictione x., ipſius ſcriptoris verbis afferimus ſub æra vulgari 532. *Apprehenſos ex Aurigantium factionibus tres ſeditioſos ſuſpendio Præfectus damnavit. Eorum quidem unus vitam amiſit extemplo: alii duo e patibulo ceciderunt. Iterum ſuſpenſi, ceciderunt iterum. His conſpectis, populus aſtans exclamavit: Ducite ad Eccleſiam. Audito clamore, Sancti Cononis Monachi pœnarios lembo ſuſtulerunt, & ad Sancti Laurentii templum deportaverunt, quod eo gauderet privilegio Eccleſia, nullum ex ea ejiciendum, donec factum fuiſſet ſatis. Ea re accepta, miſit Præfectus milites: eos vero miſſos cum reſciviſſent populares factiones, ad prætorium convenerunt, milites ad cuſtodiam deſtinatos a Sancti Laurentii templo amoveri a Præfecto poſtulaturæ: Reſponſum vero nullum ab eo acceperunt*. Fateri quocirca compellimur, hoc exemplo in ejuſdem immunitatis conceſſione pro Eccleſia S. Laurentii Orientales Cæſares pietate ac veneratione erga ſanctiſſimum Martyrem non modo cunctos Reges & Principes Chriſtianos in occidente regnantes (unum ſi excipimus Honorium magni Theodoſii filium; de quo infra) ſuperaſſe; verum etiam Salomonem zelo templi Dei clarum in veteri lege viciſſe. Nam is ne pepercit quidem Duci Joab, Adoniæ factioni conſentienti; licet uſque ad cornu altaris tabernaculi Domini confugiſſet lib. 3. Reg. cap. 2. 29. *Nuntiatum eſt Regi Salomoni, quod fugiſſet Joab in tabernaculum Domini, & eſſet juxta altare: miſitque Salomon Banajam filium Jojade, dicens: vade, & interfice eum*. Quare plus venerationis obtinuit Ceretanum S. Laurentii Templum a Regibus, quam Jeroſolymitanum, olim totum per orbem celebre; vel alterum quodcumque, hodie in mundo inveniatur, exceptione dignum.

6. Imperiale aliud Conſtantinopoli poſt Juſtiniani dies admittere neceſſe eſt Fanum, *S. Laurentii* erectum nomine, ſi litteris attendimus Sancti Petri Damiaſi lib. 8. epiſtolarum; ubi narrat iſte factum, ſibi ab Alphano, Archiepiſcopo Salernitano, relatum. Et licet Sollerius in dubium vertat, utrum necne acceptæ relationi ab illo Præſule ſeſe immiſcuerit Græca dicacitas; beatus idem Petrus Damiani dubietatem hujuſmodi a fidelibus removere præveniendo curavit; commendans nimirum citatum Alphanum, uti hominem non ſolum in dictis ſuis veracem, ſed etiam prudentem; cujus eſſe non poterat, leviter mentem dare Græcorum fabulis, nulla diligentia ſuper exceptam notitiam adhibita; quum plena fuiſſet illi commoditas viſendi Templum iſtud Conſtantinopolitanum, juxta menſuras extructum Laurentianæ Patriarchalis Baſilicæ foris Urbis Romanæ mœnia; ut idem Præſul a Græcis audierat, dum ipſe Conſtantinopoli moraretur. Quid ergo Petrus Damiani contigiſſe referat, (retro miſſa id genus ſuſpicione), æquum eſt potius attendamus. Verba namque ſunt ejus, quæ ſequuntur. „ Al-
„ phanus, Salernitanus Archiepiſcopus, vir vi-
„ delicet verax & prudens, in Conſtantinopoli-
„ tana ſe perhibet urbe didiciſſe, quod retulit.
„ Contigit, inquit, Imperatorem, cujus tamen
„ vocabulum non tenebat, aliquando plagam
„ cæcitatis incurriſſe; cui nulla medicinalis in-
„ duſtriæ cura potuit ſubvenire. Cumque pe-
„ riculum hoc humano ſtudio nullatenus po-

,, tuiſſet evadere, aggreſſus eſt hoc apud Deum
,, fuſis precibus impetrare. Audivit itaque per
,, ſomnium, quia ſi beati Laureotii Martyris
,, Eccleſiam peteret, reparati luminis clarita-
,, tem divinitus obtineret. Iturus itaque Ro-
,, mam, oſfert votom; jubet parari præſto
,, navigium. Uxor antem, dum parvulis adhuc
,, filiis amiſſionem formidat Imperii, dum ſibi
,, Regiæ dignitatis occaſum, dum marini di-
,, ſcriminis metuit viro periculum, religioſæ
,, fraodis aggreditur argumentum. Dedit ergo
,, remigibus hoc mandatum, ut nullateous Ro-
,, mam recta progreſſione contenderent; ſed per
,, diverſos portus ac litorum ſtationes ſubſiſten-
,, do, ac reprimendo navigium, iter tantum-
,, modo ſimularent. Sed dom nautæ Regem,
,, ut edocti fuerant, varia locorum nomina
,, permutando deludunt, ac modo in anteriora
,, procedunt, modo per ſinuoſos flexus, atque
,, reflexus in eadem loca, per qoæ proceſſe-
,, rant, relabuntor; Regina, latomorum, &
,, cæmentariorum adbibita multitudine, augu-
,, ſtiſſimam, ac valde mirificam in honorem
,, B. Laurentii conſtruxit Eccleſiam, juxta men-
,, ſuram videlicet illius Baſilicæ, quam præſa-
,, tus Martyr habet in ipſo Romæ ſuborbio
,, conſtructam. Dicebat enim: ſi datum eſt, ut
,, per Beatum Laurentium Vir meos redeat ad
,, ſalutem, quidquid Deus Romæ, & hic ni-
,, hilominus poteſt. Sed dum hinc Imperator
,, per diverſos anſractus, ac ſtationes litorum
,, ſpatiando deducitur; illinc per plurimos ar-
,, tifices operum Baſilica ſabricatur: ſimul &
,, fabrica mirifice decorata perficitur, & annus
,, impletur. His igitur boc modo peractis,
,, præſatus Princeps ad mœnia Conſtantinopo-
,, litana reducitur: qui tamen Romam eſſe,
,, ſociis ita perhibentibus, arbitratur. Proviſum
,, eſt itaque, ac diligeotius accuratum, ut nul-
,, li niſi latine loquentes aſſiſterent, qui vide-
,, licet inqu renti, Romam, & Beati Lauren-
,, tii Martyris adeſſe Baſilicam, ſuaderent. Ad
,, manus itaque ductus, Eccleſiam Imperator
,, ingreditur, & confeſtim luce recepta, cir-
,, cumſtantes ſeſe conſpicere, eonjugem, clien-
,, tes, atque domeſticos admitatur,,. Hæc Pe-
trus Damiani.

7. Sane, beatiſſimi Laurentii Martyris memoria æque apud Græcos ac apud Latinos eelebris fuerit, ipſimet Bollandiani teſtantur ſub die x. Maji, ubi de qoodam *ſancto Laurentio* Græcæ nationis, & ab Orieotali Ecelefia culto, ſermonem faciunt, adnotantes, frequens apud Græcos fuerit oſos imponendi natis ſuis nomen Sancti noſtri. Adduntque: *Ut non videatur mirum, Sanctis variis variarum gentium in ejuſdem Sancti Levitæ bonorem fuiſſe nomen illius inditum. Taler* xii. *ſugeruntur in Martyrologio Romano, quibus nos plurer alios in opere noſtro addendor proferimur*. Sic in indice ſaoctorum, adjecto ad calcem primi ſuorum voluminum ſemeſtris, nempe in finem menſis Junii, leguntur, ab eis adnotati, quindecim ejuſdem nominis ſancti, quo in catalogo non indicantur ceteri, ad alterum ſemeſtre pertinentes; unde perſpicuum ſit, quantum in omni gente hujus Martyris devotio excreverit. Haud enim ad id concludendum obſcurum eſt a frequenti ejus nominis impoſitione argumentum, qua parentes voluerunt, ac volunc invocatum Martyris nomen ſuper filios ſuos; ut in iſtius recipiantur clientelam. Hac poſita rei veritate, admirationem creare nemini debet, ſi eruditione Petri Damiani admiſſa, conſequens ſit, in ſola Conſtantinopolitana urbe quatuor aliquando extiterint Imperialia ſub ſancti Laurentii nomine Fana, demto altero, quod non a Regibus, ſed a Theodoro Abbate, ut ſupra notavimus, fundatum fuit, ſi reapſe Conſtantinopoli, & non extra, in ipſa Græcia poſtremum hoc erectum ſit: quod non eſt nobis hactenus maniſeſtum. Baudrando tamen fidem habere non detrectamus, nimirum quum nobis inſinuat, S. Laurentii Martyris nomen adeo ibidem regia in urbe glorioſum eluxerit, ut non ſolum eo appellarentur homines complures, complura & templa, verum quoque Conſtantinopolitanum ſuburbium, dictum *Cubus*, ſimiliter *Sancti Laurentii* nomine ſit appellatum, uti & plura penes Latinos loca. V. *Baudr. in Lex. Geogr. verb. cubus Canopi in additione ad Ferrarium*. Nunc vocatur *Pera*.

8. Sed jam ſupereſt, intendamos animum circa ea, quæ Occidentis Principes ſupremi ad ejuſdem ſacratiſſimi Martyris gloriam promovendam ſuis in ditionibus præſtiterunt. Diſpoſitione ſiquidem magni Theodoſii, ejus filius Honorius Occidentalis Imperii ſceptrum tenens, quum Mediolani dies ageret anno 396., nobilitate urbis Ravennæ, tum florentis, ductus; in ea ſedem Regni ſui ſtabilire decrevit: uti refert Hieronymus Rubeus lib. 1. & 2. Hiſtoriarum Ravennatum apud Grævium in Theſauro antiquitatum tom. v. parte 1. Quocirca Imperator mandavit Lauritio, non minus Religione quam ſanguine claro, atque ſuo a cubiculo perſamiliari, ut Imperialem Ravennæ conſtrueret domum. Mandato is Regis accepto, Ravennam ſe contulit; perventuſque Cæſaream, nobile civitatis relatæ ſuburbium, admirabile ibidem, ac permagnificum Sancto Laurentio Martyri Templum erexit, Opilione architecto ingenioſiſſimo uſus; illudque ſpatio annorum quatuor, ac ſex menſium omnino perſecit. Tum Imperatori ſignificans, expletum eſſe opus, cujus gratia Ravennam miſſus fuerat, Cæſarem, deſiderio inha-

Digitized by Google

inhabitandæ urbis tentum, excitavit ad iter Ravennam verſus: qui Cæſaream petveniens, ad idem Martyris Templum a Lauritio deductus eſt. Imperator, ut ſacram Ædem eſt ingreſſus, Lauritium audivit dicentem ſibi: En Imperialis domus, quam, ut inhabitet, paravi Domino meo Cæſari, omni ex parte magoificam, ac Imperatore dignam. Ad inexſpectatam hujuſmodi oblarionem, Auguſtus intempeſtivam damnans hominis pietatem, nimia commotus bile, manum enſi lateris admovit, Lauritium ut in ipſo confoderet Templo; ſed ille feſtinavit viam currere, confugiens ad Martyris aram; Honorius autem diſtricto gladio inſequutus eſt eum, omnimodis volens illum interimere. Sed ecce furibundo aggreſſori Cæſari Laurentius Martyr, pertimenda plenus majeſtate, ſimul & amabili venuſtate decorus, apparet coram omnibus, in Templo adſtantibus, manuque impoſita ſuper Lauritii caput; converſus ad Honorium, acriter hunc de attentato reprehendit facinore; perterreſactoque Imperatore, viſio diſparuit. Tum Cæſar in ſe reverſus, de perpetrato doluit exceſſu, atque adeo eum pœnituit, ut legem ſanxerit, ne confugientes ad Eccleſiam, etiam ſi perduelles forent, & læſæ majeſtatis rei, ullo modo inde vi extraherentur. Lauritium vero multo plus, quam prius, dilexit: ejus factum ratum habuit, tamquam ſuo nomine geſtum: Templum Regalibus decoravit privilegiis: redditibus dotavit: perſonalibuſque coluit obſequiis. Unde illius ædificator idem Lauritius magno in honore apud omnes deinceps eſt habitus; quod ea ex cauſa peculiarem coram Martyre ac Cæſare conſequutus ſit gratiam. Prodigium hoc contigit anno ſalutis quatercenteſimo primo, vel ſecundo.

9. De Honoriana iſta Baſilica Sanctus Auguſtinus loquitur ſerm. 322. novæ editionis Maurinorum tom. 5. col. 890. ubi narrat illud ſancti Laurentii portentum, nimirom quod, quum Mater decem filiorum a ſuiſmet contemneretur natis, ira fervens, ſuadente diabolo, ſub ejus cognati ſpecie ſibi obviam facto, diris eos imprecationibus & exſecrationibus devovit, ut omnes e Patria extorres vagos ac profugos per mundi plagas diſpergeret Deus. Quocirca filii de terra nativitatis, materna eis maledictione adveniente, unius anni ſpatio a majori ad minimum per orbem abiere diſperſi; ac tremore membrorum puniti, proprium ubique ferebant opprobrium. Horum autem unus Ravennam perveniens, ingreſſuſque hanc ſancti Laurentii Eccleſiam, tum recenter extructam, ut flens, Martyrem rogavit; perſectam obtinuit ſanitatem. Additque idem Eccleſiæ Doctor, quod ad præfatam Baſilicam beatiſſimi Levitæ inviſendam gentes ex remotiſſimis orbis terræ partibus confluebant: cujus Regalis ædificii fama longe, lateque per univerſum ſeſe diffuderat mundum. Apud hoc Templum Honorius Imperiale ſuum ædificavit palatium, atque Imperatoriam fixit ſedem, renuitque feliciter ſceptrum ſub Martyris auſpiciis uſque ad annum, quo obiit, 423., aote annos ſeptem, quam idem S. Auguſtinus migraret ab hoc ſæculo. Vide, quid de eadem diximus Eccleſia, poſteriori tempore Abbatiali conſtituta, cap. 11. hujus libri *de Fanis Abbat.* num. 7. Quantum denique juverit laudatum Honorium Laorentii protectio, ex ejus colligi poteſt actis. Tanta enim felicitate donatus eſt, ut de omnibus tyrannis, contra ſe inſurgentibus, victor ſemper evaſerit; licet pluries ab infidis proderetur ducibus; neque pedem extulerit ab auguſtali æde ad pugnandum adverſus hoſtes. Porro unde in eo tantus Religionis ardor, ut idolorum adhuc extantia templa nonnulla deſtrueret; Manichæos reprimeret; Judæorum collectas inhiberet; Donatiſtas exagitaret, Pelagium hæreſiarcam exilio pelleret; ſchiſma Eulalii extingueret? niſi quod ſe poſuerit prope igneum Martyrem, cujus peculiare munus eſt, appropinquantium ad ſe fidelium calefacere corda? Ita profecto. Nec diſſimulamus, quod ſcripſerint aliqui, nimirum Auguſtum hunc reſtituiſſe ſuperſtitioſum Circentium lodum; cujus cauſa Roma gravem paſſa eſt cladem. Falſum tamen utrumque. Nam ex adverſo Caſſiodorus, vicinus illis temporibus, teſtatur, eum ſuſtuliſſe, non reſtituiſſe Circenſes ludos. Adi *Vlloam in vitis Romanorum Imperatorum*. Magiſqoe decepti ſunt, qui dixerunt, concedente Honorio ſpectacula hujuſmodi, Almachius ea impedire volens, a gladiatoribus occiſus eſt, Alipio Urbis Præfecto jubente. Minime ii conſiderarunt, quod Alipius præfecturam geſſerit Urbis non ſub Honorio, ſed præcedentibus Theodoſii diebus, queis ludi prædicti non erant omnino ſublati. Romanorum iccirco excidium haud Honorio Religionis amantiſſimo, ſed peccatis populi tribuendum eſt. Aliter, quomodo ſanctus Innocentius Ravennam petiiſſet, ubi Dei providentia *tanquam juſtus Loth*, ut ſcribit Oroſius, ſervaretur incolumis ab ea clade, cujus cauſſa fuiſſet Honorius, ibidem ſedens? Numquid ſperabat apud mali auctorem, malorum pœnam juſtus Pontifex immunis evadere. At notum eſt, evaſetit Lot a Sodomorum incendio; quod, jubente Angelo, ſegregaverit ſe a peccatoribus, qui merueruot incendi. Hæc dicta ſint in defenſionem atque honorem tanti Principis, cujus integritas, & virtus in noſtri Martyris reſultant gloriam. Fructus enim iſtius Patrocinii ea fuerunt ſibi bona.

10. Galla Placidia Auguſta, Cæſatis Hono-

Digitized by Google

rii, hactenus laudati, ſoror, cujus pietas & Religio a diverſis ſcriptoribus magnis commendatur elogiis, circa annum, ut opinamur, 413. famigeratum illud Herculis ſanum, Mediolani a ſuperſtitioſis gentilibus quondam erectum inſtar Romani Pantheonis, Chriſtiano expiatum ritu, ſancto Laurentio Martyri Regali magnificentia conſecratum voluit; quum eſſet Gothorum Regina, Regis Athaulphi uxor; ne videlicet quicquam fratri, Ravennæ reſidenti, cederet in ſublimanda Martyris Levitæ gloria. Quocirca Joſeph Ripamontius, Scalenſis Canonicus, chronographuſque Mediolanenſis apud Grævium tom. II. antiquit. part. 2. pag. 787. de hac agens Placidiana immutatione Delubri, ſcribit: *Laurentium Martyrem ea in ſede Chriſtiana religio venerori conſtituit*. Et quæ larga divitiarum profuſione priſca gentilium vanitas pro ſuo conficto numine ibidem geſſerat, ampliori veræ devotionis ſtudio ſuccedentes Longobardorum Reges, in Martyris honorem expenſis Regalibus ſuperare contenderunt ad ejuſdem conſecrati Fanis ſplendidiſſimum ornamentum, & cultum. Opus iſtud ædificaverat olim ingentibus prorſus ſumtibus III. ſæculo Maximianus Imperator, ſæviſſimi Diocletiani Cæſaris in Imperio collega, cujus Herculei templi ſuperbiam poſt annos centum convertit Auguſta Galla Placidia in præcipuum Laurentianæ gloriæ argumentum. Quo Longobardi Reges inſtructi exemplo, dum Mediolani ad bis centum, & amplius regnarunt annos, ſupervacuam Romæ in colendis idolis Imperatorum veterum liberalitatem in ſacra illa exornanda Æde vincere boni æmulatores perpetuo conati ſunt. Dolendum tamen valde, quod magnificentiſſimum iſtud Templum ſortuito igne in Mediolani urbe ſuccenſo, miſerrime XI. ſæculo conflagaverit, abſumto & torreſacto, quicquid Placidiæ, ac ſubſequentium Regum opibus, artificumque certamine inclytum ibi erat ac celebre, nudis remanentibus ingentis molis parietibus.

11. Idem Ripamontius apud citatum Grævium in Theſ. antiquit. tom. 4. part. 1. pag. 208. Arnulſum ſcriptorem adducit, qui tempore Mediolanenſis incendii vivebat, nimirum anno Chriſti 1071., quique lib. 3. de eodem adnotavit incendio lacrymis potius quam atramento hæc, quæ ſequuntur: *O quæ, & qualia domorum ædificia quamque decora combuſta ſunt mœnia! de quibus omnibus vix ſuperfuit præter parietinas quaſlibet vel titio minimus. Sed quod eſt omni damno deterius, plures Sanctorum crematæ ſunt Baſilicæ in Urbe, & extra. Sanctus quoque Laurentius vivæ cornis olim cruciatus incendio, iterum ſe flammis permiſit exuri. Cujus ſpecioſiſſima omnium adeo fuit Eccleſia, ut relatu difficile videotur, quæ fuerint, lignorum, lapidumque ſculpturæ, eorumque intrinſecus impaginatæ juncturæ ſuis columnis cum baſibus: tribunalia quoque per gyrum, ac deſuper tegens muſivum univerſa. O Templum cui nullum in mundo ſimile! &c.* Recte demiratus eſt idem Arnulſus, quod tale, tantumque Templum Martyr, ignium victor, flammis cum ceteris ſacris, profaniſque domibus concremari permiſerit; optime ſciens eruditus hiſtoricus, ſolitum ſæpe ſuiſſe Sanctum Laurentium ædes ſibi erectas ab incendiis immunes ſervare. Veruntamen funeſtum id ſuit indicium, quod tres poſt annos tota pene civitas Mediolanenſis ob popularium criminum acerbitatem ignis pabulum fieri debebat. Anno ſiquidem 1075. feria ſecunda hebdomadæ ſanctæ, novo exorto incendio, ut idem refert auctor, experta eſt urbs miſeranda, *quam ſit horrendum incidere in manus Dei viventis*. Subditque: *Hanc peccata noſtra meruerunt ærumnam, quoniam Sancti Spiritus offendimus in noſtro felle columbam*. Inceoſa ſunt autem omnia fere cum ipſa urbe templa, inter quæ potiſſimum & cathedrale, ſanctiſſimæ Dei Genetrici dicatum, Fanum. Quas ob calamitates Uvido, Mediolanenſis Antiſtes, in amaritudine animæ ſuæ ſupremum vitæ diem clauſit.

12. Urbe autem poſtea reſecta, relatum magnificum Templum reſtauratum ac cultum fuit, quo meliori fieri potuit modo: uti colligitur ex S. Bernardi vita. Nam ſanctus hic Abbas poſt annos ſexaginta, ab incendii diebus elapſos, nimirum 1134. ſoluto Piſis Concilio, Mediolanumque veniens, hoſpitatus ſuit a Laurentianis Canonicis in ædibus ejuſdem Baſilicæ jam reſectæ. Hinc commemoratus ſupra Ripamontius pag. 278. ſcribit: *Innumera ſunt miracula, quæ ipſe tota paſſim urbe*, Mediolani, *& præſertim ubi hoſpitabatur, operatus fuit*. Quare, mortuo tum Mediolanenſi Antiſtite, Populus, ut haberet Abbatem illum admirabilem in Archiepiſcopum, Landulpho teſte, *Ad Eccleſiam S. Laurentii, in qua erat hoſpitatus, cum hymnis, & laudibus cucurrit. Cui Bernardus reſpondit: Ego in craſtinum aſcendam palafretum meum, & ſi me extra vos portaverit, non ero vobis, quod petitis*. Atque ita Mediolano diſceſſit. Porro, quod attinet ad ejuſdem Baſilicæ reſtaurationem ſancti Caroli Borromæi ætate, narrandum alibi reſervamus; quum de Martyris Templis, ſanctorum opera erectis, vel reſtauratis, ſermo erit. Heic adjicere ſufficiat: Tanto in honore habitum ſuerit iſtud Martyris Fanum, ut complures ſancti Mediolanenſes Archipræſules in eo ſepulcrum delegerint: ſicut advertit Ughellus, in Mediolanenſibus Archiepiſcopis, ſcribens: *Sancti Laurentii Majoris Eccleſia eſt Baſilica ex primariis*,

Digitized by Google

riis. In ea requieſcunt corpora Sanctorum Euſebii, Euſtorgii, & Thomæ Antiſtitum Mediolanenſium. Hic jacent corpora Sanctorum Theodori, & unius ex Innocentibus. Duodecim ibi ſunt Canonici, qui divinis miniſtrant cum Præpoſito, & Archipresbytero. Sanctus hic *Thomas* Epiſcopus, ab Ughello notatus, ille eſt, qui anno 770. Carolum magnum ferreo diademate in Longobardorum Regem Mediolani coronavit; & Pipinum etiam ejus filium Regia inſignivit corooa. Vir fuit innocentis vitæ, qui obiit io Domino circa aonum 783. Celebris hujus Eccleſiæ Archipresbyter fuit Anſelmus IV., Archiepiſcopalem qui aſcendit Mediolanenſem cathedram ſæculo XI. Is ſacrum inſtitit prædicare cruciatæ bellum; conſcripſit, & cruce ſignavit quinquaginta millia Longobardorum militum, trajecitque cum eis & ipſe in Syriam: Chriſtiaouſque exercitus, Duce Gothifrido, expugnatis Saracenorum præſidiis, victor Jeroſolymorum Urbem eſt iogreſſus anno Chriſti 1099. idibus Julii.

13. Quoniam vero de Imperiali Merſeburgenſi Templo in Germania, Martyris nomini dedicato ab Othone I., ac de manu infidelium per Henricum I. vindicato, ſatis egimus ſub capite hujus libri de Eccleſiis cathedralibus; expedit, in Galliam tranſeamus; ubi Carolus magnus Cæſar, a Bituricenſi Archiepiſcopo ſancto Davide ac iſtius ſuffraganeo Claromontenſi Præſule ſancto Aſclepio exoratus (inquit Labbæus io nova Bibliotheca ex anecdotis mss. edita) celebrem Bituris extruxit Eccleſiam in ſancti Laurentii honorem, illuſtrium feminarum coædificato Parthenone Virginum. Eoque io ædificio Ludovicus pius, tum Aquitaniæ Rex, Patris ſoi Caroli cooperator extitit, ut opus omni Regia munificentia compleretur; quemadmodum abſolvit: poſthæc ſalutatus Romanorum Imperator, patre defuncto. Super fulgidam hujus ſacræ Imperialis Ædis ſupellectilem in maximum venire debet cenſum, quod præfati Antiſtites ſancti, apud Carolum magnum Laurentianæ gloriæ promotores, atque, ut notat ipſe Labbæus, *multa ſanctitate conſpicui*, propria corpora ſepeliri mandaverint eo loci; ſuam eligentes requiem ſub Levitæ ſanctiſſimi patrociniis, ſecundum illam partem, quam relinquebant in terris; dum ſecundum ſpiritualem ſubſtantiam, ad æternam ejuſdem glorioſiſſimi Martyris ſocietatem adſpirabant, quam feliciter ſunt aſſequuti. Obiter heic adnotamus; inter Imperatores Gallicæ nationis, qui nono ſæculo floruerunt, recenſendos eſſe Levitæ beatiſſimi obſequiis addictos tum laudatum Ludovicum Pium, qui ad Imperii culmen elevatus, in ſuam recepit tutelam Vernoduprenſem illius Baſilicam cum cœnobio, ut ex ejus patet diplomate, quod Mabillooius affert; tum Carolum II. nuncupatum Calvum, qui S. Laurentii & Andeoli Fanum ſuo cum Monaſterio, in Biſuldenſi comitatu poſitum, multarum poſſeſſionum, ac jurium magni momenti donatione largiter opibus & honoribus auxit: ſicut in donationis ejus inſtrumento videre licet ſub datum III. Idus Aprilis aono Domioi 872. Conſule cit. Mabillooium.

14. Alfredus Angliæ Rex, quum Anglo-Saxonum ſceptrum ſuſcepiſſet anno 872., ut religionem, ac pietatem ſimul cum litterarum ſtudiis in eandem Britanniam adveheret, probos, doctoſque viros ex Gallia vocavit ad ſe; in quibus fuit Joanoes (ut putat Mabillonius) monachus Corbejenſis, vir acerrimi ingenii, & in omnibus Eccleſiaſticis diſciplinis litteratoriæ artis erudititiſſimus, ſanctiſque moribus refertus. Rex autem in loco, quem Joannes elegit *Æsbelingueg* appellato, Templum erexit ſub titulo Sancti Laurentii Martyris; apud quod cœnobium Monachorum extruxit, ut illud Joannes fratribus repleret ad ſui placitum. Magna eoim eum Princeps poteſtate munivit, & honoravit, primumque Monaſterii Regalis Abbatem definivit, ſicut io ipſius vita Epiſcopus Aſſerus, illis vivens diebus, ſcriptis mandavit. Locus vero ille, a Joanne delectus ob amorem ſolitudinis, paludoſus erat, intraſmeabilibus aquis undique cinctus, ut nullo modo illuc accedere quiſquam poſſet, niſi aut per uoum tranſiret pontem inter duas arces ædificatum, unde operoſe prolongabatur via, aut per aſpera pergeret ſaxa non abſque gravi labore. Ibi ſe recipiens Joannes, Monachos diverſi generis congregavit: cui Rex etiam ex Gallia multos pueros quæſitos tradidit inſtruendos. Porro, temporis labente curſu, quo vir ſanctus, & doctus Altiſſimo deſervierat ſub noſtri beatiſſimi Martyris protectione, dies eruditioni tribuens Monachorum cum in eorum moribus informandis, tum in ſcientiis communicandis; noctes vero meditationibus, & oratiooibus (quarum cauſſa, quum fratres ſomno ſe concederent, ipſe clam deſcendebat in Templum intempeſta nocte, atque ad altare beati Martyris in genua provolutus, ferventes Deo preces fundebat) meritis tandem ejus, intercedente Levita Laurentio, ingens martyrii donum præparavit Deus.

15. Factum ſic contigit. Duo ex ipſis Monachis ſacerdos unus, diaconus alter Gallicæ natioois, diabolico inſtinctu perciti, ſanctam viri beati diſciplinam ſuſtinere neutiquam valentes, excogitarunt pretioſum illum Abbatem de medio tollere. Conſcii ſiquidem dierum proceſſu, quod vir ſanctus ſub horis nocturnæ quietis in Templum Domini oraturus deſcenderet, duos generis ſui gallici ſicarios, pretio conductos, nocte quadam introduxerunt lateoter in Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam, ubi abſconditi, exſpectarent Abbatis adventum, eumque orantem, vulneribus affectum, intcrimerent. Venit Joannes more ſolito circa noctis dimidinm in Templum, ibique ad aram S. Laurentii procumbens in genua, ut orationi operam darct, ecce ſcntit armatorum ſtrepitum, adverſum ſe accedentium; putanſque graſſatores eſſe tartareos ſpiritus, clamare alta cepit voce. *Non bomines eſſe, ſed dæmones in templo*. At viri doloſi ſuper eum irruentes, crudelibus confecerunt plagis, apertiſque valvis Eccleſiæ ſeſe ſugæ dederunt. Ad relatas venerabilis Abbatis voces quidam ex ſratribus, proximam habens cellam Templo, expergeſactus, e ſtrato ſurrexit; advocatiſque fratribus, acceſſcrunt omnes ad Eccleſiam, inter quos & illi duo ſacrilegi proditores, qui cum ceteris Monachis lacrymas affectabant ob tanti Patris necem: cujus corpus, celebratis ſubſequenti die ſacris myſteriis & officiis, humili ſepultura condidere. Veruntamen Levita Laurentius tantum ſacinus neutiquam impune abire permiſit; ſed apud Deum inſtitit contra Templi ſui·profanatores, clamante una ſecum viri juſti ſanguine. Quodque impii fecerunt in tenebris, ad lucem cognitionis publicæ venit; captiſque vagabundis latrunculis, eorumque conductoribus Monachis detcctis, perpetrati ſacrilegii pœnam omnes luerunt, cunctis reis turpiſſima morte punitis, regnante adhuc, ut conjicimus, Alſredo Rege, qui ſupervixit uſque ad annum 900. Interemti denique ſervi ſui ſanctitatem Deus in obſcuris latere non ſinens, multis noctibus ſplendeſcere ſecit lucem igneam ſuper loculum, in quo Martyris corpus ſepultum erat. Quo portento, a Monachis pluries viſo, ſummo cum honore idem corpus elevatum de loco humili, ad decentiorem translatum fuit, parique cultu eſt a ſratribus Joannes habitus, ac ſanctus Adhelmus, Epiſcopus Sciraburnenſis. Ob unitatem poſtmodum nominis confuſa fuere acta iſtius Joannis Æthelingenſis Abbatis cum illis Joannis ſophiſtæ Scoti, ſive Scotti, qui a pueris, qoos erudiebat, dilaniandus traditus ſuit circa annum 886. Scotico is genere ortus eſt; ille, de quo egimus, Gallico, ut ex ejus ſcriprore coævo liquet, advertitque Mabillonius ad annum Chriſti 895., quo circiter eſt affectus martyrio. Ejuſdemque confuſionia cauſſa Wartonus in Britannia ſacra, quæ Scoti erant, Æthelingenſi tribuit; ex minus erndita inſcriptione poſteriorum temporum erratom ebibens.

16. Eccleſiæ autem ſæculo X. ſupremus tum Capuæ Princeps Landenulphus cum Matre Alvara Sancti Laurentii Averſanam Baſilicam ædificavit. Is enim Capuæ regnavit ab anno 982. ad 993. Ejuſdemque Principis fundatoris cauſſa illa Eccleſia declarata fuit anno 986. immunis a juriſdictione Archiepiſcopi Capnani, qui eam ſibi ſubjicere contendebat. S. Aldemanus, de quo Bollandiani agunt ad diem 24. Martii, eodem conceſſo Templo Benedictini Ordinis Patribus, ipſius loci Abbas ſedit, eandemque Baſilicam ſuæ ſanctitatis ſplendoribus illuſtravit. Nec minus claritatis accepit a relato ſereniſſimo Fundatore, qui Levitæ Martyri peculiarirer addictus, moriens, ſanctimoniæquc odore ſragrans, corpus ſuum ibi voluit tumulatum. Ubi & claudus, quum oraſſet, inclinato capite ad ſepulcrum, ſomno correptus, ut evigilavit, ab omni ſe liberum infirmitate deprehendit, baſibus conſolidatis & plantis. Vide Ughellum in Epiſcopis Capuanis. Circa hæc fortaſſe tempora Virginum Parthenium, S. Laurentii nomine decoratum, ab Amalphitanis Ducibus erectum fuit. De quo Henricus Brenchmannus in Diſſert. de Amalpbitana Republica ſermonem habet. Cujuſque privilegiorum iuſtrumentum, a Rogerio Comite editum, citat Julius Cæſar Capacius apud Grævium tom. IX. part.4. Hiſt. Neapol. lib. I. cap. 13. Sub ejuſdem Rogerii Filio, Siciliæ ultra Farum taodem Rege, vel ſub iſtius in Regali ſede ſucceſſoribus ſanctiſſimi Martyris ſacra Regia hoſpitalis Ædes in agro Cephalæ, Agrigentinæ Diœceſeos erecta eſt: Cujus rector ad nominationem Regis eligitur, coram Pirrho in Sicilia ſacra: qui & adnorat, in tabulis Agrigentinæ Eccleſiæ legi, Friderici ſecundi Imperatoris tempore, quo is Siciliæ Rex fuit, Goffridum, Imperialis cappellæ clericum, commemorati loci Rectorem deſignatum fuiſſe. Diſpoſitione pariter ejuſdem Imperatoris, ſtatuti reperiuntur confines territorii, ad eandem Laurentianam Ædem pertinentes. Sunt & alia ſacra loca ſub eodem Martyris titulo in præſato Siciliæ Regno a juriſdictione Ordinarii exemta Regiæque inſtitutionis, quæ brevitatis gratia præterimus.

17. Sæculo XII., Boleslao III. in Polonia regnante, iſtius expenſis erectum fuit in Caliſſienſis Palatinatu magnificentiſſimum Sancti Laurentii Templum in urbe *Kalitz*, ſive, ut alii ſcribunt, *Calitz*, quæ caput eſt ejuſdem Palatinatus, unde is *Caliſſienſis* accipit nomen. Hæc una eſt Baſilica ex XXVII., quas idem Rex conſtruxit poſt reditum ex Daniæ Regoo, quo loci acceſſerat, audira morte Henrici IV. Danorum Regis, (quæ contigit anno 1137) cujus ingentes relictas accepit Boleslaus opes, adjuncto ſibi viæ Comite Petro Skrizinenſi ex primoribus aulæ ſuæ Regiæ: qui & particeps factus inenarrabilis illius theſauri, multis ſumtibus Abbatiam fundavit; eam adjiciens relato S. Laurentii Fano in *Kalitz*, uti meminimus in Cap. de Laurentianis Abbatiis. Hinc eſt, quod Dugloſſius, Cracovienſis Canonicus, inter recentiores Scriptores de

de mira hujus operis fundatione agens, nulla de Rege Boleslao mentione facta, uni Comiti Petro Skrizinenſi eam ſtructuram attribuere videtur. Veruntamen Polonorum vetuſtum chronicon de eodem Petro ſolum narrat, quod Eccleſias magnifice conſtructas, & ſumtunſe proviſas (quas inter diſtincte connumerat duas noſtri Martyris, nimirum in *Kalitz*, & in *Caſimiria* (de qua poſteriori quippiam infra dicemus) ſolum, inquam, narrat, quod eas *plurimum auxerit*, non item *fundaverit*. Et aliud eſt loqui de auctis templorum divitiis, aliud de iis conſtructis, vel de cœnobiorum adjacentium fundatione, uti fuit illa, quam Petrus præſtitit apud ſanctum Laurentium in *Kalitz*, poſt ædificatum ibi a Boleslao Fanum; quod fortaſſe etiam idem Comes Skrizinenſis divitiis auxit ultra fundatam a ſe Abbatiam. Miros porro credimus factos a Boleslao ſumtus ad illius ſpectabilis Baſilicæ conſtructionem, cauſſa celeberrimæ Victoriæ; quam, implorata S. Laurentii ope, retulerat ex Pomeranis ac Prutenis hoſtibus, in ſui Regni confiniis exiſtentibus, ac ſæpe ditionem ſuam infeſtantibus. De quo bello, ac triumpho ipſius Boleslai acturi ſumus in hac tertia operis Parte Libro III. cap. 3. ubi de ceteris noſtri ſancti Mirabilibus ſermonem habebimus; ne ob rei narrandæ prolixitatem ab inſtituto præſenti nimium diſcedere videamur. In grati quocirca animi monumentum egregio ac eximio Benefactori ſuo Levitæ ſanctiſſimo celeberrimum commemoratum poſuit Boleslaus Templum ad perpetuam rei memoriam circa Chriſti annum MCCXXXIX. Tribus ferme annis poſtquam a converſione Pomeranorum inde Bambergam redierat ſanctus Otho Epiſcopus ejuſdem urbis: qui ad inſtantiam Boleslai, Henrico V. Imperatore annuente, miſſus illuc fuerat ab Honorio ſecundo Pontifice Maximo ad illorum idololatrarum converſionem, eorundemque animarum ſalutem: ſicuti re ipſa contigit, unius anni paucorumque menſium ſpatio. Endemque anno 1139. mors incidit laudati Boleslai poſtquam is regnaſſet annos XXXVII., ſive a tertio ſæculi XII. anno ad præſatum triceſimum.

18. De Baſilica demum S. Laurentii Martyris in *Caſimiria*, quam idem ſupremus Poloniæ Princeps erexit per idem ferme tempus, quo alteram excitavit in *Kalitz*, parum eſt valde, quod addere poſſumus, ob ſcriptorum inopiam de illa tractantium. Solum enim novimus, Regium hoc pium opus exiſtere in Palatinatu Lublinenſi Poloniæ ſuperioris, confinia tribuente ab Oriente Palatinatui Cracovienſi. Urbs in qua Laurentianum idem Fanum erectum fuit, Polonis & Germanis dicitor *Kaziemierts*, lota flumine *Weixel*. Nobis autem *Caſimiria*: cujus animarum cura apud eandem reſedit Regalem Baſilicam ad tempora uſque Caſimiri III., qui cognomento dictus eſt *Magnus*, floruitque ſæculo XIV. Iſtius Principis voluntate, translato Parochiali officio inde ad Eccleſiam Corporis Chriſti ejuſdem Urbis circa Chriſti ann. 1341. quandoquidem Rex decrevit erigere apud laudatum Regium Sancti Laurentii Templum in decorem & culturam totius Regni Poloniæ conſpicuam litteratorum Univerſitatem. Qua de cauſſa Polonicum inquit Chronicon de commemorato Rege: *Extruxit Cameras, lectoria lapideo muro pro habitatione, & lectionibus doctorum & magiſtrorum novæ Univerſitatis. Miſſiſque nunciis in Avenionem ad Urbanum Papam Quintum, hujuſmodi fundationem a ſede Apoſtolica admitti obtinuit.* At eodem Principe Parca intercepto, res infecta remanſit.

19. Apud Nicolaum Harpsfeldium in Eccleſiaſtica hiſtoria Anglicana complurimas obſervavimus Eccleſias ſub titulo *S. Laurentii Martyris* in Britannia erectas; quemadmodum videre licet in taxa Henrici VIII., qui ſemetipſum conſtituit Pontificem Maximum in Angliæ Regno, Eccleſias omnes ſibi faciens ſub tributo; verum cujuſnam fuerint conditionis Laurentiana præfata templa diebus illis, queis ibidem florebat Orthodoxa Religio, & an ab antiquis fundata Regibus Britannicis, opportunos ad rem ſcriptores, qui talia ediſſerant, invenire nequivimus. Dumtaxat addimus Prioratum Æqueſtris Ordinis Crucigerorum in Hibernia, Comitatus de *Louth*, nomine S. Laurentii pariter inſignitum, juxta Droghedam: de quo Waræus in Antiquitatibus Hiberniæ, cap. XXVI. de cœnobiis illius Regni agens, nullatenus commemorati conditionem ediſſerit; ſervat enim, ut in reliquis, compendii legem, nude contentus apponere, quod a Prætore, ac Univerſitate Droghedenſi opus conſtructum fuerit; tacens, num etiam Regio juſſu id factum, ejuſque interveniente liberalitate? Scimus unice, urbem iſtam inter inſigniores Regni Baudrandum enumerare ſub verbo *Hibernia*. Ab Oriente Oceano, a meridie Boando adluitur flumine. Eccleſia vero Laurentiana, ſi a ſuis exordiis ad Militares Equites Crucigeros pertinuit, qui cum Teutonicis communicaverint alba veſte, ac nigra ornari cruce (ad Templariorum diſcrimen, qui rubra utebantur) incompertum habemus. Licet ex iis inferri ſolum poſſet, quod Ædes ſacra prope finem duodecimi ſæculi fundata fuerit. Etenim a Celeſtino III. idem Ordo confirmatus legitur anno 1198. regnante in Anglia Ricardo I.

20. Sæculo XIII. poſt annum 65. Carolus Princeps Andegavenſis, hujus nominis primus Neapolis & Siciliæ Rex, Neapolitana in Metropoli Regale S. Laurentii Templum ædificavit

vit ea, qua par erat, Regia magnificentia: quod & muneribus non imparibus Carolus II., ejus filios, decoravit. Hujus Baſilicæ lateribus adjecta fuere Senatorum domus, & Fratrum Minorum Conventualiom cœnobium, quorum ceotenarium excedentium numerum alendorom eſt adminiſtratio ſacrorum in Templo: quemadmodum in veteri priori Eccleſia illorum id erat muneris ex conceſſione Friderici II. Imperatoris, & Neapolis Regis: quam regiam dooationem Gregorius Papa IX. confirmavit ſub datum 1235., juxta Bullarium Fratrum Minorum recenter editnm. Regia iſtius Caroli II. proles fuit S. Ludovicus Epiſcopus Toloſanus, qui a Bonifacio Papa VIII. ad Toloſanam vocatus infulam; quod, ſuſcepto ſacerdotali ordine, jura Regni Roberto Fratri dimiſerat; conſecrari non ſe permiſit, oiſi ptius eorundem Minorum Fratrum indutus habitu, votum, quo ſe olim obſtrinxerat, esſolveret, profitendi, ſcilicet regulam ipſorum: quod & perfecit in manibus Mioiſtri Generalis Ordinis, tum Joaoois de Mnro, in vigilia Nativitatis Domini anno 1296. Quanta porro eſſet avita pietate addictus cultui S. Laurentii Martyris, abunde ipſemet paullo anie mortis ſuæ horam oſtendit. Nam die 19. Augoſti anno 1297. ultimam ſuam in teſtamento exprimens voluntatem, vaſa argentea, & alia pretioſa ſupellectilis ſuæ reliquit (verbis loquamur ipſius conditi teſtamenti) *ad conſtruendam unam Cappellam in ſervitium domur Epiſcopalir Toloſæ in honorem Sancti Laurentii Martyris*. At ſi hæc præſtitit in Martyris honorem, qui vix exegerat annos in Epiſcopatu duos cum dimidio; quid putamus, in ejus gloriam facturus fuiſſet, ſi non vitæ ſuæ anno 23., ſed ſenex, & plenus dierum hinc migraſſet ad Chriſtum? Magnum profecto exemplum factus eſt omnibus ad dignoſcendum, quam interſit animæ fidelis Sanctum Laurentium habere Patronum; exemplum quum ſit iſtud beati Juvenis, Juvenis & Epiſcopi, apud Deum tanti meriti, qoo reſulſerit poſt mortem doodecim mortuorum ſuſcitator mirificus; præier cæcos, ſurdos, claudos, mutos, paralyticos, hydropicos, alioſque diverſi generis iofirmos repeote curatos; adeo ut funus ejus in Eccleſia Fratrum Minorum Maſſiliæ hooorifice curaium fuerit feſtivo gaodio lacrymis mixto, ita ſublimiter mirificante Domino Sanctum ſuum.

21. Sed, ut redeamus ad Regale magoificom S. Laurentii Templum Neapolitanæ urbis, reor indicare ſufficiet, quæ a Marco Antonio Surgeote breviter narrantur in ſua illuſtrata Neapoli apod Grævium tom. IX. part. 3. & 4. num. 24. „ Eſt ingens, inquit, & magnificum
„ Gallorum opus hoc Templum, in cujus turri
„ (vulgo campanile) comitia generalia cele-
„ brantur. Ibi tribunalia civitatis erecta: ad
„ cujus tintinnabuli ſignum cives, quod indi-
„ citur, exequuotur. Super oſtium hujos Tem-
„ pli in interiori parte ad memoriam noſtram
„ pependit deauratus currus, quo Alphooſus,
„ Aragonum Rex, publica lætitia, triumphan-
„ tium more, per univerſam urbem vectus
„ fuit, quum ipſius dominio fuit potitus. Li-
„ cet tandem injuria temporum corroſus, in
„ fruſta deciderit. Arcus, qui tranſverſam
„ templi partem ſuſtinet, tantæ eſt magnitu-
„ dinis, ut ejus diameter ad pedes plus mi-
„ nuſve ſexaginta porrigatur. Et nu. 41. addit:
„ conditur ea in Eccleſia corpus Innocentii IV.
„ Pont. Max. qoi primos Cardinales purpureo
„ inſignivit galero. Plures & ſereniſſimi Princi-
„ pes in eodem templo tumulati ſunt; quaodo-
„ quidem ibi eſt Regum ſepulcrum. Ipſa de-
„ mum Baſilica a Ladiſlao circa finem ſæc. XIV.
„ vel initium XV. & a Margarita ejus Maire,
„ aliiſque Regibus, Regumque filiis beneficiis
„ ampliata eſt, ot ex regiis diplomatibus, quæ
„ io ejus archivio adſervantur, & ex inſcriptio-
„ nibus vetuſtis, ac ſcriptorum hiſtoriis liquet.
„ Quo loci & cioeres totius fere Neapolitanæ
„ nobilitatis conditi reqoieſcunt „. Colitur ibidem corpus beati Auguſtini Aſſiſiatis, qui primus Miniſter Neapolitanæ Minorum Fratrum Provinciæ, animam vidit S. Franciſci eo die, quo is obiit, ad cælos evolantem. Venerationi quoque eſt apud Populum beatus Bartholomæus Agricola, cujus tomulus multis tabellis, & votis diſtinguitur exornatus.

22. Eodem hoc ſæculo Jacobus I., Aragoniæ Rex, Oſcæ in Hiſpania Regale Templum erexit ad ampliorem Sancti Laurentii Martyris cultum ante annum 1275., duplici gravi motus cauſſa, nimirum & quia ex Oſcenſi hac Urbe orius fuerit magnus idem Eccleſiæ gentium Sol, & quia Petrus I., ejus Pater, memorabilem ſub eadem urbe Oſca de Mauris victoriam reportavit, ex ipſa civitate depelleos eos, qui occupaverant illam a multis ſæculis, ut notavimus lib. 1. act. cap. 2. num. 16., Victoriarum utique Sancto auxiliante. Ferdinandus Rex Caſtellæ IV. & Aragoniæ II. appellatus *Catbolicur*, poſt annum 1479. Eccleſiæ presbyterium, aramque maximam fulgidis marmoribus exornavit. Totius vero Hiſpaniæ, ac Luſitaniæ Rex Philippus hujus nomiois II., plurima ſibi lata occaſione, donis multiplicibus, Regali magnificentia dignis, idem ditavit Templum: quod ſæculo XVII. a fundameotis reædificatum eſt. In cujus recenti ſtroctura, quæ acciderunt mira referemus lib. 3. in cap. *De ceteris noſtri Sancti prodigiis*. Ædes ſacra tribus diſtioguitur alis, campanariam habet turrem, quatuor tenentem tintinnabula, duo ingeotia, quorum

Digitized by Google

rum maximum edit ſonum valde reboantem . Secretarium Eccleſiæ complurimis pretioſis inſtructum eſt ornamentis . Ampla eſt ex argento cuſtodia , in qua reſervatur auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum , item duas poſſidet argenteas lampades , penſantes ſingulas unceas octoginta , nec non candelabra , croces , aliaque ſacra utenſilia , præſertim argenteam Sancti ſtatuam , in qua opere anaglyptico acta paſſionis ſacratiſſimi Martyris ingenioſe nimis ſuper ejus dalmaticam ad iſtius ornatum diſcernuntur exculpta : vultus autem ejus ingentem lætitiam præ ſe fert . Novem ibidem ſunt Confraternitates erectæ , quarum poriſſima gaudet titulo *Sancti Laurentii* . Quotidianis vero ſacris inſerviunt Canonici duodecim cum ſex Cappellanis . Maxima denique totius urbis pompa diei x. Auguſti feſtum agitur ; ſollemniſſima etenim quot annis omnium ordinum indicitur a cathedrali fano ſupplicatio , ad hanc paræcialem veniens Eccleſiam grandi apparatu , æqualique ritu , quo eo loci peragitur altera in feſto corporis Chriſti . Cathedrale Templum nomen habet : *JESUS NAZARENUS* : apud cujus aram maximam quaſi luminare majus , & luminare minus elucent in poſitis imaginibus glorioſiſſimi Eccleſiæ Martyres concives Laurentius & Vincentius ad immortalem illius gentis gloriam . Deſumſimus iſta ex Franciſco Ainſa in opere a ſe edito dialectus Hiſpanici *de Urbe Oſcenſi*.

23. In Hungariæ Regno xiv. ſæculo Carolus Rex Fratres S. Pauli primi Eremitæ , noper rum inſtitutos , benigne ſuſcipiens apud Budam , Regum ſedem eo temporis , adſignavit eis Eccleſiam Sancti Laurentii Martyris , in Claromonte conſtructam . Qui mons uno diſtat a Buda milliari , ubi & regale curavit cœnobium exædificare regia vere munificentia ; tantæque capacitatis , ut in Gamanſii codice , a Bollandiſtis relato poſt vitam ejuſdem S. Pauli , dicatur , egregia Monachorum turba illud incoluerit ; atque (ut ab ipſius Religionis Fratribus accepimus) aſcenderit turba eadem ad numerum quingentorum Cœnobitarum . Adeo vero magnificum erat templum diebus Ludovici poſt Patrem Carolum regnantis ab anno 43. ad 85. ejuſdem ſæculi , ut , obtento a Venetis corpore laudati Sancti Pauli , juxta concordata pacis inter Hungaros ac Venetorum Rempublicam , eodem referente Gamanſio , inter omnia regiæ urbis templa exiſtimatum fuerit dignius a Rege cum majorum Regni conſilio , in quo reconderetur idem S. Pauli corpus . Tum Demetrius , S. R. E. tit. SS. IV. Coronatorum Cardinalis , & Otergovienſis Eccleſiæ Gubernator perpetuus , Apoſtolicæ Sedis legatus , ac ſupremus aulæ Regiæ Cancellarius , acciris illuc Regni Epiſcopis , urbiſque ſæculari , & regulari Clero , ingenti concurrente populorum multitudine , *ſupradictas reliquias* (inquit Gamanſius) *de Cappella Regia* , (ſive palatina) *in Eccleſiam pretioſi Martyris Chriſti Laurentii tranſtulit , & collocavit* . Acta ſunt hæc anno Domini 1381. Inde Laurentiana eadem Eccleſia caput & mater eſt habita omnium Monaſteriorum ejuſdem Ordinis in vaſto Hungariæ Regno ; quas domos auxit idem Rex Ludovicus . Vide Ranzanum in Epitome rerum Hungaricarum .

24. Ducalis Florentina S. Laurentii Eccleſia , quæ , priori ejuſdem nominis labaſcente , quam S. Julianoa ſæculo iv. fundaverat (ut fuſius dicemus cap. ſequenti *De aliis Beati Martyris templis , opera Sanctorum hominum erectis*) a fundamentis iterum revocata fuit ſæculo xv. nempe anno 1425. magnificis expenſis Coſmi de Medicis : ex cujus Fratre Laurentio deinde proceſſit magnorum Ducum Etruriæ familia ſæculo xvi. , quorum primus fuit Coſmus Medices , Florentiæ Princeps declaratus , ætatis quum eſſet annorum 18. , agente Innocentio Card. Cybo , Leonis X. Sororis filio , anno 1537. Quem Coſmum poſtea Sanctus Pius V. Pont. Max. tit. auxit *Magni Ducis Etruriæ* , Regia corona ei dono miſſa 1569. , qua ipſe ejuſque ſucceſſores uterentur . Conſtit. 88. Tum ſacra illa Martyris Baſilica , uti juris regii , clareſcere cepit , ac ſanctiſſimi Levitæ honos poſtremis hiſce ſæculis a ſupremis Tuſciæ Principibus renovari viſus eſt . Leo X. & Clemens VII. , ex eadem familia Pontifices Maximi , ad ejuſdem Templi decorem promovendum adjecerunt animum . Leo namque X. ampliſſimis illud cumulavit privilegiis ; Clemens autem inſignibus Sanctorum reliquiis venerabile reddidit . Ibi Canonicorum reſplendet collegium , cujus Prior in perpetuum ſacra infula redimitur . Ad hanc dignitatem ex Eccleſiæ cathedralis canonico tranſiit currenti ſæculo Joſeph Martellus nobilis Florentinus , qui poſtea ipſius urbis Archiepiſcopus renunriatus fuit , ordine LXXVIII. Vid. in addit. ad Ughell. tom. 3. edit. Vener. Ferdinandus Etruſcorum magnus Dux , qui a Coſmo tertius regnavit , celeberrimum illi ædificare cepit ſacellum pro ſepulcreto magnorum Ducum . De quo laudatus Ughellus ſcribit : *Si ad faſtigium perduci aliquando contingat , futurum eſt , ut pro octavo mundi miraculo habeatur* . Subditque : *Nec minus decoris eidem Eccleſiæ confert antiquum priſcorum Mediceorum Sacellum , in quo Bonarotæ ſigna , ſtatuæque divinæ ſpectantur , quæ auro , omnibuſque ex indico ſolo pretioſis lapillis præponderare videntur* . Regali quoque munificentia iidem Principes amplas conſtruxerunt ædes , eidem adhærentes Baſilicæ , quas inhabitant relati Canonici cum numeroſiſſimo

O o Cle-

Digitized by Google

Clero, ut locus ſacer expedite, omnique obſervantiæ ſplendore Divinis excolatur officiis. Maximilianus Miſſon in itinerario Italico de hoc Ducali agit Laurentiano Templo part. 2. pag. 156., teſtaturque magnæ molis eſſe, ac divitiis admodum boneſtari; imparem ſe dicens ad deſcribendam calamo magnificentiam ejus. Morte Joannis Gaſtonis, ultimi ex Mediceorum familia magni Ducis, anno 1737. ſine prole decedentis, ob ſucceſſoris Franciſci I. Imperatoris abſentiam celebre illud opus magnam incurriſſe jacturam videbatur; ſed poſtremis hiſce diebus decori Eccleſiæ ſuæ Martyr auguſtus, qui a Ven. Ruperto appellatur *decus Romani Imperii*, inde ſatis providiſſe cenſetur, nimirum ſereniſſimi Leopoldi ejuſdem Cæſaris filii, ac magni Ducis Tuſciæ illuc acceſſu anno 1765., quem Deus in longa tempora ſervet incolumem ad proſequutionem tanti operis in Sancti Levitæ honorem: cujus eo loci gloriam in dies magis ac magis novus idem Princeps valeat illuſtrare.

25. Expulſis ab Inſula Melitenſi Saracenis circa Domini annum 1092., Parochiale S. Laurentii Fanum eodem ferme tempore, quo cathedralis Eccleſia in urbe veteri, ædificatum fuit in civitate, quæ nunc *Victorioſa* dicitur, uti habet commendator Abela in ſua Melita illuſtrata lib. 3. Notitia 4. De Eccl. Paroc. Melit. Ideo inter univerſas illius Inſulæ Eccleſias poſt cathedralem primum obtinet honorem; ejuſque Parochus notabilibus eſt inſignitus privilegiis. Majorem porro, ac ſupremam ibidem Templum ipſum dignitatem eſt aſſequutum, quum Melita Caroli V. Imperatoris diplomate in dominium venit Religionis Equitum Hoſpitalitatis S. Joannis Baptiſtæ, teſte Pirrho in not. VII. Eccl. Melit. Ut enim Melitam appulit Magnus Magiſter Jeroſolymitani Ordinis Equeſtris Liladamus die mercurii 26. Octobris anno 1530., ſubſequenti menſe, Novembris die 13., ſollemnem, more ſupremorum Principum, Victorioſæ urbis ingreſſum inſtituens, magno Equitum prædictorum Conventu, ac Canonicorum capitulo, copioſoque ſæculari, & Regulari Clero, ac urbium Inſulæ Magiſtratibus communi plauſu & lætitiæ ſignificationibus exceptus, præfatam Sancti Laurentii Eccleſiam declaravit Conventualem, & Metropolitanam totius Equeſtris Inſtituti, quæ ſic honorificata permanſit uſque ad annum 1578., quo, nova ædificata *Valeta* urbe, tranſlataque Magni Magiſtri illuc ſede, fanum S. Joannis erectum eſt; ſub cujus titulo Equeſtris militat Ordo. Prætereundum tamen minime ducimus, quod per ea tempora, queis ſub patrociniis S. Laurentii confidebat peculiariter in ſuo capite ac magna curia Melitenſis Religio, anno nimirum 1565. Inſula valido Solimani Turcarum Imperatoris exercitu obſeſſa, inſtitutiſque ad eandem Eccleſiam Laurentianam communibus Fidelium precibus, ac tanti Martyris ſuffragio roboratis, Turcarum obſidio ſoluta eſt, die quartæ feriæ, eidem Martyri Laurentio (ut alibi diximus) perpetuo ſacra, in quam eo anno incidit lux duodecima Septembris. Viperanus quoque apud Spondaoum ſub dicto anno ex auditu refert num. XI., Ipſos obſeſſores Inſulæ Muhammedanos faſſos eſſe, vidiſſe per aera conflictus tempore interdum illuſtrem feminam in albis veſtibus, interdum Silveſtrem hominem indutum pellibus, interdum Columbam candentem, quorum intuitu timore nimio percellebantur. Quare nos haud incongrue, ſicut in muliere ſanctam Virginem, & in Silveſtri viro, S. Joannem Ordinis titularem, intelligimus; ita in candentis Columbæ forma igneum Levitam caſtiſſimum indicatum interpretamur, uti loci Patronum; cujus & Eccleſia caput tum erat militaris Ordinis. Quemadmodum & ipſa urbs liberata, (quæ exinde *victorioſæ* nomen obtinuit) merito quot annis die X. Auguſti eodem magno in præliis Victori libertatis ſuæ gratiam refert acceptam; ipſius ſtatuam ſollemni pompa circumducens totius Cleri ſupplicatione, ingentique populorum concurſu, exoneratis etiam in ejus honorem & gloriam tormentis propugnaculorum bellicis.

26. Taurini Ducalis eſt Eccleſia S. Laurentii, teſte Pingonio in chronicis, Victorio Amedeo, Sardiniæ Regi, ac Sabaudiæ Duci inſcriptis apud Grævium tom. IX. Theſaur. antiquit. part. V. Emmanuel namque Philibertus, Caroli V. Imperatoris nepos, & Sabaudiæ Dux, qui cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege particeps fuit victoriæ San quintineæ anno 1557., obtentæ feſto die Sanctiſſimi Martyris, iſtiuſque implorato præſidio, gratitudinis ergo in ſuæ Metropolis ſummitate nobile Templum IV. nonas Maji eidem Patrono ſuo (quem antonomaſtice appellatum voluit *Auctorem Victoriarum*) erexit. Cujus initio ædificii, perſolutis antea ſacris myſteriis ab Archiepiſcopo Taurinenſi Hieronymo Roborèo (qui poſtea creatus eſt Card. S. Petri ad Vincula) ipſe Sabaudiæ Dux publica celebritate ad locum accedens excitandi Templi, primum jecit lapidem fundamentalem, aureo numiſmate conſignatum. Eandem Eccleſiam peregrino quodam architectonicæ artis opificio elaboratam, Princeps Teatinis tradidit Patribus gubernandam: quam & ii omni religioſo excolunt officio.

27. Corona ſit denique cunctarum Regalium Eccleſiarum, in Martyris honorem erectarum, Excurialenſe Templum: quod paullo ſupra commemoratus Hiſpaniarum Rex Philippus II., Gallis devictis, e San-Quintineo reverſus

Digitized by Google

ſus prælio, tam inſignis triomphi gloria clarus, exædificare decrevit, conceptumque animi votum incredibili munificentia perſolvit. Quanquam multi ſint anctores, qui de hoc mirifico aguot opere, lubet tameo ex Bollandiſtis Sollerium præcipue adducere, nti oculatum rei teſtem; quod regiam illam inviſerit Baſilicam anno 1722. & per menſem fere integrum eodem in Excuriali permanſerit, taoti operis majeſtate ac admiratione detentus, ſicut ipſe de ſe fatetur §. IV. Glor. Poſth. S. Laur. num. 34., ubi etiam ait; „ Immortalis gloria Sancti Archi-
„ diaconi noſtri poſthoma præ omnibus aliis,
„ ſub ejus venerabili nomine erectis ſabricis eſt,
„ ac merito dici debet, auguſtiſſimum illud, ac
„ vere Regium Monaſterium ac Templum Sco-
„ rialenſe S. Laurentii in Hiſpania, unicom,
„ cum ibidem loci, tum alibi terrarum inter
„ religioſa Monaſteria prodigium; cui par, ſi
„ diu quæſieris, ubi nam gentium illud inve-
„ nies? In quo utique munificentia Fundatoris
„ Philippi II. Hiſpaniarum Regis materiæ pre-
„ tium, operis elegantia, artificum induſtria
„ quaſi certare inter ſe de palma videantur.
„ Brevem ejuſdem deſcriptionem Hiſpanice vul-
„ gavit Fraociſcus *De los Sanctos*, ad quem le-
„ ctorem mitto, plura, quam continuo dicemus
„ de eodem, diſtincte ac graphice diſcere cu-
„ pientem. Breve ioterim de illo elogium ha-
„ bet Petrus Ribadeneira in flore Sanctorom,
„ quod rebus S. Laurentii ibidem ad diem x.
„ Auguſti inſeruit, quodque, ex Hiſpanico red-
„ ditum, ſic ſonat: „ *Poſtremo Catbolicus Hiſpaniarum Rex D. Pbilippus, bujus nominis ſecundus, Templum condidit S. Laurentii in Excuriali, magnitudine ſua ac pietate dignum: in quo datur tam multa videre, ut neſciat bomo, quidnam admiretur magis; an magnam religionem, qua tot ordinis glorioſi S. Hieronymi Patres vivunt; an ſumtuoſam magnificentiam ædificii, in quo vivunt; an numerum reliquiarum Sanctorum, quæ in iſto Templo bonorantur; an libros exquiſitos, quos magnus ille Rex conjungi juſſit in iſtius ſanctæ Domus bibliotbeca; an Collegium, & Seminarium, quæ in eadem fundavit; rebus aliis, quæ in illa extant, adeo raris, ac mirabilibus ſilentio præteritis.*

28. Baudraodus in Ferrarii lexico inquit, quod laudatus Rex Catholicus in ejuſdem fabricæ conſtructione uſus ſit opera Ludovici de Fuxio Pariſienſis architecti erudititſſimi, & qood in eo nihil deſit ad divitias, ad ſplendorem, & ornamentum. Ibi etiam ineſt Regum Hiſpaniæ Mauſolæum in ſumtuoſa Cappella, *Pantbeon* dicta; ita ut ædificium illud ab Hiſpanis dicatur octavum Orbis miraculum. Addit Lucanenſe dictionarium geographicum, eandem Regalem Baſilicam ſuiſſe cooſtructam, juxta, exemplum Eccleſiæ S. Petri in Vaticano: Monaſteriique ſamiliam componi ex Monachis biſceotom, Bibliothecam continere volumina 130000. Illic ædes ſunt Regiæ, quarum ſeoeſtræ per quatuor Palatii latera numerum conficiunt 1140., quo ſæpe Rex cum ſua ſe recipit Curia ex Matrito veniens. Philippi expenſæ in ſolum opus ſacrum aſcenderuot ad milliones octo cum tribus circiter centenis ducatorum millibus, ait cit. *De los Sanctos*: Quanquam alii dicant, quod ad vigintiquinque milliones, incluſis ſortaſſe palatio, collegio, ſeminario, Templique ornamentis, ratio expenſarum aſceoderit: nt oihil ſit, quod hocce in rei genere deſiderari ultra queat.

CAPUT IV.

De aliis S. Laurentii Martyris Eccleſiis, Sacellis, & Oratoriis a compluribus Dei ſervis (qui bodie Chriſti fidelium venerationi ſuper altaria expoſiti ſunt) vel erectis, vel reſtauratis, aut cultis, dum iidem clari ſanctitate Viri mortalem iſtam ducebant vitam, a primis incipiendo poſt Martyris triumpbum ſæculis uſque ad ſalutis bumanæ decimum, illuſtrioribus adjectis per ſæcula ſingula ſcriptoribus, qui ſuis elogiis gloriam ipſius Levitæ Sanctiſſimi promulgarunt, non omiſſis viris ſanctis, qui eidem Martyri fuerunt per imitationem peculiariter addicti, vel qui Romæ Patriarcbalis ejus Eccleſiæ limina viſitarunt, venerantes ſepulcrum ejus glorioſum.

IN exhibitis poſthumæ Laurentianæ Gloriæ Libris, ubi egimus de magnificis ſub Sancti nomine Templis ſive in Urbe, ſive extra Urbem erectis, ſive Cathedralibus, ſive Abbatialibus, aut Pontificum Romanorum, aut Imperatorum, & Regum opera, ædificatis, ſæpe ſæpius adnotavimus, complures eorum Fundatores, vel quomodolibet benefactores ſanctorom catalogo ſuiſſe conſcriptos. Expedit modo præter eoſdem ſanctos, qui aut Pontificalibus inſulis coronati, aut regalibus redimiti coronis, magna peragere in illius gloriam valuerunt; de

ceteris promiſcue agere, qui etiam inventi ſunt in ſplendoribus ſanctorum, cujuslibet conditionis, & ſexus, qui ſtudio ejuſdem Laurentianæ amplificandæ Gloriæ ſe dederunt, nonnullis vel exædificatis Fanis ipſius Martyris nomini, ſive Oratoriis ſive Sacellis; aut etiam ſe diſtinxerunt hæc exornando, frequentando, vel aliter excolendo. Horum etenim exempla maxime conducunt ad æquum formandum æſtimationis judicium; quanti nimirum ii fecerint, ſancto illuſtrati Spiritu, Martyris protectionem; quantumque intellexerint ejuſdem cultum poſſe hominibus prodeſſe ad ſalutem animarum, vitæque ſanctimoniam. Propterea, ne in re tam gravis momenti præſens opus deficere videretur; convenienter duximus de ceteris id genus ſanctis habere tractatum, qui ſuam qualitercunque navare potuerunt operam ad promovendam in populis ſacratiſſimi Levitæ venerationem. Non enim ſanctis Dei ſervis æquales datæ ſunt vires ad magna in mundi oculis edenda moonumenta, quantumvis ſacra, quantumvis pia; ſed ut inquit Apoſtolus 1. Cor.7. *Alius quidem ſic, alius vero ſic*. Neque id abſque ſapienti Numinis diſpenſatione geſtum; quo erudiamur, æſtimare Deum potius affectum, quam cenſum; ut qui majora facere nequit, non reſpuat minora perficere. Quocirca Dominus in Marci Evangelio cap. 12. 43. laudavit Viduam pauperem, quæ in gazophylacium miſerat minuta duo præ divitibus, qui aurea multa illic profundebant. *Vidua hæc pauper*, inquit, *plus omnibus miſit*. Indifferenter igitur exempla dabimus hujuſmodi Sanctorum & Sanctarum, pro ut ii aut magna, aut parva, aut etiam mere perſonalia edere potuerint erga ſanctum Laurentium devotionis propriæ obſequia, ſervato temporum ordine ſub præſenti capite uſque ad annum Chriſti Milleſimum, remiſſis poſterioribus ſæculis ad Caput v. iſtius libri.

2. Et quidem ſi verbum eſt de reſiduo tertii ſæculi noſtræ ſalutis, ſive de primo poſt Martyris triumphum ſæculo; facile quiſque intelligere per ſe ipſom poteſt, quam obſcura noſtræ Religionis acta permanſerint; ſemel dematur ea, quæ ad paſſiones Martyrum pertinebant. Conatus eſt Anonymus noſter S. Laurentii cultum per id temporis illuſtrare argumento e cœmeterialibus vitris, aut plumbis eruto, in quibus imagines Sancti Laurentii elaboratæ cernuntur, ut antiquarii exiſtimant, ante Conſtantini dies: quod idem eſt, ac aſſerere, ad hoc tertium ſæculum pertinentes. Signa certa illius primævi cultus, quem ſacratiſſimo huic Levitæ Romana Eccleſia peramanter impendit. Qualiſcumque demum poſt id tempus eſſe potuit; dum illa ſub idololatrarum perſecutionibus, & infidelium Imperatorum tyrannide mæſta ingemiſceret. Ex Adonianis, & Surianis accepimus actis, quam multa Chriſtianorum frequentia celebratum fuerit vigiliarum triduum ad Sancti noſtri ſepulcrum. Qui primus fidelium erga beatum Martyrem fervor, tantum abeſt, fuerit unquam reſtinctus; quin potius in dies magis exarſerit; ita ut Sanctuarium illud Cryptæ Tiburtinæ præcipuam Romæ venerationem ſemper obtinuerit poſt Petri, & Pauli Apoſtolorum trophæa. Notum vero eſt, ex eadem credentium turba laudatum ſepulcrum Martyris frequentante quadraginta & amplius annorum ſpatio (quod fuit reſiduum ipſius ſæculi tit. a Nativitate Domini poſt Sancti mortem) pene innumeros fuiſſe, qui ſuum pro Chriſto ſanguinem glorioſe fuderunt; unde licet eruere, quam glorioſum extiterit Laurentianum Conditorium, tot utriuſque ſexus ſui veneratores enumerans Sanctos. Ceteroqui de hac re teſtimonium nobis perhibent, qui ſerium de Urbis cœmeteriis tractatum ediderunt, ſcribentes, quod in ejuſmodi locis convenire ſoliti erant fideles omnes, Romæ commorantes, neque pauci cenſendi ſunt, qui ex diverſis nationibus ad Urbem venientes, in iis frequentandi locis ſacris ſeſe indigenis adjunxerint; tandemque fuerint affecti martyrio. Ibi enim (laudati ſcriptores narrant) Divina tum myſteria celebrabantur; ibi ſacramenta miniſtrabantur; ibi orationes & preces communes effundi ſolebant. Quare Panvinius in opuſculo *De Ritu ſepeliendi mortuos* cap. 11. inquit: *In cœmeteriis Romæ exiſtentibus baptiſmum, & Miſſas celebrare, vigilias decantare, ordinationes, & ſtationes, ideſt omnes ſacras cæremonias habere veteres ſolitum fuiſſe, docens antiquiſſima Eccleſiaſtica monumenta.* Similia, Boſſius refert lib.1. Romæ ſubterraneæ cap.1., & alii, qui cum Aringho ejuſmodi materiem pertractandam ſuſcepere. Curam porro cœmeterii Laurentiani ſanctum Juſtinum, Preſbyterum & Martyrem, ſumſiſſe, perſpicuum eſt præcitatis Laurentianis ex actis; quibus apud Surium adjecta leguntur ipſius Juſtini geſta in ſepeliendis ſanctis Martyribus eodem loci uſque ad Imperatoris Claudii II. tempora, queis & ipſe dignus Chriſti Martyr occubuit, & in eadem Crypta ſepultus fuit. Supervixit enim poſt S. Levitæ paſſionem annos circiter decem. Quod ergo in Surianis legitur monumentis: *Uxor Decii Cæſaris Triphonia venit ad beatum Juſtinum Presbyterum & cum filia Cyrilla miſit ſe cum lacrymis ad pedes ejus, orans, ut baptizaretur. Eas cum gaudio excepit beatus Juſtinus; indixitque illis jejunium ad ſeptem dies: die ſeptimo expleto, baptizavit eas: quæ res toto orbe divulgata eſt*: Totum id geſtum fuiſſe in Laurentiano Cœmeterio apud Martyris ſepulcrum, extra dubium intellectum iri vide-

Digitized by Google

videtur, ſtante illorum temporum laudata Eccleſiæ diſciplina. Quapropter infertur, Sancti Laurentii Mauſolæum Regalibus extitiſſe præventum honoribus Auguſtarum ejuſmodi Principum quinquaginta circiter annis, antequam Conſtantinus magnus deponeret ad monumentum Principis Apoſtolorum coronam & ſceptrum, atque fidem & Baptiſmum Chriſti ſuſciperet. Nihilque ad rem propoſitam refert dubium, num videlicet Triphonia uxor fuerit Decii ſenioris, qui ante Gallum & Voluſianum regnavit, an vero Decii junioris, ejuſdem ſenioris filii, *Qui cum Patre imperavit*, ut Baronius inquit in notis ad Martyrol. Rom. die 18.Octob. lit.l. Cujuſque nam fuerit Conjux; reapſe Imperatrix extitit.

3. Valde item veriſimile apparet, quod eadem auguſta Triphonia animam efflaverit, orans ad Martyris tumulum. Nam Pancirolius ex vetuſtis Surii actis collegit, *eodem die*, quo celebris eadem Matrona regia Juſtini miniſterio ex aqua, & Spiritu ſancto renovata eſt; in contemplatione tam eximii, quod acceperat, beneficii, ſupra ſenſum elevata, placide animam reddidit Creatori: *& in eadem* (cum Martyrologio Romano inquit) *Tiburtina Crypta a relato Juſtino Presbytero ſepulta fuit*. Baptiſmum igitur quum exceperit auguſta femina in cœmeterio; ac ecſtaſi elevata, in ſuſcepti Sacramenti conſideratione immortua fuerit eodem die, atque ibidem quietis loculum ſortita ſit, non obſcure iſta indicant, pretioſa mors beatæ Mulieris eo loci contigerit. Quod autem Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ 15. Kal. Novembris ait; Triphoniam reddidiſſe Deo ſpiritum *ſeptimo jejunii die*, ita intelligi oportet, ut habetur in Surio, idest *ſeptimo expleto*, ſive *die altera*, ſequente ad ſeptimam, quando baptizata fuit, nempe octava.

4. Divulgata interim converſionis fama duarum, de quibus egimus, illuſtrium Auguſtarum ad Chriſti fidem uſque ad aures Imperialis curiæ; Palatini regii milites quadraginta ſex ſuis cum uxoribus, hujuſmodi excepta notitia, Spiritu ſancto eorum mentes illuſtrante, nomen illico Religioni Chriſtianæ dedere: qui omnes octavo Kal. Novembris Claudii II. Cæſaris juſſu, pro eadem Chriſti fide martyrium ſubierunt. Eodem pariter Imperatore jubente, Virgo regia Cyrilla in tribunal adducitur. Ad quam inquit Claudius, juxta Surii acta, *Sic tibi viſum eſt præcepta, & morem clariſſimorum parentum, regiamque educationem negligere? Cui Cyrilla: Chriſtiana ſum, ancilla Chriſti, reſpuoque dæmonia. Claudius dixit: Aſſentire nobis, & ſacrifica diis, nubaſque viro, qui reſpondeat natalibus tuis. Cyrilla reſpondit: Ego jam nupſi viro, qui me veram docuit ſapientiam, nempe Domino Jeſu Chriſto, cui ſemel tradita ſum. Claudius ira ferveſcens, præcepit, ut jugularetur. Cumque necata eſſet gladio, voluit corpus ejus in platea canibus relinqui. Collegit autem corpus ejus beatus Juſtinus Presbyter, & ſepelivit cum Matre ejus, ubi jam antea poſuerat corpus Beati Laurentii, 15. Kal. Novembris*. Videlicet decem poſt dies a matris morte, & a ſacri Baptiſmatis perceptione. Sicque ambæ Auguſtæ viventes, & mortuæ Laurentianum Sanctuarium, nova tum penitus, Chriſtianis haud viſa, gloria illuſtrarunt: cujus procul dubio Martyris interceſſionibus tanta ſancti Spiritus gratia donatæ ſunt, ut brevi, velociterque ad æterna præmia pervenirent; mater videlicet veſte baptiſmalis innocentiæ vix dealbata; filia vero non ſine aurea corona, virentique palma martyrii. Porro ſummo ita quum in honore fuerit a ſuis exordiis apud omnes fideles Levitæ beatiſſimi Cooditorium, ejuſque cœmeterium, in quo multi, ac multi poſteriorum Martyrum ſepulti fuere; jam non relinquitur hæſitandi locus, num Romani Pontifices, Sixti II. ſucceſſores, qui hodie in ſanctorum numero recenſentur, cum ad tertium, tum ad quartum ſpectantes ſæculum, illud ipſum frequentaverint ac honoraverint Sanctuarium. Tales profecto fuere Dionyſius, Felix, Eutychianus, Cajus, Marcellinus, Marcellus, Euſebius, Melchiades, Silveſter, cujus, ut diximus, ſuaſionibus Conſtantinus Imperator ſuper illam venerabilem Cryptam Imperiale Fanum erexit; ut de reliquis ſummis Pontificibus, ſanctitatis etiam laurea poſt mortem donatis, taceamus: quorum omnium nomina ſi vellemus exprimere, ſatis longum texere nos catalogum oporteret. Quapropter ſufficere Lectori poſſunt hac ex parte, quæ retulimus lib.I.Glor. Poſth. cap.III., ubi de Laurentiana Patriarchali egimus Baſilica; quo loci diſcernere licet, quanta in veneratione penes omnes Romanos Pontifices ſemper fuerit idem Sanctuarium ſubſequentibus in ætatibus.

5. Intellecto autem, ſanctorum judicio, qualis Romæ fuerit peculiaris cultus, S. Laurentio Martyri ſemper exhibitus, ac perpetuo exhibendus; uti & magis intelligetur ex iis, quæ adducentur in hujus capitis decurſu per ſingula chriſtianæ Religionis ſæcula; reliquum eſt, inveſtigemus per alia mundi loca, quiſnam in ſanctis aliis de hoc Urbis judicato ſenſus extiterit. Atque in primis occurrit nobis ſatis celebris S. Emygdius, Aſculanus Epiſcopus, qui ſæculi quarti initio a S. Marcello Papa & Martyre conſecratus, miſſus fuit Aſculum in Piceno, ubi maximam convertit populi multitudinem ad rectam fidem, ſanatis 150. infirmis ab incurabilibus arte humana morbis, clamantibuſque dæmoniis, ac dicentibus, a ſancto ſe incendi

di Præſule: quoque patiter loci idolorum delubra ſnbvertit, ac ipſa idola tradidit igni. Is ergo Chriſtiano more tria ibidem erigens templa, unum in honorem ſanctiſſimi Salvatoris dedicavit, alterum in Beatiſſimæ Virginis, Sanctique Petti Apoſtolorum Principis venerationem, tettium in S. Laurentii Martyris gloriam voluit conſecratom; quo perpetuaret in poſteris Aſcolanæ gentis obſequium iſtius Levitæ ſanctiſſimi. Sacerdos hic magnus incidens in Aſculani Præfecti manus; hnjus ſibi oblatam nuptui filiam, ſi a fide Chriſti deficeret, convertens ad Deum (noſtri Martyris inſtar) aquam e ſaxo eduxit, qua eam baptizavit; obtruncatoqne ab incredolis ſibi capite, in manibus accepto, ad paſſus 300. in proximum montem illud detolit, ubi & corpus ejus conditum fuit anno ſalutis 309. juxta Ferrarium in Catal. Quanquam Bollandiſtæ ad annum 303. vel 302. id contigiſſe referant nonis Auguſti. Verum huic opinioni obſtat chronicon Pont. Rom. Marcellus etenim Papa, qui Emygdium ſacravit, non ante annum 304. Pontifex renuntiatus fuit.

6. Penes citatos Soc. Jeſu ſcriptores ſub die 17. Aprilis legimus, Sanctum Innocentium Derthonenſem Antiſtitem, qui tempore magni Conſtantini floruit, non imparia dediſſe pietatis, ac devotionis exempla, quibus inſtrueret gregem ſibi commiſſum in cultu S. Laurentii Martyris. Nam & ſanctus hic Præſul in vertice *Caſtri Prioris* eidem excelſo Martyri Baſilicam erexit, converſis jam idololatris ad fidem virtute miraculorum. Queis cæcos, claudos, mutos, ſurdos, alioſque infirmos ſanitati reſtituit: quare totam pene civitatem Chriſto lucratus, paucos obſtinatos in ſua ſnperſtitione gentiles una cum Hebræis incredulis ex urbe fecit extorres. Juvenis quum is eſſet, in Diocletiani, vel Maxentii perſecutione a Leone, præſide urbis Derthonæ, fuerat inedia maceratus, virgis cæſus, ac in carcerem conjectus, bonis ejus omnibus publicatis. Sed e carcere divinitus eductus, Romam perrexit Melchiade Pontifice, ibique commoratus annis multis; ſub Silveſtro tandem Epiſcopus loci nativitatis conſecratus eſt. Inde io pattiam regreſſus, mirabilia fecit. Nec ſit, qui gravate ſerat, ſi quid laudis adjicimus ſanctis iis, qui noſtri Martyris gloriam provexerunt; hanc enim elucidare contendimus, & confirmare ab auctoritate ſanctorum hominum, qui pro ejuſdem gloriæ amplificatione bona propria impenderunt, vel modis aliis dilatationi cultus ejus inſtitere. Expedit iccirco vel ſummatim aliquid exponere de gnis, aut virtutibus, quibus iidem Laurentianæ gloriæ promotores huic mundo refulſerunt; quatenus, eorum aliqualiter declarata ſanctitate, illuceſcant altius illius Sancti merita, cujus honorem ipſi purgatæ mentis homines, Deique Spiritu pleni, tam ſerio dilatare in gentibus ſtuduerunt; optime ſcientes, quantum referat animabus, S. Laurentium in cæleſtibus habere Patronum. Simul & nos clarius dignoſcamus eotum exemplo, quid nobis interſit tantum excolere Mattyrem, dum tales viri, taleſque mulieres cultum ejus tanti fecerunt; ut vix, poſt S. Petrum, Apoſtolum, inveniri queat Sanctus aliquis, ab hujuſmodi Heroum multitudine adeo excultus & bonorificatus, uti unus Laurentius Martyr.

7. Nobilis ſancta Matrona Juliana, ſancti Laurentii Martyris devotione nobilior, Florentiæ templum ejus nomini ædificavit circa Chriſti annum 392. ut habet Baronius num. xxv. in Annal., quo anno, quum S. Ambroſius Eccleſiæ Doctor Florentiam veniſſet, ab eadem clariſſima Femina rogatus eſt, ut erectam Martyri Eccleſiam dedicaret. Idque Beatus Mediolanenſis Archipræſul adeo lubenter præſtitit, ut in ſacta illa celebritate luculentam prætetea orationem habuerit, qoa religioſæ Mulieris opus diſtinctis commendavit laudibus. Hæc eſt illa Eccleſia S. Laurentii, quam poſtremis ſæculis Ducalis Mediceorum ſamilia magnifice ac pulcherrime reædificatam exornavit, ut ſuo diximus loco, ubi de Regalibus Laurentianis Baſilicis cap. III. currentis libri num. 22. tractatum edidimus. Erat, eo temporis primæ dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, Florentinæ urbis ordinarios Antiſtes ſanctus Zenubius, cui ſumme in amicitiis ſeſe conjunxerat ſanctus Ambroſius; cujuſque cauſſa is Mediolano Florentiam contenderat. A juvenili etenim ætate illius familiaritate delectatus fuerat, ejus ſciens vitæ ſanctitatem. Idemque Sanctus Zenobius talibus in deliciis habuit præſatam Martyri conſecratam Baſilicam, ut apud iſtam habitationis ſuæ domum elegerit, ubi manebat cum Eugenio Archidiacono, & Creſcentio Subdiacono: ibique Sanctum Ambroſium ſe inviſentem excepit, ſecumque ad congruum detinuit tempus. Quo dierum ſpatio accidit, ut moreretur quidam amicus ejus, *Eugenius* item nomine. Id ut audivit Ambroſius, cui nota erat ſtupenda miraculorum virtus, quæ in Zenobio reſplendebat, in mortuis præſertim ad vitam revocandis; deprecatus eſt eum, ut ſuum ſuſcitaret defunctum amicum. Ad cujus preces flexus Epiſcopus Florentinus, benedicta primum aqua, juſſit deinde Archidiaconum, qui tum io lectulo detinebatur infirmus, protinus ſurgere: qui ſtatim a ſuo convaleſcens morbo, ad ſancti Antiſtitis præceptum perrexit in jam defuncti domum, cujus exanime corpus luſtrali aſpergens aqua, ſtatim, qui erat mortuus, revixit. Atque ut paucis amorem perilluſtris hujus Epiſcopi erga S. Laurentium perſtringamus; ſatis ſit addere, quum

ipſe

ipſe vitæ ſuæ finem, appropinquare intelligeret, publice prædicta imminenti ſua morte in cathedrali Eccleſia, ad habitationem rediit, propinquam dilecto ſibi Fano S. Laurentii, ubi ultimis munitus Sacramentis, ſub Martyris auſpiciis felicem Deo reddidit animam, relictumque corpus, ut diſpoſuerat, prope Martyris altare ſepultum fuit. *Ex Actis Bollan. ad 25. Maii ſecundum ſcripta S. Antonini Archiep. Florent. de S. Zenobio, & ex iiſdem ad 7. Febr. de S. Juliana.*

8. Auctores celeberrimi vixerunt hoc ſæculo, qui S. Levitæ gloriam ſuis illuſtribus commendarunt ſcriptis, uti Ambroſius in libro officiorum, ſub actis Martyris a nobis citatus, necnon, juxta Maurinos Patres, duplici peculiari ſermone de S. Laur. Hieronymus, ut ajunt, in *Venimecum*; Prudentius in opere, cui titulus *Periſtephanon*, ideſt de coronis ſanctorum Martyrum, ubi diffuſiſſimum cecinit hymnum. Præterea S. Damaſus Papa, qui uti liquet in biblioth. Patr. tom. 27. ſui Martyris Patroni laudes texoit: quemque omnium temporalium bonorom ſuorum conſtituit hæredem. Item coram Jo: Oloric conciones de eodem habuerunt Gregorius Naz. & Jo: Chriſoſtomus. Eadem tempeſtate ſepulcri Levitici veneratores conſpicui fuere S. Athanaſius, Alexandrinus Patriarcha, relatus Eccleſiæ Doctor S. Hieronymus, nec non ſancti Marcus & Julius, ceterique quarti ejuſdem ſæculi SS. Romani Pontifices.

9. Sæculo v. ſanctus Euſebius, quum in Mediolanenſi Regio S. Laurentii Fano noſtrum Sanctum magna coleret religione, ac diaconus eſſet conſecratus; accidit in quadam illius templi ſollemnitate, dum ipſe ad altare deferret cryſtallinum miræ pulchritudinis calicem, pro ſacrificio ibidem a ſacerdote peragendo; vas illud pretioſum ſortuito de ipſius manibus in terram lapſum, frangeretur. Quare bonus levita exſanguis, & pallidus vultu ad inopinatum hujuſcemodi caſum, ſe multa protinus excitans fide, fragmenta ejuſdem calicis diligenter collegit, eaque repoſuit ſuper Martyris altare: a quo ſtatuit neutiquam diſcedere, donec non reciperet ſacrum vas integrum, ſuæque pulchritudini reſtitutum. Reliquum iccirco diei, ſequentem & noctem in oratione, fletu, & lacrymis conſumſit; elevanſque tandem ſequenti mane oculos ad aram, ecce videt calicem omni ex parte integrum, ne minimo quidem illi remanente fracturæ ſigno, ac ſi numqnam comminutus fuiſſet. *S. Greg. Turon. lib. 5. cap. 46. de Glor. Mart.* Admirandi hujus prodigii fama in populo divulgata, Mediolanenſes cives adierunt Archipræſulem, qui tum erat ſanctus Lazarus; inſtanterque ab eo petierunt, ut in tam præclari miraculi memoriam decernet ſervandam in urbe alteram quotannis S. Laurentii feſtivitatem. Aonuitque S. Antiſtes populi votis, & in primo, quod celebravit, feſto ipſe Archipræſul venerationi fidelium nobile vas illud expoſuit ſuper eandem aram, in qua miraculum contigit. *Vincen. Belluacenſis ex monum. & brev. Eccl. Mediolan.* Ad tale, tantumque prodigium devotione, ac dilectione ſanctiſſ. Martyris Euſebius magis iocanduit, conſecratuſque poſt Lazari mortem Mediolanenſis Epiſcopus a Sixto III. Pont. Max., per illos decem & ſeptem annos, queis eam rexit Eccleſiam, mirum, quanto ſpiritus ſervore eundem Sanctum noſtrum (quem in potiſſimum ſuum Patronum elegerat (dignis obſequiis ſibi ſtuduit promereri. Idem Euſebius, vaſtatas ac pollutas a Ghotis, urbis Archiepiſcopalis Eccleſias reſtauravit, ruſuſque conſecravit; ac zelo Dei plenus, comprovincialium Epiſcoporum ſynodum habuit, inter quos adſuerunt quatuor ſancti Præſules, nimirum celebris Maximus Taurinenſis, Abundius Comenſis, Criſpinus Papienſis, & Octavianus Brixienſis: epiſtolamque ſynodalem ad S. Leonem magnum Pontificem miſit: Cleri mores reformavit; quibus, aliiſque præclare geſtis, ſanctitate conſpicuus, in Laurentiana Baſilica ſepulturæ locum deligens, die tertia poſt celebratum Patroni ſui feſtum diem, nempe 12. Auguſti anno 453. ad cæleſtem patriam eſt evocatus. *Hæc ex Bolland., & Ferrar. in Catal. ſub die cit.*

10. Anno præcedenti ad tranſitum nuper laudati ſancti Mediolanenſis Antiſtitis, ſcilicet 452. Severus presbyter, natione Indus (ut in ſuo chronico notat Ado) pergere profectus, in minorem Britanniam pervenit, uſque ad illius capitalem urbem Viennam Galliæ. Vir multa præditus ſanctimonia, nec minori ardore animi flagrans erga Levitam ſanctiſſimum, huic ædificare templum cogitabat in colle, imminenti eidem Viennenſi urbi. Sed quia paupertatis Apoſtolicæ imitator quum eſſet, non habebat opes neceſſarias ad fabricæ conſtructionem, Patrono Martyri ferventer ſæpe cordis ſui deſiderium præſentabat. Factum eſt autem die quadam, dum per relatum incederet collem, ut non modicum ſolidorum auri numerum, Divinitus ſibi oſtenſum, reperiret; qoam aureorum copiam accipiens, opus ſacrum, quod difficulter ædificare inceperat ex collectis eleemoſynis, proſpere complevit. Ubi decenti honore Beati Martyris reliquias, quas obtinuerat, ingenti lætitia collocavit. Apud iſtam Eccleſiam diuturnæ conſtituit peregrinationis ſuæ terminum. Ibi reliquum vitæ ſuæ in Dei & Martyris expendens cultu, prædicatione, ac portentis mirificus, idolatras adhuc gentes ad fidei lucem ex infidelitatis tenebris adduxit. Tandemque plenus meritis, & virtutibus, beato fine quievit: vocatus

tus ad feſtum S. Laureotii celebrandum in Cælis. Præcedenti namque luce ad iſtius pervigilii diem, videlicet ſexto idus Auguſti ad ſidera iter arripuit. Ejus laudes Romanum recitat Martyrologium ſub commemorata die, inquiens: *Viennæ in Gallia Sancti Severi Presbyteri, & Confeſſoris, qui ex India Evangelii prædicandi cauſa laborioſam peregrinationem ſuſcepie, & ad præfatam urbem deveniens ingentem paganorum multitudinem verba & miraculis ad fidem Chriſti convertit*. Ejus acta Bollandiſtæ habent die paullo ſupra citata.

11. Anno 454. Sanctus Optatianus, Brixienſis Epiſcopus, qui ſibi commiſſam gubernavit Eccleſiam annis xiv. *Octavianus* alitet vocatus, ut notat Ferrarius ad 14. Julii, quo nomine ſubſcriptus cernitur in Synodo Mediolanenſi adverſus Ariaoos, is, inquam, ſanctus Antiſtes mirifice in cultu S. Laurentii reſplenduit, ſeſeque diſtinxit; in cujus templo Brixiæ clara edidit ſuarum virtutum exempla: ubi frequens aderat, ſuæque devotionis erga Sanctum flammam profundo erumpebat ex pectore. Unde Bernardinus Faynus hæc de illo nobis ſcripta reliquit: *Pridie Idus Julii S. Optatiani Epiſcopi in Eccleſia S. Laurentii pie factorum laude inſignis, quibus in cælo locum ſibi æternum promeruit*. Paruit quidem animæ ſuæ locum in cælo inſignibus pietatis operibus; ſed ſui corporis non oblitus, ei quietem tribuendam in eodem S. Laurentii Fano diſpoſuit: ubi in hodiernum uſque diem oſſa ejus (quæ ex veteri in novam aram tranſlata fuere anno 1497.) vitalem iterum expectant auram in mortuorum anaſtaſi. Huic ſancto Præſuli ſucceſſit proxime ſanctus Vigilius in Epiſcopali Sede, vitæ ſanctitate, ac doctrina reſulgens, cujus a nonnullis creditur, ſit liber adverſus Eutichen ſcriptus: interſuitque Agathenſi Concilio ſub S. Cæſario Arelatenſi Antiſtite, tempore Gothorum Regum Alarici, & Theodorici coacto; & ipſe veſtigia pietatis prædeceſſoris ſui Octaviani ſequens, corpus quoque ſuum in eadem S. Laurentii æde ſepeliri ſub Martyris protectione mandavit. Obiit ſexto Kalen. Oct. *Ex Monum. Eccl. Brix. Capreol. lib.* 3. ſub idem tempus floruit S. Perpetuus Turonenſis Antiſtes, qui noſtri Levitæ ſanctiſſimi ſundavit Ecclefiam, apud elaros auctores celebrem, in monte Laudiaco, de qua loqui videtur Baronius, in notis ad Martyrol. Rom. lit. f. ſcribens: *Extat Sidonii Apollinaris ad hunc* (Perpetuum) *epiſtola 9. lib. 7. Laudat eundem, ſcribens ad Lucentium epiſt.* 18. *lib.* 4. *ubi meminit de Baſilica ab eodem extructa, de qua etiam Greg. Turonen. lib.* 10. *in fine*. Paucis ſuccoſiſque verbis elogium ejus enarrat Eccleſia in Martyrologio telato, ſexto idus Aprilis, dicens: *Turonis S. Perpetui Epiſcopi, admirandæ Sanctitatis viri*. Quam admirabilis dicenda eſt Beati Laurentii ſanctitas, in cujus gloriam admirandæ ſanctitatis viri tot illuſtria venerationis argumenta reliquere?

12. Hoc ſæculo in laudem Martyris ſuos acuerunt calamos Sancti Anguſtinus, Leo magnus, Maximus Taurinenſis, Petrus Chryſologus, aliique Patres illuſtres: quorum nonnulli ad ejus ſepulcrum extra Urbis mœnia non ſemel provoluti ſunt, beatos illius cineres venerantes. Adſuerunt pariter & Valentinianus III. Imperator cum matre Galla Placidia Auguſta Leonis Papæ temporibus, cujus hortatu eadem Placidia extramuranam ipſam Martyris Baſilicam ampliavit. Recenſendus cum iſtis videtur celebris Sidonius Apollinaris, coronis & ſtatuis in capitolio donatus propter ſublimes ſuæ ſapientiæ, ac ſcientiæ partus. Epiſcopus is ſuit Laurentianæ Arvernenſis Eceleſiæ, nobiliſſimo genere ortus, novitque laudabiliter nobilitatem, ac ſapientiam cum pietate conjungere.

13. Sexto ſæculo floruit S. Laurentius, Medionalenſis Antiſtes, reſtaurator munificus Baſilicæ illius Martyris, cujus nomen, & mores, dignos tali nomine, præſerebat: quodque templum exornarc curavit, poſtquam illud, ut in Euſebio diximus, expoliaverant Gothi cum ceteris Eccleſiis, ejuſque regales aſportaverant divitias. Mortem tandem lætus aſpiciens, meritis, & virtutibus plenus, corpus ſuum eodem in Fano ſepeliendum commiſit, ubi plures ſanctos Deceſſores ſuos ſub umbra Martyris Protectoris obdormire ſciebat; ne, qui par iſtis fuetat in exaltanda ſancti Levitæ gloria, quietis forte aliquantulum diſpari donaretur. Colitur a Mediolanenſi Eccleſia die 27. Julii, ut indicant Bollandiſtæ ſub dicta luce.

14. Apud Metropolim Viennenſem Galliæ S. Theodorus Abbas, in Romano adſcriptus Martyrologio die 29. Octobris; ab Adone ac Lippeloo vocatus *Theuderius*, a Philippo Viennenſi Archipræſule, magoam ob virtutis famam a ſuo Monaſterio accitus, ut Viennæ reſideret, eamque Metropolim ſua præſentia decoraret, ac ſanctis moribus inſormaret, acceſſit Viennam, ſactaque ſibi optione ab Epiſcopo eligendi ſacram, quam vellet, habitationis ædem; vir beatus Eceleſiam S. Laurentii Martyris in monte prope Viennam, *Quirinali* nuncupato, excolendam elegit. Ibi diu, noctuque orationibus vacabat, quo & populi concurſus undique veniebat, ut monita ſalutis acciperet; eoque animarum medico, nemo ſine opportuna ſpiritos medela, noo continuo ſanus abſceſſit: mæſtus, peccatorumque pondere prægravatus, abiit nemo; niſi prius levamen & ſolatium a ſancti viri colloquio excepiſſet. Manſit ibidem ven. Theodorus

dorus ad ſuæ mortis uſque diem, annis videlicet XII. (ut cum Lippeloo Bollandiſtæ referunt ex Adone) a Laurentiaois auſpiciis ſeparare ſe neſciens. Locus enim ille (teſtibus iiſdem ſacris hiſtoricis) præelectus, *dulciſſimus* ſibi erat: qoemadmodum poſt mortem manifeſtum declaravit prodigium. Corpus etenim ejus exanime in eaodem S. Laureotii Eccleſiam e ſua delatum cella, peractis de more officiis Eccleſiaſticis, ubi Viennenſes cives illud in feretro ſitum extrahere conabantur, ut intra urbis mœoia ei tumulum darent, nulla diligeotia, nulla vi de Martyris templo potuit removeri; donec expedito Vienneoſis Epiſcopi mandato, quo beatus Abbas ſolicitabatur, ut ſe traosferri pateretur ad Monaſterium, quod, vivens in hoc ſæculo, fundaverat in eadem Diœceſi Viennenſi, accedentibus inſtituti ſui fratribus, ut ii manus ad loculum applicuerunt, ſacras illas exuvias, (quaſi hæ mandatum ſenſerint Epiſcopi) protinus exportarunt in ſundatum a ſe locum ſanctum: ubi conditus, crebris adhuc in præſentem diem miraculis coruſcat. Deceſſit circa Chriſti annum 525.

14. Apud Santones in Gallia circa Chriſti annum 597. Saoctus Antiſtes Palladius, ædificato in hoorem ſacratiſſimi Martyris ſacello, miſit quendam Eccleſiæ ſuæ presbyterum, nomine Luperculum, ad ſummum Pontificem Gregorium magnum cum litteris, petens aliquam ex Martyris reliquiis; votique ſui compos factus; ut conſtat ex epiſtola 49. ejuſdem ſaocti Gregorii ad Palladium, dignis exultationibus ac honoribus ſacrum illud pignus, ut par erat, excepit, quo venerabilem erectam ditavit Martyris aram. De hoc ſancto Epiſcopo in Gallia Chriſtiana Maurini ſcribunt (ubi de Santonenſi agunt Eccleſia) ea fulſerit miraculorum gloria, ut quoties Santones ſiccitate aeris laborarent, ſanctique Antiſtitis conditorium per urbem ſollemni ſupplicatione circumferrent, toties cælum votis ſupplicum annuens, in pluvias ſolveretur.

15. Sedente pariter in ſancti Petri Cathedra eodem magno Gregorio, conſtructum fuit in Lilybœtana Siciliæ urbe Fanum, Beato Petro Apoſtolorum Principi, ſanctoque Archimartyri Laurentio beatæ Virginis Adeodatæ facultatibus cum Monaſterio; cujus eadem prima fuit Abbatiſſa ſub regula Sancti Benedicti, ædificio in ſuis ædibus completo anno 595. uti eruitur ex litteris ſancti Pontificis lib. 8. epiſtolarum; epiſt. 63. coram Pirrho in Sicilia ſacra. Conſecratumque templum legitur a Decio Lilybœtano Antiſtite. Idemque S. Gregorius templum, ac Monaſterium ſub Pontificiis auſpiciis ſuſcepit; atque navim in eam tranſmiſit urbem pro Monialium alimoniis, ſicut ipſe teſtatur cit. lib. epiſt. 64., compluribuſque ſanctornm reliquiis eo directis, templum illud decoravit. Ibi, Adeodata quieſcens in Domino, ſub Martyris protectiooe ſepulta fuit: licet hodie ſepulcri locus ignoretur propter vaſtatiooem a Saracenis inlatam, ac ob excitatum tria fere poſt ſæcula novum Monaſterium alibi loci a priſtino: barbari enim Siciliæ Regnum occupaverunt a IX. ad XI. uſque ſæculum.

16. Martyris gloriam hoc ſæculo ſuis declararunt ſcriptis S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, juxta nonoullorum placitum; quanquam vero Oudinus cum aliis ableget ſermonem de S. Laur. ceteris ſuppoſititiis: certe tamen videtur, ejus Auctor, iſtius circiter ætatis fuerit, quiſquis demum extiterit. Item Veoaotius Fortunatus, Pictavienſis Antiſtes, oratione ligata, S. Gregorius Toronenſis lib. de Gloria Martyrum. S. Gregorius magnus in Antiphonario & Reſponſoriali, necnon in Sacramentario, & in Regiſtr. lib. 3. epiſt. 30. Is recenſendus eſt pariter inter veneratores illuſtres Laurentiani Sepulcri: in cujus ſanctuario extra urbis mœoia quatuor habuit ad Romanum Populum homilias: nempe XIX. io ſeptuageſimæ Dominica, XXIV. in feria quarta infra octavam Paſchæ Reſurrectioois Domini XL. in I. Dominica SS. Trinitatis, & XIII. in ſabbato quatuor temporum Menſis Septembris. Vid. *Sever. de* VII. *urbis Eccl.*

17. S. Alexander, a Beato Læto Antiſtite Fæſulano Archidiacoous conſtitutus, devotione S. Laurentii fervens, iſtius virtutes imitandas ſibi propoſuit. Poſt Læti mortem anno 572., in Epiſcopatu ſucceſſor, quum pro tuedis Eccleſiæ facultatibus apud Autharem Longobardorum Regem inſtitiſſet; obtenta ſententia reſtitutionis Eccleſiaſticorum bonorum, in reditu ad ſuam ſedem dolo impii uſurpatoris præcipitatus in flumen Rhenum prope Bononiam, Martyr migravit ad Chriſtum die VI. Junii 585. cauſſam mortis ſnæ habens ioſtar Levitæ ſanctiſſimi deſenſionem Eccleſiaſticæ ſubſtantiæ. Uode hac ex parte dici optime poteſt de hoc ſancto Præſule: *Amavit S. Laurentium in vita ſua, imitatus eſt eum in morte ſua.* De eodem agunt monumenta Eccl. Fæſul., Bolland., ac Ferrar. in Catal. Exiſtimat autem poſtremus hic Auctor, errorem irrepſiſſe circa nomen *Autharis* Regis Longobardorum, Baronium ſequens, ponentem, Atharem regnare cepiſſe anno 585. Verum apud Pompilium in tabulis chronologicis ſæculo ſexto ioterregnum Longobardicum decem anoorum ſignatur ab aono 572. ad 582. quo promotus fuit Alexander ad Epiſcopatum, & Authares ſalutatus eſt Rex Longobardorum, qui regnavit annis tribus. Dicunt alii ſeptem: atque ſic tota ruit difficultas. Aliter cum Baro-

nio ſentientes, cogimur Alexaodri tempora immutare; ut ſalvetur Longobardorum anarchia ab anno 575. ad 585., juxta Paulum diaconum & Petavium: dum eo temporis nullus ſuerit eorum Rex, qui pro Authare ſubſtitui poſſit ad correctionem erroris.

18. Sæculo VII. ex Mabillonio io actis ſanctorum Benedictini Ordinis ad annum videlicet Chriſti *629*. S. Baldericus Abbas, Regularis obſervantiæ promotor eximius, in loco ab hominum habitatione remoto, exciſis ſilvæ arboribus, cœnobium Montis Falconis ædificans, Fratrum Eccleſiam licet noo erexerit ſub Sancti noſtri titulo, ipſe tamen quia ſolitariam omnioo vitam amabat, ſciens non looge inde ſaocti Laurentii templum diſtare in ejuſdem ſilvæ finibus, hunc dilectum ſibi nimis locum ad ſuum incolatum elegit, in quo reliquum ſuæ vitæ perageret; ubi & ſepulcrum ſibi præparavit: voluitque ibi ſuis oſſibus datam requiem ſub Martyris patrocinio. Hinc magna illa contigerunt miracula, quod Rhemis ſancto viro mortuo, nolebant Rhemenſes ejus corporis theſauro privari. Verum exeqoutores voluntatis illius clam ſaoctum corpus accipieotes, nocturno tempore, pretioſum pignus, ſplendorem emittens, viamque in tenebris demonſtrans, tranſtulerunt uſque ad Monaſterium & Eccleſiam S. Germani, quam vivens ipſe conſtruxerat beatus vir in villa *Spanulphi*. Ad cujus adventum templi campanis ſponte ſonantibus, Monachiſque accurrentibus, ut in prædictum inferrent templum, tanto ſeretrum eis ponderi fuit, ut oulla vi, nulla diligentia, nullo homioum multiplicato auxilio trium dierum ſpatio potuerit dimoveri; donec vectores, triduano ſervato jejunio, greſſus dirigerent verſus Eccleſiam S. Laurentii, quo ſacillime ſanctum corpus aſportantes, in ſepulcrum, a ſe olim paratum, intulerunt. Nec minus conſiderabile alterum eſt prodigium, quando in irruptione Normannorum opus fuit Monachis ſugientibus removere idem ſacrum corpus ab æde Laureotiana; ne detrimeoti aliquid ab hoſtibus pateretur. Etenim, ſublato ſepulcrali lapide, ac repoſito ſancti corpore ſuper altare S. Laurentii, ut illud in capſa componerent ad iter agendum in Virdunenſe cœnobium, ubi tuto ſervari poſſet; tres guttas recentes & calidas ſanguinis emiſit ex capite: quo veriſimiliter ſignificare voluit, quam ægre diſcederet e loco patrocinii beatiſſimi Martyris. *Sur. in vita S. Balder. ad diem* XVI. *Octobr.* Hanc piam interpretationem coofirmatam intelligimus miracolo capitis Sancti Pancratii Martyris, ſanguine manantis io Lateranenſi Eccleſia, ubi reconditum erat; dum Romæ illud conflagrabat templom, quaſi ejus condolens ruinis. Quidni ſimile ad rem noſtram, variatis circumſtantiis, conjicere licebit, quum immioeoti hoſtium incurſiooe S. Balderici corpus relinquere oportebat Laurentianum ſuæ quietis loculum, & alio commigrare?

19. Inter Aſpergam, & Scongajum, ſive *Scbongaviam*, Germaniæ oppidum in ſuperiori Bavaria, ſeudum erat S. Wictperti Epiſcopi Auguſtani, dictum *Epacb*, diſtans ab Auguſta octo Germaoicis milliariis, quo e ſeudo uoius horæ itinere Sancti Laurentii Oratorium erat in Eptaco, adhuc extans; licet hodie parvum ſit ſacellum, de qoo Srangelius ſcribit: *Hanc eſſe Eccleſiam, qua delectatum Beatum Wictpertum legimus, ubi & poſtea Herluca vitam egit*. Sicut & nos de hac virgine dicemus ſæculo XI., quo ipſa floruit. Illuc ergo ſanctus Antiſtes Wictperius, vivens VII. ſæculo, Martyris amore pertractus, ſæpe contendebat; ac immorabatur, quotidiana ibi ſacra perficiens. Ubi & a ſancto Magno Abbate viſitatus, ac ab iſto requiſitus ad conſecrandam, quam Abbas ipſe ſundaverat, novam Eccleſiam, haud multum ab Eptaco diſſitam; ut Wictpertus invitantis vidit caput luce fulgida circumdatum, lubentiſſime illius annuit votis. Ceterum reverſus ad prælaudatum orationis ſuæ locum, ſub protectione ſacratiſſimi Martyris frequenter manere gaudens, etiam moriens illuc corpus ſuum humatum voluit. Poſt multum temporis Henricus, Auguſtanus Epiſcopus, decernens ejus oſſa de Laurentiana Eccleſia in cathedralem tranſferre, congregata Monachorum, & Clericorum multitudine cum reliquiis, & crucibus in Eptacum venit, innumera populi turba eum comitante; acceptoque S. Wictperti corpore, quum iſtud miniſtri portare incepiſſent, idem prodigii, quod accidit S. Germani Monachis (corpus ſancti Balderici volentibus io ſuam ioſerre Eccleſiam S. Germani) ſunt experti. Gravare ſiquidem vectores ita cepit S. Wictperti feretrum, extractum ab Eccleſia, ut nullo conatu potuerint ultra progredi. Unde, mutato conſilio, redeuntes; illud ſacrom corpus ſub altare S. Laurentii, in quo jacuerat, ſacillime reſtitueruot. Bolland. ad diem XVIII. Aprilis. Colitur hic ſanctus Antiſtes VI. idus menſis ejuſdem, quo ſeliciter migravit ad Dominum.

20. Sedente in Apoſtolico throno ſancto Vitaliano, qui Pontificatum tenuit eodem ſæculo ab anno 57. ad *71.*, Beatos Wandregiſilus Abbas Fontanellenſis ſuum miſit nepotem, nomine Godonem, Romam ad eundem Pontificem, humiliter petens aliquas Sanctorum reliquias inter quas nominatim particulam S. Laurentii Martyris, qua venerabilem magis redderet Baſilicam, cujus ædificationi tum operam dabat, io hooorem glorioſiſſimi Levitæ. Precibus perilluſtris illius viri, olim aulici Dagoberti

Fran-

Francorum Regis, Pontifex benigne annuit, ſciens ſanctitatem ejus. Fuerat enim armis clarus, dum virgo cum ſponſa virgine in connubio permanebat, tandem, uxore ſacrato virginum Monaſterio tradita, ipſe monachi habitum, diſtributis in pauperes bonis omnibus, ſuſcepit, ac Fontanellæ cœnobium ædificavit. Ubi, paganis multis ad Chriſtum converſis, multiſque peccatoribus ad pœnitentiam adductis, nonagenarius tranſivit ad Dominum. Poſt annum quadrageſimum aperto ejus tumulo, inventum eſt non modo corpus ejus incorruptum, perinde ac ſi heſterna fuiſſet ſepultum die, ſed etiam veſtimenta, quibus involutum erat, pariter integra ſunt reperta. *Surius, & Bolland. ad 22. Julii.* obiit vir ſanctus anno *665*.

21. Beatus Ceolfridus, quem Poſſevinus in apparatu ſacro præceptorem Ven. Bedæ fuiſſe commemorat, Egſrido transhumbranæ regionis in Anglia Rege, celeberrimum iſtius permiſſu condidit Monaſterium. In cujus præcipuo dormitorio amplum conſtruxit Oratorium, Sancto Laurentio ſacrum, præter S. Petri Eccleſiam, publicæ populi devotioni erectam, in qua poſt viceſimum quartum ſui regiminis annum, congregatis ſexcentis, quos inſtituerat, Monachis, oblatoque Deo ad Eccleſiæ aram incenſo, inde binis ac binis præcedentibus ipſis fratribus, ad noſtri Sancti Oratorium veniens, illic eis ultima ſalutis monita dedit ſuper fraterna præſertim mutua caritate; ſub eorum ponens oculis memoriam illius, qui nedum pro Chriſti amore, ſed etiam pro dilectione proximorum lentis cremandum ſe obtulit flammis. Et quia venerabilis Abbas extremum vitæ ſuæ diem appropinquare ſentiebat, renunciata ibidem fratrum præſectura, poſtremum iſtis *valete* dicens, in ſecretum diſceſſit locum; ut unice animæ ſuæ ſtudens, ad ſanctam ſe mortem compararet: quam lætus aſpexit 7. kal. Octobris. Quem Mabill. ad annum *690*. in Martyrologio Anglicano relatum narrat.

22. Prope finem hujus ſæculi VII. anno videlicet *98*. juxta Sigeberti chron. obiit in Domino beata vidua Begga, Pipini primi Ducis Brabantiæ filia, S. Gertrudis Virginis ſoror, & Caroli magni avia, quæ Andanæ apud Moſam fluvium Monaſterium in honorem ſeptem Eccleſiarum Urbis erexit: quas inter ordine quarta tum erat illa S. Laurentii Martyris: in quo conſtructo a ſe ſeminarum cœnobio, regulari ſub diſciplina vixit, ſanctitate pollens. Ejus meminit Romanum Martyrologium die 17. Decembris, in cujus notis etiam agit Baronius lit. e, & Molanus in addit. ad Uſuardum, nec non pluribus in indicibus Sanctorum Belgii conſignata legitur.

23. Laudes Martyris dixerunt eodem ſæculo S. Iſidorus, Epiſcopus Hiſpalenſis, in Miſſ. Mozarabico necnon Theodorus presbyter Conſtantinopol. Eccl. Syncellus in Depoſ. veſt. Deiparæ in Balchernis, juxta Poſſevin. de Scripr. Eccl. Item & Paulus diac. Emerit. in vita S. Fidel. Ep. Sermocinatores autem in præcipuorum Sanctorum feſtis, qui ſcriptis ſuas dederint homilias, idem ſæculum in editis Bibliothecis Patrum nullos nobis oſtendit: quamvis, quod nulli fuerint, minus veriſimile videatur. Ex adverſo, multam beatorum hominum frequentiam ad Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtris Martyris limina euntem vidit: in quibus ſe diſtinxit ſanctus Audoenus Rothomagenſis Epiſcopus, qui nobili virorum comitatu ad Levitæ ſanctiſſimi ſepulcrum ſeſe proſternens, lacrymiſque pavimentum rigans, illius altare argento, & auro cumulavit. De quo ſcribit Surius ad diem 24. Auguſti tom. 5. Cæcis, leproſis, claudis, dæmoniacis ſalutem impertit in hodiernum diem. Ita in imitatoribus Leviticæ virtutis eodem ſæculo refulſit præcipue ſanctus Leodegarius, qui, inſtante ſui martyrii tempore, quum eſſet Auguſtodunenſis Epiſcopus, ærarium aperiens Epiſcopale coram ſuis Clericis, atque argentea vaſa demonſtrans; contemto mundanorum ſapientum conſilio, capiendæ ſcilicet fugæ ab hoſtis obſidentis facie una cum theſauris. *Fratres*, ad ſuos inquit domeſticos, *Si vobis placet, conſilium eligo, hæc potius dare in uſus pauperum; quam huc, vel illuc oberrare per ſæculum cum turpi ſarcina, ut imitemur Beatum Laurentium; qui pro eo, quod diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltatum eſt in gloria*. Subditque Mabillonius in actis SS. Bened. Ord.: Statim juſſit diſcos argenteos, reliquaque vaſa complurima foras ejicere; & argentarios cum malleis adeſſe, qui minutatim cuncta frangerent, eaque pauperibus erogarent. Quibus peractis, & corporis ac ſanguinis, Domini viatico refectus, inſtar beati Laurentii, ſe obtulit hoſtibus, civitatem circum obſidentibus, intrepidus; ne urbs quicquam mali pro ſui defenſione ac tutela, ut minabatur Dux militum, pateretur. *Vid. act. cit. ad annum 685*. Dignus plane vir, qui, amputata ſibi ab impio Ebroino lingua, divinitus uſu illius membri recepto, dum in Fiſcano Monaſterio ad cuſtodiam teneretur, ſalutaria magno cum populi fructu monita dederit: cujus & caput lux ingens, inſtar circuli, circumfulſerit, priuſquam decollaretur. Ejus memoria eſt apud Rom. Martyrol. ſexto nonas Octob.

24. VIII. ſæculo apud urbem Sedulam, cujus poſtea vices tenuit civitas Caſalenſis, montis ferrati caput, memoria eſt Sancti Evaſii, Aſtenſis Epiſcopi. Qui a ſancto Gregorio II. Pontifice conſecratus, ſocios, quos ſecum duxit, Na-

talem, & Projectom ex Benevento Angeli monitu Romam veniens, ad ſuam Diœceſim perveotus, ſacris ordinibus initiavit; unum presbyterum, alterum diaconum. Creditamque ſibi Eccleſiam per annos 28. ſanctiſſime gubernavit. Verum, quia impietati Arianæ obſiſtebat; ab hæreticis quæſitus ad necem, urbe Aſtæ ſecedens cum iiſdem duobus, aliiſque miniſtris, in locum, quem *Voluſianum* vocabant, prope Sedulam veoit. Somno ibi correptus, ut aliquantulum quievit; a Natali presbytero expergefactus eſt; quod præſenſerat idem ſocius hoſtes adventare. Quocirca Evaſius timore perculſus, ſurrexit; baculique paſtoralis oblitus, fugiens; vicinam ingreſſus eſt ſilvam: ex qua poſtmodum Natalem miſit ad requirendum ſacrum relictum pedum. Perrexit miſſus ad Voluſianum; at baculum reperit terræ defixum, frondentem, purpureoſque flores e turgentibus gemmis etumpentem; quem evellens e terra, ſancto detulit Epiſcopo: qui, Deo inſpirante, intellexit eadem in ſilva ſibi eſſe manendum: ibidemque a Deo expectandam palmam martyrii paratam. Quare manſiunculas, & Eccleſiam ſanctiſſimo Martyri Laurentio ſuis cum ſociis, aliiſque veriſimiliter accitis ſabris, ædificavit, ac erectam conſecravit. Nimirum ut ſub tanto Protectore, ac Duce bonus & ipſe cum ſuis inſtrueretur miles ad ſubeundum viriliter pro Chriſto certamen.

25. Erat relata ſilva prope flumen Padum, ubi ſancti Dei homines habitationem & Eccleſiam conſtruxerant, ad vicinorum interim ſalutem procurandam; eo quod ii etiam Ariana efſeot infecti hæreſi. Sancto itaque prædicante Antiſtite illis ſeductis hominibus Jeſu Chriſti divinitatem; ejuſque ſermonem confirmante Domino ſequentibus ſignis, ad rectam fidem viri ac mulieres convertebantur; converſique pergebant ad Sancti Laurentii templum, ut ſacrorum myſteriorum ritu Catholico participes fierent. Dierum autem fluxu rei ſama perlata eſt ad Atubalum, Sedulæ Præſectum, qui miſſis ſatellitibus, beatum Præſulem ad ſe perduci curavit. Sequutique ſunt bonum Paſtorem Projectus diaconus, & 145. alii, ab illo ad Catbolicam converſi fidem, qui fortaſſe in S. Laurentii templo collecti tum erant, ut ſacris adeſſent: omneſque cum ſancto Antiſtite, Jeſum verum Deum confitentes, capite truncati ſunt. Natalis presbyter tum cum eis non erat; quia Evaſii mandato in Aſtenſem urbem abierat, ut relictarum ovium curam gereret, abſente paſtore. Ut vero ille audivit, interſectum fuiſſe ſanctum Præſulem in urbe Sedulæ (quæ milliariis tantum quindecim ab Aſta Pompeja diſtabat) ſolicite accurrit; ſanctorumque corporibus, non ſine adjumento fidelium de nocte ſublatis, & in Laurentianam translatis ſacram ædem, quietis locum attriboit: quorum recenti fuſo cruore templum illud amplius atque amplius conſecratum ſuit. Ipſe vero ſanctus Natalis in cultu ejuſdem Eccleſiæ perſeverans, orationibus, vigiliis, aliiſque piis operibus vacans ad finem uſque vitæ, ad ſupernam patriam tandem poſt annos aliquot vocatus eſt die 21. Auguſti, atque in eodem ſepultus eſt templo. *Ferrar. in Catal. ad* 1. *Decemb.* ſub qua die memoria S. Evaſii eſt in Martyrol. Romano. Eundem ſanctum Antiſtitem Caſalenſes patronom venerantur: quorum Eccleſiam in Epiſcopalem Sixtus IV. erexit.

26. Sanctum Laurentiom M. ſcriptis ſuis hoc ſæculo clarificaverunt venerabilis Beda Presbyter in homiliis de tempore, & de Sanctis plurimis, ac in Martyrologio, a ſe confecto; Albinus Alcuinus in libr. de Divin. Offic., & Paulus diaconus Caſſioenſis in homiliario pro Dominicis, & feſtis totius anni. Sepulcrum ejus extramuranum celebres promeruit veoeratores, nempe S. Bonitum Claromontanum Antiſtitem, qui ſuum iter Romam verſus plurimis, a ſe paſſim editis, miraculis illuſtravit. Sanctum Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum, & Martyrem, ac Germanorum Apoſtolum magno Francorum ac Bojariorum comitatu. S. Ludgetum, Monaſterienſem primum Epiſcopum, ıoiraculis, & apparitionibus poſt mortem ſatis illuſtrem: de quo egimus cap. *de Eccl. Abbat. num.* 12. S. Richardum Anglorom Regem, nec oon B. Carolum magnum Imperatorem, qui peculiariter ioter Romana ſanctuaria Laurentianum, copioſis miſſis muneribus, ornare ſtuduit. Beatus autem Flaccus Aleuinus, Abbas Turonenſis, in ordine manens levitico, in perfectione diaconalis gradus ita proſecit, ut in mortis ejus hora S. Laurentius cum ſanctis omnibus levitici ordinis viſus ſuerit a nonnullis Dei ſervis animam ejus ſuſcipere, ac miniſtraotibus Angelis eam perducere uſque ad Cbriſti thronum.

27. Sæculo ıx. Veterinenſem cum cœnobio fundans Eccleſiam S. Rodulphus, Biturieenſis Archiepiſcopus, priuſquam fabricam compleret, morte præventus, in ſuo teſtamenro declaravit, quod etſi eam dicatam ſanctis omnibus vellet; pecoliariter tamen poſt ſanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum beato Laorentio Martyri ſacram fieri juſſit, ſubdens: *Ut ab omni contagione terreni pulveris exutus, aulam ſupernæ civitatis ingredi merear.* Ingentes facultates ſuas in eodem enumerans teſtameoto, prædictæ legavit Eccleſiæ, dicens: *Omnia hilari mente, promtaque voluntate offero Domino, ut in honore Salvatoris noſtri, venerationeque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Lauren-*

rentii &c. Silvius . . . Cænobium conſtruat. Mabill. & Bolland. in S. Rodulph. ad diem 21. Junii. Floruit uſque ad tempora Nicolai I. Pont. Max., & Caroli II. Imperatoris, *Calvi* nuncupati, anno *866*.

28. Abbas Centulenſis, beatus Angilbertus, in templo maximo, quod honori SS. Salvatoris eodem erexit ſæculo, peculiarem ædificavit cappellam in obſequium S. Laurentii, cujus in ara repoſuit, quam obtinuerat, reliquiam de craticula ejuſdem Martyris: morienſque, in relata corpus ejus conditum eſt Baſilica. *Bolland*. 18. *Febr*.

29. Glorificaverunt Martyrem hoc ævo lucubrationibus ſuis Ado, Viennenſis Antiſtes in Gallia, de quo fuſe in noſtri Sancti egimus actis, Uſuardus in Martyrol., Theophanes, ſeu Gregorius Cerameus, Tauromenitanus Epiſcopus in Sicilia, homiliarum libro in Feſtis per annum; Simeon Metaphraſtes in act. Sanctorum, quæ Græcis edidit; Amalarius, non Trevirenſis, ut aliqui putarunt, ſed diaconus Metenſis in lib. de Ord. Antiphon. ad Imperatorem Ludovicum Pium. Smaragdus Abbas S. Michaelis Diœceſis Virdunenſis in Divinis officiis; & in Legendario Sanctorum, Rabanus Maurus, Archiepiſcopus Moguntinus, in Martyrol. Et Haymo, Archiepiſcopus Halberſtandienſis, in homiliis pro anni Feſtis. Per idem tempus imitatione virtutum S. Laurentii reſplenduit ſanctus Andreas, natione Scotus, a S. Donato Fæſulano Antiſtite Archidiaconus illius Eccleſiæ creatus. De quo ajunt Bollandiſtæ ad 22. Auguſti: *Recepto Diaconatus pondere Sanctiſſimorum Stephani, & Laurentii veſtigia æmulari conabatur, eorumque factus imitator injunctum officium ſolicite peragebat, & ſine querela humiliter diſpenſabat*. Uode meruit, inſtar beati Laurentii, cæcos etiam illuminare. E Scotia cum S. Donato veniebat ad viſitanda Romanæ Urbis ſanctuaria, præſertim Petri, & Pauli, & S. Laurentii; ſed a Fæſulanis, defuncto illius civitatis Epiſcopo, electoque in iſtius locum Donato (quem orantem in cathedrali campanæ ultro ſonantes prodidere) ibi conſtitit. Inſignes item virgines Aurelia, & Neomiſia e locis ſanctis viſitatis, monitu Angeli peregrinatæ ſunt ad eadem SS. limina an.483., ægrotis, ac dæmoniacis per viam liberatis, multiſque Romæ virtutum ſignis glorioſæ: tandem redeuntes ex Urbe, ut Aſiam peterent, unde ortum habnerant; in Agarenorum manus incidentes, dira verbera paſſæ ob fidei confeſſionem; ſed divinitus liberatæ; ab Angelo de imminenti morte, quum prope Anagniam ſe reciperent, admonitæ, in *Domino* quieverunt *7*. ad Kalend. Octobris. Ingens claritas ſuper earum corpora, odore fragrantia, viſa eſt; cæleſteſque auditæ ſunt voces, campanæ ſponte ſonuerunt, quibus Anagnina civitas in earum eſt inflammata cultu. *In Martyrol. Romano & Ferrar. in Catal. die cit.*

30. Sæculo x. S. Fulcrannus, Epiſcopus Lodovenſis in Gallia, qui floruit anno 975., vivenſque multis claruit miraculis, noſtro inclyto Martyri ſacellum extruxit, in cujus honorem hæc in ſuo teſtamento ſcripta reliquit: *Ego in Chriſti nomine Fulcrannus, Dei gratia Epiſcopus &c. in amore Sancti Laurentii Martyris cuncto cum cœtu Martyrum, ut eorum piis interceſſionibus valeam conſcendere cælum, ad altare S. Sepulchri, & S. Laurentii .... dono villam, quam vocant* Lavarnam, *quatenus Matutinas ... & Miſſas & omne ſacrum myſterium, ac luminaria ipſis ſacris altaribus quotidie miniſtrent cum omni diligentià &c.* Ita Bolland. in appendice ad diem 13. Februarii.

31. Mirum, qua dilectione flagraverit erga ſanctiſſimum Levitam beatus Joannes, Abbas Gorſienſis, qui amore inſerviendi in Tulleoſi confinio Eccleſiæ ſob ejus titulo, ſe venerabili ac nobili Warnerio ſociavit. Referunt Bollandiani ad 27. Februarii ex Mabillonio, quod hic vir beatus frequentabat Martyris Eccleſiam in Villa *Fontaneto*, Tullenſi adjacente Civitati, ſicut eruitur ex mss. Jacobi Sirmundi S. I. num. 14. ubi legitur: *Eccleſiam S. Laurentii unico amore excoluit, & in myſterio Eccleſiaſtico, quantum religioſe potuit, exornavit*. Idem beatus Abbas narrare ſolitus erat, quod eodem loci ſacri ſuſcepir alendum uſque ad mortem presbyterum quendam ſenem, ita in ejuſdem Martyris amore ſerventem, ut orationibus nocte & die ibidem inſtaret; nec præter corporis neceſſitates alia ex cauſa pedem extra limen Eccleſiæ efferebar. Majorem noctis partem in pſalmis recitandis pertranſibat. Tum a dæmonibus tentatus, & aliquando etiam verberatus (nota Martyris permiſſionem ad ſui militis exercitium; ac diaboli æſtum contra ejus eximium cultorem) eos increpans, ajebat: *Abite vani, & ignavi, non mihi pſalmiculum ore ſubtrabite*. Plerumque ad ipſum converſus Martyrem, voce quærula confidenter clamitabat, dicens: *S. Laurenti, quid hic agis? Cur non me ab his veſanis defendis?* Ar didicit aliquando, quonam modo in ſpiritu protectus fuerit; eo nimirum experimento, quo etiam in corpore ab eodem adjutus eſt Martyre. In irruptione ſiquidem Normannorum per Galliæ Regnum comprehenſus, & longe a S. Laurentii Eccleſia abductus, prejectuſque in nimiæ altitudinis puteum, ne minimam quidem læſionem eſt paſſus. Propterea extractus ab hoſtibus, & in profundiorem iterum præcipitatus puteum, neque

Digitized by Google

neque tamen detrimenti aliquid perpeſſus eſt. Dumque perverſi homines eum gladiis transfodere cogitarent; uno illorun id facinus diſſuadente ob ejuſmodi viſa miracula, vivum, ultra progredientes, reliquerunt extra puteum. Venerabilis autem ſenex viam trium dierum faciens, ut ad Sancti Laurentii rediret Eccleſiam, nec ultra valens incedere, conſumtus viribus; ecce in ipſa via tres recentes reperit panes, quibus acceptis, ac refocillatus, alterum viæ dimidium, quotidiano haud deficiente alimento, iocunctanter abſolvit: ſicque incolumis ſuæ dilectæ ſe reſtituit Eccleſiæ. Quod vero ad beatum attinet Joannem, hujus prodigii relatorem, is ad Abbatiam Gorſienſem vocatus, ſedule curavit, ut Fontanerenſis S. Laurentii ædes coltu debito frequentaretur. Quocirca Eccleſiaſticos viros alios illuc perduxit, qui ſe libenter illius templi ſervitio impenderunt. *Mabill. tom. 7. in act. SS. ord. Bened.*

32. Scriptores hujus ſæculi, noſtrum Martyrem celebrantes, extitere Flodoardus, Abbas Rhemenſis, in Vitis ſanctorum metrice decantatis, Joannes, Abbas ſancti Arnulphi Merenſis, io vita S. Joannis Abbatis Gorſienſis, beatus Ænguſſius Keledans, Epiſcopus Hibernenſis, in ſuo Martyrologio, quod verſibus elaboravit, Remigius Antiſſidorenſis, monachus Sancti Germani. Conſule Magnoaldum Ziegelbaverum in Hiſt. rei litterariæ Ord. S. Benedicti, necnon Henricum Caniſium tom. 6. pro beato Nothero, S. Galli monacho, qui cognominatus eſt *Balbulus*, auctor Martyrologii ſuo eum condiſcipulo Hiabano. Seſe proclinarunt ad Martyris tumulum Romæ S. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus, & S. Bonifacius, *qui*, juxta Romanum Martyrolog. 19. Jun. *a Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium in Ruſſiam miſſus, cum per ignem tranſiſſet illæſus, Regemque ac populum baptizaſſet, a furente Regis fratre necatus, optatam martyrii coronam accepit*. Fuit cum veneratoribus iſtis Francus Vormatienſis Antiſtes, doctrina, & ſanctitate clarus, cui revelata cælitus mortis hora, dum Romæ conſiſteret, ad ſempiternam requiem evolavit. Hiſce uſus eſt ſociis Otho III., Romanorum Imperator, in luſtrandis urbis ſanctuariis; qui aliquando vel ignotus, cum laodato Vormatienſi Epiſcopo diſcalceatus, & opertus cilicio dies quatuordecim in carnis afflictatione conſumſit. *Sur. in actis SS.* v. Jun. Baron. in annal. 996. Sever. de 7. Eccl. pag. mihi 246. Refulſit in imitatione magni Levitæ S. Æthelvoldus Wintonienſis in Britania Præſul, de quo Mabillooius ad annum 984. ſcribit: *Miſericordia motus ſuper multitudinem famæ pereuntem, data omni pecunia, quam babebat, ſectatus imitabile exemplum Beati Laurentii Levitæ, & Martyris, qui theſauros, & facultates Eccleſiæ dedit pauperibus, ipſe Sanctus Wintonienſis Antiſtes tolli juſſit ornamenta quæque pretioſa, & argentea vaſa perplurima de theſauris Eccleſiæ, æque præcepit minutatim confringi, & in pecuniam redigi ad eorum ſublevandam inopiam.*

CAPUT V.

Sequitur præcedentis capitis Argumentum a ſæculo XI. *ad* XVII.

Merſeburgenſe ſanctiſſimi Levitæ ſanum, quod ex infidelium eremerat poteſtate S. Henricus Imperator, ſicut meminimus *Cap. de Eccleſ. Cathedr.*, ſpecialem ipſius Auguſti venerationem obtinuit. Illuc enim Cæſar devotiſſime conveniebat ad exercenda ſuæ pietatis & religionis opera. Dederat autem eidem Eccleſiæ ioter cetera dona calicem aureum, de quo legitur in ejus actis apud Bollandianos cap.4., quod die quadam, quum auguſtus Princeps perattente miſſam eodem in templo audiret (qua completa, juxta conſuetudinem ſuam, ablutionem ſacerdotalem calicis ſumere poſſet) gravi ſuperveniente Regni negotio, non valens ſuæ devotioni ſacere ſatis; commendavit Eccleſiæ miniſtro, ut calicem cum ablutione reſervaret, quoad uſque, urgenti expedita cauſa, rediret. Verum, negotiis excreſcentibus in curia, rem nequivit perficere. Ideo ſequenti mane regreſſus in templum, diutios flexis genibus profuſiſque lacrymis Deum exoravit; orationeque peracta, calicem, in cuſtodia reſervatum, ſibi afferri præcepit; quumque illi oblatus fuiſſet, eo diſcooperto, inventa eſt ablutio, miraculo converſa in ſanguinem. Quare ſtupore, ac ecſtaſi adſtantes omnes, qui viderunt prodigium, rapti, ſunt: quo Deus notum eis ſacere voluit, quam ſibi grata eſſet Henrici devotio erga ſacra myſteria, ejuſque frequens viſitatio Laurentiani templi; cujus ſacratiſſimi Martyris pius Imperator protectione gaudebat. Unde factum etiam intelligimus, quod ſcribit Surius in vita S. Bernuvardi, Epiſcopi Hildeshemienſis, 20. Novembris, nimirum quod Henricus ipſe Moguntiæ coronatus feſto die octavo Pentecoſtes, novus Rex Paderburnum adiens, *ibique Natale S. Laurentii celebrans*, Cunegundam ſponſam, benedictione ab Wellegiſo Antiſtite ſuſce-

ſcepta, regia corona voluit redimitam: cum qua virgine virgo in conjugio permanſit, Levitæ caſtiſſimi virginalem pudicitiam æmulatus. Migravit ad ſidera Chriſti anno 1024. poſt viceſimum ſecundum Imperii ſui; clarusque miraculis, ab Eugenio IV. Sanctorum faſtis adſcriptus eſt.

2. Eodem anno 1024. ad Dominum tranſiit ſancta Agatha Hildegardes, Comitiſſa Palatina Carinthiæ, quæ a fide ſui viri Comitis (quondam ad bellum profecti) ut deficeret, tentata, & ad inceſtum provocata ſuaſionibus illius fratris germani; renuens flagitium perpetrare; ab iſto per ſubornatam mulierculam apud maritum, e prælio reverſum, adulterii accuſata mendaciter fuit. Quare ipſius viri conjugis manu ex altæ arcis feneſtra cum Dorothea ejus ancilla in ſubjectam præruptam rupem præcipitata eſt; ſed miniſtrantibus Angelis, ambæ reſplendentes deportatæ fuere ad locum, *Steinam* appellatum, ultra fluvium Dravum uſque ad Eccleſiam, ibi exiſtentem, S. Laurentii Martyris; ut illic vitæ reliqnum Deo quiete ſerviendo peragerent. Vir autem ejus, Comes Palatinus, *Paulus* nomine, ut hæc vidit fieri, oculis protinus in delicti pœnam cælitus orbatus eſt. Quocirca ſpontaneam ſibi ſtatuit pœnitentiam peregrinandi, ſicque manuductus, perſeveravit peregrinus ad annos ſeptem, donec e vivis exceſſit. Mulier vero accuſatrix Agathæ, in ſaxum converſa eſt. Sancta demum Comitiſſa eo loci divinitus tranſvecta, nobile templum Martyri Patrono conſtruxit; ædificatiſque ſibi ædibus juxta Eccleſiam, ibi uſque ad obitum permanſit. In cujus morte auditæ ſunt pſallentium Angelorum voces; & locus, in quem præceps dejecta fuit, æſtivo etiam tempore roſis ac liliis ſponte naſcentibus e præruptis licet aridis ſaxis mirabiliter exornatur: quaſi eorum cepæ, ac plantæ humano cultu forent terræ fertili demandatæ. Fundavit & Hildegardes perpetuos cenſus pro eleemoſynis pauperibus diſtribuendis, virtutis Leviticæ imitatrix: in ejuſdemque Martyris templo corpus ejus ſepultum fuit. Ubi etiam evenit illud miraculum, quo conſecratæ panis & vini ſpecies in Sacramento altaris, converſæ ſunt in alteras veri Corporis, & Sanguinis Domini ſub ipſo Miſſæ ſacrificio. Hæc celebris Laurentiana baſilica amplis Pontificiis decorata diplomatis, a juriſdictione Ordinarii ſublata fuit, ſolique Patriarchæ Aquilejenſi ſubjecta. *Bolland. ad* v. *Febr.*

3. Duo in Gallia hoc ſæculo ſacella, commemoratione digna, cenſentur ob eorum ſanctitate claros fundatores, Martyris gloriam exaltantes. Unum a ſancto Burchardo, Vormatienſi Præſule (qui ſuam cathedralem a fundamentis reædificavit Eccleſiam) ampliſſimo Levitæ Martyri dicatum fuit. Quique moriens ad ejuſdem aram corpos ſuum humatum voluit, ut notant Maurini, ubi de Vormatienſi agunt Eccleſia. Obiit circa Chriſti annum 1025. die 20. Auguſti, nempe triduo poſt octavas S. Laur. Mart. Alterum in Divionenſi Abbatia, cujus templum miro fabricatum eſt opere a Carolo Calvo, Brunone, loci Epiſcopo, & beato Guillelmo, quibus & idem conſtructum ſacellum in honorem Martyris tribuendum videtur. Obiit Guillelmus anno 1031. pridie idus Aprilis, qui vivens in hoc ſæculo, ſanctum Odilonem e canonicali ſubſellio ad Cluniacenſium inſtitutum reduxit: qnique, juſtitia viodice, mortuum, in trabe pendentem, laqueo ſolvi juſſit ab inſpectoribus; humique ſtrato imperavit, ut ſurgeret, reſurgentem ad religionis admiſit habitum, ubi devote multos vixit annos.

4. Sancta Ida Gallobelgica, Comitiſſa *Boloniæ*, ſive Bononiæ, quæ caput eſt Comitatus, ad oſtium fere amnis *Lianæ* cum portu, & pharo, Eccleſiam Beatæ Virgini, ac S. Laurentio Martyri ædificavit, adhuc vivente Comite Provinciæ Bononienſis, viro ſuo; ut patet ex charta eorum, in qua legitur: *Ego Euſtachius & uxor mea Ida .... Altaria S. Mariæ, & S. Laurentii ab omni ſervitute libera eſſe oſtendimus &c.* Coram Bolland. ad 13. April. Diſtincta namque templa unius & alterius erant, primum, ideſt, S. M. V., flammis conſumtum; ſecundum ſatis vetuſtum, quæ anno 1070. in novum unum coierunt templum ipſius præſertim ſanctæ Idæ opera; quod conſecravit S. Lietbertus, Epiſcopus Cameracenſis, unitis utriuſque redditibus, ad ſuſtentationem Canonicorum Collegiatæ, quam ibidem conſtituit. Hæc Ida ex ſtirpe Caroli magni orta, & Euſtachio II. Bononienſi Comiti deſponſata, duos ex eo edidit perilluſtres filios, ideſt, Godefridum, & Balduinum, quorum primus expugnata Urbe Hieruſalem, e Saracenorum eripuit manibus loca ſancta, coronatus ibidem Rex: cui mortuo, alter in Regno ſucceſſit frater, *Balduinus* dictus: ſed his magis ipſa reſplenduit mater ſanctimoniæ virtute, ac pietate erga Deiparam Virginem, ſanctumque Martyrem Laurentium.

5. Beatus Willelmus Abbas XII. Hirſaugienſis in amplo, qood condidit, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli templo trans pontem Magalthæ, ona cum inſigni Monaſterio propter anguſtiam prioris, & ingentem Monachorum numerum, ſpeciale in Levitæ Martyris honorem erexit altare, cujus caritatis, humilitatis, ac præſertim liberalitatis in pauperes egregius imitator fuit, præter aſſiduam, quam tenuit; curam reformationis religioſorum circa obſervantiam Regulæ ſancti Benedicti uſque ad diem mortis ſuæ, quæ contigit nonis Julii 1091.,

vix

vix completis ſacris ædificiis, qoorum ſundamenta jecerat 1082. Ejus ſucceſſore Gebehardo ad Epiſcopalem Spirenſem cathedram vocato, electus ſuit Bruno Abbas XIV. vir eximiæ ſpiritus perfectionis, qui demum, ait Trithemius, anno 1120. ind.XIII. die 22. Maii ex hac mortali vita ad æternam tranſiens, ſepultus eſt ante altare S. Laurentii Martyris non ſine opinione ſanctitatis; quam cæcus ad ſepulcrum ejus, corpore reperto integro anno 1460., illuminatus declaravit. Erat patiter in anguſta veteri Eccleſia Hirſangienſi alrare alterum S.Laurentii, ante quod Sigonius Abbas VII. translatus fuit, qui Concilio generali Moguntino an.963. interſuerat Vide tom.V. Gall. Chriſt., ubi de Eccl. Spirenſi.

6. Audomaropolitani Canonici Territorii Tarvanenſis in Arteſia, quum novum in eorum Eccleſia erexiſſenr altare Sancto Laurentio anno Domini 1093., per eam urbem tum tranſeunte ſancto Anſelmo, Cantuarienſis Archiepiſcopo, cauſſa Guillelmi Regis Angliæ, jura Eccleſiæ iuvadentis; ur nimirum S. Antiſtes de hac re cum Pontifice Romæ ageret; canonici, inquam, beatum Archipræſulem invitarunt ad novum altare S. Martyris conſecrandum; quod & Anſelmus lubenter præſtitit. Novum, diximus, altare; nam cappella ejuſdem S. Laurentii ſuo cum veteri altari creditur, quod conſtructa ſuerit a S. Audomaro, qui ſundaverat illam Eccleſiam Abbatialem, ſancto Bertino traditam: quæ boc ſeculo XI. tranſietat in canonicalem, quum Sanctus Anſelmus illuc pervenit. Etenim licet Sanctus Audomarus, Morinenſis Epiſcopus, eam fundaverir circa dimidium ſæculi VII., certe nonniſi ſæculo XI. beatus Bernardus, *Pœnitens* vocatus, apud idem Monaſterium conſedit, dieſque ſuos clauſit an.1083. in illo igitur 10. ann. ſpatio, quod fluxit uſque 1093. dicere oportet, quod, ſublatis Monachis, Canonici eorum loco ſuffecti fuerint. Eadem & Eccleſia, creſcente urbe ex ruinis Tarvanæ, Epiſcopalem obtinuit ſedem anno 1549., ſedente Romæ Paulo IV. Pont. Max.. Sed ut ad Bernardum de Monte Peſſulano redeamus, de quo in actis Bollandi ad 19. Aprilis habemus, quod poſt dignos pœnitentiæ fructus editos, peractamque diuturnam peregrinationem ad Indos uſque, ſanctorum patrocinia nbique ſibi rogans; tandem rediens, quum pervenir ad Monaſterium Bertinianum, in quo ſacellum erat S. Laurentii Martyris, ibi ſe a fratribus in monachum aſſumi curavit; habituque obtento, eadem in Laurentiana cappella torum ſe orationi donabar; ut Joannes monachus Bertinianus, Bernardo coævus, teſtatur; donec vir pœnitens ad cælicas ſedes admiſſus, corpus terræ commendandum reliquit. Quod Monachi juxta præfatum Martyris altare, quo in oratione perſiſtere ſolitus fuerat, magna cum reverentia condiderunt. Idemque ſacer hiſtoricus attexit: *Quem ob multa, quæ evenerunt miracula tum in vita, quum ad tumbam ejus, Collegio Sanctorum aggregatum pietas credit Eccleſiaſtica*.

7. In Virdunenſi Monaſterio, quum ibi degeret S. Getvinus, priuſquam Abbas fieret Centulenſis, cappellam Sancti Lautentii erexit in clauſtro; hunc enim Martyrem ingenti proſequebatur devotionis affectu. In cujus honorem, factus eriam Abbas, ac ſe rransferens a Virduni cœnobio ad Centulenſe (in quo non dubitamus aliquam ejuſdem Martyris memoriam aur invenerit, aut excitaverit) recitabas quotannis ejus feſto die jejunus totum pſalterium Davidicum, uti ſolebat illud perſolvere in ſummis feſtivitatibus Natalis, & Reſurrectionis Domini, ac Pentecoſtes die. Deceſſir anno 1073. *Bolland. ad 3. Martii*.

8. Illuſtris Virgo eodem ſæculo beata Herluca, quum Divina inſpiratione de loco nativitatis ſuæ in alienas migratura eſſet terras, monita fuir a venerabili Willelmo, Abbate Monaſterii Hirſaugienſis, ut ſua in peregtinatione ibi demum moras incolatus firmaret, ac eligeret, ubi magis præ ceteris locis Divinam eſſec expertura dulcedinem: idque ſignum ſibi foret eo manendi, ſecundum voluntatis Dei beneplacitum. Quocirca duobus nobilibus ſibi adjunctis itineris ſui ſociis ac nutriciis, Rutberto, & Hadiwiga, peregrinari cepit, multamque poſt exantlatam viam, acceſſit tandem ad ripam lyci fluminis Germaniæ in locum Eptacum in Eccleſiam S. Laurentii, de qua loquuti ſumus c. IV. hujos libri num. 16. Illic nobilis Virgo talibus dulcedinis benedictionibus a Deo præventa eſt, ur ſine ulla prorſus ambiguitate intellexerir, eum eſſe locum manſionis ſuæ a Domino ſibi deſtinatum. Quare, ſociis ad propria reverti permiſſis, ipſa in propinquas ad Laurentianum templum ædes ſeſe recepir, quo vitam omnino Deo devotam ageret, adjuncta ſibi piæ converſationis ſocia ſemina honeſtiſſima, nomine *Douda*, ur ſcribit Paulus, Bernriedienſis presbyter, eidem a confeſſionibus adſiſtens virgini, ejuſque vitæ hiſtoricus. Qua in Eccleſia Orationibus, Miſſiſque audiendis intenta, necnon ſacramenta frequentans miris ſavoribus ac viſionibus Chriſti Domini, Deiparæ, S. Laurentii præſertim, ac etiam Wictperti Epiſcopi ad annos triginta ſex meruit recreari: Quemdmodum de Martyris Apparitionibus proprio dicemus loco lib. 3. de poſthuma ejus gloria. Perducta eſt ad perennem ſui Patroni ſocietatem XIV. Kal. Maji. *Bolland. ad 18. April.*

9. Prædicti ſæculi ſcriptores, Sancti Levitæ præconia reſonantes, fuiſſe, animadvertimus, Sanctum Brunonem Epiſcopum ſignienſem,

ſem, ejuſque coævum Gregorium Præſulem Tarracinenſem ſuis in ſermonibus de eodem; ſimiliter Sanctum Petrum Damiani, S. Burchardum, Antiſtitem Herbipolenſem, in æſtivalibus homiliis de Sanctis, S. Anſelmum Archiepiſcopum Cantuatienſem in libro LXXIV. precationum, oratione, quæ eſt ſexageſima. Sanctuarium extra urbis muros adoratores admiſit Sanctum Simeonem Armenum, S. Canutum Daniæ Regem, S. Gregorium VII., alioſque, dein Sanctorum catalogo a Romanis Pontificibus adſcriptos. Veruntamen turmatim tranſire non patimur S. Hugonem, Cluniacenſem Abbatem, promotorem eximium Laurentiani cultus, ut videbimus cap. de Miraculis lib. ſeqnenti, qui pluries ad limina noſtri Martyris venit: ejuſque virtutem tam alte in mente defixam tenebat, ut aliquando videns Hoderannum Abbatem Santonenſem, tabidos ſcreatus laceri oris leproſi hominis (nuper Euchariſtiæ Sacramento refecti, nec potentis illud deglutire) manibus excipientem, ac ore ſumentem, horrore nimio correptus, exclamaverit, dicens: *craticulam Laurentii hoc animi tormento eſſe meliorem*. Hæc fuſius apud Surium *Tom. II vit. Sanct. 29. Apr.* Minuſque communi citationi relinquendum exiſtimamus Sanctum Leonem IX., qui præter ejus ſepulcri venerationem, miſſaſque ibi celebratas, quum eſſet ſummus Pontifex, etiam antea creatus Epiſcopus Tullenſis, invitatus a ſuis Regiæ ſtirpis conſanguineis ad conſecrandum S. Laurentii templum, prope Sarburgum Diœceſis Argentoratenſis ædificatum cum ſeminarum Monaſterio, quod dicitur *Haſſenſe*; libenter, ac devote id muneris abſolvit. Evectuſque ad Vaticani ſolium, avitæ pietatis neutiquam oblitus, Bullam edidit in favorem ejuſdem pii operis, exponens antiquam Martyris protectionem ſuper nobilem illam patruelium ſuorum domum: *Tegit* (verba ſunt editæ Conſtitutionis) *enim ipſe Martyr Patrueles noſtros comites &c.... Et ut omnes noverint, quantum honorem huic loco ſemper optaverimus, juſtis precibus Dominæ Matbildis, & filii ejus Henrici nepotis noſtri, altare in ipſa Eccleſia dedicavimus*. In eademque præcipir bulla, ut relatæ dedicationis Eccleſiæ feſtum ab omnibus incolis loci fiat VII. Kal. Decembris. Confirmavitque ſplendidas propinquorum ſuorum donationes ipſi templo, ac cœnobio factas; cavens, ne quis infringere audeat ſuorum voluntatem & diſpoſitionem; vel ne quis bona conceſſa quoquo pacto alienare præſumat: contra facientes ſub Divino anathemate concludit, dicens: *Si quis aliter attentare præſumpſerit, ſive Imperator, ſive Rex, ſive Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, vel alter cujuſque ordinis, & conditionis &c.... in violatorem hujus præcepti Laurentius læſus, & iratus inſurgat &c.* Hæc ex Annalibus Benedictini Ordinis ad 1049. apud Mabill., & ex Gallia Chriſtiana in Epiſcopis Tullenſibus.

10. Sæculo XII. Venerabilis Tuiti Abbas Rupertus, quem alii *Beatum*, alii *Sanctum*, immo & nonnulli *Eccleſiæ Doctorem* appellant, cujus laudes brevi complectens Gielzebaver in Hiſtoria rei litterariæ Ord. S. Bened. part. I. cap. 5. ſæcul. 12., ſcribit „ S. Norbertus, Fun„ dator Ordinis Præmonſtratenſium, & Archie„ piſcopus Magdeburgenſis, diſcipulus Ruperti „ fuit in Monaſterio Sigebergenſi, quo Doctore „ tantum profecit, ut, accepta a Gelaſio II. „ poteſtate annuntiandi verbum Dei, Tancheli„ num hæreſiarcham perditiſſimum ſtrenue confutaverit„. Novimus Bellarminum, de ſcriptoribus Eccleſiaſticis agentem, notaſſe libros ejus erroris circa fidem Sacramenti altaris; verum Gerberonius in Apologia pro eodem Ruperto tam ſolide, ac efficaciter hunc ab illata vindicavit macula, ut Mabillonius in Annal. Bened. lib. 76. fateatur, dicens: *Actum agere viderer, ſi dedita opera hoc argumentum* (ſcilicet Defenſionis Ruperti) *tractare vellem*. Ceterum quicquid ſit, ſi aliqualiter duriuſcule, de hoc Fidei Myſterio locutus fuerit, circa omnimodam tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti ob aſſumtam ſimilitudinem candentis ferri; indubitatum eſt, eum illius temporis Theologorum fuiſſe Principem, incomparabili ſapientia cælitus præditum, ac tanto erga Martyrem amore flagraſſe, ut Abbas factus Monaſterii S. Mariæ Tuiti, Diœceſis Colonienſis, peculiare conſtruxerit ante Tuiti portam publicum Sancti Laurentii templum (ſicut ipſe teſtatur in libro aureo de incendio Tuitienſi cap. XXIII.) variis dotatum annuis redditibus. Quamque Martyr ſuperabundanter ejus amori reſponderit, videri poterit lib. ſeq. cap. de Apparitionibus. In Gallia Chriſtiana ſapientes Maurini Monachi, ubi de Eccl. Colon. *Beati* titulo eum donant: ipſius concludunt elogium, dicentes: *Miraculis poſt mortem coruſcaſſe, Tritbemius affirmat*, Tranſiit Rupertus ex humanis anno 1135. vide, quæ de ipſius ſervore in Martyris cultum notavimus lib. 1. de Glor. Poſthb. cap. 11. nu. 5.

11. In valle olim dicta *Abſyntbiali*, propter id genus plantas, ibi frequentes in territorio Lingonienſi; nec non ob latrones, qui ſæpe ſe abſcondere ſolebant eodem loci, prope albam fluvium, ſanctus Bernardus Abbas Clarævallenſis templum cum Monaſterio ædificans, tria erexit altaria in ipſa Eccleſia, primum ſanctiſſimæ Dei Genitrici, ſecundum beatiſſimo Martyri Laurentio, tertium ſancto Benedicto Abbati, in cujus regulæ rigoroſa obſervantia promovenda totus incubuit. Parvum quidem fanum ſuis in exordiis fuit; ſed valde Bernar-

Digitized by Google

di ſanctitate decoratum, locuſque Angelicis ſonoris vocibus, atque apparitionibus ſanctorum omnino celebris, præter Divioas eo miſſas ſuppetias in proviſionem puſilli tum gregis. Quo religioſorum ordine per orbem amplificato, juxta Numiois oraculum eidem Bernardo factum, Eccleſia illa poſt Deiparam Virginem Sanctum Laureotium Patronum agnoſcens, caput, & mater totius reformatæ Ciſtercenſium Congregationis effecta eſt. Quare hujuſmodi ædificio inter ſanctos ceteros digniſſimum Martyrem glorificavit reformator egregius, Beatus Claravallenſis Abbas. Quonam autem modo illi rependerit vices ſanctus Patronus, obſervabimus lib. 3. in cap. de Miraculis. *Annal. Ciſtercien. ad* 1115.

12. Et fortaſſe viſo hujuſmodi exemplo Bernardi apud Claramvallem in Martyris cultum, Eccleſia quoque Ciſtercii totius Ordiois Ciſtercienſis primatu gaudens, gloriata eſt erectione alterius ſacelli ſub titulo S. Laurentii, ſaltem quum poſt annos 40. a morte S. Bernardi, ad perfectum ſuis cum ſacellis adducta fuit. Inſignis plane molis templum, (nimirum longitudinis pedum 273., ſecluſa porticu) quod poſt multos ac multos laboris annos conſummatum fuit, vivente Beato Guidone, qni extitit XVI. Ciſtercii Abbas, ideſt, anoo 1193. Conſecratum eſt ſanctiſſimæ Virgini ac aliis Sanctis, quorum reliquiæ in eadem Eccleſia reconditæ fuere, inter quarum eminentiores recenſenda eſt illa de carbonibus S. Laurentii, cujus meminit nota ſacellorum, & altarium ejuſdem Ædis ſacræ, habens ſub lit. m. *Altare hoc conſecratum fuit in bonorem Sancti Laurentii Levitæ, & Martyris. In quo quidem altari babentur de carbonibus ejuſdem, item de ſudario S. Vincentii M., & dens S. Mauricii, & de reliquiis S. Quirini M., & aliorum*. Obſcurum nihilominus eſt apud Ciſtercii ſcriptores, num in ejus priori Eccleſia fuerit etiam Sancti noſtri ſacellum, quod potius in exemplum Bernardo fuerit ad ſuum etigendum in Claravalle. Certe Abbatia nuncupata *firmitatis*, quæ filia primogenita extitit Matris Ciſtercienſis, antequam eſſet S. Bernardus ad Religionis habitum admiſſus, nempe fundata ſalutis anno 1112., electo in ejus Abbatem beato Bertrando, erectum etiam in ſe habuit alterum S. Laurentii ſacellum, forſitao ad normam laudatæ Ciſtercii Matris, cui poſtmodum ſe conſormaverit & Bernardus in ædificatione ſuæ Claravallenſis Abbatiæ. Sed qualitercunque res ſe habuerit; illud firmiter tenemus, quod io omnibus his tribus excitatis cappellis ad Martyris gloriam, promotum deprehendimus ejus cultum ab eximiis commemoratis tribus SS. Viris, quorum memoria in benedictione eſt apud Ciſtercienſe Menologium: quantum ſatis ad noſtrum argomentum. Addit Manriqoez in Appendice: ad tom. 1. Annal. *Firmatenſi Eccleſiæ præfuiſſe dicitur Almerius, ſive Almericus de Pontaille, ex Abbate Sancti Stephani Divionenſi, Ciſtercii Monacbus, & Firmitatis Abbas. Qui obiiſſe dicitur* 14. *Kal. April., ſepultus ante aram S. Laurentii, in monumento gentilium, ubi ejus bodie imago ſpectatur, quaſi ad S. Laurentium preces fundens*. Dies is ſuos clauſit vel ante, vel poſt VII. Abbatem Firmatenſem, *Nicolaum* nomioe, circa finem ſæculi XII. aut initium XIII. Qui Nicolaus ſecuodam præſcripſit regulam Equeſtri Ordini *de Calatrava* anno 1199.

13. Tempore Emmanuelis Comneni Imperatoris Orientis, qui regnavit anno 1143. ad 1180. Leo Epiſcopus, cognomine *Bembus*, magis virtutibus quam natalibus clarus, aliquando in ſervitutem incidens barbarorum, inde fuga dilapſus, ignotuſque in Venetam appulit patriam, atque in Sancti Laurentii templum Monaſterii nobilium ſeminarum venit. Quo loci ſub auſpiciis beatiſſimi Martiris Dei ſervitio ſe mancipavit, qualitatem ſibi vindicans oblati converſi Ordinis S. Benedicti, cujus ordinis Sacerdotibus, ſacra ibi adminiſtrantibus, humiliter ioſerviebat: in adnexo illi Eccleſiæ horto caſula ſibi deſignata erat. Ad iſtius autem S. viri mortem Campanæ S. Laurentii extemporalem ſponte ſonitum ediderunt. Quare moniales diligenter inveſtigantes per omnes monaſterii angulos, qua manu, vel cauſſa fieri potuit tinnitus hujuſmodi; deprehenderunt tandem in horti caſula adductum Eccleſiæ ſervum hominem mortuum, converſi ſpeciem præferentem, manuque tenentem ſchedam, quam dimittere nulli voluit, donec Abbatiſſa ſuperveniens, illi præcepit ad meritum ſalutaris obedientiæ, ut chartam redderet; in qua, dimiſſa, hæc ſolum verba ſcripta erant: *Frater Leo*. Unde a concivibus agnitus eſt: Fuit ejus corpus in Eccleſiæ porticu tumulatum; ſed annorum circiter ſexaginta decurſu memoria ejus pene deleta, tot deinceps miraculis beatus ille clareſcere cepit, ut ſuper humilem ejus ſepulturam ſtellarum etiam corona radiare viſa ſit. Quocirca ſacrum illius corpus anno 1207. incorruptum repertum, in ioteriora Laurentiani templi tranſlatum, honore debito ceteris Sanctorom corporibus, in ea magnifica quieſcentibus Baſilica adſociatum fuit.

14. Sacra hæc Martyris Ædes, Venetiis exiſteos, quæ dicitur *de Rivoalto*, ab Urſi Venetiarum Antiſtitis genitoribus erecta olim fuerat, ea ſanguinis claritate fulgentibus, ut iſtius Epiſcopi Avus, nomine *Angelus Participatius*, ſive *Bodoarius*, Dux fuerit Venetiarum anno Chriſti 809. Cui poſt mortem in Ducatu ſuffectus eſt ejus filius Juſtinianus anno 828., qui brevi obiit anno ſequente 829., eique ſubroga-

tus

tus eſt frater ipſius Joannes, Urſi Pater. Ab hac ergo adeo illuſtri familia Bodoariorum, quæ ſeptem ſucceſſive Venetiarum Duces habuit nobiliſſimum Martyris templum exordia ſumſit, & incrementa, ut non immerito inter regalia connumerari puſſit. Cui Urſus priuſquam moreretur illuſtrium virginum adjecit Parthenium, conſtituta ibidem propria ſorore, nomine *Romana*, in primam Monaſterii Abbatiſſam. Vixit Epiſcopus in ſua Sede ab an. 821. ad 853., ejuſque Sacerdotii diebus translatum ſuit ab Alexandria Venerias corpus S. Marci Evangeliſtæ. Poſt ſeptem ſæcula ejuſdem monaſterii Baſilica reædificata eſt in ampliorem a fundamentis formam: quam Franciſcus S. R. E. Cardinalis Vendramenus, Dalmatiæ primas, & Venetjarum Patriarcha, conſecravit xv. Kal. Febr. anno 1617. reædificationis enim opus actum ſuit anno 1590. Ara templi maxima ſtructuræ elegantia, ornamentorumque divitiis in tota Venetiarum urbe primum obtinet locum. Tabernaculum habet auguſtum, quod lapidum pretio, formæque pulchritudine ſplendidiſſimo altari neutiquam cedit. Servat Eccleſia ſpinas duas coronæ Dominicæ, ac ſanctiſſimæ Dei Parentis calanricam. *Ex Theſaur. antiquit. Ital. Grævii tom.* v. *part.* 2. *& Sanſovino ac Martenione*. Magnis gaudet exemtionibus & privilegiis Pontificum Romanorum, ut ex eorum liquet Conſtitutionibus, nempe Honorii III. 1521. Innoc. IV. 1250. Alexandri IV. 1257. Clementis item IV. 1267. queis acceſſit alrera Bonifacii VIII. 23. Julii 1295., qua Chriſti fidelibus ſtipendia conceduntur ſpiritualia viſitantibus idem Templum, ut Martyris memoria, & ſollemnitas celebrior habeatur die x. Auguſti, & per octavas ſequentes. Guido Cardinalis S. Cæciliæ, Apoſtolicus Legatus, ſanctuarium illud venerantibus qualibet totius anni quarta feria in perpetuum quadraginta dierum indulgentiam indulſit die vi. Aprilis 1348., quod eſt intelligendum, præter decretum indulgentiarum, templis omnibus S. Laurentii in univerſo mundo conceſſarum, editum ab Alexandro II. Pont. Max., ſicut alibi notavimus. Qui copioſora de hoc templo ſcire deſiderat, conſulat Flaminium Cornelium Senatorem Venetum decade 13. poſterioris partis. Obiter enim hæc dicta voluimos, tamquam ſpecialis mentione digna, licet non pertineanr ad Sanctorum acta ſuper Martyris cultum, ſed occaſione geſtorum beati Leonis *Bembi* Pont. & Conſ., reſultantium in Martyris honorem: quamquam aliter Templum iſtud reduci optime queat, ut ſupra dimus, ad caput Regalium Eccleſiarum a ſupremis Principibus erectarum.

15. S. Hildegundis, Lidtbergenſis Comitiſſa, Eccleſiam, & Monaſterium Præmonſtratenſis Ordinis fundavit in honorem ejuſdem noſtri excelſi Martyris non procul a mari, ſeu magno lacu illius Comitatus. Fanum campinariam turrim habet ad imitationem alterius, quæ apud extramuranum eſt Romæ Templum, ut ſcriptores referunt. Hujus conſtruendæ ſabricæ occaſionem Hildegundi dedit ejus malus filius Theodoricus, qui militiæ vacaos in Italia, ejuſdem immortalis nominis Sancti Templum Romæ incendit, ob quod perpetratum facinus, & ſi dolens, in ipſa Urbe ſubitanea morte a Deo punitus fuit, Sanctum Laurentium ſuo pro ſcelere irarum habens. Propter ſanguinis tamen ſplendorem Romæ valde honorifice ſepultus fuit. Nihilo ſecius ſancta ejus Mater in ſua ditione irreverentiam ſanctiſſimo illatam Martyri ab iniquo filio compenſare ſtuduit erectione novæ magnificæ fabricæ ſub eodem titulo anno Domini 1168., ut ſic Martyr erratum donaret filio, in purgatorii forſan pœnis detento; quod facti pœnitens ex hoc mundo diſceſſerit. *Bolland. ad* vi. *Febr.*

16. In Hirpinis ulterioris principatus apud Nuſcum ſancto Laureotio ædificavit Eccleſiam beatus Amatus, Nuſcanus Epiſcopus an. 1171., quam quum ſollemniter conſecrare cepiſſet, in ſacra eadem actione duo præſtitit miracula; unum, quo ſibi præſentatam mulierem paralyticam repente ſanavit; alterum, quo liberam reddidit a Diabolo obſeſſam feminam Acerenſem: multiſque aliis vivens, & poſt obitum clarus prodigiis, a civibus declaratus eſt urbis Patronus, cui & cathedralem Eccleſiam Succeſſor in Epiſcopatu communi populi exultatione dedicavit. *Ferrar. in Catal.* xxxi. *Auguſt.* Quo die pariter de illo agunt Bollandiſtæ, quanquam beata mors ejus inciderit 15. Kal. Junii ætatis ſuæ anno 89. Domini vero 1193. Eodem anuo, quo idem Amatus noſtro Martyri Eccleſiam ſacram fecit, Sanctus Ubaldus, Eugubinus Antiſtes, celebrata in ſua civitate Paſchali Miſſa in cathedrali templo; inde ſecedens apud Eccleſiam S. Laurentii, quæ in regione dictæ urbis, nuncupata *Sancti Matthei* exiſtebat, ſeſe recepit; ut felici ſe componeret appropinquanti æternitati; quam adiit poſt dies quadraginta. *Bolland. ad* 16. *Maii* Optimus Paſtor gregem vel facto docuit, quam bonum ſit fideli homini ſub Laurentii patrociniis ſeſe ad mortem comparare, ut & multi alii Sanctorum egere.

17. Martyris laudationes perfecerunt hoc ſæculo S. Bernardus Clarævallenſis Abbas Comment. in Cant., Petrus Bleſenſis, Archidiaconus Bathonienſis Serm. 32. tom. 24. Bibliothecæ veter. Patr. ſuper illud Levirici libri cap. 2. ℣. 7. *ſin autem de Craticula fuerit Sacrificium &c.* Petrus Diaconus Caſſinenſis Serm. de S. Laur., qui incipit: *Divini Muneris ſacratiſſimum*

bodie,

hodie, cujus anecdotum in fine præſentis operis dabimus. Petrus Cellenſis lib. ſerm. de feſt. ſanct. dein. Epiſcopus Carnotenſis. Ven. Hildebertus Cluniacenſis, Epiſcopus Cœnomanenſis, poſtea Turonenſis 2. part. ſerm. de Sanctis. Meminit & Arnulphus Epiſcopus Luxovienſis in ſermone, quem habuit ad Patres Concilii Turonenſis anno 1163. Rogerius monachus Fuldenſis in ingentibus de vitis Sanctorum voluminibus &c. Humi ad ſepulcrum Martyris ſe Romæ ſtraverunt Sancti permulti, ac præſertim S. Famianus ex Colonia Agrippina, qui multis exantlatis itineribus ad ſancta Orientis, & occidentis loca, poſt annos 25. eremiticæ vitæ in pane & aqua tranſactos, Cluniacenſibus Monachis, ut alibi diximus, ſe adjunxit in monaſterio S. Laurentii Gallæciano; ibidemque regulam profeſſus; ut Bollandiſtæ ſcribunt: *Ædiculæ Sancti Laurentii addictus eſt ad ripas Mynii fluminis*. Die tandem præcedenti ad pervigilium ſacratiſſimi Martyris 8. Auguſti apud Galleſium in Faliſcis, ſua prænuntiata morte, migravit in cælum, experturus triumphalia imminentis Laurentianæ ſollemnitatis gaudia in cæleſtibus; de cujus protectione in terris lætatus fuerat. De arido is quondam ſilice virga percuſſo, Moyſis inſtar, aquam eduxit uſque hodie manantem, ægris omnibus ſalutarem: ab Hadriano IV. SS. faſtis adſcriptus. Noſtri quoque Martyris Romæ Confeſſionem inviſit laudatus ſupra S. Bernardus Abbas. Item Guillelmus Aquitaniæ dux, ejuſdem Bernardi opera converſus ad Deum, cinctus catenis tribus, ac pœnitentis indutus habitu, inter ſacra urbis limina ſummo ſpiritus fervore illam beatiſſimi Levitæ Patriarchalem revereri non omiſit, anno 1157. ſub Eugenii Papæ III. Pontificatu. Ad ſectandam denique Apoſtolicam pauperratem ſanctus Norbertus, Præmonſtratenſis ordinis Fundator egregius, non ſibi ſolum, ſed & ſuis fratribus Sanctum Laurentium proponebat exemplum, quod omnes imitarent. Idemque beatus tum Abbas poſt primam ſui ordinis erectam ſacram Ædem in loco, qui præmonſtratus dicitur, in honorem ſanctiſſimæ Dei Genitricis ſuo cum cœnobio; excolendam a ſuis fratribus ſuſcepit per ſe quoque alteram S. Laurentii, quæ etiam *S. Martini* nuncupatur. *Ex Bolland. ad* VI. *Jun. Et ex lib.*, cui titulus *Bibliotb. Præmonſtrat*: ut alibi ſupra in Eccl. Abb. adnotavimus.

18. Sæculo XIII. illuſtratorem ſuæ gloriæ Martyr excelſus habuit magnum illud Eccleſiæ ſidus, Seraphicum Patrem beatum Franciſcum, Minoritici Ordinis auctorem inclytum, qui & amavit Levitarum numero aggregari, Martyri aſſimilatus in ordinis charactere, qui poſtea, ſuſceptis cælitus ſacris ſtigmatibus, viva Chriſti Crucifixi evaſit imago. Is apud Privernum Sancti Laurentii Martyris oblatam ſibi Eccleſiam lubentiſſime acceptavit, cænobium ibi ſuorum erigens Fratrum; quibus miniſtris niteſceret ſanctiſſimi Levitæ cultus; eoque loci Martyris amore fervens, unum ex ſuis ſociis reliquit, beatum nempe Leonardum de Fulcinio, qui ad mortem uſque illi Eccleſiæ deſerviens, ſancto illic demum fine quievit. Splendorem huic Laurentiano addidit Templo, currente adhuc eodem ſæculo, ſanctus Eccleſiæ Doctor Seraphicus Bonaventura, ſuo videlicet incolatu apud relatum cœnobium, in quo lector conſtitutus, effudit flumina ſapientiæ ſuæ: cujus & flammas amoris erga ſanctum Levitam ſatis produnt ea, quæ de tanto Martyre pluribus in locis ſcripſit. In cornu dextero aræ maximæ commemorati templi monumentum extat majuſculis characteribus, hæc præferens verba: *Sanctus Bonaventura Ordinis Minorum S. R. E. Card. & Doctor, ac hujus Conventus Lector.* Lege Theulium in Opuſculo Romanæ Provinciæ Minorum Conventualium, de Campaniæ cuſtodia tractantem. Alteram Sanctus Patriarcha Franciſcus per Pilei oppidum tranſiens Sancti noſtri Eccleſiam per ſuos fratres curandam admiſit; de qua ſermo recurret ſub ſequenti ſæculo; quum de beati Andreæ geſtis circa Martyris cultum erit agendum. Tertiam enumeratis adjicimus, nempe Tarracinenſem, penes quam ſimiliter beatus Pater Conventum extruxit, ac beatus ejuſdem ordinis Donatus in meliorem redegit formam. Quanquam enim hodie templum nuncupatum eat ſub titulo etiam S. Franciſci, priori Eccleſia demolita; hæc tamen temporibus Seraphici Patris uſque ad poſterioris erectionem, non dubitamus, extiterit ſub ſanctiſſimæ Dei Genitricis ab Angelo annuntiatæ, ac S. Laurentii Martyris invocatione. Non enim alia ex cauſa fieri potuit, ut Nicolaus IV. Pont. Max. in ſua conſtitutione, qua indulgentias conceſſit omnibus Chriſti fidelibus prædictam Eccleſiam viſitantibus in feſtivitatibus Sanctorum ejuſdem Ordinis, largitus fuerit etiam ſpiritalia hæc ſtipendia pro ſollemnitate Annunciationis Sanctæ Virginis, ac S. Laurentii, & per ejus octavas ſequentes. Unde perſuaſum habemus in ipſius Martyris tutelam, eum fuiſſe, ac eſſe locum ad præſentem uſque diem, nec illius deficere poteſt, aut debet ibidem cultus, indultis Pontificiis in perpetuum decoratus: quanquam titulus etiam ſancti Fundatoris progreſſu dierum acceſſerit eidem Ædi ſacræ. Apud hanc, olim omnino Laurentianam Eccleſiam, ideſt, in exordiis ſæculi XIV., regale palatium erexit, Tarracinæ immorans, Robertus Neapolis Rex, ut ſcribit cit. Theulius, duplici reor ex cauſſa, nimirum

& quia

Digitized by Google

& quia imbutus Patris Caroli devotione erga S. Laurentium, ſicut vidimus cap. de Regalibus Baſilicis; & quia ut Neapoli, ſic Tarracinæ Minores Fratres ejuſdem Martyris templis eſſent addicti; e quorum Religione fuerat Germanus ejus frater S. Ludovicos Epiſcopus Toloſanus: qui jura eidem Roberto ceſſerat Regni, beatiſſimi Archilevitæ amore ſimiliter reſulgens: uti oſtendimus cit. cap.III. num.16.

19. Beatus Andreas de Hyſpello, S. Patris Franciſci ſocius, ac primus Ordinis Minorum Sacerdos, cultui ſtudens Hyſpellenſis Parœcialis Eccleſiæ, Laurentio ſacræ, tranſeonte per idem loci Gregorio IX. anno 1228., hunc enixe cum beato Moricho Morichellio ejuſdem Ordinis deprecatus eſt, ut commemoratum Sancti Laurentii parochiale fanum conſecraret, Votiſque illorum ſummus Pontifex annuens, ritu ſollemni eam Baſilicam ſacravit die 24. Maii, adſiſtentibus S. R. E. Cardinalibus Rainerio Tit. S. M. in Coſmedin, Rainaldo Tit. S. Euſtachii, ac Sinibaldo Tit. S. Marci, nec non Epiſcopis Spoletano, Aſſiſienſi, ac Fulcinate; perpetua conceſſa illic indulgentia fidelibus, eam viſitantibus prædicta die, nec non duabus ſubſequentibus. Obiter heic adnotamus, Hyſpellates habere inter præcipuos loci patronos ſanctum Archilevitam, quod eidem acceptam retulerint liberatam patriam ab Henrici IV. Imperatoris obſidione ſub die Auguſti x. anno 1120. Unde illi hoc excitarunt templum; inſigni poſtmodum Canonicorum ſæcularium collegio, ac dignitate Prioratus honeſtatum, multiſque privilegiis, & indulgentiis diſtinctum ſub Romanis Pontificibus Alexandro III. Martino IV. & Julio II. Quodque ſua præſentia & Miſſarum celebratione condecorarunt Sixtus IV., & Paulus III., pretioſis loco ſancto donis oblatis cum ſpiritualibus tum etiam temporalibus: quorum omnium diplomata & documenta in illius Eccleſiæ tabulario aſſervantur, ut nobis ſcripto retulit Galeatius, illius Eccleſiæ Canonicus.

20. Beatus Gerardus de Villa magna, prope Florentiam, Tertii Ordinis ejuſdem Seraphici Patris, ſolitariam eodem ſæculo vitam agens, frequentare ſolebat Eccleſiam noſtri Martyris. Ponitqoe teſtimonium de hac re Bartholomæus a Quercu illius templi Parochus, Gerardi coævus. Domus hæc ſacra, in quodam pago, qui dicitur *Viccbius*, poſita, diſtans erat a loco habitationis Gerardi millaria duo Florentiam verſus; quam ſæpe calcabat viam homo Dei, magno æſtuans erga Martyrem pietatis ardore, donec prophetiæ ſpiritu, ac miraculorum gloria clarus, migravit ad Dominum anno 1246. *Bolland. ad* 13. *Maji*.

21. Admiſſus ad novæ tom Minoriticæ Religionis habitum Theobaldus, & aliquando in Hortenſi Conventu de familia collocatus; qood cœnobium extra urbem Hortam fundatum erat, adnexam habens Sancti Laurentii Eccleſiam; ibi Deo famulatus eſt uſque ad mortem ſub Laurentiana protectione; dulce, ſibique proſiguum ſentiens in obſequiis tanti Martyris commorari. Cujus apod Deum interceſſionibus tantum profecit, quantum ejus ſanctitas ſignis pluribus, ac virtutibus declaravit. Horum prodigiorum unnm & alterum non reticebimus. Miſſus quondam a ſuperiore Hortenſis Conventus io urbem nonnihil negotii expediendi cauſſa, omni, qua fieri poſſet, celeritate; quum interlueret in via Tiberis flumen; neque ulla eſſet cymba, qua ex uoa in ripam alteram transvehi poſſet; Dei ſervus obedientiæ memor, periculi immemor, elevata paulliſper tunica, ambulare cepit ſuper aquas, clamantibus, mirantibuſque omnibus, qui ad illud aderant ſpectaculum, ſicque trajecit amnem, vix pedibus ad poplitem aqua madefactis. Vice altera etiam miſſus pro impetrandis eleemoſynæ titulo piſcibus in alimoniam fratrum ſuorum, quum a piſcatoribus nil obtinere potuiſſet, manum immerſit flumini ſemel, & iterum; duoſque ſic piſces extraxit, quantum ſatis eſſent ad eorundem fratrum indigentiam ſublevandam. His, aliiſque miraculis illuſtris, obiit in oſculo Domini: ſepultus in Sancti Laurentii templo; Et quanquam, multis deinde tranſactis annis, ordinis ſui fratres, neceſſitate compulſi, eandem Eccleſiam & cœnobium reliquerint, ac intra muros urbis ſe recipere coacti fuerint, datum neutiquam deſuper eis eſt, beati Theobaldi corpus a Sancti Laurentii templo (quod vivens frequentaverat, & dilexerat) transferre in poſteriorem, quam hodie tenent, Eccleſiam. *Wadingus Fonſecæ ſtudio illuſtratus ad annum Chriſti* 1210., *& Theulius citatus ſuper. Opuſc.*

22. Poſt ſanctos quinti ſæculi Patres, in Eccleſia Dei celeberrimos, qui Levitam magnum ſuis laudibus exornarunt, ſemel demtis Gregorio magno ac Beda, qui ſexto, & ſeptimo floruerunt ſæculo, decimumtertium, de quo agimus, magna illa duo edidit luminaria, beatos ſcilicet Eccleſiæ doctores Thomam Aquinatem, & Bonaventuram Balneoregienſem. Ambo qui peculiares habuerunt ſermones de Martyre. Alterum edidit Thaumaturgus Aotonius Patavinus ſuper pſal. 16., eſtque ordine XXIV. editionis Azoguidianæ anno 1757. Duos beatus Albertus magnus Ratiſponenſis Antiſtes. Binum ſcripſit Ionocentius III. Pont. Max. Item Joannes Card. Algrinus Epiſcopus Sabinenſis lib. a. ſerm. de Sanctis, Guido de Caſtris, S. Dionyſii Abbas in ſanctilogio, quod eſt opus gloſſatum

de

de vitis ſanctorum per anni circulum, Adelbertus monachus Fuldenſis in Legeodis SS., & alii. Mauſoleum ejus humillimis obſequiis venerati ſunt ſimul perilluſtres fundatores religioſorum Ordinum Fratrum Prædicatorum, & Minorum, ſancti videlicet Dominicus, & Franciſcus, ſedente Romæ Honorio PP. III. Utrique tamen viri Dei propter adventum Petri Antiſſiodorenſis ſua cum uxore Jolante, quem Pontifex in ſancti Laurentii Baſilica extra muros una cum Regina conjuge Imperiali orientis corona donavit; nec non propter expeditionem promovendam pro recuperatione Terræ ſanctæ, ut advertit Malvenda in Annal. Ord. Prædic. ad 1216. tot curis gravibus eodem diſtento Pontifice, nonnullam, ut exaudirentur, pro confirmatione ſuarum regularum paſſi ſunt moram uſque ad menſem Novembris ejuſdem anni. Præterea ſeſe inclinarunt humi genibus provoluti ad idem tumulum ſancti Thomas, & Bonaventura paullo ſupra commemorati, & alii.

23. Deinque noſter Martyr excellus ſui ſpecialem imitatorem habuit ſanctum Petrum Nolaſcum dilectione pauperum, ſub immani Saracenorum jugo degentium; quos Petrus videns, juxta Bollandiſtas ad 29. Januar., illa ejuſdem ſancti Levitæ, oſtendentis Tyranno egenos, verba uſurpare ſolitus erat: *Ecce theſauri æterni, qui numquam deficiunt*. Dictanteque in ſomnis beatiſſima Dei Matre modum eos redimendi per inſtitutionem Religioſi Ordinis, cui cura eſſet redemtionis eorum; feſto die S. Laurentii hoc cordis ſui deſiderium ſanctum impletum vidit ea illuſtri ſollemnitate, quam Ciſtercienſes Annales referunt ad annum 1218. ſequentibus verbis. „ Die S. Laurentii decima Auguſti ſereniſſimus Rex (nempe Jacobus I. Aragoniæ Princeps) in honorem tantæ ſollemnitatis manto, colobio, pomo, & corona aurea in capite ſuo, & omnibus regalibus indumentis exornatus, ſuo nobiliſſimo apparuit comitatu, medius inter ſuæ viſionis ſocios Confeſſarium a dextris, & Petrum Nolaſcum a ſiniſtris, innumeris civibus & advenis confluentibus. Berengarius autem Barcinonenſis Epiſcopus, Pontificalibus indutus, cum Clero in Eccleſiæ cathedralis foribus Regem cum ſociis excepit, præcinenſque *Te Deum laudamus* in adventu Regis, cum Cleri ſupplicatione idem Epiſcopus Pontificalem Miſſam ſollemniter cantavit. Poſt Evangelium Raimundus aſcendens ſuggeſtum, concionem ad populum habuit, enarrans Divinam revelationem, & novam commendans ordinis inſtitutionem pro redimendis captivis &c. „ Et num. 9. adduot. Hac eadem die S. Laurentii Rex domum regiam petens, peracto jam ab Epiſcopo ſacrificio Miſſæ ſollemnis, introduxit in eandem domum ſuam novum puſillum gregem, tanquam filios & familiam ſuam. Et ex illa hora regale dictum palatium donatione Regis Fratres S. Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum inhabitare cœperunt, ac uſque in hodiernum diem illud pacifice poſſident.

24. Sæculi xiv. anno ſecundo evolavit ad aſtra beatus Andreas de Comitibus Signiæ, pronepos Innocentii Papæ III., & ex Alexandri IV. fratre nepos, Ordinis Minorum; qui a Bonifacio VIII. S.R.E. Card. creatus, nullo pacto adduci potuit, ut delatum rubrum acciperet galerum; ſed potius eam, quam elegerat S. Laurenti Eccleſiam excolendam apud oppidum, dictum *Pileum* uſque ad vitæ ſuæ terminum conſtantiſſime duxit: magis gaudens agere dies ſub umbra manus ejuſdem Martyris Protectoris in electa ſibi ſolitudine; quam labili temporalium dignitatum, umbraculo tegi. Ibi ergo in magna primævi Ordinis auſteritate vivens, miraculorum gloria celebris, præſertim in ejiciendis ab obſeſſis corporibus immundis ſpiritibus, plenus meritis, ſupremum vitæ ſuæ diem, qui fuit Kalendis Februarii, felici morte concluſit. Cujus corpus in eadem S. Laurentii Eccleſia tumulatum ad hæc uſque tempora cernitur, ſignis plurimis glorioſum. Innocentius XIII. ex eadem Comitum Signiæ familia, electus Pontifex anno 1721., exagitata immemorabilis cultus ejus cauſa, tandemque illo approbato, in beatorum numero venerabilem virum recognovit. *Chron. Ord. Min.*

25. Anno tertio ejuſdem ſæculi migravit ad Chriſtum beatus Roſtagnus Archiepiſcopus Arelatenſis in Gallia, celebrato nempe prius, a ſe indicto, provinciali Epiſcoporum Concilio. Multis Sanctitatis notis Præſul iſte conſpicuus, infirmatus ad mortem, ſui corporis ſepulturam elegit in ſacello S. Laurentii, quo exornatur baſilica S. Trophimi, primi Arelatenſis Epiſcopi, Sanctique Pauli Apoſtoli diſcipuli. Licet autem præfata Eccleſia erecta fuerit a S. Virgilio, Epiſcopo ſimiliter Arelatenſi quinto ſæculo; obſcurum eſt tamen, utrum ab hoc ſancto Præſule fundatore ſimul cum ipſa Eccleſia laudatum ſacellum noſtro Martyri erectum fuerit; an vero noviter ab eodem beato Roſtagno diebus Sacerdotii ſui fundatum ſit. Qualitercunque res evenerit enumeratis ex modis, opus a viris ſanctis conſtructum intelligimus in beati Martyris honorem: Propterea dignum, quod reponatur inter ſanctorum monumenta, Levitæ inclyti gloriam indicantia: vel ſecundum mentem noſtram ſatis etiam eſt, quod iſtius beati viri æſtimatione delectum fuerit ad ſacri ſui corporis beatam requiem. Obiit venerabilis Antiſtes Roſtagnus x. ad Kal. Auguſti, anno quo ſupra

ſupra &c. *Tom. prim. Gall. Chriſt. in Eccl. Arelat.*

26. Tarentinum inſigne Sancti noſtri templum, & cœnobium in Provincia, ſeu Terra Hydruntina Neapolitani Regni, ut fertur, a Principe, & civibus Sancto Aſſiſienſi Patriarchæ, reduci e Siria (poſt mira, coram Sultano patrata facinora) oblatum; receptumque ab eodem beato Fundatore, per ſuorum Fratrum miniſterium excolendum, reſplenduit peculiariter hoc ſæculo beati Landi, provincialis tum Miniſtri Provinciæ S. Nicolai, virtutibus: qui quum Laurentianam illam Eccleſiam condecorare multiformiter ſtuduiſſet; in Domioo plenus meritis obdormivit anno 1360. appellatus a Wadingo *vir miraculoſus*.

27. Præcipui hujus ſæcnli ſcriptores ad S. Laurentii gloriam fuere Ven. Joannes Duns Scotus, juxta Bellarminum de ſcript. Eccleſiaſt. ejus citantem opus *ſermonum de tempore*, & *de Sanctis*. Item Nicolaus Lyranus in homiliis pro feſtis Sanctorum; Simeon Metaphraſtes in vitis Sanctorum; Petrus de Palnde io libello ſuper legendas Sanctorum; Jordaous de Saxonia ferm. de Sanct., & alii. Inviſere ſepulcrum Sacratiſſimi Martyris Sancti Rochus, & Conradus, ambo Tertii Ordinis S. Franciſci: necnon ſanctæ mulieres Birgitta, & Catharina Sveciæ, Regum ſanguine claræ, clariores autem ſanctitate, ac B. Levitæ cultu. Carolus IV., Romanorum Imperator, Romam veniens ad ſuſcipiendam Imperii coronam, peregrini habitu Laurentianum tumulum eſt veneratus: ibi præſentavit aureum calicem cum anſa, miraculo fracta, de quo in cap. de Miraculis dicemus, ibique habitare delegit apud adnexum Monaſterium omni tempore, quo Romæ commoratus eſt. Vid. Severanum de vII. Urbis Eccleſiis pag. mihi 199.

28. Et quia etiam ad vulgarem haud cultum commemoratæ Patriarcbalis Baſilicæ pertinet viſitatio peregrinorum, illuc confluentium ex toto chriſtiano terrarum orbe, lucrandi videlicet indulgentiam Jubilæi occaſione; cujus inſtitutionis, etſi contra Polydorum Virgilium, aliosque deoegent viri graves, auctorem fuiſſe Ronifacium VIII., omnes tamen admittuot hunc præcipuum fuiſſe reſtauratorem Anni ſancti, videlicet Conſt. *Antiquorum de pœnit. & remiſſ.* 22. Febr. 1300. Traditio autem tum erat, ſolius Baſilicæ Vaticanæ viſitationem in quolibet annorum Chriſti centeſimo fuiſſe oeceſſariam ad lucrandas præſatas indulgentias. At Bonifacius alteram addidit inviſendam Baſilicam S. Pauli in via Oſtienſi. Clemens dein VI. conſtit. *Unigenitus* Jubilæum celebrandum decernens pro anno 50. ejuſdem ſæculi XIV. adjunxit viſitationem Lateranenſis Eccleſiæ, alteramque coram Alberico Roſate ac Cyrillo Franco edidit ante prædictum annum 1350. Conſtitutionem, quæ incipit *Militantis Eccleſiæ*, in qua declaravit, quod etſi ſufficeret virtute Pootificii præcepti relatas tres viſitare Baſilicas ad plenam Jubilæi indulgentiam conſequendam: *Unuſquiſque tamen*, ſubdit, *plus merebitur, & indulgentiam ipſam efficacius conſequetur, qui Baſilicas ipſas*, (ſcilicet SS. Petri & Pauli) *& cum iis Lateranenſem & S. Mariæ Majoris, necnon S. Laurentii foris muros urbis Eccleſias amplius & devotius voluerit frequentare*. Quibus verbis Pontifex non obſcure oſtendit, quam debeat eſſe cordi fidelium cultus intemeratæ Dei Matris ac S. Levitæ ad efficacius apud Dominum impetrandam delictorum omnium pleoam indulgentiam. Vide Victorellum in Hiſt. Jubil. pag. 149. Quanquam vero hic auctor ſuppoſititiam exiſtimet citatam Clementinam *Militantis*, negare tamen neutiquam audet fol. 231., quod Bonifacius IX. teſtatus ſit, Prædeceſſores ſuos peregrinorum ioduxiſſe animum ad viſitandas nedum Baſilicas Apoſtolorum, ſed inſuper Lateranenſem ſanctiſſimi Salvatoris, & S. Mariæ Majoris ac S. Laurentii extra muros Urbis; quod ad noſtram ſufficit intentionem, ſive Clemens VI., ſive alter fuerit Pontifex, qui ad id fideles ioduxerit. Ipſeque Victorellus aſſerit, ſe vidiſſe in Bibliotheca Vaticana quoddam ejuſdem Bonifacii breve, in quo Pontifex teſtimooium perhibet, aſſerens, a Peregrinis Romam conteodentibus, lucrandi Jubilæi cauſſa pro anno 1400., inter alias Patriarchales Baſilicas etiam Laurentianam frequentatam fuiſſe. Quemadmodum & temporibus noſtris anno Jubilæi 1725. ſub Benedicto XIII., & 1750. ſub Benedicto XIV. a peregrinis idipſum vidimus obſervatum. Magis, quia plenitudo quotidianæ iodulgentiæ, viſitationi ejuſdem Baſilicæ foris muros affixa, Romanorum Pootificum declaratione, Jubilæi etiam tempore, minime ſuſpenditur: Hinc Urbanus Papa VIII., qni Jubilæum celebravit anno 1625., quum ob. peſtem circumvicinis in regionibus graſſantem, noller, ut Peregrini, ad Urbem perventi, pedem extra mænia efferrent pro viſitatione Baſilicarum Sanctorum Pauli Apoſtoli, & Laurentii Martyris; Conſtitutionem edidit die 30. Januarii prædicti anoi, quæ incipit: *Paterna Dominici gregis*, qua commutavit noſtri Martyris Baſilicæ viſitationem in alteram Sancti Petri *Ad vincula*; quam Eccleſiam gubernant Canonici Regulares Sanctiſſimi Salvatoris, in quorum cura eſt ſimiliter Patriarcbalis S. Laurentii Baſilica; ut nimirum fidelium oblationes, nomine Sancti Laureotii exhibitæ, in utilitatem cederent extra-

extramurani ejus Templi, reſignatæ in manibus miniſtrorum iſtius, apud præſatum S. Petrum *ad vincula*, tum reſidentium.

29. Panvinius in tract. de vii. urbis Eccleſiis demirator, quod iſte Martyris cultus Romæ Jubilæi anno a Romaois Pontificibus noo ſit præceptus, ut ille Apoſtolorum Petri & Pauli Sanctiſſimi Salvatoris ad Lateranum & S. Mariæ Majoris. Huic admirationi ſacimus ſatis, reſpondeutes: Quamvis antiquitatis ordine Laurentiaoa Baſilica præcedat alteram Sanctæ Mariæ Majoris, qua ratione videtur, quod præferri debuiſſet, circa præceptam viſitationem pro luctandis Jubilæi iodulgentiis, Eccleſiæ Liberianæ; tamen conſideranda duo præſtant, cur Gregorius XI. ejuſdem Liberianæ viſitationem elevaverit ad præceptum. Unum eſt, quia præ ſuffragiis ſanctorum omnium illud Matris Dei ſit primario implorandum a Chriſti fidelibus. Alterum, quod Templum S. Mariæ Majoris eſt ſitum in reditu itineris a viſitatione Lateranenſis Eccleſiæ verſus frequentes Urbis ædes: unde peregrinis ſub uno die vel Eccleſiaſtico injunctum præceptum viſitandi hanc quartam Eccleſiam parom oneris addere videbatur. At viſitatio Baſilicæ Martyris extra muros, ſi præcepta ſuiſſet, addidiſſet viæ alia tria circiter milliaria, eodem, ut diximus, conficienda die, quod infirmitati humanæ non parum oneroſum ſuiſſet; ideo ſuademur, Pontifices Maximos noluiſſe rem iſtam decernere ſub præcepto. Aliunde perſpectum habebant ipſi Romani Antiſtites, peregrinos vel eodem, vel altero die non omittere viſitationem Sanctuarii Laurentiani, qua ſibi promererentur (ut air S. Eccleſiæ Doctor Anſelmus orat. 60.) efficaciſſimum *Potentiſſimi Martyris* ſuffragium in remiſſionem delictorum; ſicque piæ Matris Eccleſiæ vota compleri; quare noo eſt viſum eis ultra onus imponere præcepti ſuper id, quod lubenter, ac hilariter a turmis fidelium perfici conſpiciebant. Quinimmo, addam, ex hoc ipſo, quod peregrini nullo adſtricti præcepto Eccleſiæ, poſt longum exactum iter ad ſanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum ac ſanctiſſimum Salvatorem, ad ſanctum quoque pergant Laureotiom, unde tranſeunt ad S. Mariam Majorem ex hoc, inquam, ipſo altius emicat, quantus ſit eorum fervor, & cultus erga noſtrum ſacratiſſimum Martyrem: pro cujus gloria nil reputant ulteriori ſudore perfundi; licet ſatis ex præmiſſis itineribus feſſi reddaotur. Quod ſane noo eluceſceret, ſi neceſſitate præcepti ad ejuſmodi perficiendam compellerentur viam.

30. Sæculo xv. Apud Privernum Sancti Laurentii Eccleſia ſuo cum Minoritarum cœnobio, de qua ſupra num. 16. ſæcul. xiii. egimus, iterum eſt illuſtrata cultu, & gubernatione ſancti Bernardini Senenſis, illuc a ſuperioribus miſſi ad decorem ejuſdem Ædis ſacræ, ac Fratrum regimen: ut ſcribit citatus Theulius *de Rom. Provincia* num. 17. Ibi non modicum ejus virtus, & ſanctitas reſulſit, miraculo præſertim comprobata, quum ſuſpicante quodam viro, num uxoris ſuæ legitima eſſer proles puer, qui ex ea natus erat, juſſir homo Dei inſantem ipſum octo menſium propriis ambulare pedibus, ut ioter circumſtantes ſuum, ſi ibi eſſet, indicaret legitimum genitorem. Statimque puer ad ſuſpicacem acceſſit virum, eumque inſantilibus brachiis complexus eſt, blandiens, ac permulcens, quo filialem benevolentiam erga ſuum legitimum oſtendir patrem, omnibus, qui rem videbanr, obſtupeſcentibus. Talem ſamigeratum ſaoctum hominem Eccleſiæ ſuæ Privernatis curatorem, ſuæque gloriæ promotorem excelſus Levita promeruit, poſtquam etiam ipſum clarificaverant ſanctuarium Seraphicus Patriarcha Franciſcus, B. Leonardus de Fulcinio ejus ſocus, ac ſaoctus Bonaventura, de quibus cir. ſæcul. xiii. dictum eſt.

30. Hac ſimiliter ætate S. Vincentius Ferrerius Claromontanam ſua quadrageſimali prædicatione decoravit Eccleſiam præſtantiſſimi ejuſdem Martyris, dum in illius Epiſcopali ſederet throno Henricus de Turre, filius Bertrandi IV., ac frater Joannis Abbatis Floriacenſis, quem Baſutius in ſua hiſtoria pag.411. a Gregorio XI. anno 1371. creatum referr S. R. E. Cardinalem, Heorico Præſule valde ſeniorem. Prædicavit quoque idem Ferrerius in commemorata cathedrali Adveotus tempore, cujus ſuggeſtum, pro conciooibus adhibitum, ajunt auctores *Gall. Chriſt.* diſpertitum adhuc cernitur, & adſervatum in capitulo ejuſdem Laureotianæ Baſilicæ, & in Conventu Fratrum Ord. Præd. Claromontano. Novus hic Apoſtolus in Occania prædicaos, invitatus a Parocho S. Laurentii, die Auguſti x., ut Miſſam ſollemniter caneret in Æde parochiali, dum vir beatus ſacra myſteria de more perficeret in Martyris honorem; ſtudioſus invitator (qui ſuperiorem nigram veſtem, juxta formam Ordinis Præd., conſui fecerat, ur eam commutaret cum Ferrerii veſte, quam is relicturus erat in ſecretario, dum celebraret) loco relictæ alteram a ſe confectam ſubſtituit; uſitatam a Vincentio ſibi ſervans. Sacris autem abſolutis, vir Dei rediens ad ſecretarium, ac ſacerdotalibus expoliatus, ſubſtitutam induens veſtem, converſus ad Parochum, divino afflatus ſpiritu, clam factum aperuit, addens, ut eam acceptam caute cuſtodiret. Futurum namque erat per illius expoſitionem plurima in populo, juxta ingruentes neceſſitates, eſſeot miracula ſequutu-

quutura : quemadmodum rei poſtea probavit eventus. Lege vitam S. Vincentii conſcriptam a Vincentio Victoria ejuſdem ſancti conſanguineo cap. XIII.

32. Hujus ſancti viri, miraculis glorioſi, ſermonem habemus de S. Laurentio inter plures Sanctorum, quos ſcripſit, a nobis non ſemel in præſentis operis curriculo laudatum. Sanctus vero Bernardinus Senenſis licet feſtivitatum ſanctorum homiliarium per anni circulum non ediderit, moralibus totus deditus; adhuc tamen Levitem beatiſſimum laudare non omiſit in quadrageſimalibus ſermonibus Sabb. poſt cineres art. 3. cap. 3. ſuper pſalmi verba. *Tranſivimus per ignem & aquam &c.* S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus de eodem agit in hiſt. Tripart, Dionyſius Carthuſianus, quinque ſermones edidit in noſtri Martyris laudem: quem ſanctum Levitam venerabilis Thomas a Kempis, eodem XV. florens ſæculo, in admirabili Opuſculo *de Imit. Chriſti* lib. 2. cap. 9. nu. 2. unicum adducit exemplar, omnibus imitandum in ejuſdem operis libris, ut luſtranti liquet, quamvis de nullo SS. alio in particulari memoriam faciat ad imitationis exemplum; ſed dumtaxat, juxta ſui codicis argumentum ac titulum, proponat ſolum Dominum Jeſum Chriſtum intuendum, qui eſt ſanctitas ſanctitatum, & ſpeculum ſine macula majeſtatis Dei, ac conſubſtantialis imago bonitatis illius. Hinc conjicere fas eſt, quanta Martyr egregius refulſerit excellentia ſanctitatis in mentis oculis iſtius magni contemplatoris. Laurentianum ſepulcrum per hæc tempora viſitarunt Romæ S. Bernardinus Senenſis, ſupra laudatus, S. Franciſca vidua nobilis Romana, Domus oblatarum Congregationis Montis Oliveti fundatrix, SS. Didacus, & Joannes a Capiſtrano Ordinis Minorum, Beatus Alemannus priuſquam, Prædicatorum Ordinem ingrederetur; nec non S. Catharina Senenſis: Illudque in ſuo diuturno Romæ incolatu non ſemel luſtraverit, non videtur in dubium revocandum.

33. Sæculo XVI. auguſti Mediolanenſis templi, S. Laurentio Martyri olim a Galla Placidia dicati, excidente præ carie tecto, ad cujus reſtitutionem ingentes deſiderabantur expenſæ, ineffabili ſua providentia Deus diſpoſuit, ut ea tempeſtate inveniretur ejuſdem urbis Antiſtes ſanctus Carolus Borromæus. Hic etenim Sacerdos magnus, amplificandæ ſtudioſus Leviticæ gloriæ anno 1566. peſte ſuborta, tribuſque indictis publicis ſupplicationibus ad avertendam iram Dei, unam ex his ad S. Laurentii direxit baſilicam (quam jam inceperat reſtaurare, artificibus ad opus convocatis, juxta vires, queis ſe poterat ſanctus Cardinalis extendere) tum coram populi copioſo concurſu conſcendens ſuggeſtum, expoſita re, ad ſalutem ipſius gentis pertinente, qua evadere peſtis flagellum poſſet, ingentem illam fidelium multitudinem ad ſupplendam ejuſdem Eccleſiæ indigentiam efficaciter commovit; largiſſimis ut eleemoſynis, pro uniuſcujuſque facultate, quilibet Sancto eidem loco eſſet ſubſidio; quo inceptum opus ad perfectum adduceretur. In ipſo autem ſermonis fervore prophetiæ ſpiritu afflatus, ait, quod etiam Regina Cælorum, Mater Dei cooperatura foret in illius Laurentiani Templi refectionem. Hujus oraculi veritatem inopinatus probavit eventus. Siquidem imago quædam ſanctiſſimæ Dei Genitricis, in laudati Templi pariete depicta, poſt Caroli ſermonem magnitudine miraculorum inclaruit; unde, ad eam facta grandi populi frequentia, conſiderabilis eleemoſynarum ſumma collecta eſt, qua celebre fanum illud magna ex parte ad priſtinum decorem reſtitui potuit. Hæc apud Jo. Petrum Juſſianum in vita S. Caroli lib. 4. cap. 13. lit. c. Promovit etiam noſtri ſacratiſſimi Martyris cultum idem ſanctus Archipræſul, quum poſt annos decem, obtenta facultate a Gregorio XIII. Pont. Max. indicendi pro Mediolanenſi ditione indulgentiam Jubilæi, unam ex quatuor Eccleſiis, quas ſtatuit viſitandas pro lucrandis indulgentiis, voluit eſſe ſupradictam S. Laurentii baſilicam, & ex tribus agendis eadem ex cauſſa publicis ſupplicationibus unam deſignavit habendam ad præfatum Martyris templum. Præterea ipſe ſanctus Antiſtes peculiarem ſeorſim Eccleſiarum viſitationem agere ſtatuens pedeſter, inter alias cum ſuæ cathedralis capitulo ad relatam acceſſit ſacram Ædem inviſendam, confluentibus undique ex tota illa ditione populorum turmis. *Vid. cit. Juſſian. cap.* VIII. *& Victorellum de Jubil. pag.* 405. Qui addit etiam, quandoque cum domeſticis ſuis, quos ultimus ſequebatur, nudis pedibus ſacrum illud confecit iter ad idem Martyris Templum.

34. Apud Joannem Grævium in Theſaur. antiquit. Ital. tom. IV. part. I. pag. 55. a Jo. Petro Puricello exhibetur cæremoniale Ambroſianum Mediolanenſis Eccleſiæ, in quo ritum obſervavimus, ſervari ſolitum quot annis, recurrente Dominica palmarum die, ſingulari gloria decorantem laudatum numquam ſatis ampliſſimum Archilevitem. Cujus rei meminimus obiter in actorum Commentario lib. 2. cap. III. num. 27., Lectorem in hunc locum remittentes, ut plenam ejus notitiam aſſequatur. Quod itaque promiſimus, opportune reddimus. Habet enim codex citatus: „ Dominica in ramis palmarum, congregato clero & populo, in Eccleſia S. Laurentii, Primicerius Notariorum „ incipit hymnum: *Magnum ſalutis gaudium.* „ Finito hymno, Pontifex in gradu facit ſer-

„ monem ad populum , & privatim ibi canit „ Miſſam . Finita vero Miſſa & ſermone, be- „ nedicit palmas , & olivas . Quo dante pal- „ mas , exit proceſſio , & Pontifex aſcendit „ equum paratum ante fores Eccleſiæ , & ma- „ gnus Hoſtiarius domeſticus porrigit ei cru- „ cem cryſtallinam , ornatam palmis , & foliis „ olivæ , qnam ſiniſtra Pontifex tenens manu , „ ac dextera populo benedicens , equi frenum „ regente Primate familiæ Rhodenſium , per- „ git ad Ambroſianam baſilicam &c. „ Uſitato huic ritui vetuſtiſſimo derogavit , propter exortos in turba populari abuſus eadem in ſollemnitate , Sanctus Carolus Borromæus poſtremis hiſce ſæculis ; ſed quia noluit ex eadem ritus ſuppreſſione diminutam ſanctiſſimi Levitæ gloriam, quam myſterium præ ſe ferebat , ut in citatis diximus actis , ſtudioſe compenſavit ablatum ; ſubſtituens puerorum omnium doctrinæ Chriſtianæ ſupplicationem pomeridiano tempore , ordinate incedentium , ac palmas in manibus geſtantium , ad venerandum in ſua baſilica ſanctum Laurentium annis ſingulis eadem Palmarum Dominica ; ut ſalvum & integrum remaneret honorabile ſignificatum ſacræ actionis vetuſtæ , olim ab univerſo exhibitæ Clero cum ſuo Pontifice. Congregatis itaque ad hoc novum inſtitutum omnibus Paræciarum per Urbem ſcholis , quas beatus ipſe Præſul pro exercitio Chriſtianæ doctrinæ in puerorum inſtructionem erexerat , rem ut diſpoſuit , perfecit. Quæ parvulorum acclamatio annua in Martyris laudem Mediolani ad hæc uſque tempora perſeverat ; ut per generationes ſingulas intelligatur , quod pueri Hebræorum egerunt , obviam euntes Chriſto Domino cum ramis palmarum ad brevem horam , ſemel clamantes , & dicentes : *Hoſanna filio David* , *benedictus qui venit in nomine Domini* : Id ipſum impletum ſit , impleaturque in gentibus , ſuſcepta fidei veritate, irradiante potiſſimum Laurentiani martyrii palma , cujus lumine Catholicus illuſtratus orbis , Domini nomen in perpetuum benedicit .

35. Veruntamen dicet aliquis : O commutationem ! pro graviſſima illa , quondam habita Pontificis & Eccleſiaſtici cœtus triumphali pompa in Mediolanenſi urbe , ſubſtitutum videre puerorum conventum , ad celebrandas Chriſti , ſuique Martyris qua vocibus, qua factis laudes. Ita plane ſapiet , qui rem ſecundum faciem , non ſecundum ſpiritum conſiderat ; neque advertit , quod ejuſmodi parvulorum acclamationem contemnens , in ſenſa quodammodo incidit indignantium olim principum Sacerdotum , & ſcribarum , qui Matthæi cap. 21. *audientes pueros clamantes in templo* , *& dicentes : Hoſanna filio David : dixerunt : Audis* , *quid iſti dicunt ?* Quibus reſpondit Jeſus : *Utique numquam legiſtis : quia ex ore infantium* , *& lactantium perfeciſti laudem ?* Eandem ſibi exprobationem propterea commeretur , atque a Domino cum illis ſimiliter redargui aſpernator parvulorum , quos ſubſtituit Sanctus Carolus , ut concinentes Dei laudem , triumphum palmarum agant in Laurentiana baſilica ad ipſius Martyris gloriam ; qui principem palmam tenuit inter omnes fidelium turmas in obſequium Chriſti . Et fortaſſe acceptior eſt Levitæ inclyto iſte innocentium puerorum cultus , quum anterior, maxima præſtitus cum ſollemnitate , maculatus tamen confluentium civium licentia , & animi libertate . Quanta demum ſapientia ſive a ſuis exordiis , ſive recentioribus ſæculis laudatus ſancti Laurentii cultus fuerit ab Ambroſiana ſtatutus Eccleſia , declarare videtur Evangelicus ſermo apud Joannem cap. 12. quum legitur , quod ipſa eadem palmarum die ingrediens templum Jeſus , glorificatus a turbis , parabolam grani frumenti una ſimul intexuit . Sciebat enim hoc Evangelium recitandum eſſe in univerſa ejus Eccleſia pro feſtivitate Archimartyris ſui , cujus mirabili paſſione potiſſimum clarificandus erat ipſe Filius Dei , & filius hominis ; ideo ſub uno eodemque palmarum triumpho futuri tum ſui Miniſtri laudem propriæ glorificationi adnexam ſignificare voluit . Idque ut Mediolanenſis Eccleſia myſterii explicaret ; laudatum , conjicimus , inſtituerit ritum , quo in eadem ſollemnitate palmarum decrevit connectere cum Redemptoris honore præcipui ſui Martyris obſequium . Ambroſianum iccirco argumentum , quum tale ac tantum in ſe contineat poſthumæ Laurentianæ gloriæ pondus , dignum viſum eſt mihi , quod fuſiori edita explicatione pertractarem , ſicut pollicitus fueram in relato actorum ejus commentario .

36. Eodem pariter ævo templum S. Laurentii Martyris , *in Damaſo* vocatum , Romæ quadrageſimalibus , ut alibi narravimus , ſuis ſermonibus decoravit Sanctus Franciſcus Xaverius, magno cum animarum lucro ; quo etiam loci corda fidelium ſolicitavit ad frequentem ſacramentorum pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſaluberrimum uſum. Ibi docens fidelem populum , ſeſe inſtruebat , qui aliquando futurus erat gentis Indiarum Apoſtolus . Floruit quoque circa idem tempus in Ebolitano S. Laurentii cœnobio Fratrum Minorum Venerabilis Antonius de Romanis, quo eximio cultore illa Martyris Eccleſia reſplenduit. Tantæ porro virtutis religioſiſſimus vir iſte fuit , ut revelata ſibi divinitus mortis hora imminenti , licet nulla eſſet infirmitate gravatus , eam prænuntiaverit auditoribus ſub concione habita in pervigilio Annuntiationis B. M. V. quare populum rogavit , ut pro ſe recitaret orationem dominicam hæc ad-

dens

Digitized by Google

dens verba: *Quia ante horam diei viceſimam ex hoc mundo diſcedam*. Atque, ut prædixerat, res evenit. *Wading. in nov. edit. ad an. Chriſt.* 1370.

37. Suorum codicum monomentis S. Levitæ gloriam exaltarunt hoc ſæculo doctiſſimus Joannes Eckius in homiliis feſtorum; Chriſtophorus Hoffmannus in volumioe ſermonum inſignium; Joannes Tritbemius Spanehemenſis Abbas; Surius in actis Saoctorum menſis Auguſti; Joannes Baptiſta Maotuanus, Joannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus, Joannes Oſorius, aliique Doctores celebres. Confeſſionem ejus extra muros urbis venerati ſuot S. Cajetanus Thieoæus, Religionis Theatinorum fundator, ſanctus item Ignatius de Lojola, reoontiatus ſuæ inſtitutæ ſocietatis primus Præpoſitus Generalis, publice ſuis cum ſociis, quorum uous fuit Petrus Ribadineira, peractam reſerens ab iis viſitationem VII. Eccleſiarum orbis die 22. Aprilis 1541. Frequenter eam calcavit viam S. Pbilippus Nerius, Congregationis Oratorii fundator. Item ſancti Franciſcus Borgia, Felix a Cantalicio, Carolus Borromæus; Joannes Cantius pluries oudis plantis, ac beatus Alexander Saulius Alerienſis Epiſcopus; qui eadem in Patriarchali Baſilica juſſus a Gregorio XIII. coram ipſo, ac Cardioalibus, copioſoqoe Antiſtitum & aulicorum cœtu prædicare verbom Dei, reouente Philippo Nerio id muneris obire; ac ſuadente Pontifici, ut Saulium eligeret, taota ſpiritus virtute ſermocinatus eſt, ot vix a lacrymis auditorum aliquis temperare potuerit. Quare Gregorius ex Alerienſi Eccleſia in Corſica eum ad Ticineoſem promovit cathedram eodem anno 1550., ubi ſanctitate clarus, vixit ad annum Chriſti 1592. Suarum virtutum imitatores conſpicuos Martyr habuit eodem ſæculo laudatum ſanctum Carolum Borromæum, & S. Stanislaum Koſtka. Unus Uritano Principatu divendito; aſcendens pretiom univerſum, ad quadraginta aureorum millia, una die diſperſit, deditque pauperibus. Alter calore ignis in corde abſconditi æſtuans, interroganti Novitiorum Magiſtro, quid ſibi eſſet, reſpondit: *Uror, uror totus ab igne divini amoris*. Illuceſcente autem S. Laurentii feſto a ſuis contironibus quæſivit, quei fieri poſſet, ut quis ardere pro Chriſto valeret inſtar beati Laurentii Martyris? Reſponderunt alii ſic, alii autem ſic, prout unicuique illorum ratio dictabat. Quibus Stanislaus ſubdidit: Velle ſe ad gloriam S. Laurentii M. aliquas macerationes exercere, ac per illius manum ſupplices ad ſanctiſſimam Virginem mittere litteras, ut præpotente hoc Martyre interceſſore, dignaretur orantem eripere ſervulum ex hoc mundi exilio, & pro feſto Aſſumtionis ſuæ in cæleſtem introducere patriam. Sero igitur feſtæ lucis ſacratiſſimi Martyris ingreſſus refectionis locum, ſeſe flagellans, diſcumbentium omnium genuflexus, deoſculatus eſt pedes: jacenſque in terra, parum cibi, & potus ſumſit, quod eleemoſynæ titulo petüt. Statim dein tranſiit in culinam, ot coquis inſerviret. Ibi ad ignis proſpectum, quem Martyr almus ſerena fronte perpeſſus eſt, Stanislaus profunda conſideratione tormentorum illius vehementer affectus, grave animi deliquium paſſus eſt; unde opus fuit, eum a ſociis ad lectulum transferri; ubi levi quadam febri correptus, quanquam phyſices periti ægritodioem éjus oauci facereot, ipſe tamen Rectori domus aſſeveranter dixit, ea ſe infirmitate moriturum fore vigilia S. Virginis in Cælum Aſſumtæ. Qua die Auguſti XIV. ſuperveniente, notabiliter deficere incipiens, de more ſumtis Eccleſiæ Sacramentis, ut horam ſui tranſitus appropinquare ſenſit, chartam adſiſtentibus porrexit, in qua deſcripta erant Sanctorum nomina, quæ ſibi obtigerant in ſortitione ſchedarom menſtrua toto ſui tirocinii tempore (ſicut io ea mos eſt domo deſignandi Saoctos menſtruales Patronos unicuique novitiorum) tum Protectoribus iiſdem Stanislaus ſeſe commendans, ac in iis præcipue Sancto Laurentio Martyri, quem ſortitus fuerat Patronum eodem Auguſti menſe, ut nimirum ſibi auxilio eſſet in mortis articulo, appareotibns ei Cælitibus, placidiſſime migravit ad Dominom. *Petr. Ribad, & alii in vit. S. Staniſl. Conf. Soc. Jeſ.*

38. Sæculum XVII. licet cum prioribus collatum, minus habens inveniatur, ac quodammodo defeciſſe a præcedentium ſæculorum fervore circa perpetuum ſanctiſſimi Levitæ cultum, cujus obſervantia noo ſine utilitatis publicæ detrimento abalienari viſi ſunt filii hominum (atque utinam ejuſdem teporis non eſſet particeps hoc fluens ooſtrum) adhuc tamen Divina diſpoſitiooe geſtum credimus, ut nonnulla ſacra loca, beati Levitæ titulo nobilitata, clarificarentur poſtremorum operatione Sanctorum, qui oimirum, elapſo defuncti ſæculo, diebus ooſtris Beatorum faſtis adſcripti, venerationem ab Eccleſia impenſam ſibi meruerunt. Unum ex his beatis Operariis recognoſcimus cooſediſſe apud celebre templum illud ſancti Laureotii *in Lucina*, ad cujus vetuſtum renovandum ſplendorem excitavit Deus nimirum beatum Franciſcum Caracciolum, Clericorum Regularium Minorum cum duobus aliis ſociis Fuodatorem. Huic eoim, eam optanti manſionem, Dominus in eodem S. Laurentii templo certiſſimam infudit ſpem illud obtinendi: quemadmodum paullo poſt rei probavit eventus die XIV. Martii anno *1606.* ſub Paulo V. Pontifice Maximo. Quare Fraociſcus ingenti exultatione animi ſui, accitis illuc tri-

Digitized by Google

ginta Clericis nuper inſtitutæ ſuæ Religionis, totus incubuit ad revocandam priſtinam Laurentiani ſanctuarii venerationem; ibidem Prædicatoris, Confeſſarii, & Catechiſtæ munus exercens, factus omnibus, omnia, ut omnes Deo lucriſaceret. Apud Pariſios alterum animadvertimus, de quo lib. 2. Glor. Poſth. cap. 2. de Eccl. Abb. num. 4. loquuti ſumus; quamquam hodie ſit Parochiale. Sanctum etenim Vincentium a Paulo, qui fundator extitit Congregationis Miſſionum, familiarem ſibi feciſſe noſtri Martyris cultum eandem frequentando baſilicam, exploratum habemus. Nam & Dominicus Acamius in ejus ſcribit vita lib. 1. cap. 20. quod ejuſdem templi Parochus, nomine *Leſtocq*, Sorbonicus doctor, vir probitatis exemplum, cui notus erat ſpiritus perfectionis Vincentii, inſtrumentum potiſſimum fuit, ut beato huic Presbytero donaretur pro ſuæ Congregationis fundatione domus S. Lazari, in eadem Laurentiana exiſtens Paræcia: quæ ſacta ædes caput eſt relatæ Congregationis Miſſionum, ubi vir ſanctus placide obdormivit in Domino. Cujus ingens erga omnes pauperes caritas (idem refert vitæ ſciptor lib. 2. cap. 8.) ſe effundebat in juvandis præſertim egentibus laudatæ Paræciæ Laurentianæ: in horumque infirmitatibus ſuos etiam mittebat contubernales, qui ægros viſerent & confortarent, immo & ex ipſis ægrotis multos in eandem Miſſionum recipiebat domum, quo diligentius curarentur. Quadam vice apud eandem Eccleſiam S. Laurentii ſere nudum videns pauperem, ei de veſtimentis ex integro providit, S. Laurentii cariſmata ſic æmulatus. Obiit anno ſalutis ſupra 1660. die 27. Septembris.

39. Valde honeſtatum quoque fuit Neapoli templum S. Laurentii, *Majoris* nuncupati, veneratione ac cultu beati Joſephi de Cupertino per ea, queis in adnexo Minorum Conventualium cœnobio permanſit, tempora. Ad quam Eccleſiam, ut Berninus in ejus adnotat vita cap. 6. pag. 92. confluebant populus, urbiſque nobilitas, fama ſanctitatis ejus permoti, ut virum adeo celebrem viderent; quem permiſerat Deus, ſiniſtris delationibus ad tribunal ſanctæ Inquiſitionis pertractum iri, & quaſi aurum in igne probari; ut inde innocens dimiſſus, ſanctimoniæ ſuæ radiis altius eluceret. In commemorati cœnobii quum is eſſet cælla, requiſitus a quodam equire nimis audacter aque contemtim, ut, quam oſtendebat, ei corporis plagam cruce ſignaret, ac incunctanter obduceret; humilis vir, tranquillus, ac ridens, facto ſuper illam crucis ſigno, repente objurgantem hominem reſtituit ſanitati. Verum, quia de die in diem magis creſcebat in populo ſanctitatis ejus opinio, augebaturque civium ad eum concurſus; anditoque Proregis placito, quo indicebatur ſibi miſſam ſollemniter canere in Regio palatii ſacello coram eodem, regis vices gerente una cum interventu omnium magnæ ſuæ curiæ Ordinum; fugam cum, deſignato ſibi a ſuperioribus, ſocio clam arripuit; qua hujuſmodi declinavit honores. Neque omittendum cenſemus, quod idem Dei ſervus cum Apoſtolo ſæpe cupiens peregrinari a corpore, ac præſens eſſe ad Deum, pulſantemque audire Dominum per ægritudinis ſuæ poſtremæ moleſtias; proſpetum non viderit ſibi factum magnum hoc cordis ſui deſiderium, niſi die Auguſti x. anno 1663., qua miſſæ ſacrificium in honorem Sancti Laurentii Martyris obtulit Deo. Sic diuturnis ac fervidis votis ſuis peculiariter arridere viſus eſt Martyr; qui Joſephi precibus exoratus verbis illis, (queis in officio ejuſdem diei, juxta Eccleſiæ ritum, uſus eſt, dicens: *Beate Laurenti Martyr Chriſti, intercede pro nobis*) validæ interceſſionis ſuæ apud Deum devotiſſimo exoranti Viro experiri dedit effectum. Eodem ſiquidem die ſero Joſephus febri correptus, Dominum ſenſit ad ſuam appropinquatum januam, ſeſeque vocantem ad patriam ſupernorum civium. Haud ſecus ac contigit Sancto Stanislao Koſtkæ, ut ſupra vidimus, Martyrem deprecanti, pro ſui corporis diſſolutione ſub præcedenti ſæculo xvi., nimirum quod relata feſti Laurentiani die fuerit primum febri tactus. Nec aliud diſcriminis in utriſque invenio, niſi quod iſte poſt diea quatuor ad aſtra migraverit: ille vero poſt quadraginta dies: nihilominus in uno & altero numerorum calculo ſacramenti unitas ſplendet. Nam quaternarius ſive decadum, ſive ſimplicium unitatum numerus, ad ſignandam corruptionem corporis, ex elementis quatuor conſtantis, pertinet, juxta ſacros in myſticis Aritmeticos. Adoleſcens citius ſuum confecit iter; ſenior autem tardius abſolvit; prout de illis occultiori conſilio diſpoſuerat ſapientia Dei, quos Martyris interceſſio votorum eorundem compotes fecit.

40. Ejuſdem Levitæ beatiſſimi laudes pluriſariam in ſuis Divinæ Scripturæ commentariis hoc ſæculo expenderunt Cornelius a Lapide, & Jacobus Tirinus, Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, aliique clariſſimi auctores in peculiaribus a ſe editis homiliis, quorum exundans eſt numerus. Extramurana demum ipſius Baſilica venerabundum excepit Sanctum Camillum de Lellis, nec non commemoratos Vincentium a Paulo & Joſephum Cupertinatem, quibus accenſendus eſt etiam B. Franciſcus Caracciolus: præ iis autem ſeſe amplius diſtinxit ſanctus Joſephus Calaſanctius, fundator illuſtris Scholarum piarum, quotidiano ad illam itinere confecto per annorum quatuordecim intervallum.

FINIS LIBRI II. GLORIÆ POSTHUMÆ S. LAURENTII M.

LIBER TERTIUS

DE GLORIA POSTHUMA S. LAURENTII MARTYRIS.

CAPUT I.

De Sacris inſignioribus ejuſdem pretioſiſſimi Martyris Reliquiis, ubi in primis Diſſertatio inſtituitur de ipſius Capitis conditorio, poſtquam breviter actum erit de glorioſo ejus corporis ſepulcro.

UTI apud ſcriptores minime controverſum eſt, S. Laurentii M. corpus fuiſſe tumulatum in crypta viæ Tiburtinæ ad cœmeterium Ciryacetis in agro Verano, ita indubitatum eſt apud eruditos, multas ac multas illius pretioſi theſauri partes inde proceſſu temporum fuiſſe diſtractas, ac intra & extra Urbem pluribus Eccleſiis diſtributas. Utriſque nihilominus ridenda theſibus ſe opponit fabula, quam doctis exſibilandam refert cl. Martenius tom. 4. veter. ſcript. col. 1216., nimirum de invento Romæ corpore, & quidem integro S. Laurentii, ſub Nicolao V. Pont. Max. ideſt, ſæculo xv. apud Fratres Minores, atque una tantum ex parte combuſto: necnon cum eo ſimul inventum ſit corpus integrum S. Stephani Protomartyris excepto dextero iſtius brachio. Plane quot verba; tot gerræ. Numquam etenim minores Fratres leguntur habuiſſe cuſtodiam Laurentianæ Baſilicæ foris muros. Si autem incultus hiſtoricus loqui voluit de Sancti Eccleſia in pane & perna; eſt quidem locus iſte ſub cura Seraphici Ordinis, non autem primi, ſeu Fratrum Minorum, ſed ſecundi, nempe pauperum dominarum, ſive Clariſſarum: neque unquam ſcripſit aliquis, ibi aliquando quieviſſe Martyris corpus, ſed unice, quod illic ſuum noſter Heros conſummaverit certamen. Falſum præterea eſt, quod ex una ſolum parte ſanctus Martyr exuſtus fuerit: quum ex Ambroſio & Prudentio novimus, poſt unam aſſatam corporis partem converſus ille fuerit, ut ſupinus, renibus cremaretur. Quid porro de integritate corporis Protomartyris dicemus, cujus reliquiis ditatas fuiſſe Orbis Eccleſias, teſtatur Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei? Veruntamen multa infra patebunt documenta, quibus confutatæ videbuntur etiam nugæ integritatis corporis ſancti Laurentii uſque ad ſæculum xv. Modo tetigiſſe vel obiter ſufficiat, quod alibi per extenſum protulimus, ſedes nimirum oſſium ac cinerum ejus extramuranum Romæ Templum ſemper fuiſſe, atque ad præſens eſſe; quamvis eorum magnum conſtet ſuſtinuiſſe detrimentum propter æſtuantem fidelium ſitim in obtinendis earundem exuviarum pignoribus. Unde ad particularia expedit deſcendere ejuſdem lipſana, ac diſſertationem primum inſtituere de venerando illius capite.

2. Et ſane manifeſtum eſt, altum de hac re penes Romanos ſcriptores ſilentium, ubi ex adverſo nonnullum deſideraretur verbum: uti nemo eruditorum non mecum ſentiet. Deceptus eſt autem graviter Pancirolius, quum in ſuo indice reliquiarum almæ Urbis ſcripſit, ſancti Levitæ maxillam adſervari in Eccleſia ſancti Marcelli ejuſdem almæ Urbis: de qua re infra nobis erit agendum in ſolutione difficultatum, quæ objici poſſunt adverſus theſim noſtram: qua ſuſtinemus Martyris caput vel in ejus ſepulcro conditum eſſe; vel illud cenſeri debeat, quod in Vaticano Romani Pontificis palatio, uti res ambigua, cuſtoditur. Scimus enim in dicto Patriarchio dubiam quandam vigere traditionem, quod ibidem ſecreto quodam in oratorio integrum exiſtat Martyris caput, in ara privata poſitum, cryſtalloque anteriori ex parte munitum; gradum ſub ſe babens, ubi plures rubro ſerico ſunt involuti carbones; adeo ut cimelium illud in perpetua tenuerit, teneatque ambiguitate ſacros illos miniſtros, videlicet utrum necne revera, quod continet, ſit caput ſacratiſſimi Levitæ. Cujus rei veritas uſque modo non ſatis liquet; vel ſi cuſtodibus illis nota eſt, ceteris profecto extraneis obſcura ſub arcani diſciplina deliteſcit. Quanquam Venerabilis Antonius Lucci, præceptor olim meus, priuſquam ad Epiſcopatum adſumeretur Bovinenſem, ex opinato ſteterit pro iis, qui veriſimiliter putant illud eſſe Martyris almi pignus. Ceterum nulla ibi eſt appoſita ſcheda, nomen ſancti explicans; nec in ipſis quidem involutis, ut ferunt, carbonibus; nullaque extat, quæ appareat, fides authentica tantæ rei; niſi quod loci ſacri auctoritas indicare videatur, quid magni eſſe illic myſterii. Suſpicantur nonnulli occultum id genus ſacramentum inde proceſſiſſe; quod in multiplici Urbis direptione, militum manu pretioſis compluribus ſanctuaria expoliata fuerint reliquiis: quare ne theſaurus, de quo agimus, aliquando ſimile quid pateretur; Romani Pontifices ab antiquis diebus margaritum ejuſmodi

ſtatue-

Digitized by Google

ſtatuerint in abſconditis detinere. Dicunt alii, neutiquam id factum prædicta ex cauſſa, quæ præſumit certitudinem identitatis reliquiæ, Palatiois notam Miniſtris, de qua re nobis omnino nihil conſtat; ſed ob dubietatem relatæ identitatis. Verum quicquid de hac controverſia ſit. Certe ſacrum illud caput omni ex parte, qua videri per cryſtallum poteſt, omnino integrum eſt, pelle circumdatum propria; nullos habet calvariæ ac ſuperciliorum pilos, indicans in paſſione per ignem fuiſſe conſumtos, necnon maxillam oſtendit dexteram ignis uſtionem perpeſſam; apertas, exiccataſque tenet palpebras: oculorum orbes incorruptos: licet pupillarum color, & pelluciditas evanuerint; labia contracta ſiniſtro præſertim latere, unde apparent dentes complures; licet multi ac multi ab eadem ſiniſtra deſint parte; gingivas retinet roſei adhuc coloris, a vitalis ſtatus conditione nullatenus pene diverſas: Summitas naſus parumper corroſa eſt; mentum autem ſua cute veſtitum: totuſque complexus præ ſe fert, caput fuiſſe hominis pulcherrimi, ac proceræ ſtaturæ. Aut itaque præcipua hæc Laurentiani corporis pars in agri Verani mauſoleo recondita eſt; aut compluribus ex adductis circumſtantiis tenendum probabiliter videtur, eam eſſe, quæ in commemorato Pontificio ſacello ſervatur. Nulla quum ex adverſo produci queant ſolida monumenta, quibus hæc noſtra elidi poſſit adſertio; uti melius infra patebit.

3. Sed in poſitione, quod iſtud, in oratorio ſacri Palatii privata locatum ſede, noſtri Martyris ſit caput, jam heic quæritur, quo temporis, ejus e ſepulcro extractio evenire potuerit. Franciſcus Poſterla de Eccl. Later. exiſtimat beati Silveſtri Papæ diebus elevata de ſuis fuiſſe monumentis SS. Petri & Pauli Apoſtolorum capita, quum magnus Conſtantinus, nobilioribus conſtructis ſepulcris, illuc eorum corpora tranſlata voluit. Id ipſum vero quum præſtiterit Imperator pro condiendis in argento inclyti Martyris exuviis (ut communiter ſacri teſtantur ſcriptores) ea ſub occaſione commode ac optime fieri potuit, ut idem Silveſter caput extraxerit ſancti Levitæ, poſt eoſdem Apoſtolos, Urbis Patroni, atque omnia tria Cimelia in ſuo Patriarchio repoſuerit. Mihi tamen illa magis arridet ſententia, quod ante ſæculum VIII. vel IX. nihil oſſium decerptum fuerit ex præfatorum Sanctorum corporibus. Nam beatus Gregorius magnus, qui ad VII. uſque ſæculum vixit, a Conſtantina exoratus auguſta; ut aliquid Conſtantinopolim tranſmitteret ex Martyris oſſibus, hiſce reſpondit verbis lib. 3. epiſt. 30. *Sanctæ memoriæ Deceſſor meus* (ideſt Pelagius II.) *ad corpus Sancti Laurentii Martyris quædam meliorare deſiderans, dum neſcitur, ubi venerabile corpus ipſius eſſet collocatum, & effoderetur exquirendo, ſubito ſepulcrum ipſius ignoranter apertum eſt. Et his, qui præſentes erant, atque laborabant monachi, & manſionarii, qui corpus ejuſdem Martyris viderunt, quod quidem minime tangere præſumpſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitæ ſupereſſe potuiſſet, qui juſtum & ſanctum corpus illius viderat. Cognoſcat autem tranquilliſſima Domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore; ſed tantummodo in pixide brandeum mittitur uſque ad ſacratiſſima corpora ſanctorum, quod levatum, in Eccleſia, quæ eſt dicanda, debita cum veneratione reconditur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, cum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis forbicibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit*. Relatum a Gregorio brandeum, miraculo clarum, a Leone magno applicatum fuiſſe ad Martyris tumulum, nonnulli ante nos ſcripſerunt; indeqne levatum, atque inciſum, Martyris ſanguinem miraculo reddiderit. Ad rem vero noſtram concludimus, ſancti Gregorii tempeſtate nullas intra vel extra Urbem fuiſſe viſas ex oſſibus Levitæ ſanctiſſimi diſtractas reliquias. Non enim excuſare ſe potuiſſet apud Conſtantinopolitanam Imperatricem, ne quicquam de id genus reliquiis ad eam mitteret; ſi reapſe, ut modo cernitur in Vaticana, Lateranenſi, ac Patriarchali Laurentiana baſilica, & alibi Eccleſiarum, vel in Patriarchio ſummi Sacerdotis quid hujuſmodi repoſitum ſervaretur.

4. Ruit icciroo Pancirolii conjectatio, qua opinatus eſt, multas oſſium reliquias ejuſdem ſanctiſſimi Martyris extractas e ſarcophago fuiſſe Pelagii Papæ I. temporibus; ea nimirum ratione, quod aperta fuerit tumba ejus, ut illuc inferretur, translatum e Conſtantinopoli, ſancti Protomartyris corpus; minime advertens allatus auctor, ad ea, quæ ſcripſit Gregorius, nempe: *Romanis conſuetudo non eſt, ut quidquam tangere præſumant de corpore &c.* Ad quam conſuetudinem comprobandam exemplum ſancti Leonis adduxit, qui nonniſi brandeum, ſeu velum, ſepulcro Martyris appoſitum, pro ejus reliquiis diſpenſabat. Sedit Leo Pontifex primus ante annos centum quinquaginta, quam Gregorius ei ſuccederet, ſanctus autem Pelagius Primus hunc præceſſit annos triginta. Quomodo igitur Gregorius vigentem adlegare potuiſſet conſuetudinem Pontificum Romanorum neutiquam diſtribuendi Martyris oſſa, Leonis exemplum adducendo, ſi huic conſuetudini derogatum jam fuiſſet a Pelagio Primo, & quidem eadem

Digitized by Google

eadem ætate, qua floruerunt tum ipſe Gregorius, tum Conſtantina auguſta, ad cujus aures pervenire facile potuiſſet, tot noſtri Martyris reliquias ex oſſibus & intus, & extra Urbem eſſe diſpertitas? Concludendum itaque videtur, ubicunque circa Gregorii tempora hujuſmodi lipſana S. Laurentii legantur tradita, haud iis in locis ſermo ſit de Martyris oſſibus; ſed aut de velis ad ſepulcrum applicatis, aut de ſegmentis ipſius craticulæ, vel catenarum, vel etiam carbonum, & veſtium: quemadmodum id genus plurima docent exempla, quæ infra expendenda nobis occurrent: Modo nam præſtas firmare, quam de ſancto ejus capite dubiam produximus, adſertionem, objecta ex adverſo diluendo, quæ vel Cimelium Vaticanum, vel Martyris ſepulcrum lædunt.

5. Dicet forſitan aliquis: Pancirolius de theſaur. abſcond. Urb. Rom. docet, inter reliquias adſervatas penes Eccleſiam S. Marcelli de Urbe inveniri Maxillam ejuſdem glorioſi Martyris, illud igitur, quod deſcribitur eſſe integrum, certe non erit ejus caput. Sed pius hic auctor Pancirolius deprehenditur, nimis fiderit relatoribus in conſtructione ſui indicis ſacrarum Urbis reliquiarum; in multis enim deceptum fuiſſe conſtat. Fuimus & nos apud Cuſtodem ſanctarum Reliquiarum, in præfata S. Marcelli Eccleſia conſervatarum, qui omni adhibita diligentia in illo ſacrario, revolutiſque indicibus cum novis, tum antiquis ad iſtam ſpectantibus materiem, nil ejuſmodi reperire potuit, quod a Pancirolio aſſeritur. Sed pone, tale lipſanum ibi aliquando extiterit: inveſtigandum adhuc ſupereſſet, cujuſnam S. Laurentii Martyris illud foret? Quo in negotio multi, ac multi allucinantur; quaſi rem confectam habeant; ſtatimac viderint alicui ex oſſibus oppoſitam ſchedam *S. Laurentii M.*, minime conſiderantes, plures ac plures Martyres hoc fuiſſe vocatos nomine: quum vice verſa in poſitione, quod in ſchedæ inſcriptione declararetur, os eſſe ſancti Levitæ & Martyris; rei gravitas deſideraret, ne confeſtim præberetur aſſenſus, ſi fundatum aliquid rationis emergat; per quod merito revocari poſſet in dubium illius reliquiæ identitas; ſicut evenit nobis circa caput ipſius ob Apoſtolici palatii traditam dubietatem.

6. Opponunt Bollandiſtæ, relati dubii Cimelii nullatenus conſcii, Gelenium de Coloniæ Agrippinenſi magnitudine agentem, & lib. 4. in ſacris ac piis faſtis die x. Auguſti ſcribentem de S. Laurentio: „ Cujus potiſſimas reli-
„ quias Carolus magnus dedit Eccleſiæ Molen-
„ ſium, ſive Mulgaviæ (nunc appellant *Glad-*
„ *bacum*, Diœceſis Colonienſis oppidum) ubi
„ Sacerdotes Mulgavi ob inundationem Hun-
„ garorum fugientes, & ſub Baptiſterii petra
„ defodientes, theſaurum ſacrum abſconderunt
„ multarum Reliquiarum plurium Sanctorum
„ Martyrum. Quæ ſacra pignora dederunt po-
„ ſtea Geroni Archiepiſcopo Colonienſi, divi-
„ nitus edocto, occaſionem ædificandi Mona-
„ ſterii Benedictinorum, qui hodie adhuc ca-
„ put S. Laurentii poſſident. Ambæ autem ejuſ-
„ dem ſcapulæ, & os ſacrum ſunt in Eccle-
„ ſia S. Andreæ, quam Gero conſecravit, &
„ aliæ S. Laurentii excellentes Reliquiæ cuſto-
„ diuntur in aliis ubiorum Eccleſiis, teſte Soaſ-
„ ſayo in ſupplemento; nimirum mandibula
„ ejuſdem Martyris habetur Coloniæ apud Car-
„ melitas, & vertebra una ſpinæ apud Joanni-
„ tas „. Etiam Maurini auctores in Gallia Chriſtiana, de Colonienſibus agentes Epiſcopis, ajunt: *Gero Epiſcopus Colonienſis Othonis magni nepos, inquit Gelenius, condidit Monaſterium Gladbacenſe S. Viti in Clivenſi agro, immo prope Noveſium, ajunt annales circuli Weſphalici, & quidem in dirutæ a barbaris Eccleſiæ ruinis, ubi plurimas Sanctorum Reliquias, ante annum 954. a Religioſis metu barbarorum defoſſas reperit; & inter eas caput, & reliquias S. Laurentii.*

7. Probatum ex relatis hiſtoricis habemus, in inventis reliquiis, identitatem nominis *Sancti Laurentii*, qua gaudent ſancti Martyres ferme viginti, non item oſſium, quaſi reapſe ſint corporis ſanctiſſimi Archimartyris; qua in re ſaltus, & Rhodus eſt. Aliud ſiquidem pro hac poſteriori parte afferre non poſſunt, niſi quod ſacrum illud caput reputatum, ac expoſitum ſemper fuerit, uti beatiſſimi noſtri Levitæ; nam die Auguſti decima venerationi fidelium proponitur, ſicut & alibi locorum ſcapulæ, mandibula, vertebra ſpinæ, ac aliæ *excellentes*, ut ajunt, ſanctæ reliquiæ ipſius Martyris. Elumbe ſatis argumentum; quod & aliæ per Orbem peculiares Eccleſiæ pro ſe afferunt, tot ſacratiſſimi noſtri Martyris Reliquias in ejus die feſto exhibentes; quas, ſi vere, ac legitime conſtaret, ad unicum ſancti Diaconi corpus pertinere; non modo ſequeretur, eum magnum fuiſſe gigantem, ſed inſuper ſuam divinitus corpoream multiplicaſſe ſubſtantiam. Specioſum ſane *Caroli magni* nomen eſt; cui Ceſareæ tribuitur Majeſtati receptio tam eximii doni, a Romano Pontifice illi collati ad medietatem fere corporis Sancti Laurentii; quamvis de re tam grandi ne verbum quidem faciant Romani, vel Itali ſcriptores: idque ſub initium contigerit ſæculi IX. tanta cum Populi Romani pace, ac indifferentia; quaſi non jam ageretur de alienatione præcipuarum corporis partium ſui magni Patroni: cujus in quotidiano cultu, ac præſertim in ſollemnitate votiva, ſingularibus omnino ſignificationibus obſervantiæ, pietatis, ac lætitiæ

Digitized by Google

titiæ univerſa Civitas ſe diſtinguebat a ceteris mundi urbibus, uti vidimus lib. 1. Glor. Poſth. de Mart. feſto; ſed veluti foret ſermo de oſſibus & calvariis ignotorum Sanctorum, aut noo tantæ apud Romanos æſtimatioois, a cœmeteriis extractis, atque ad libitum a Romanis Pontificibus diſpenſari ſolitis, nullo habito reſpectu ad Senatum & eundem populum, adeo tum æſtuaotem amore S. Laurentii Martyris. Quis faucibus, quamvis grandibus, ejuſmodi deglutiet bolum? Nos autem didicimus ex diario Stephaoi Infuſura, quod Romæ accidit anno 1411. Nempe quum audierunt cives diſpoſitionem Joannis XXIII. Pont. Max., Florentinis votis pro conſecutione capitis S. Joannis Baptiſtæ perquam inclinati, diſpoſitiooem, dico, qua peracta fuit translatio præſati capitis ab Eccleſia Monialium S. Silveſtri (ubi perpetuo cuſtoditur) ad Lateranenſem baſilicam, non jam, ut mortis erat, ipſo die mane 25. Aprilis, quo fieri debebat ſollemnis ſupplicatio, *S. Marci* nuncupata, de Lateranis ad S. Petrum in Vaticano cum geſtatione ſacri capitis; ſed præcedenti die 24. Apr. eo nimirum fine, ut depoſitum in Laterano Lipſanum intempeſta nocte facile poſſet clam ſubduci, ac in Florentiam tranſmitti. Hæc, inquam, ut audiere Romani, ſtatim cucurrerunt milites Regionis columnæ ſuo cum Duce; ingreſſique Lateranenſem Eccleſiam; ibi ad illius theſauri ſpiritualis cuſtodiam pernoctare voluerunt; neque iode diſcedere paſſi ſunt, altero illuceſcente die, donec a Pontifice facta eſt eis copia reducendi ſacrum caput ad Monaſterium S. Silveſtri, unde fuerat deſumtum: Vide Severanum de 7. Urbis Eccl. pag. mihi 574. Ubi ſermo eſt ei de Laterani rebus. Neque tamen agebatur de alienando capite potiſſimi eum Apoſtolis Petro & Paulo almæ Urbis Patroni, qualis erat, eſtque ſanctiſſimus Archimartyr, quanquam aliter de magno tractaretur Præcurſoris Liſpano. Quei perſuaſum nobis facient oppoſitores noſtri, alienationem relati Laurentiani capitis, & quidem actam a Pontifice ore Romanorum civium tranquillo, vel etiam iſtis oſcitanter ſinentibus tali ſe ſpoliari theſauro, immo actam, neceſſe eſt, dicant adverſarii, a Sancto Leone Papa III. (cujus tempore Carolus Romam veoit) ideſt, a Pontifice, Romæ nato, & e Romanis Parentibus genito, quique quanto efferbuerit amore erga ſacratiſſimum Martyrem, non obſcure indicant ejus geſta penes ipſius ſepulcrum, & alia, de quibus egimus cap. III. lib. 1. Glor. Poſth. num. 10. Venditent iccirco fabellam hujuſmodi gentibus Romanæ hiſtoriæ inſciis: non iis, qui norunt, quanti penderit Romanus populus pretioſa ſui Patroni pignora, omni exceptione majora.

6. Admittimus, Carolum magnum, Imperii corona donatum a S. Leone III., reliquiis ſancti Viti Martyris, ut aſſeritur, aliorumque Sanctorum, ac alicojus etiam Martyris, nomine *Laurentii* nuncupati, ditatum fuiſſe capite ſcapuliſque: at quod hæc fuerint magni noſtri Levitæ, coſtantiſſime pernegamus, nedum ob rationes adductas; ſed etiam ob alias jam edendas. Atque in primis, loquendo de ſcapulis Martyris, duo quum fuerint Levitæ Martyris humeri, & non plures; unus in hodiernum uſque diem oſtenditur in Lateranenſi Baſilica die ſancto Paſchæ; alter in prima Cardinalium præſbiterali Eccleſia exponitur ejus die feſto. Dona hæc a Romano Pontifice præſatis Baſilicis data fuere: ſi ambæ ſcapulæ alienatæ dicuntur Caroli magni diebus, unde Pontifices potuiſſeor eas accipere, ac iiſdem diſtribuere templis? Loquendo autem de eapite ſimul cum iiſdem ſcapulis, eidem Cæſari datis, ſequitur, quemadmodum iſtæ non fuere ſancti Levitæ, ita nec ipſum caput; ſed utrumque pignus ſit alterius S. Laurentii Martyris. Quemadmodum hac noſtra ætate in effoſſione cæmeteriorum Romæ inter alia ſanctorum Martyrum corpora, cum nomine inventa proprio, unum repertum eſt cum inſcriptione *S. Laurentii Martyris*. Romanique Pontificis conceſſiooe alibi extra Urbem delatum: cujus oon nulla oſſium fragmenta in quadam lignea capſula Romæ apud cuſtodem ſacrarum reliquiarum (ut moris eſt in omni id genus extractione ab Urbe) ſervantur; ut hiſce oculis egomet vidi. Neque aliud eſt ferendum judicium de maxilla, quæ in Metropolitana Januenſi Eccleſia conſervatur cum Sancti Laurentii Martyris ſcheda; cujus inſtrumenta cimelii excidiſſe ferunt cuſtodes illi: item & de Sancti cranio, quod legimus Ruremundæ repoſitum; niſi forte aliqua ſit reliquia, ex poſteriori capitis parte ſubiata, in poſitione, quod Romæ comperiatur deficere vel in ſepulcro, vel in laudato Pontificio Cimelio, cujus poſteriora coofpicere datum neutiquam nobis fuit. Quapropter non eſt, de hac re, unde certi aliquid affirmemus, aut negemus; quum neque ipſi cuſtodes certiorare nos potuerunt, utrum necne retrorſum ſanctum caput aliqua parte careat. Solum, ut ſupra diximus, magna pars dentium ei deeſt, quorum ſeptem olim erant apud Sanctum Laurentium *in Lucina*; modo ſunt tantum quatuor; nam unus tranſmiſſus aſſeritur ad Monaſterium Sancti Laurentii Leodienſe; alter a Gregorio XIII. ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem; tertius a Clemente XI. ad Ludovicum Decimoquartum Regem Francorum. Etiam in Laurentiana *Scalarum* cathedrali plus uno aſſervari dicitur ex dentibus ejuſdem Martyris, ſicut Ughellus habet in Italia ſacra, ubi de eadem agit Eccleſia. Fide

ſic

ſit penes poſſeſſores; quum nihil nobis ex adverſo conſtet.

10. Accedunt non leves aliæ conjecturæ circa ſacras Gladbacenſes reliquias, quod nimirum neque Carolus magnus, neque S. Gero Colonienſis Antiſtes intellexerint eas eſſe S. Laurentii Martyris Levitæ. Nam ille Imperator ex erectione Monaſterii S. Laurentii Bituricenſis, (cujus perfectionem Ludovico filio Aquitaniæ Regi commiſit, quemadmodum in Regalibus notatum eſt Baſilicis) perſpicue liquet, quod addictiſſimus fuerit excelſo huic Martyri. Si ergo Pontifex tam magno iſtius capitis dono eundem Cæſarem muneratus fuiſſet; & is crediidiſſet ſe tali ditatum theſauro; quei unquam fieri poterat, ut non in Imperialem transferret ſedem invidendum ejuſmodi munus; ſed exorbitanti quadam prodigalitate illud traderet Mulgavis, ſive, ut ajunt, Molenſibus: cujuſmodi gentis vocabula neque in copioſo Baudrandi geographico dictionario notata reperimus, licet complura minimarum gentium loca ibi non omittantur? Quare non ſaltem ditare nobilem, ac celebrem a ſe fundatam Regalem S. Laurentii Baſilicam Bituricis? Quid de ſancto Epiſcopo Gerone dicemus, qui, juxta Maurinos, acceptis reliquiis ſanctis, divinitus revelatis, quarum gratia Gladbacenſe templum erexit, ſi reapſe putaſſet, fore illud caput ſanctiſſimi Archilevitæ, quomodo unquam induci poterat ad præcipue imponendum eidem Eccleſiæ nomen *Sancti Viti Martyris*, tanquam ejus Primarium titulum, poſthabito *S. Laurentii Diaconi*, & *Martyris* nomine, cujus illuſtrior fama per omnium volitat ora vivorum? Adde, quod idem Gero fuit, Maurinis teſtibus, Othonis magni nepos, ſcilicet illius Othonis, qui S. Laurentii protectione ſingularem ex hoſtibus obtinuit apud Germanos ex barbaris hoſtibus victoriam: ſicut expendimus lib. 1. Glor. poſth. cap. 2. num. 11. Numquid ergo Nepos, & quidem ſanctus, omnique virtute præditus, inæſtimabili ſacro inveoto pignore capitis tam eximii Liberatoris Avi ſui, penitus immemor hujuſmodi beneficii, nil grati habens animi, curare minus voluerit gloriam Auctoris tantæ victoriæ, quem Auctorem inventor ipſe coram oculis vel in eodem haberet capite; atque ita in dedicatione novi ſui ædificii poſtpoſuerit iſtius nomen? Nefas id credere arbitror. Ideo ſolide ipſis ex conjecturis eruitur, nec Gero lipſanum illud crediderit Levitæ ſanctiſſimi calvariam continere; quam certo certius non poſthabuiſſet quibuſvis ſancti Martyris Viti oſſibus, Eccleſiam nempe hujus nomini potiſſimum conſecrando; non item primo loci Martyri Laurentio, ceterorum Chriſti militum facile Principi.

11. Germani autem Bollandiſtæ pugnare videntur tamquam pro aris & focis in defenſionem commemorati Gladbacenſis Cimelii. Et quidem mirum nobis haud parum eſt, quod viri ſatis ſuperque critices artis amantes; adeo ut omnia fere in regnum dubietatis amandent, ubi umbram difficultatis invenire poſſunt, qua in controverſiam revocent hiſtoricorum ſcripta; tot in re iſta in oppoſitum reclamantibus graviſſimis conjecturis, conſuetudinis ſuæ prorſus obliti, cunctaſque oppoſitiones diſſimulantes, nervis omnibus nituntur afferre, ſi quæ ſunt, vel levia documenta, queis conciliare valeant firmam lectorum fidem relato Lipſano. Sed auri ſacra fames. En adducunt quoddam itinerarium duorum Religioſorum Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri, quod Lutetiæ Pariſiorum an. 1724. Gallice typis editum eſt. Ubi pag. 207. narrantur impenſa ſtudia, diutinæ efflagitationes, inſtantiſſimi conatus Philippi II. Hiſpaniarum Regis, ſacrum ut illud Gladbacenſe pignus S. Laurentii obtineret; exponuntque, quam fortiter Monachi Gladbacenſes reſtiterint, ne illo tam magno expoliarentur theſauro; eorumque conſtantiam exaggerant, ac in eodem retinendo capite inconcuſſam tenacitatem: *Unde*, concludunt, *non leve adducitur argumentum pro veritate, atque adeo pro pretio iſtius ſacri depoſiti*. Recte dixiſſent: Non leve adducitur argumentum perſuaſionis eorundem Monachorum, putantium illud eſſe caput almi Levitæ; perſuaſionis & Philippi Regis, id ipſum ſentientis, prout eidem ſereniſſimo Principi relatum fuerat. Ecquid hoc argumentum, ad oſtendendam, animo præſumtam, illius capitis veritatem? Neque nos negamus, poſt Caroli, ac Geronis tempora eam opinionem fuiſſe illis in regionibus adoptatam. Exaggerant interpoſitam Clementis VIII. Pont. Max., & Rodulphi Imperatoris auctoritatem, Philippi II. opera interpoſitam; compos ut is fieret tantæ reliquiæ; ſed omnia in fruſtra ceſſerunt: noluere Gladbacenſes Lipſanum dare. Subdunt, mortuo Philippo, inſtiterint ſucceſſores Philippus III., & IV., ſimiliter Hiſpaniarum Reges; ſed quod Philippus II. obtinere nequivit, ſucceſſores ejus impetrare neutiquam valuerunt; quanquam ad annos ferme ſexaginta qua precibus, qua minis tentaverint flectere Monachos, ut iſti eorum annuerent votis. Verum, dicimus iterum, quid iſta pro veritatis oſtenſione, quod illud reapſe ſit caput Levitæ ſanctiſſimi? Invaleſcentem petentium, & denegantium opinionem conceſſimus; pia deſideria Hiſpanorum Regum laudavimus vel in uno Philippo; zelum Monachorum Gladbacenſium, ſecundum fidem propriam, non contemſimus; & nunc Rodulphi Cæſaris, & Clementis VIII. officioſa munia intercedendi apud eoſdem Gladbacenſes, ut optatis regiis Hiſpanorum Principum fieret

Digitized by Google

ſatis, libentiſſime commendamus: Quid ſibi docti Patres volunt ex iis pro Reliquiæ identitate probatum iri? Incompertum eſt nobis. Unum eſt, quod aliquatenus apparet, ſavere poſſe illi Cimelio, nimirum quod Romanus Pontifex nil contra ipſum ſenſerit. Quod ſi aliter ſenſiſſet, nullis datis commendatitiis ad Monachos Gladbacenſes litteris, Philippi Regis mentem, in ea opinione laborantem, facile tranquillare poterat, eidem ſignificans Regi, quod revera illud non eſſet caput S. Laurentii Levitæ & Martyris, adeo ab ipſo Rege concupitum. Sed nec minus facile iſta evaneſcit difficultas. Reſponſum in promtu eſt. Clemens enim VIII. numquam requiſitus fuit, uti judex legitimus identitatis præfati capitis: exoratus eſt unice a Rege, ut pro iſtius votis intercederet: officioſe id Pontifex præſtit. Agebatur aliunde non de falſo aliquo cultu, quem Theologi *abſolutum* dicunt; qua in materie Pontifex reclamare tenetur ex officio; ſed de mero *reſpectivo* ſanctarum reliquiarum, qui tranſit in objectum primarium, ideſt in Sanctum, cujus reliquia eſſe dicitur; quocirca morboſus non eſt error, neque periculoſus; maxime, quod caput illud alicujus ſancti Laurentii Martyris eſt, proindeque objectum ipſum, reſpectum habens ad Sanctum aliquem, religioſum eſt, cultuſque capax; licet materialis aliquis interveniat error: num videlicet hujus, vel alterius Sancti ſit: de quo non curat Eccleſia, ſinitque peculiares fideles, ſecundum fidem propriam, hoc, vel illud colere Liſpanum, juxta piam opinionem, quam de illo habent, vel probabiliter ſuſtinent: quanquam de Reliquiæ identitate hinc inde graviter diſceptetur. Alias proferre poſſemus rationes Pontificii ſilentii, a facti circumſtantiis petitas; ſed quia eas facile viri prudentes comprehendere per ſe ipſos valent, non eſt heic opus illas calamo exponere.

12. Donum obtulerunt olim Græci sereniſſimæ Iſabellæ, S. Ludovici Francorum Regis ſorori, caput nimirum S. Pauli; dicentes, illud eſſe Apoſtoli Doctoris gentium. Virgo Regia oblationem hujuſmodi nullo pretio comparabilem conſiderans, ſupra modum exultans, feliceмque ſe reputans tanto ditatam theſauro, ad Clementem IV. Pont. Max. litteras ea de re miſit. Quas ut Clemens legit, illi reſpondit verbis ſequentis tenoris, ex Regiſtro epiſt.477. deſumtis: *Dilectæ filiæ in Chriſto nobili Iſabellæ Francorum Regis germanæ. Scias, filia, Apoſtolorum capita Romæ indubitanter haberi, quæ fel. rec. Gregorius Papa IX. Prædeceſſor noſter, de ſanctis ſanctorum ſuis manibus extrahens, Romano populo patenter exhibuit; & in locum ſuum reſtituit cum debita reverentia, præſentibus, & ſcientibus univerſis. Quod ſi forſitan caput beati Pauli apud te eſſe putas, depone conſcientiam, ne fallaris; neve ponas ſcandalum matri tuæ Romanæ Eccleſiæ &c.* Ita nos Carmelitis, & Joannitis, jactantibus apud ſe habere utraſque S. Laurentii Levitæ & Martyris ſcapulas, ſicut & Gladbacenſibus, de ipſius capite gloriantibus, reſpondemus, dicentes: Deponite viri optimi conſcientiam id genus, ne fallamini; neve imponatis ſcandalum matri veſtræ Romanæ Eccleſiæ. In Lateranenſi baſilica omnibus oſtenditur ſancti Levitæ & Martyris una ſcapula: in ſacra æde Lucinæ altera, caput vero ejus vel in ſepulcro, vel in Pontificio ſecreto reconditum eſt oratorio. Adducunt Bollandiani, quendam Apoſtolicum Nuncium viſitaſſe relatum S. Laurentii Martyris caput, veneratumque fuiſſe, nec quicquam in oppoſitum reclamaſſe. Idque nos geſtum admittimus. Sed unde probabunt, ex hinc additum illi Cimelio novum rationis identitatis pondus? Unde oſtendent, doctum extitiſſe Nuntium monumentis omnibus, ad hanc materiam pertinentibus? Immo ſuademus etiam, eadem occaſione audiſſe, apud Carmelitas, & Joannitas exiſtere mandibulam, & unam ſpinæ vertebram, atque in Eccleſia S. Andreæ Coloniæ utraſque Levitæ Martyris ſcapulas, a Gerone cum capite inventas, apud Gladbacum, nec propterea vel minimum muſſitaverit. Numquid ejus ſilentium aliquid adjiciet roboris pro defenſione Cimeliorum celatorum contra Romanæ Eccleſiæ auctoritatem? Quin potius blandimur, Bollandianos Patres, uti veritatis amantes, noſtris examinatis rationum momentis, a concepta recedent opinione, melioraque una nobiſcum ſentient. Ex hactenus dictis interim inferimus, quod Ecgraphum ab iiſdem auctoribus relatum ex *paſſionali M.S.* pro Junio, & Julio Bibliothecæ S. Laurentii Leodienſis, cujus eſt titulus: *De venerabili & ſancto capite B. Laurentii ex parte ad nos delata*, quodque incipit: *Anno Dominicæ Incarnationis* 1526. Aſſerens, eam partem ex Urbe illuc fuiſſe delatam, nonnullum patiatur dubium, num reapſe ſancti Levitæ, an alterius S. Laurentii Martyris ſit portio. Idemque ferimus judicium de quibuſcumque aliis particulis, ad caput ejus ſpectantibus, ubivis locorum exiſtentibus, dum una & eadem pro omnibus militat ratio.

13. Notandum eſt denique Palatinæ vel dubiæ traditioni, aut quod caput in ſepulcro quieſcat apud agrum Veranum, aut illud ſit, quod in privato Pontificio ſervatur oratorio, notandum, inquam, valde eſt, quantum, ponderis addat, quod in eadem alma Urbe nullum per ejus Eccleſias inveniamus lipſanum, in quo ſit aliquid capitis S. Laurentii Levitæ & Martyris, vel ad ſinciput, vel ad occiput pertinens; quod-

quodque altius eſt, ne in *Sanctis* quidem *Sanctorum* qoid ejuſmodi ſit: quod orarorium eidem ſancto Archidiacono dedicatom eſt, atque ſuir a primis poſt ejus paſſionem ſæculis, ur ſuo vidimus loco. Teſtanturnamque ſcriptores, Martyris reliquias ibi eſſe; ſed ſolum ajunt, ex oſſibus, ex carbonibus, immo & ex veſtibus, queis in viſu apparuit, non item ex capite; quum aliter maniſeſtum ſit, principaliores, ac rariores reliquiæ ibidem fuerinr collocatæ. Et ſi quis huic rationi repooet, fieri potuiſſe tranſactis ſæculis, ut partes aliquæ ipſius capitis vel in iiſdem *Sanctis Sanctorum*, vel in aliis Urbis Eccleſiis extiterint; rotunde convincetur ejus opinio ſalſitatis. Qoaodoquidem inviolabilis mos in Urbe ſemper ſuit, præſertim, quum de potiſſimarum reliquiarum conceſſione actum eſt, Pontificio interveniente aſſenſu, numquam plena totius Cimelii traditio fierer, nolla penitus relicta portione illi Eccleſiæ, unde facta ſir extractio: uti non multo ſupra experimento probatum eſt. Qui laodabilis plane mos ad hæc uſque tempora Romæ ſervatur, etiam ſi agatur de oſſibus Sanctorum a cæmeteriis levatis. At nullum quum depechendatur monumentum hujuſmodi, in Urbe ſubſiſtens, quod ſit de capite Levitæ ſanctiſſimi, præter relatum hodie dubium, in Pontificiis ædibus lipſanum; conſequens eſt, ſi quæ fuerint capitis partes aliquando diſtributæ, nonniſi vel ex eodem ſinr capite ſublatæ, & quidem, ot diximus, ab occipitio, ſi in rei veritate aliquid ipſi deficiat, quod neque nobis, neque ipſis cuſtodibus conſtat; quoniam idem lipſanum a ſuis lateribus, & a poſteriori parte omnino clauſum eſt ſine ullo cryſtallorum beneficio, per quæ introſpici poſſit, ac videri, ſi quid illi deſit: ceterum ſecundum ea, quæ in proſpecto ſunt, abſolute caput ſanctum integrum cernitur; vel ſentiendum certo certius, nonniſi ex capite, quod in rumulo eſt reconditum, decerptæ fuerint. Verum in re adeo gravi quis unquam perſuaſum ſibi faciet, quod ea occaſione Pootiſex ne minima ejuſdem capitis particula honeſtare voluerit palatinum relatum Oratorium ſummo eidem Marryri conſecratum, maxime quod per id temporis eo loci ſervabantur præcipuorum Apoſtolorum capita, licet noo eorom nomine ſacellum ejuſmodi eſſet dicatum. Et hæc, ad præcipuam Levitici corporis partem ſpectantia, dicta ſaris habeantur.

14. In præmiſſa nuper diſſertatione vel obiter egimus de utriſque Martyris ſcapulis, queis in humano corpore proximum habeot nexum brachia, quorum unum ſimul cum manu reſidere hodie apud Abbatiam S. Martini Laudenſis ſive Laudunenſis, ex libro et. Bibliothecæ Præmonſtratenſis didicimus a pag. 575. ad 578. in vita *beati Thomæ* (propter amorem eximium, qoo erga S. Laurentium æſtuabat) *Laurentiani* nuncupati. Hiſtoria advenros illuc ejuſdem ſacri brachii ob ea, quæ cootioet, mirabilia, digna eſt, quæ hoc loci rranſcribatur; valde nimis quum conferar ad poſthumam, quam iotendimus exponendam, Martyris gloriam; unde ſolum præterire ſilentio ducimus, quæ ſcitu minus neceſſaria viſa ſunr nobis, vitandæ prolixitatis cauſa; nam facti relatio nimis in ſe longa eſt.

15. Beatus igitur Thomas Præmonſtratenſis Ordinis, qui ſæculo XII. & XIII. floruit, quom jam multis annis beati Laurentii cultoi mirum in modum addictus ſuiſſet, ſomno quadam nocte indulgens, emiſſam ſibi cælitus vocem audivit, dicentem: *Thoma, migra hinc, haud reverſurus, donec juſſero.* Ad hoc cæleſte oraculum vir beatus vehementer exterritus, & primum quidem phanthaſma eſſe exiſtimans, vocem neglexit; verum ſecundo, & tertio eadem audita, iſti tandem fidem adhibuit; ſuoque Abbati rem totam expoſuir; quin etiam nimia cordis ſimplicitate ductus, ſecretum ſuis fratribus, aliiſque ſibi notis communicavit: unde ab omnibus velut ex condicto deriſus, ac ſpretus ſuit, uti vaous ſomniator. At vir Dei multa pace ſuſtinens hominum exprobrationes & ſibilos; nullo modo commoveri potuit, ne, ſuæ menti concreditum, ſervaret auditum oraculum. Interno demum impolſui reſiſtere minime valens, die quadam, ſic diſpooente Deo, habitu & mantelio indutus monachico, ſolus cum ſolo breviario e Monaſterio Præmonſtratenſi, nemine ſalutaro, egreſſus eſt, quaſi alter Abram, neſciens, quo iret. Divinoque, via extra ordinem ductus ſpiritu, poſt emenſa longa viarum terræ mariſque ſpatia, Hieroſolymam tandem perductus appulit. Ibi ſacris perluſtratis devotiſſime locis, ad quendam Apoſtolicum Pœnitentiarium acceſſit; cui ſub ſacramentali confeſſione rem omnem apetuit. Quare Confeſſarius, minime quum ſibi cooſtaret, quod nulla ſubeſſet ſraus diaboli ea ſub ſpecie mandati cæleſtis, auditi a Thoma, huic ſtatim injunxit, ut quantocius ad ſuum, uode diſceſſerat, vel ad alterom ſui Ordinis Monaſterium reverteretur. Ipſe, obedientiæ cultor ſedulus, mare iterum trajecit, Europæque litora reneos, in Hungariam iter inſtituit; pervenitqoe ad Monaſterium ſanctæ Crucis Præmonſtratenſium, Diœceſis Agrieoſis, in loco, qui dicitur *De Leler*, ubi comiter a fratribus exceptus, per aliquot ſubſtitit dies; Eccleſiam, Oratorium, ac præſertim ſanctarum Reliquiarum ſacrarium viſitans. Eodem autem in ſacrario permultæ inſignes ſervabantur Sancrorum exuviæ, valde ramen male cuſtoditæ ligneis in loculis, non exigoo pulvere conſperſis.

ſis. Quumque Thomas curioſe perluſtraret thecas ſingulas, a pulvere illas vindicans; ut legere poſſet ſchedas nominum Sanctorum, unicuique appoſitas, quatenus ſciret, quorum forent reliquiæ. Ecce in manus ei theca venit, in qua ſiniſtrum erat brachium cum manu; carne, nervis, & cute adhuc indutum. Legenſque inſcriptionem, vidit eſſe beati Levitæ Martyris Laurentii. Nimio quocirca repente ſuperfuſus gaudio; exilientem cohibere neutiquam potuit animum, quin protinus in ea prorumperet verba, dicens: Eja igitur, Chriſti Martyr paradoxe, auditum tuum nuoc cognoſco oraculum, & conſilium: in cœptis ſave timido, & tuum cultorem dirige. Huc me deduxiſti, ſatis experior, ut tuum brachium, quod hic minus religioſe colitur, ad alienas gentes deſeram. Si quid juſſeris, en adſto lubens, ad tuum paratus imperium. Et hoc me voto tibi devinciens; merear, det mihi Deus proſperum iter, fortunatumque reditum; quo tu in poſterum magis ab hominibus honoreris.

16. Non multo poſt quadam nocte, quum Thomas ſomnum oculis daret, conſpiciendum ei ſe præbuit ſanctiſſimus Chriſti Martyr, dicens: *En ego ſum Levita Laurentius, quem tantopere invocaſti. Meaque cauſa tam longum iter terra marique ſuſcepiſti. Ad te me miſit Dominus, ut voti tui ſis compos, & aſpectu meo perfruaris. Brachium meum tolle, & hinc fuge.* Expergeſactus a ſomno, altoque revolvens animo, quæ per viſionem audierat; iterum ſomnum capiens, dicentem audivit: *Surge, tolle brachium meum, & poſt biduum fuge, & vade in terram tuam.* Ad hæc iterum evigilans, valde timuit. Ductoque ſanctæ Crucis ſigno, noctem illam ferventibus orationibus duxit inſomnis. Mane autem facto, quum omnes Fratres matutini ſacro interessent, beatus Thomas ſacrarium reliquiarum ingreſſus, brachium S. Laurentii pannis ſericis involutum cum ſua ſuſtulit inſcriptione, illudque ſecnm in ſuum detulit cubiculum; avide expectans, quid ſibi Deus præciperet. Quumque duo dies, illi præſcripti, præteriiſſent; multaque jam nocte gravi ſomno indulgeret; eadem voce, quam audierat præcedenti nocte, iterum atque iterum ac tertio monitus eſt, ut inde ſacro accepto pignore, inſalutatis abiret fratribus quam citiſſime. Quare ille ſurgens, ac ſe humiliter ante ſacrum brachium proſternens, ſeque Deo commendans, accepto eodem S. Laurentii brachio, dum Fratres omnes eſſent ſomno ſepulti, januis clauſis e cœnobio egreſſus eſt; totoque noctis reſiduo iter ſuum pedeſter egit, uſque dum veniret ad civitatem quandam, facto jam mane. Confluebat illuc ea die magna hominum multitudo; invenitque mercatores, & aurigas vecturam facientes, ac inde abeuntes, a quorum uno impetravit, ut ejus gratis aſcenderet currum. Quumque omnes exeuntes de loco vectigalia ſolverent, ſolus ille vector irrequiſitus, & immunis tranſiit. Fuit enim brachii S. Laurentii immunitas, ut ab imperatis, ſolvendiſque vectigalibus idem vector eximeretur; & Thomas, (qui maxime timebat, ne celebris Martyris brachium ea ex cauſa interciperetur) nemine repugnante, civitatem illam præteriit; ac ſi nullus portarum urbis eſſet cuſtos: quemadmodum e Monaſterio exivit, perinde ac ſi valvæ cœnobit reſeratæ fuiſſent.

17. Verum, quia extrema gaudii luctus occupat; & Deus ſanctos ſuos neque tribulationes, neque jucunditates ſinit habere continuas; ſed tum de adverſis, tum ex proſperis juſtorum vitam, quaſi admirabili varietate, contexit; dum Thomas curru feliciter vehebatur; accidit, ob præcedentes actas nocturnas vigilias, gravi ſopore merſus, tandem experrectus, deprehenderet, ſibi pignus illud ſacratiſſimum excidiſſe de ſinu, diligenterque luſtrato curru; ſi forte circa pedes, & tunicæ ſimbriam, vel extremitates monachici manteli implicatum eſſet; nihil prorſus invenit. Quare vectorem rogavit, ut paulliſper ſiſteret, ſineretque deſcendere ſe oraniem e curru ad perquirendum inæſtimabilem, qui exciderat e ſinu, theſaurum brachii ſanctiſſimi Martyris. Sed auriga renuit aſſentiri votis ejus; reſpondens, perditum eſſe tempus, & laborem inutilem in inquirenda re, quæ in publica ceciderat via; & quidem die illo, quo ante ac retro magna hominum multitudo ad emporium, unde diſceſſerant, confluebat. Quocirca Thomas intimis cordis exæſtuans flammis in perquiſitionem ejus, quod amiſerat, vectori dicto *vale*, de curru proſiliit, ac in ſpem contra ſpem tendens, retrocedere per iter, quo venerat, feſtinavit; huc illuc lumina volvens, ſi forte invenire poſſet, quod perdiderat. Ibat, & redibat iterum atque iterum, lacrymas multis cum ſuſpiriis ac ſingultibus fundebat; preces & orationes multiplicabat; ſed nihil penitus inveniebat. Ad quid, dicet aliquis, iterum atque iterum viam luſtrare, qui nihil ibi eſſe jam viderat? *Sed*, huic reſpondet Gregorius hom. 25. in Evangelia, *amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis. Quæſivit ergo prius, & minime invenit; perſeveravit, ut quæreret; unde contigit, ut inveniret: actumque eſt, ut deſideria dilata creſcerent, & creſcentia caperent, quod inveniſſent.* Involucrum ſanctum, quod Divina virtute inviſibile ſe reddiderat cunctis tranſeuntibus viam, atque etiam ad tempus ipſi quærenti cum lacrymis, iſtius cre-

creſcentibus deſideriis & ſingultibus, naturali priſtinæ, ut caperetur, ſe reddidit viſibilitati. Inenarrabili plenus gaudio, illud vidit Thomas; accepit: ſuoque pignus inæſtimabile complexus eſt ſinu: Deo ac Martyri gratias agens. Tum voto ſe obſtrinxit, nempe, quod in poſterum nullum foret currum aſcenſurus, donec cum ſancto brachio perveniret Laudunum.

18. Veruntamen poſt gaudium iſtud, iterum periculum, iterumque formido. Per longiſſimum namque iter illud, pedeſter complendum, modo cum unis, modo cum aliis peditibus ſe comitantibus ſociebat. Una die contigit, ut incideret in latrones, qui, ejus ſociis ſpoliatis, Thomam, quadam perciti repugnantia, tangere minime auderent. Quare is e concepto prius timore animum reſumens, conſtanti pectore invehere in fures cœpit, exhortans eos, ut converterentur ad Deum, atque ad meliorem redirent frugem. Ex adverſo tamen latrones, ira pleni, reſponderunt; ut feſtinanter ad ſuum regrederetur Monaſterium, niſi vellet eandem ſuis cum expoliatis ſociis experiri fortem. Quibus, ille, auditis minacibus verbis, ſuam proſequens viam, manifeſtum adeo periculum expoliationis & amiſſionis ſacri pignoris feliciter evaſit. Denique per multa viarum diſcrimina ad villam pervenit, *Dionam* appellatam, juriſdictionis Monaſterii Laudunenſis. Oſtenditque fratribus ſuis, ibi exiſtentibus, magnum illum, quem ferebat, theſaurum cum epigraphe vetuſtiſſima nominis S. Laurentii, quem omnes conſiderantes, ac admirantes, Abbati Vualtero Laudunenſi ſcripſerunt Thomæ reditum cum tanto involucro. Abbas ingenti ad hæc gaudio exultans, maximo nobilium ſuorumque fratrum convocato cœtu, iis comitatus, Dionam recta profectus eſt. Ubi, ſancto brachio a Thoma recepto, in ſacello ſuæ juriſdictionis, omnibus exoſculandum illud porrexit adſtantibus. Direxitque ad Epiſcopum Laudunenſem epiſtolam, qua factum aperuit. Præſul (unus ex duodecim *paris* Franciæ, ac Temporalis etiam princeps urbis conſpicuæ Laudunenſis ſuis cum acceſſionibus) magna perlectis Abbatis literis voluptate, mandavit omnibus, & ſingulis Parœciis urbis; ut ſequenti die convenirent in Eccleſiam cathedralem; ubi, ſuſcepto S.Laurentii Martyris brachio, omnes debito incederent ordine ad illud deferendum in ſacram ædem Monaſterii Præmoſtratenſium. Congregatis iccirco Eccleſiaſticis ordinibus condicto loco, Epiſcopus Pontificalibus amictus indumentis, obvia excepit Walterum, alba nobili, ac feſtivo indutum pluviali, ſanctum brachium geſtantem, circum cereis ardentibus comitatum. Provolutuſque Antiſtes in genua, devotiſſime illud ſuſcepit, & oſculatus eſt, atque aliis innumeris uſque ad veſperas oſculandum porrexit. Proceſſitque deinde cum hymnis & canticis ac luminibus univerſo præcedente Clero ad indicatum magnificum templum, immenſa hominum multitudine repletum, ut vix aditus factus ſit ei ſuis cum miniſtris ad petendum altare maximum, in quo deponere potuit ſanctum brachium beatiſſimi Martyris; quod pannis, auro & gemmis diſtinctis, involvit, gratias genuflexus agens, quod dignatus ſit Deus Laudunenſem urbem tam pretioſo munere decorare.

19. Poſt dies aliquot Walterus Abbas zelo fervens in Martyris honorem; pretioſum curavit fieri lipſanom, auro & gemmis coruſcans, rogavitque prædictum Laudunenſem Epiſcopum, *Anſelmum* nomine, ut die condicto in novo collocaret feretro ſanctum brachium. Quod & Antiſtes præſtitit, indutus iterum Pontificalibus ornamentis, ac ex edito loco in conſpectu omnium urbis ordinum, populo illud venerandum exhibuit. Statimque narravit, quomodo ſacratiſſimum idem pignus Roma tranſmiſſum fuerat Antiochiam, & ex Antiochia in Hungariam delatum; inde per venerandum Thomam, Præmonſtratenſem Canonicum, miraculo Laudunum exportatum. Commotoque hiſce verbis ad lacrymas univerſo populo, intonuit ſollemniter hymnum *Te Deum laudamus*: quem Clerus cum adſtantium turmis proſequutus eſt vocibus jubilationis, & lætitiæ ad finem uſque decantans. Acta ſunt iſta, ut adnotant Maurini in Gallia Chriſtiana, Domini anno 1220. Ceterum Beatus Thomas Religionis zelo, fidei virtute, caritatis, patientiæ, ac humilitatis laude reſulgent, vigiliis, jejuniis, orationibus addictus, eodemque in Cœnobio devotiſſime ſub Martyris protectione perſeverans, ſpeculum regularis obſervantiæ omnibus factus; cæleſtibus ſecretis, mente excedens, non ſemel admiſſus; ſupernæque patriæ deſiderio flagrans; plenus dierum, & bonorum operum, ad cæleſtem Dei civitatem Jeruſalem tranſiit anno Domini 1259. Ejus tumulato corpore in ipſa Laudunenſi Baſilica: quæ titulo etiam *Sancti Laurentii* condecorata eſt, ut liquet ex duabus Bullis Innocentii Papæ IV., multas ibidem indulgentias concedentis ſub datum Laterani XI. Kal. Aprilis, Pontificatus ſui anno I., & Lugduni XIV. Kalend. Septembris anno III. necnon ex litteris indulgentiarum Epiſcopi Laudunenſis, per manus Canonici, officialis ſui, editis menſe Auguſti, anno 1242. In quibus etiam legimus, laudatam Reliquiam conſiſtere in manu ſiniſtra S. Laurentii cum majori, & digniori parte brachii ejuſdem Leviræ Martyris, Divinoque prodigio illuc tranſlatam.

20. Innumera fuerunt miracula, quæ operatus eſt Deus ad invocationem S. Laurentii, ejuſ-

ejuſque brachii conractum; quorum unum præterire non ſuſtinemus, nimirum quod puer quidam in profundiſſimom delapſus pureum, aquiſque ſubmerſus in octavis S. Laurentü, indeque mortons extractus, a, proſuſa lacrymis, matre, ac præ doloris acerbitare deficiente, in ſinum exanimis acceprus, ad loculum, in qno erat Brachium ſanctiſſimi Martyris, delarus eſt; ubi pia mater Sancti opem ardenribus imploravit precibus, ut filium revocaret ad vitam; votiſque ſuis devotiſſime compleris, ecce puerum cernit, imo ex pectore proſundiſſima tria ſuſpiria emittentem, qui redivivus, epotam aquam ex ore ſeliciter ad ſalutem evomit: nec ſilentio premendum ducimns, quod nobilis quædam molier *Relavergnina*; diu cæca quum ſuiſſer; ad ejuſdem Brachii contactum, amiſſum viſum obtinuit, miſſis aliis, e deſperatis morbis ſaluti priſtinæ continuo reſtitutis.

21. Utrum vero manus laudati Brachii ſir, vel ne integra ſuis cum digitis, documenta, quæ leguntur in citata bibliotheca Præmonſtratenſi, non exprimunt. Quocirca ſi reapſe omnino integra eſt, oportebit ob tanti lipſani reverentiam & auctoritatem aſſerere, quod alii digiti, de quibus mox agemus, ſint dexteræ manus; ſecus erunt alterius S. Laurentii. Habet autem Pancirolius, quod Romæ in templo Sanctæ Suſannæ Monialium S. Benedicti unus adſit digitus ejuſdem Martyris; ibidemque inſigne ſacellum eſt Levitæ ſanctiſſimi, a Sixti Papæ V. ſorore Camilla Peretta ædificatum, corporibuſque ſanctorum Geneſii, & Eleutherii Martyrum nobilitatum. Afferunt eriam Bollandiſtæ duo tranſcripta inſtrumenta Regii Excurialenſis templi; quorum unum partem unius digiti eſſe illic demonſtrat, inquiens: „ Dilecto filio no-
„ ſtro Ferdinando Sanctæ Mariæ in Dominica
„ Diacono Cardinali, de Medicis nuncupato,
„ Gregorius Papa XIII. Dilecte Fili noſter, ſa-
„ lutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quanta
„ & quam eximia pietate, ac religione chariſ-
„ ſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſ-
„ paniarum Rex Catholicus Beatum Lauren-
„ tium Martyrem ſibi colendum ſuſceperit, ex
„ eo iotelligi poteſt, quod ingenti ſumpru, &
„ opere mirifico in Hiſpania, loco *Excuria-*
„ *lium* vocato, Eccleſiam ſub ejuſdem Sancti
„ nomine ac tutela a fundamentis erexit, ac
„ mirabiliter exornavit, & maximis redditi-
„ bus auxit. Inde ſactum eſt, ut Rex fervore
„ devotionis impulſns, nobis per te vehemen-
„ ter ſupplicari fecerit, ut nonnullas ex reli-
„ quiis ipſius glorioſi Martyris, quæ in Urbe
„ cuſtodiebantur, ejus Majeſtati concedere vel-
„ lemus; ad eum finem, ut in eadem Excuria-
„ lium Eccleſia poſſent collocari. Quibus nos
„ ſnpplicationibus inclinati, cum reliquias quaſ-
„ dam Beati Laurentii Marryris prædicti, ſcili-
„ cet partem humeri, & partem oſſis unius
„ brachii, & unius digiti, ac unum ex denti-
„ bus cum vaſculo ſanguinis, & pinguedinis;
„ item de coſta ejuſdem Sancti (quæ omnes re-
„ liquiæ in diverſis Eccleſiis & locis hic adſer-
„ vabantur) colligi, & tibi conſignari juſſeri-
„ mus; nunc ipſas reliqnias ex Urbe extra-
„ hendi, & in Hiſpanias ad præſatum Phi-
„ lippum Regem ob eam, quam diximus,
„ cauſam tranſmittendi auctoritate Apoſtolica
„ tenore præſentium circumſpectioni tuæ ple-
„ nam, & liberam tribuimus ſacultatem. Non
„ obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationi-
„ bus Apoſtolicis, & quarumvis Eccieſiarum
„ tam ſæcularium, quam Regularium juramen-
„ to confirmatis Apoſtolico, vel qnavis firmi-
„ tate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudi-
„ nibus, necnon privilegiis, indultis, ac litte-
„ ris Apoſtolicis, ſub quiboſcunque tenoribus,
„ & formis conceſſis, approbatis, & innovaris,
„ ceteriſqne contrariis quibuſcunque. Datum
„ Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo
„ Piſcatoris die 28. Decembris MDLXXXIV.
„ Pontificatus noſtri anno tertio decimo. Jo:
„ Bap. Canobins.

22. Item Antnerpiæ inter ſacra cimelia profeſſæ domus Societatis Jeſu duo aſſervantur S. Laurentii digiti, ſecundum adprobationem Antuerpienſis Antiſtitis; quæ adprobatio in iis, quæ ad præſentem ſpectanc materiem, ſic breviter perſtringitur: „ Gaſpar Dei, & Apoſtoli-
„ cæ Sedis gratia Epiſcopus Antuerpienſis, om-
„ nibus has viſuris litteras ſalutem in Domi-
„ no... Nobis R. P. Franciſcus ab Hees Do-
„ mus Profeſſæ Societatis Jeſu in hac Urbe
„ Præpoſitus, die xı. Menſis Novembris anno
„ Chriſti MDCXLVIII. argenteam hierothe-
„ cam anriqui operis exhibuit, duos continen-
„ tem S. Laurentii glorioſi Martyris digitos,
„ aut eorum articulos: cui thecæ aliud jun-
„ ctum erat monile ex argento inauratum,
„ gemmiſque ornatum, inſertis hinc inde parti-
„ culis reliquiarum variorum Sanctorum, ut
„ S. Petri Apoſtoli, S. Andreæ, ejuſdem ſan-
„ cti Marryris Laurentii, S. Hippolyti, S. Con-
„ cordiæ... Utrumque hoc ſacrum cimelium
„ Domui Profeſſæ Antuerpienſi miſerat, illu-
„ ſtre profecto munus, ſereniſſimus Marchio
„ Brandeburgenſis, Sacri Romani Imperii Ele-
„ ctor, uti ipſemet teſtatus eſt poblico inſtru-
„ mento, quod ſua manu ſignavit, ac muniri
„ ſigillo curavit. Id vero ita habebat: Frederi-
„ cus Wilhelmus Dei graria Marchio Brande-
„ burgenſis, S. R. Imperii Archicamerarius,
„ & Princeps elector &c. Notum ſacimus ad
„ nos perveniſſe nonnullas reliquias Sanctorum,
„ deſumtas a templo Urbis noſtræ Colonienſis

ad

„ ad Svevum, a Majoribus noſtris fundato: in-
„ ter quas duo erant digiti S. Laurentii, an-
„ tehac in eodem templo publice expoſiti, &
„ a Catholicis veneratione habiti. Hos, uti &
„ paucas alias reliquias, juſta conſideratione
„ moti, conſignavimus in manus P. Joannis
„ Hagebaert Jeſuitæ, eo tempore, Clivis exi-
„ ſtentis in comitatu excellentiſſimi Baronis de
„ Ribacourt legati, tradendas domui Societatis
„ dictæ profeſſæ Antuerpienſis in gratuitum
„ munus; teſtantes, eaſdem eſſe reliquias, ni-
„ mirum in theca quadrangulari deaurata, &
„ gemmis ornata, contentas; præſertim vero
„ duos digitos S. Laurentii, ſcilicet pollicem,
„ & indicem, quantum apparet, aut certe eo-
„ rum articulos, argento concluſos, qui in
„ præfato templo fuerunt aſſervati, & venera-
„ tioni expoſiti. In quorum fidem has teſti-
„ moniales ex Cancellaria noſtra dari, eaſque
„ ſigilli noſtri auctoritate muniri juſſimus, &
„ manu noſtra ſubſcripſimus. Actum Clivis an-
„ no MDCXLVII. XIV. Auguſti. Fredericus
„ Wilhelmus Elector „ Subditque Antuerpien-
„ ſis Antiſtes: „ Has reliquias quia & tanti
„ Principis atteſtatio, & vetuſtas operis, quo
„ ornatæ erant, veras & legitimas eſſe perſua-
„ dent, permiſimus publice in Eccleſia venera-
„ tioni fidelium exponi &c. „ Poſtea die x. Au-
„ guſti, S. Laurentii feſto, ſubſequenti anno 1649.
(ut conjicimus ex Epiſcopalibus datis litteris in Novembri 1648.) ritu ſollemni in commemoratæ domus profeſſæ Societatis Jeſu templo exaltatæ ſunt. Unius digiti uſtulati uncea eſt in Lezatenſi Cœnobio Diœceſ. Rivenſis in Vaſconia, teſte Suaſſayo in ſuppl. 10. Aug.

23. Conſiderabilis quoque pars brachii in Patriarchali extramurana ejus Eccleſia cuſtoditur argentea in theca, forma brachii elaborata. Altera magna pars in templo Viminalis montis, quod dicitur *In pane, & perna*: dignum revera tanto dono; quandoquidem locus eſt, in quo Heros hic maximus tormentorum ſuorum incendia ſuperans, victor ex inhumanis, inferniſque hoſtibus, ad cælos glorioſus aſcendit. Multæ notabiles coſtarum partes per diverſas Urbis Eccleſias diviſæ ſunt, nimirum, ut uſque hodie cernuntur, apud Baſilicam S. Petri in Vaticano, penes alteram ſanctorum XII. Apoſtolorum, ubi quot annis ſollemniter exponitur in ara maxima ſimul cum pulcherrima picta ejuſdem leviticis in veſtibus imagine. Item in Eccleſia Sanctæ Crucis in Jeruſalem, in alia Sanctæ Mariæ in porticu Regionis *Campitelli*, nec non Sanctæ Praxedis ad montes. Etiam in cathedrali Eccleſia Scalarum coſtam eſſe legimus apud Ughellium; ſicut & in Capuana, ac in Laurentiano Venetiarum Monaſterio, alibique locorum. Pars cruris in Liguriæ Metropolitana fidelium venerationi proponitur in ipſius Sancti titularis feſto. In Menologio veneto Flaminii Cornelii Senatoris, os quoque cruris eſſe adfirmatur apud Monialium Eccleſiam *S. Mariæ ad Cæleſtia*. Pes uſtulatus oſtenditur in cathedrali Patavina, teſte Bernardino Scardeonio apud Grævium tom. VI. part. III. pag. 433. Pedem alterum reſidere dicunt apud templum S. Mariæ de Virginibos Neapoli. Magnæ plane reliquiæ, ſi de illarum, ut par eſt, conſtet identitate. Spina denique vertebrarum pene integra, cum lateribus, coxendinibus, ac magna tibiarum parte in ejus ſepulcro quieſcere cenſetur; quicquid Aynſa in opere de rebus Oſcenſibus lib. 2. cap. 3., & Franciſcus *de los Santos* diſcurſu 8. dicant, nullo ſolido innixi fundamento. Ajunt enim quod Gregorius XIII. a Philippo II. requiſitus pro obtinendis S. Laurentii reliquiis, ſepulcrum ejus reſeraverit, coram Cardinalibus, volenſque ſecare partem coxæ mediocrem, ferro eam nequivit recidere, ſed coactus ſit magnam illius membri partem, uſque ubi hæc fracta reperiebatur, accipere, ac Regi dono mittere, dicens: *S. Laurentius vult redire in Hiſpaniam*. Veruntamen ejuſmodi neniæ multiplici ex capite refelluntur. Gregorius namque XIII., ut ex ipſius liquet litteris ſub datum XXVIII. Decembris 1584., collectionem reliquiarum factam ex pluribus Urbis Eccleſiis commemorans, nullam de tam magna coxæ parte mentionem fecit, abſit de hojuſmodi aperitione ſepulcri. Igitur oportet, citati dicant hiſtorici, Pontificem ante vel poſt relatum tempus Martyris tumulum aperuerit. Si reſpondent, *Ante*. At quei fieri poterat, ut Philippus poſt acceptam partem coxendinis tam magnam, iterum inquietaret Chriſti Vicarium pro aliis ejuſdem Martyris reliquiis? Si *Poſt*. Ultraquam eadem fere ratio recurrat, certe admittere coguntur tempus, quo Roma in Matritum pervenerint collectæ reliquiæ; quum ex Urbe non diſceſſerint ante initium veriſimiliter anni 1585. necnon tempus, quo novam Philippus egerit apud ſanctam ſedem inſtantiam, vi cujus Pontifex Laurentianum aperire voluerit ſepulcrum, & re ipſa præſtiterit. Quæ omnia, vix credibile eſt, fieri potuiſſe ſex menſium ſpatio. At Gregorius tertio menſe paucíſque diebus poſt datas literas 28. Dec. 1584. e vivis ſublatus eſt. Mortuus eſt enim IV. Idus Aprilis 1585. An putant relati ſcriptores Hiſpani, quod ſanctiſsimi Levitæ tumulus in propatulo ſit expoſitus, ejuſque claves ad manum ſint, & non potius in profundis, ſitus incertiſque receſſibus ſub prægrandi quadratorum ingentium lapidum mole, quæ conſpicitur cincta undique ferreis ſpiſſis cancellis adeo ut opus foret magnas, ad effectum aperiendi ſepulcri, ſcro-

bes

bes facere, ſornicemque illius cryptæ deſtruere una cum ſuperiori Pontificio altari? Sed donandum eſt hominibus, talia neſcientibus. Sollerius in Bollandianis Sanctorum actis, §. VII. Comment. præv. ad vit. S. Laurentii, teſtatur ſe vidiſſe Reliqoiarum, quæ in Excruialenſi aſſervaotur templo, inſtrumenta; neque tamen vel narratam permagnam coxæ partem, vel iſtius documentum conſpexiſſe: merito iccirco productam relationem ad fabulas amandat.

24 Denique, qoum Tungris exponantur etiam partes ſcapularum, brachii, & capitis ſub titulo Sancti Laurentii (Deus ſcit cujuſnam iſtius nomiois) finem dicendi de inſignoribus oſſium Reliquiis noſtri Sancti ſacimos, certis addentes illam, quæ apud Barium in Apulia ſacro in theſauro beati Nicolai Myrenſis Epiſcopi ſumma diligentia cuſtoditur, perpetuo clara miracolo, nimirum quod toto anni curſu calores quum ſpargat, potiſſimum die Auguſti decima tales emittit ardores, ut deoſculari lipſanum vix poſſit; ſed neceſſe ſit protinus labia removere, ne, ut ajunt, adurantur: quemadmodum a compluribus viris, fide dignis, accepimus. Dubiis vero dantes ceteras pene innumeras, niſi de illarum identitate, ratione habita, teſtimonia proſerantur omni exceptiooe majora, queis merito ab hominis prudentis pectore omnis dubitationis occaſio propulſanda cenſeatur.

25. Ex Leodienſi M. S. eruitur, pretioſiſſimas ad illam S. Levitæ baſilicam ſuiſſe delatas carnis ipſius reliquias; habet enim: „ Al-
„ bertus Cuck, Epiſcopus Leodienſis, pretio-
„ ſiſſimas reliquias de ipſo corpore prædicti
„ Martyris, de carne videlicet ejus aſſata, ſan-
„ guine tamen quaſi recenter inſuſa, ot ſe in-
„ tuentibus veritas adhuc oſtendit, in curia
„ Romana grandi ſtudio & labore a Cæleſtino
„ Papa III. obtinuerat: quæ in magna vene-
„ ratione ab eo habitæ, poſt deceſſum ejus
„ 3. Kal. Martii ad nos translatæ, in majori
„ altari ſunt aſſumptæ. De adventu earum ad
„ nos feſtivam, & annuam commemorationem
„ inſtituimus.... Actum anno Domini mille-
„ ſimo ducenteſimo „. Nobilis item portio ejuſdem crematæ pro Deo carnis quot annis exponitur apod primam Presbyteralem Cardinalitiam Eccleſiam B. Martyris *in Lucina*, ubi etiam haud exiguum eſt vas cinerum, Sancti ſanguine, ac adipe mixtorum; liquores, qui profluxerunt e Martyris corpore in ſubjectum craticulæ ſolum, cineribus & carbonibus tum coopertum, dum Martyr ureretur lento igne. In templo autem collegii Societatis Jeſu Romæ ampulla eſt adipis clariſſimi ſive limpidiſſimi, qui, dicere cogimur, ex madeſacto Sancti corpore liquore proprio, poſt mortem ejus, ab Hippolyto & Juſtino Presbytero digitis collectus fuerit; atque in vaſe mundo repoſitus, & ad hæc uſque tempora fideliter ſervatus. Nullum enim eo in liquore veſtigium eſt cineris; quodque majus eſt, nec ſanguinis quidem. Condenſatus humor cernitur per anni ſpatium; die vero S. Laurentii liquidus inſtar olei puriſſimi, ac fluidi conſpicitur, ſicut & pluries in ſuccedaneis ejus feſtivitatibus vidi; vidique illum alio anni tempore denſum. Vaſculum quoque parvum vitreum eſt in Patriarchali ejus Baſilica, adipem, ſanguine mixtum, continens. Lapis inſuper marmoreus multis foraminibus inoculatus (ſuper quem repoſitum ſuit corpus Sancti Levitæ, e craticula ſublatum) adipe pariter ac ſanguine delibutus inviſitur, ac in ioferiori parte multis carbonum fruſtulis, cum adipe conglutinatis reſperſus apparet: ſanguis autem adeo rubeſcit, ut videatur nuper e venis extractus vivi humani corporis, quanquam traoſierint ab ejus effuſionis die jam quindecim ſæcula. Sunt præterea in *Sanctis Sanctorum* multæ particulæ Angelici panni, Martyris intincti ſanguine, cujus reſiduum eſt apud S. Laurentium *in Lucina*. Fert namque traditio, quod apparens Angelus Domini, dum Martyr in æquuleo torqoeretur, poſtquam iſtius plagas, ſanguine manentes, abſterſit, vidente Romano milite, abſterſorium reliquerit diſparendo: quod veriſimiliter ipſe Romanus ſuſtulit, ac Hippolyto tradidit reverſandum. De admirabili Ferentinæ Diœceſos cimelio, quod plenum eſt ejuſdem Martyris ſanguine, atque adipe, haud opus eſt heic quicquam repetere; quum ſatis de eodem egerimus lib. 1. Glor. Poſth. cap. 1. num. 17. Similiter & de id genus aliis ibidem commemoratis, occaſione agendi de miraculis, quot annis ſeſto ejus die contingentibus.

26. Bernardus Petius tom. 4. part. 3. Theſauri noviſſimi anecdotorum proſert ms. Ludovici ſenioris, Monachi, & Diaconi Monaſterii Leodienſis ſupra citati, ubi de adventu Reliquiarum S. Laurentii Martyris Roma Leodium ſermo eſt, habetque: „ Godeſridus transſerre ad
„ nos pignora ſanctiſſima pergit (ideſt de Adi-
„ pe beati Levitæ) erat in ipſo tempore tanta
„ pluviarum inundatio, ut pene alterum, di-
„ luvium crederemus. Jam vero cum quanta
„ alacritate populus innumerabilis proceſſerit,
„ quam religioſe omnis Clerus cum hymnis &
„ laudibus pretioſas reliquias ad nos uſque per-
„ duxerit, niſi qui præſens vidit, vix capere
„ poteſt. Pro ſerenitate aeris, pro tranquil-
„ litate pacis voces levabantur, ad aures, ut
„ credimus, pervenientes Dei Omnipotentis.
„ Poſt exceptionem ſanctarum Reliquiarum, ubi
„ uſque ad cornu altaris perlatæ ſunt, & Cle-
„ rus litaniam exorſus eſt *Kyrie eleiſon*, *Domi-*

„ *ne*

„ *ne miſerere*: Sol, qui fuerat in nobilo pene per
„ unum menſem, ita hora eadem radiorum
„ ſuorum lucem profudit, ut ambabus manibus
„ populus plauderet; & præ magnitudine læti-
„ tiæ lacrymas amplius funderet. Nec fortuita
„ fuit illa ſerenitas; ſed continuo perſeverans,
„ omni mundo ſpem reddidit & ſalutem.
„ Actum Leodii quarto idus Junii anno mille-
„ ſimo quinquageſimo ſexto. „ Reliquiarum
iſtarum adventus librum promeruit metricum Rainerii, ejuſdem cœnobii Leodienſis Monachi: quem laudatus Petius pag.121. producere non omiſit.

27. Inveniſſe nos, addimus, voluptate nimia in Martenianis anecdotis apographum diplomatis, perilluſtris quondam ejuſdem Laurentiani Monaſterii Abbatis, Berengeri; cujus alibi cum laude meminimus, in quo hæc legimus
„ Noverint omnes... quod duæ ampullæ, una
„ cryſtallina plena, altera vitrea media de pin-
„ guedine beati Patroni noſtri Laurentii, re-
„ conditæ ſunt in inferiori parte altaris, e Ro-
„ ma delatæ, tempore D. Stephani, primi Ab-
„ batis hujus loci, a Godefrido, ſancti Lam-
„ berti Canonico, poſtmodum Epiſcopo Leo-
„ dienſi, & in hac Eccleſia honorifice ſoſceptæ
„ quarto idus Junii. Deinceps ab illo tempore
„ ipſam diem fecerunt nobis feſtivam & cele-
„ brem, quam etiam convenit omni tempore
„ condigno cultu celebrare: & beatum Patro-
„ num noſtrum Laurentium, oportet credere, pro
„ hac parte corporis ſui totum meritis nobiſ-
„ cum eſſe: quem & ſi oculis non videmus,
„ beneficiis tamen & defenſione loci præſentem
„ eſſe certiſſime credimus. „ Præſentiam hanc
ſuam Martyr auguſtus eo in Monaſterio, ſecundum Berengeri fiduciam, multiformiter declaravit, non ſemel Monachorum oculis ſe viſibilem reddens, ut patebit in cap. de Appar. Mart. Sammarthani præterea de Antiſſiodorenſibus Epiſcopis referunt, Waldricum, ex Abbate S. Germani, obtinuiſſe a Joanne XI. Pont. Max., qui floruit ſæculo x., Reliquias S. Laurentii M., ſed non explicant, num ex adipe, vel ex veſtibus, aut aliter.

28. Illud certi habemus de Reliquiis noſtri Sancti, quarum meminit S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de Glor. Mart. cap. 40., agens de quodam S. Laurentii templo, nimirum non eſſe potuerint ex ejus oſſibus; nam hic ſanctus Antiſtes vixit ſæculo ſexto, coævus Gregorio magno, qui teſtatur ad ſua uſque tempora corpus ſancti Levitæ neutiquam fuiſſe deartuatum. Mirum tamen ſanctus idem Præſul refert de iiſdem Reliquiis. Ait enim: *Nec ſilendum putavi, quod reliquiæ ejus ab incendio hoſtilitatis ereptæ a quodam homine, in Lemovicinum delatæ ſunt. Qui cum ſæpius admoneretur per viſum, ut eaſdem Aredio Abbati deferret, nec juſſionem impleret; ipſe cum conjuge, & omni familia ægrotare cœpit. Tunc neceſſitate compulſus, ut eas viro ſancto detulit, mox ſanitati reſtitutus abſceſſit.*

29. Juxta ſenſum nuper explicatum intelligi debet ipſe Gregorius Turonicus, quum de tranſlatione loquitur Reliquiarum ejuſdem Martyris cum aliis Sanctorum pignoribus, quam tranſlationem Ruinartius factam revocat ad annum Chriſti 500. Quod autem contigit prodigii; S. Turonenſis Epiſcopus hiſce narrat verbis: *Diaconus ea ſecum ferens pignora ſacra* (ſcilicet ex Urbe maritimum iter arripiens Maſſiliam verſus) *ingreſſus navem, erectis velis, ac per illum antennæ in modulum crucis geſtat apparatum, extenſis, flante vento, pelagus altum arripiunt. Qui dum navigant, ut Maſſilienſis urbis portum adtingant, adpropinquare cœperunt ad locum quendam, de quo a littore maris lapideus mons exſurgens, ac paulatim decedens, ſummo tenus unda in mari diſtenditur. Cumque pellente vento, carina magno impetu ferretur in præceps, ut ſcilicet in ſcopulo illiſa quaſſaretur, ac nautæ diſcrimen intuentes, exitum vociferarent, Diaconus elevata cum Sanctis pignoribus capſa, invocare nomina ſingulorum cœpit, deprecans, ut eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Jam jamque adpropinquabat navis, ut præfati ſumus, ad ſcopulum, & ſtatim in ſanctarum contemplatione reliquiarum, ab ipſo loco commotus cum violentia majore ventus, huic vento contrarius, fluctum eliſit, ventumque diverſum repulit, ac nave in pelagus profundum revocata, cunctos a mortis periculo revocavit. Sicque gyrata mole periculi, portum, quem antea deſid.rabant cum Domini miſericordia, & Sanctorum patrocinio contigerunt.*

30. Quod de Reliquiarum qualitate noſtri Sancti judicium tulimus in prædictis beati Gregorii Turonici commemorationibus, hoc ferimus de pignoribus ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac Laurentii Martyris, a ſancto Vitaliano Papa tranſmiſſis ad Uſuviom Britanniæ Regem, de quibus agit Surius ſub *19.* Septembris in vita S. Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis, auctore Venerabili Beda. Siquidem Vitalianus Romæ ſedit eodem ſæculo, quo Gregorius magnus migravit ad Dominum, nempe vii.. quoque temporis nulla penes ſcriptores eſt mentio aperitionis hujuſmodi ſepulcrorum, aut extractionis oſſium eorundem præcipuorum Sanctorum, exceptis eorum capitibus, uti nonnulli volunt, Silveſtri diebus, ſumma cuſtoditis in eadem urbe vigilantia. In datis autem Vitaliani litteris ad præfatum Angliæ Regem hæc leguntur: *Gerulis harum noſtrarum litterarum ve-*

veſtris miſſis Beneficia ſanctorum Martyrum, hoc eſt reliquias beatorum Petri, Pauli, & Laurentii &c. fecimus dari, veſtræ Excellentiæ profecto contradendas ... Feſtinet igitur, quæſumus veſtra celſitudo, ut optamus, totam Inſulam ſuam Deo Chriſto dicare. Datæ ſunt hæ litteræ anno Chriſti 665. Ex quibus obiter conjicere fas eſt, quantæ efficaciæ ad infidelium converſionem exiſtimatæ fuerint noſtri Martyris Reliquiæ, juxta S. Vitaliani Papæ mentem, dum iſte ad effectum converſionis Anglorum expediens, urgenſque judicavit, poſt Apoſtolorum Principum ſacra pignora, illud Laurentii Martyris proxime addere, atque ad Regem Britannicum tranſmittere; quo feſtinanter poſſet vaſtum, cui præerat, Regnum ad fidem convertere.

31. Luſtratis igitur inſignioribus Sancti noſtri Reliquiis, quæ certa fide reapſe ad conſtructionem ejus corporis vel omnes, vel magna ſaltem ex parte concurrerunt, teſtantibus miraculis, aut authenticis litteris, omni exceptione majoribus, earum identitatem: plurimiſque id genus aliis, quæ ſub eodem *S. Laurentii* nomine circumferuntur, miſſis ſilentio; quarum veritas, quod ſint reveta beati Levitæ, non adeo claris fulcitur documentis; quicquid ſit de auctoritate inſtrumentorum, haud nobis innoteſcente; ac num teſtimoniales explicent, revera ſint pignora illius S. Laurentii, de quo agimus: deſcendimus modo ad paſſionis ejus inſtrumenta principaliora; adjecturi tandem aliquid circa veſtes. Et primum quidem, Cratem ejus ferream ſervari apud Sanctum Laurentium *In Lucina*, ſecundum potiores partes, incontroverſum eſt penes Romanos, exteroſque ſcriptores. Eam, indubitanter tenemus, ab antiquis Romanis Pontificibus in pretioſa fuiſſe initio temporum locatam cuſtodia; verum propter tot Urbis direptiones, ne tam æſtimabilis theſaurus auri & argenti cauſa, quibus ornabatur, ab hoſtibus repeteretur, reconditorio quodam vulgari creditus eſt, conſilio, ut opinamur, alicujus primi Presbyteri Cardinalis, illius Eccleſiæ Titularis. Nicolaus tamen Ludoviſius eundem obtinens titulum, priuſquam eſſet ſacri purpuratorum Collegii Decanus & Princeps, ac Oſtienſis Antiſtes, minime patiens ita demiſſe concluſum maximum Leviticæ paſſionis inſtrumentum, volenſque medium quid inter extrema qualitatis loculi ſeligere, ut excogitato, non abſque fundamine, periculo viam præcluderet; unum quum elapſum fuerat ſæculum, ex quo Urbs ab exercitu Caroli quinti expilationem paſſa eſſet; in eam abiit determinationem, ut capſam æream, deauratam, juſſerit conflandam, cryſtallis per quatuor munitam latera, *admirabili* (ut Coletus inquit in additionibus ad Ughellum de Epiſc. Oſtien.) *elaboratam opere*. Intus quam, ex humili priori cuſtodia eductam, obſeravit eandem Martyris cratem. Conſideratque idem Nicolaus Coletus loc. cit. quod ipſe Card. Ludoviſius *vitam exuit mortalem die nona Auguſti anno 1685. hora quarta noctis ſequentis, ſuccedente lucidiſſima die, Sancto Laurentio ſacra, cujus Eccleſiæ, dum titulum gereret Prior presbyterorum, exornandæ plurimum incubuit*. Queis nimirum verbis indicare nobis vult, ad ſupernam illc admiſſus fuerit Eccleſiam in triumphali ſollemnitate ſui Martyris protectoris; ſuffragantibus iſtius meritis, cujus honorem multiformiter in terris promoverat, præſertim in ejuſmodi arcæ ſplendidiſſimæ confectione.

32. Diximus, pretioſam Cratem, iſtam, *ſecundum potiores partes*, præfato in templo ſervari, quandoquidem multas ex ea detractas fuiſſe partes, cernentium oculis perſpicuum eſt. Neque aliter quam ex eodem craticulæ ferro S. Laurentii reliquiæ, ut alibi diximus, temporibus priſtinis a Romanis Pontificibus ad Chriſtianos Principes ut plurimum mittebantur. Hinc Baronius ad annum 519. refert, Legatos Apoſtolicæ Sedis, Conſtantinopoli exiſtentes apud Juſtinianum Imperatorem Hormiſdæ Pontificis diebus, has dediſſe litteras pro eodem Cæſare ad relatum ſummum Antiſtitem, nempe: *Filius veſter magnificus vir Juſtinianus, res convenientes fidei ſuæ faciens, baſilicam ſanctorum Apoſtolorum, in qua deſiderat & beati Laurentii reliquias eſſe ... petit de catenis ſanctorum Apoſtolorum, ſi poſſibile eſt, & de craticula S. Laurentii Martyris. Iſta ſunt deſideria prædicti viri: in hoc fides ejus eſt incitata. Propter hoc in Urbem veſtram virum ſpectabilem Eulogium Magiſtrianum direxit &c.* Super quæ Baronius inquit: „ Intelligis, lector, quam „ præſtaret hoc ſæculo cultus ſacrarum reliquiarum; cum pro magno munere maximi Principes peterent, & acciperent, non ex carne, „ vel oſſibus, aut aliis, ſed velum, quod ad „ ſecundum foramen in ſepulchrum Apoſtolorum demiſſum, virtutem inde contraheret „. Ideo non mirum, ſi Legati Pontificis, huic exponendo deſideria Imperatoris, eam in ſupplicatione, pro obtinendis catenarum Apoſtolorum, & craticulæ Archimartyris ramentis, conditionalem particulam addiderunt, *ſi poſſibile eſt*. Unde non alias, ſuademur, fuiſſe inſignes illas Martyris reliquias a ſancto Leone magno ad Pulcheriam auguſtam directas, niſi ex ſepulcrali brandeo, vel etiam ex ferrea ejuſdem Sancti crate, quæ repoſitæ fuerunt in celeberrimo Laurentiano Templo, nuper tum ab Imperatrice conſtructo *in Balchernis*. Cujus illuſtris tranſlationis fama pene innumeris ſcriptorum calamis eſt

eſt divulgata. Etenim & ipſe magnus Gregorius, ut ſupra vidimus, ad comprobandam id genus conſuetudinem non mittendi extra Urbem aliquid ex præcipuorum Sanctorum corporibus, beati Leonis Papæ primi, ad Conſtantinam auguſtam, adduxit exemplum.

33. Surius in vita S. Domnoli, Cœnomanorum Epiſcopi, ſcribit, quod is, ædificato Sancti Laurentii & Vincentii templo, *magnam craticulæ partem, in qua Sanctus Laurentius aſſatus eſt, bonorifice repoſuit*: anno circiter 560. circa finem etiam hujus ſæculi ſupra laudatus Gregorius Papa Dynamio, Galliarum Patricio, ac de Romana Eccleſia benemerito, epiſtolam ſcripſit, quæ lib. 2. conſignatur numero 33., ubi air: *Tranſmiſimus Beati Petri Apoſtoli benedictionem, & crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia ſunt inſerta... Per quatuor vero in circuitu partes de Beati Laurentii craticula, in qua peruſtus eſt, beneficsa continentur: ut boc ubi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem Domini accendat*. De eadem craticula notabilis eſt pars apud Sanctum Laurentium *in Pane & Perna*, in qua cernitur aduſta Martyris caro, eidem ferro adhærens, ut PanciroIius narrat pag. 276. prope finem tractatus ipſius Eccleſiæ num. XLVIII. Etiam & aliqua ejuſdem ſegmenta ſunt in Patriarchali ejuſdem Martyris Baſilica; in templo Sanctæ Mariæ *in Coſmedin*, ac S. Barbaræ Bibliopolarum. Fertur inſuper, quod grandis portio unius trium coſtarum relate cratis in celebri Excurialenſi ſano ſervetur. In Martyrologio Gallicano Andreæ Suaſſay ſub die Auguſti x. legitur: *Triumpbus S. Laurentii M. S. R. E. Arcbidiaconi, multarum Eccleſiarum inſignium in Gallia Tutelaris. Cujus pretioſis pignoribus ipſa Gallia variis in locis exornata, præſidiis etiam fulta exultat glorioſis. Nam & pars craticulæ, in qua exuſtus, ardentes carbones, flammaſque Chriſti amore ſuperavie in Regali Cœnobio S. Dionyſii prope Regiam Lutetiam jam pridem percolenda ſervatur: alia parte dudum antea Cœnomanis a Beato Domnolo Epiſcopo ejuſdem Urbis in cœnobitica æde S. Vincentii repoſita*. De hac poſteriori ſacra æde loquuti ſumus lib. 2. cap. 2. De Eccl. Abbatialibus, quam, præter ibi allatas graviſſimas conjecturas, oſtendimus ex Mabillonio dicatam eſſe Sanctis Laurentio & Vincentio: Cui auctori, uti rerum ſui Ordinis magis conſcio, deferendum eſſe ducimus præ ſilente Suaſſayo noſtri Martyris nomen. Extat qooque Libellus, Italica editus dialecto, qui fert inſcriprionem: *Triumpbus cinerum, & craticulæ S. Laurentii Martyris, titularis Eccleſiæ Peruſinæ catbedralis*, cum ſollemniſſimæ ſupplicationis pompa celebrari juſſus ab Illuſtr. ac Reſmo Domino Luca Alberto, Peruſino Epiſcopo, ejuſdemque urbis Patritio, die x. Auguſti anno 1681. Opus dicatum Emo ac Reſmo Dño Card. Gaſpari de Carpegna. Ubi teſtimonio relati Cardinalis, tum in Urbe Vicarii Innocentii Papæ XI., aſſeritur, partem craticulæ cum cineribus diſtractam fuiſſe a ſanctuario *in Lucina*. Maximo dein (reſert libellus) ſacræ pompæ apparatu circumlatam eſſe per Urbem illam ſupplicatione ſollemni, ingentibuſqe popularis letitiæ ſignis, ac repoſitam denique in cathedrali templo die ſupradicta. Apud laudatum pariter ſanctuarium *in Lucina* cuſtodiuntur ſurca ferrea, qua crudeles carnifices corpus Martyris ſuper craticulam, dum ureretur, comprimebant; & prope paſſionis finem ſupinum revolverunt; nec non catena palmorum trium, quæ in peculiari theca demonſtrabili, cryſtallo munita, ſervatur: furca vero in ara templi maxima clauſa eſt.

34. Carbones, adipe imbuti ac ſanguine ipſius Martyris Levitæ, partim, *Sanctis Sanctorum* in ebeni capſa obſerati ſunt; partim in quodam lipſano Baſilicæ *S. Petri in Vaticano*, & in altero Eccleſiæ *in Pane & Perna*. Mabillonius tom. 4. vit. Sanct. Ord. S. Bened. ad annum 707. in appendice ad vitam S. Hidulphi, Epiſcopi Trevirenſis, occaſione narrandi cujuſdem ptodigii, apud Senones viſi, reſert, in Monaſterio ejuſdem S. Hidulphi exiſtere quippiam de carbone ſanguineo S. Laurentii. Sic autem factum exponit. „ Monachus Senonen-
„ ſis, Monaſterii *Mediani* S. Hidulphi exorci-
„ ſta, recitans Evangelium S. Joannis ſuper ca-
„ put dæmoniaci, reſpondit diabolus: Idiota,
„ tace. Nonne ſcis, me ſcire melius hoc Evan-
„ gelium? Scias, illud me plane ſcire: nec
„ per ipſum ab iſto hoſpitio me poteris ex-
„ pellere. Vade, & quære tibi aliud, quod
„ melius tibi placuerit. Quo audito Monachus
„ ad Eccleſiam properans, accepit ſcrinium,
„ in quo plures erant reliquiæ Sanctorum, in-
„ ter quas ſancti Stephani & S. Laurentii; ap-
„ poſuitque ſcrinium ſuper caput energume-
„ ni. Ar ille clamans, dixit: Oh me infeli-
„ cem! Tolle quæſo iſta, quia valde crucior:
„ tolle, tolle inimicos meos. Ille vero exor-
„ ciſta interrogans eum, qui eſſent inimici
„ *ejus*? ait: Stephanus, & Laurentius: Unum
„ lapidavi, alterum aſſavi: & jam meritis
„ ipſorum oportet me hinc exire. Et hæc di-
„ cendo proſiliit ex ore ipſius quaſi ſcarabæus,
„ & cecidit in terram, lentoque greſſu, vi-
„ dentibus cunctis, pervenit ad oſtium Eccleſiæ,
„ & ita volatu ſe elevans, miſcuir ſe ventis.
„ Erant autem inter multas ſanctorum Reli-
„ quias de ſaxo, quo lapidatus fuerat B. Ste-
„ phanus, & de carbone ſanguineo, quo San-

Digitized by Google

„ ctos Laurentius aſſatus. Liber autem homo „ a ſpiritu neqam effectus, interrogatus, num „ horum dictorum a dæmone quicquam conſcius eſſet? Reſpondit: Nihil omnino: nec „ aliud præter maternam linguam ſe ſcire. „ Erat enim ruſticus imperitus; & tamen obſeſſus quom eſſet, loquebatur variis linguis, „ provocabatque doctores ad ſecum diſputandum de omni ſcibili „.

35. De veſtimentis tandem Levitæ Sanctiſſimi tum uſualibus diurnis, nocturniſque, tum adhibendis pro horis adſiſtentiæ in altaris miniſterio, pauca dicenda ſuperſunt: Induſium namque ejus cum dalmatica eſt apud S. Barbaram Bibliopolarum: ſuperiores autem conſuetæ veſtes ſunt in *Sanctis Sanctorum*. Ubi etiam adſervantur indumenta diaconalia, queis ornatus apparuit, quum illud ſuum oratorium in viſione Apoſtolo Petro conſecranti adſtitit, ut videbimus ſequenti capite de ipſius Apparitionibus, ibique propria veſtimenta ſacra diſparendo reliquit: creduntorque Angelorum opera eſſe contexta. Vide in ſummario Reliquiarum, quæ conſervantur penes *Sancta Sanctorum*, quod prope finem libelli, cui titulus *Guida Angelica*, adjectum eſt, pag. mihi 105. Eodemque in ſanctuario altera in capſula clauſa ſunt alia veſtium ejus fragmenta ex lib. cit. pag. 107. Atque hæc ex abundanti dicta ſint de notabilioribus Martyris reliquiis.

CAPUT II.

De Apparitionibus ejuſdem ſanctiſſimi Martyris: Nec non de iſtius valida apud Deum interceſſione pro clientibus ſuis etiam defunctis, piacularibuſque flammis addictis.

ET quidem lubet primum agere de ipſius Apparitionibus non ſolitarie, ſed aliorum Sanctorum ſocietate exſequutis. Magnum etenim Laurentianæ gloriæ pondus in eo deprehendimus, quod peculiarem honoris locum obtinuerit, apparens in conſilio Sanctorum, varia ſub rerum occaſione lata ſupernæ manifeſtationis. Quandoquidem apud Matthæum Raderum volumine 3. Bavariæ ſacræ legimus, quod ſanctus Conradus Epiſcopus Conſtantienſis, quum acceſſiſſet ad conſecrandam Eccleſiam Sanctæ Mariæ in eremo Helvetiæ cum S. Udalrico Auguſtano Præſule, ac magno primæ nobilitatis ſuperioris Germaniæ comitatu; illuc perventus idibus menſis Septembris, quum circa noctis dimidium ſurrexiſſet orationis cauſa, eodem in templo audivit canentes Angelos, juxta ea, quæ præſcribuntur ab Eccleſia Romana in Templi dedicatione (quem cantum audierunt etiam multi Monachi cum aliis nonnullis, qui eodem tempore vigiles ibidem orabant) ipſe vero Conradus ſcriptum in ſuo libro reliquit, cui titulus: *De Secretis Secretorum*, nimirum ſe vidiſſe, quod *Deſcendit Dominus de cælis caſula violacea ante altare ad ſacrum officium celebrandum, cui quatuor Evangeliſtæ infulam capiti ejus imponentes, & more conſueto deponentes, Angeli autem thuribula deferebant. Maria virgo ante altare ſtabat ſplendida ſicut fulgur, S. Michael præcentor erat. S. Stephanus legit epiſtolam, Beatus Laurentius Evangelium.* Qualis porro auctoritatis cenſenda ſit eadem ſancti Conradi viſio, facile intelligere poſſumus ex iis, quæ a fide dignis auctoribus citatus Raderus Societatis Jeſu relato ſubdit libro, dicens: „ Stupidus remanſit Conradus, ibidem fixus, immobilis, & attonitus; „ capta luce, ſequenti ſcilicet die exaltationis „ S. Crucis moras ejus exprobrantes turmæ, „ donec dies vergeret ad meridiem; tum omnes urgere, ſollicitare eum conati ſunt, ut „ officia dedicationis perageret. Ille quibuſdam „ paucis rem peractam eſſe ſignificavit. At auditores vanis ſomniis ex rei meditatione id „ tribuentes; impellebant, cogebantque ad conſecrationis præſtandum officium; donec, cunctis, re inopinata perculſis, & expaveſcentibus, facta vox eſt e Cælo: *Ceſſa, ceſſa, ceſſa, Frater: divinitus Cappella dedicata eſt*: quam „ vocem omnes audierunt „: Ita ſanctus Præſul ab illorum importunitate liberatus eſt.

2. Secunda fere id genus apparitio in *Sanctis Sanctorum* contigit ſolo cum diſcrimine, quod Sacerdos conſecrans iſtud Oratorium, non Chriſtus Dominus, ſed ejus Apoſtolus Petrus fuerit; cui adſtiterunt a dextris pro Diacono idem Sanctus Laurentius, pro Subdiacono Beatus Stephanus: eidemque ſacræ actioni præſentem ſe præbuit conſpiciendum ipſe Rex gloriæ, Angelorum, aliorumque Sanctorum eum curia comitante. Actaque illius Ædis conſecratione, ut viſio diſparuit; ſacerdotalia Sancti Petri indumenta cum ejus Miniſtrorum veſtibus eodem loci miraculo manſere relicta, quæ prehenſa, diſpoſitione Romani Pontificis in quadam arca fuerunt ibidem recondita: ubi, ut refert Stephanus Gallonius in ſummario Reliquiarum ejuſdem ſanctuarii (juxta indicem, quem a deputatis, nobilibus urbis Patriciis, ad ipſius cappellæ cuſtodiam, accepit) conſervantur in hodier-

hodiernum uſque diem. Apparitionem iſtam Joannes Marangonus, de eodem agens S. Laurentii Oratorio, cum altera confundit, quæ non ad conſecrationem Ædis prædictæ facta eſt ſed in demonſtrationem compenſationis Deiparæ Filio ſuo pro ſibi collatis honoribus ſuper aſtra in præcedenti, tranſactoque feſto die ſuæ glorioſæ Aſſumtionis in Cælum, uti liquet ex vetuſtiſſimo Lateranenſi codice, quem mox producturi ſumus ex Floravante Martinello Romano pag. 153. & ſequentibus. Poſterioris autem hujus Apparitionis a prima diverſitatem aperte declarant tum viſa perſona ſubdiaconi, qui non Protomartyr Stephanus, ſed inſignis Martyr alter, nempe Vincentius fuit; tum ſacra vaſa cum ſacramentis relicta, quod non evenit in prima conſecrationis viſione, in qua tantum veſtes ibi depoſitæ leguntur; non item calix & patena: quæ vel alio tandem aſportata fuere, ſacramentis veriſimiliter a Chriſti Vicario tum exiſtente aut ab alio Presbytero conſumtis; vel iis ſuſceptis, præfata evanuerint ſacra vaſa. Quandoquidem in laudato Reliquiarum indice nulla prorſus ſit mentio de iiſdem, relato in ſanctuario adſervatis. Tranſcribimus nunc commemorati Codicis Lateranenſis verba.

3. „ Vir quidam, vitæ valde laudabilis, „ cum infra octavas Aſſumtionis ante fores hu„ jus Baſilicæ nocte quadam confiteretur Do„ mino in pſalmis & canticis ſpiritualibus, „ duo homines reverendi habitus ei pariter „ adſtiterunt, quos migraſſe de ſæculo nullo „ modo dubitabat. Hi ab eo interrogati, quam „ ob cauſſam veniſſent; Dominam, inquiunt, „ expectamus, quæ, quaſi rependens Filio ſuo, „ cum majeſtate ventura eſt, ut ei deſerat; „ quia ipſe nuper ad eam veniens., grandem „ ei fecit honorem. Tu ergo ne timeas: oculi „ namque tui ſtatim videbunt mirabilia. Et „ ecce ſubito cœtus animarum jam cum Chriſto „ regnantium, & ſanctorum ſpirituum agmina „ glorioſa, ſuis choris diſtincta, modulatione „ dulciſona laudes Domini reſonantia: in qui„ bus choros Sanctarum præibat ſeminarum; „ quas Confeſſores diverſorum ordinum ſeque„ bantur; poſthæc Martyres incedebant; extre„ mi vero gradiebantur Apoſtoli, poſtremo „ glorioſa Dei Genitrix Virgo Maria, vallata „ choris Angelorum, & miro odore redolens „ veniebat. Ad cujus introitum ſplendor ingens „ quaſi fulgor, emicuit; ita ut tota hujus Palatii „ machina videretur ſuccendi, & locorum facies „ penitus immutari. Stupefactos autem vir ille „ in hac magnifica viſione, pene deficere vide„ batur; quem illi, quos initio viderat, confor„ tantes, dicebant: Noli timere; hæc eſt Ma„ jeſtas Domini, quæ jam egreditur. Tunc „ ille confortatus ad eorum ſermonem, tollit „ oculos; & vidit thronum gloriæ magni Dei „ ab Angelis in altum portari: ſedentem au„ tem ſupra illum neminem vidit. Mox pate„ factæ ſunt januæ hujus Baſilicæ, & thronus „ illic cæleſtis inducitur: ſed & vir, qui hæc „ cernere merebatur, ſimul cum aliis intro„ mittitur. Quæritur interim, quis celebrabit „ divina myſteria, & reſpondetur, Princeps „ Apoſtolorum, atque ſubjungitur; miniſtrent „ ei Laurentius, & Vincentius. Quibus tan„ dem ſollemniter celebratis, cum omnes pa„ riter receſſiſſent, calix, & patena cum ipſis „ Dominicis ſacramentis ſuper altare relicta „ ſunt in teſtimonium hujus ſtupendæ admo„ dum viſionis, ut ſcilicet aſſertio viri, qui „ hanc viderat, vera per omnia probaretur „ Paulianus vero in libro typis edito 1549. de ſanctis reliquiis, & antiquis Baſilicis urbis Romæ pag. 223. in Tract. *De Jubil. & Indulg.* ubi ait: *Sancta Sanctorum miraculo ſacratum autumant*: non de hac, ſed de priori apparitione intelligendus eſt loqui. Quî nam fieri potuit, ut illud celebre ſanctuarium per quinque circiter ſæcula maneret ſine conſecratione, nimirum uſque ad tempora Leonis IV., qui ſæculo nono octavas inſtituit feſtivitatis Aſſumtæ in cælum Virginis, in quibus apparitio poſterior contigit, juxta Lateranenſem codicem, in quo, ut vidimus, nec ulla ſit mentio de illius dedicatione; unde magis noſtra theſis ſupra expoſita geminæ apparitionis confirmata nitescit. Sed ultra progrediamur.

4. In chronico Joannis Naucleri Volum. 3. Gener. 34. illuſtris altera conſimilis manifeſtatio S. Laurentii reperitur. Quum enim anno Domini 1013. ſanctus Henricus Imperator eſſet Romæ, ac in oratione ſolitarius pernoctaſſet apud altare templi ſanctæ Mariæ Majoris, ob occurrens tunc feſtum Purificationis S. Mariæ Virginis die ſecunda Februarii, apparuit illi Chriſtus Dominus, Pontificalibus ornatus habitibus, cui ſanctus Laurentius, uti Diaconus, adſiſtebat a dextris; & ab altera parte, uti Subdiaconus, idem ſupra notatus S. Vincentius Martyr: poſt quos veniebat glorioſiſſima Dei Mater cum multitudine ſanctarum Virginum, & Angelorum; ſubſequebantur ſanctus Joannes Baptiſta cum Patriarchis, & Prophetis: deinde ſanctus Petrus ceteris cum Apoſtolis & Evangeliſtis, poſtea S. Stephanus Protomartyr cum exercitu Martyrum, & ſanctus Martinus cum beatis Confeſſoribus; perventiſque omnibus coram illius Baſilicæ altari, canere cœperunt Angeli Miſſæ introitum, nimirum illud ejuſdem diei feſti: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui; ſecundum nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ, juſtitia plena eſt dextera tua*. Ad quæ poſtrema verba Dominus Jeſus

Jeſus Henricum digito iodicabat, & cum Domino pariter SS. omnes. Tum de more ſubſequuto Miſſæ ulteriori cantu uſque ad graduale poſt lectam epiſtolam a Beato Vincentio, Evangelium modulatus eſt Levita Laurentius: eoque perſoluto, unus ex adſtantibus Angelis librum Evangeliorum accepit, atque ad Dominum detulit oſculandum; inde ad ſanctiſſimam Dei Matrem, ceteroſque Sanctos per ordinem. His peractis Beata Virgo juſſit eundem Angelum, ut præfatum librum Henrico etiam oſculandum afferret, dicens: *Præbe ei pacis oſculum, cujus mihi virginitas placet*: quare ingenti perfuſus gaudio Imperator, extra ſe vadens, ſtatim in ſemore tactus eſt ab Angelo, diceote ſibi: *Hoc tibi ſignum erit amoris, quo te diligit Deus tuam ob caſtitatem; & juſtitiam*. Sicque viſio diſparuit. Ipſe autem Henricus ad Angeli tactum claudus remanſit, inſtar illius quondam Patriarchæ Jacob, luctantis cum Angelo. Hinc vocari commuoiter cœpit *Henricus claudus*: Invenimus etiam apud Bollandiſtas ſub die 18. Junii, quod ægre decumbenti beatæ Oſannæ Virgioi Mantuanæ, tertii Ordinis S. Dominici, apparuerit Sanctus Laurentius, in Diaconi officio miniſtrans ſacrificanti Apoſtolo Petro, præſentibus Domino noſtro Jeſu Chriſto, ejuſque Matre beatiſſima. Idque factum; quia infirmæ deerat copia Sacerdotis, ut Euchariſtiæ, quod optabat, reciperet ſacramentum: quare miraculo factum eſt, ut in fine ſollemnis auditæ Miſſæ, accinentibus Angelis, Petri manu ſuſciperet ſanctum Domini corpus.

5. Sed præ hactenus enarratis Apparitionibus explicuit gloriam peculiarem Levitæ ſanctiſſimi altera, quæ accidit in ſacroſancta ejus Baſilica extra Urbis mœnia, ſedente Alexandro II. Pont. max., anno Domini 1072. Erat enim io Monaſterio ipſius Eccleſiæ, Cluniacenſis tum Ordinis, quidam ſanctiſſimæ vitæ monachus, qui cum eſſet ſacriſta, ſurgebat omni nocte, priuſquam eſſet hora pulſandi æs campanum pro matutini officio, ingreſſuſque Templum, viſitare ſolebat omnia illius altaria, & præſertim illud, ſub quo corpus Martyris requieſcit. Quadam autem nocte, præcedente quartæ feriæ diem Auguſti, conſuetam exolvens altarium viſitationem, ſpeciali quodam ſpiritus fervore ſuccenſus, ad aram pervenit maximam, ſupra depoſitum ſancti Levitæ, ut alibi diximus, ſitam. Ibique ad prolixius orandum ſe ſiſtens, aperiri ſenſit Eccleſiæ valvas, apertiſque oculis, vidit per eas introeuntem perilluſtrem ſenem, virum venerabilem vultu, Pontificalibus indutum veſtibus, Diacono, ac Subdiacono hioc inde, aliiſque Miniſtris, ad Miſſam ſollemniter caoendam condecentibus, comitatum; quem ſequebantur, nobiles veluti Seoatores, regii Milites, aliæque turbæ conſpicuæ otriuſque ſexus tum Eccleſiaſticæ, tum ſæcularis conditionis. Stupeſactus atque attonitus fratrer ad bæc viſa, animos ſibi addens, reverenter ac humiliter ad Diaconum appropinquans, dixit: *Qui vos eſtis, ad celebrandam adeo illuſtrem ac magnificam ſollemnitatem præparati?* Nobilis Levita reſpondit: *Qui ſacerdotalibus amictus eſt veſtibus, Sanctus Petrus Apoſtolus eſt; ego Laurentius ſum, qui feriæ quartæ die (quo & Dominus Jeſus Chriſtus traditus eſt, & a Judæis morti deſtinatus) tot pro ejus amore pertuli pœnas. Ideo in memoriam Martyrii mei hodie huc convenimus ad eam, quam vides, peragendam ſollemnitatem. Subdiaconus eſt Sanctus Stephanus Protomartyr, miniſtri vero Angeli Dei; ceterè ſunt Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & Virgines, qui talem mihi honorem impendere convenerunt. Atque ut mea hæc ſollemnitas, & honor, ab ipſis mihi præſtitus, innoteſcat toti mundo, volui, ut tu quoque hæc videas: & die facto, ad Pontificem pergas, eique meo dicas nomine, ut ſuo cum clero in iſtam contendat Eccleſiam, miſſam celebret, perpetuamque populo aliquam, pro ut ſibi viſum fuerit, indulgentiam largiatur*. Sacriſta hæc audiens, timenſque a Pontifice repelli, quaſi foret proprio illuſus phantaſmate, *Quomodo*, inquit, *ſummus Pontifex fidem meis dabit verbis, niſi ei ſignum aliquod proferam in conteſtationem veritatis hujuſmodi viſionis?* Tum Levita ſanctiſſimus cingulum ſolvit, quo erat præcinctus, tradiditque ſacriſtæ monacho, ut in confirmationem eorum, quæ narraturus erat, poſſet illud oſtendere: ſicque viſio diſparuit. Protinus vir Dei perrexit, gaudio & jubilo repletus, ad pulſandum tintionabulum, quo fratres ad capitulum convocari ſolebant; quibus convenientibus conſueto loco, ac demirantibus, quod ea inuſitata hora vocati eſſent ad capitulum, expoſuit eis, quæ viderat, & audierat in Eccleſia. Oſtenditque relictum ſibi ciogulum a ſancto Laurentio. Abbas autem & Monachi, ſcientes viri ſanctitatem, atque admirabili viſo cingulo, nedum omnes crediderunt verbis ejus, verum etiam adiere Pontificem Maximum: qui auditis expoſitis, receptoque ſancti Levitæ cingulo; de conſilio fratrum S. R. E. Cardinalium, iiſdemque comitantibus, ad S. Laurentii Baſilicam extra Urbis muros dirigit greſſus, ut eo, juxta Martyris præceptum, miſſam celebret. Et ecce in via obviam ei fit, diſpoſitione Divina, gens, defuncti cujuſdam corpus efferens ad ſepulcrum. Hanc nactus occaſionem Pontifex, experimentum publicum virtutis Laurentiani cinguli capere ſtatuit; jubet vectores, ut examine corpus coram ſe ſiſterent, atque in præſen-

tia

tia tot teſtium, quot adſtantium, oratione præmiſſa, cingulum appoſuit ſuper defuncti corpus, ſtatimque ad cinguli contactum, qui erat mortuus, redivivus e feretro ſurrexit. Quare, univerſis ſtupentibus, ac Deo gloriam dantibus, Alexander Pontifex ad Patriarchalem Martyris pervenit Eccleſiam; miſſam ſollemniter adſiſtentibus Cardinalibus perſolvit; conceſſitque perpetuæ indulgentiæ annos quadraginta cum totidem, ut ajunt, *quarantenis* omnibus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, qui eandem Eccleſiam, vel quamlibet aliam, ſancti Laurentii titulo nuncupatam, ubivis locorum exiſteotem, viſitarent cunctis mercurii diebus, per totius anni circulum. Ad perpetuam etiam tam admirabilis facti memoriam, a vetuſtis ſæculis tota hæc hiſtoria depicta cernitur in portico ejuſdem Baſilicæ; nuperque currenti ſæculo eruditiori expreſsa eſt pennicillo in ipſius Eccleſiæ ſecretario. Bullam vero conceſſionis Indulgentiarum (refert Leonardus de Utino ſerm. de ſanct. in feſt. S. Laut. tit. 7. de Pœnit.) cum aliis multis Pontificum Romanorum adſervari apud monachicas relati Templi ædes diebus ſuis, queis floruit 1440. Vide Severanum de VII. Urbis Eccleſiis.

6. Mirificum eundem Martyrem pluries apparuiſse Franciſcæ, nobili Romanæ viduæ, peculiari diſtinctum gloria inter Sanctos ceteros, Bollandianis liqoet actis ſub die 9. Martii. In quarum viſionum poſtrema eidem Dei famulæ conſpiciendum ſe dedit ſimul eum ſanctiſſima Virgine cælorum Regina, & ſancta Maria Magdalena menſe Octobris 1434., revelatis imminentibus Urbi calamitatibus, & ruinis, ni furor Domini averteretur. Eademque hortante Dei Genitrice Franciſcam, ut Filii ſui leniret celebratione plurium Miſſarum iracundiam, commotam adverſus Romanam Civitatem, Martyris interceſſio commendata eſt, tanquam valde efficax ad effectum hujuſmodi. Sancta quandoqnidem Maria Magdalena charta & atramento ſignans Miſſarum numerum celebrandarum, quas Mater Virgo dictabat, ac Franciſca legebat, una inter illas ſic fuit adnotata: *Alia vero Miſſa ſit Sanctorum Stephani, & Laurentii.* Cuncta præſcripta celebranda in Sanctorum honorem ſacrificia beata illa Vidua in exſecutionem poſuit, atque ita Divinam ab Urbe indignationem avertit. Unde, quod legimus in Eccleſiaſticis annalibus apud Spondanum dicto an. 1434., nimirum: *Septimo die Octobris nocte ventus horrendus, & validiſſimus ab Aquilone veniens a mari Anglico per aſcenſum Rheni, & omnes adjacentes regiones uſque ad Italiam tam deſæviens infinito damna intulit, multis hominum millibus oppreſſis, turribus, domibus, Eccleſiis innumeris ſubverſis:* Hoc inquam, quod legimus, ex quo Roma immunis evaſit, non immerito adſcribendum eſt ſanctiſſimæ Dei Parenti, beato Martyri Laurentio, aliiſque Sanctis, quorum auxilium apud Deum imploratum fuit ea celebratione Miſſarum in ipſorum honorem, quam Franciſca curavit. Neque tum primum fuit, aut ultimum erit, quod ſerenus hic Martyr ſalutaribus ſuis monitis ſtuduerit, vel in futurum dabit operam miſeris mortalibus, ut ſibi caveant ab imminentibus Divinæ iracundiæ flagellis. Ante Franciſcæ Romanæ ſiquidem tempora etiam Birgittæ Levita magnus ſe manifeſtavit libr. 1. Revel. cap. 23. dicens: *Ego cum eſſem in mundo... ferventer prædicavi verbum Dei. Sapienter diſtribui bona Eccleſiæ, & gaudenter verbera, ignem, & mortem tolerabam. Hic autem Epiſcopus tolerat, & diſſimulat incontinentiam Cleri, expendit largiter bona Eccleſiæ in divites, charitatem habet ad ſe & ad ſuos. Propterea convertat ſe citius ad divinam charitatem, corrigat ſe ipſum, & ſubditos ſuos exemplo & verbis admonendo, & od meliora provocando; alioquin ſentiet manum judicantis; & Eccleſia hæc igne & gladio purgabitur, rapina & tribulatione offligetur.* Præmonitione id genus, legimus, alus fuiſſe a Martyre Laurentio ſubventum, cujuſmodi exempla heic brevitatis gratia omittuntur.

7. Ludovici XI. Galliarum Regis filia, Joanna Valeſia, ab Aurelianenſi Duce, poſtmodum etiam Rege Gallorum, redditus amplos Biturcenſis Ducatus, ſibi adſignatos, alendos pauperibus, curandis ægrotis, ædificandis, dotandiſque Monaſteriis expendens, Sancti Laurentii Martyris ſectando veſtigia; ubi excogitavit novum inſtituere ſacrarum virginum Ordinem ſub ſanctiſſimæ Annuntiatæ Dei Matris titulo, additis compluribus vivendi legibus e regula Seraphici S. Franciſci, Romam procuratorem miſit, ut ab Alexandro VI. Pont. Max. Inſtituti ſui confirmationem impetraret. Remiſit Pontifex ſacro purpuratorum Patrum Senatui rei determinationem. Verum ad ejuſmodi novitatem reluctantibus Cardinalibus, nulla jam ſupererat obtinendæ gratiæ ſpes, humaniſque deſperatis auxiliis, venit in cauſſæ adjutorium ſanctiſſimus Chriſti Martyr; una cum Beato Patre Franciſco apparens Joanni Baptiſtæ Ferrario, Mutinenſi Epiſcopo, qui tum Romæ in qualitate Cardinalis Datarii reſidebat. Hujus oculis Levita Laurentius, ſpecie ſuæ majeſtatis objecta, (uti ſæpe ſolet, ſibique, id agere ſuis cum ſervulis, familiare eſt præ Sanctis aliis) ea, qua pollebat, auctoritate præcepit illi, ut in cauſſa Inſtituti Valeſiani partes agerer procuratoris ac protectoris. Exinde Purpuratus ille talem ac tantam ad proſperum rei exitum diligentiam & induſtriam

Digitized by Google

ſtriam adhibuit, ut omnium Cardinalium ſenſum in ſuam de Ordine approbando ſententiam pertraxerit: unde anno 1502., vitæ ultimo Alexandri ſexti, novus idem Religioſarum Ordo ab hoc Pontifice confirmatus fuit, ante annos tres quam ex hac vita migraret Joanna Valeſia. Cujus ab immemorabili cultum Benedictus Papa XIV. currenti ſæculo comprobavit, eamque in Beatarum feminarum retulit catalogum.

8. Anno 1153. teſtata eſt in ſuo codice, manu propria exarato, ſancta Eliſabeth Schonaugienſis inter varias, quas paſſa eſt, ecſtaſſes ſibi ſubſequentem contigiſſe viſionem, qoam ſuiſmet extendimus verbis: *Vidi*, inquit, *Beatum Laurentium in vigilia ejus ſignis victorioſi Martyris: erat autem illi tam denſa lux circumfuſa, ut etiam palpari poſſe videretur. Palmæ & coronæ ejus fulgor tantus erat, ut quodam modo reverberaret oculos cordis mei, ſicut radiantis auri ſplendor oculos carnis ſolet repercutere. Habebat autem a ſiniſtro humero ad dexterum latus protenſam ſtolam, & ſtabat cum eo beatiſſima Virgo. Habebatque ipſe faciem ad me blande converſam, quoad uſque deſiderium meum implevit*. Iterumque anno ſequenti 1154. de eodem Levita ſanctiſſimo refert, dicens: *Vidi in feſtivitote Sancti Laurentii nobiliſſimum eundem Diaconum ſtantem, & palmam babentem. Corona ejus rubra erot, & converſus eſt ad me, blande aſpiciens*. Notatu valde dignum eſt in hac ſancta Virgine (cujus meminit Romanum Martyrologium ſub die 18. Junii) quod quum eſſet latini lermonis prorſus ignara, adhuc tamen a qualibet rediens ecſtaſi, diſerte latino loqueretur dialecto: quemadmodum ab hac nuper viſione narrata in ſe ipſam reverſa, expendens eam, inquit: *Revertenti mibi ab extoſi, verba in ore ponuntur, ita ut in loquendo, non meum ſequar arbitrium, ſed Domini, qui per os meum manifeſtat facit viſiones, quas propter modeſtiam a ſororibus celare conſueveram*. Vide Bolland. citata ſub die. Et quia poſtrema hæc ad Eliſabeth ſancti apparitio demonſtrat genus alterum ſe manifeſtandi ſine aliorum neceſſario ad myſterium comitatu Sanctorum; nonnullas bujuſmodi Revelationes addemus, quas ſive per ſe ſolitarie, ſive ad officioſum ſui comitatum admiſſis Angelis vel Sanctis perſecerit, prout magis ſibi placuerit. Magnus plane in cæleſti curia Princeps!

9. Apud, commemoratum alibi, *Eptacum* juxta Sancti Laurentii Eccleſiam beata virgo Herluca commorans, quum eodem in templo quadam vice pernoctaret, preces inſtanter fundens pro anima defuncti Patris ſui; ut a purgatorii liberaretur pœnis, ſi forte ibi adhuc ejus detineretur flammis: apparuit ei nocte ipſa Epiphaniæ Domini beatiſſimus Levita Martyr, vultu ſplendidus, veſte decorus, magna cum Sanctorum multitudine; ingreſſuſque illius Eccleſiæ januas, toto cum illo fulgenti Beatorum comitatu, appropinquavit ad eandem Virginem, quaſi pater ad filiam, bilari dicens facie: *Noli, filia, deinceps eſſe ſolicita ſuper Baldeberti patris tui animam; quoniam precibus tuis adjuta, perpetua luce jam fruitur*. Adeo porro familiariter eam ſuis Martyr Apparitionibus habuit, ut ipſa virgo faſſa ſit, raro ſe Dominici corporis & ſangoinis Sacramentum (ad quod ſæpe moderatoris ſui juſſu accedebat) ſuſcepiſſe ſine viſibili præſentia & deductione S. Laurentii Martyris ex die, qua prima vice clementia ineffabili comitem iſte ſe illi præbuit uſque ad aram, & Eucbariſtiæ ſumtionem in feſto S. Jacobi Apoſtoli 25. Julii. Neque ſolum ad ſacram ſumendam Hoſtiam Levita beatiſſimus huic Virgini ſe dedit ſocium, verum etiam optanti aliquando venerari ſepulcra Sanctorum, qoæ Romæ a peregrinis fidelibus viſitantur, mira dignatione Martyr excelſus ſe ducem illi obtulit, eodemque ductore virgo Herluca in viſione perluſtravit omnia, quæ Romæ ſunt templa, in quibus Sanctorum corpora requieſcunt, eorumque conditoria eſt venerata, incipiendo a Vaticana baſilica uſque ad ultimum ejuſdem Urbis ſauctuarium. Quis concipere poterit iſtius Virginis lætitiam, quando præſertim tanti Ductoris inviſit Baſilicam extra muros, ejuſque *Sancta Sanctorum*, vel etiam vetuſtum ejus carcerem, ac exuſtionis locum, unde migravit in cælum? At bujuſmodi conceptum gaudium nemo ſcit, niſi illa ſolummodo, quæ ſenſit, tali decorata ducatu. Paſſa eſt utique Beata ſemina multas deinceps graveſque tribulationes, ne omnimodis hæc lacrymarum vallis commutaretur ei, præter communem Sanctorum viam, in perpetuæ jubilationis & exultationis locum; ſed non ita deſtituta remanſit, quin pluries ipſius Levitæ ſanctiſſimi manifeſtationibus fuerit recreata, conſiliis adjuta, monitis roborata, inſtructionibus directa, ut in omnibus Dei perficeret voluntatem; donec mortalem hanc vitam beato fine concluſit die 18. Menſis Aprilis. Ejus acta ſcripſit Paulus Bern. tiedienſis præsbiter, illi coævus, atque ut opinamur veroſimiliter, ipſius Virginis a ſacris confeſſionibus moderator. De eadem egimus Virgine lib. præced. cap. v. num. 7., ubi de Laurentianis Templis ſtudio Sanctorum excultis tractatum habuimus.

10. Anno 1021. Feſtis Paſchalibus jam peractis, laudatus alibi, cap. *De Eccleſiis Abbatialibus* ſanctus Leodienſis Epiſcopus Wolbodus, de cujus eximio erga Martyrem amore, devo-

Digitized by Google

devotione, ac cultu ibidem loquuti ſumus, infirmatus eſt. Huic, graviter morbo laboraoti, ſuoque in lectulo decumbeoti, Levita mirificus, bene memor operum ejus, in ſui honorem impenſorum, ſerenus apparuit, & ut ejus vitæ ſcriptor apud Bollandiſtas addit: *Cum inæſtimabili ſuavitate & glorio* largiter ſolatus eſt eum, dicens: *Quinta feria mecum eris*. Ad hujuſmodi fauſtum nuntium vir beatus adeundæ felicitatis æternæ, optabilem illam expectans horam, ſollerter ad exitum de hoc muodo ſe præparavit. Adveniente tandem die, quo ſe migraturum a ſuo audierat ſancto Patrono, crucem Dominicam accepit in manibus, miraque dulcedine crucifixum Dominum complectens, ac manus & latus ejus apertum exoſculans, beatam in ipſius ſinu animam efflavit. *Sic* (ſcribit ejus vitæ hiſtoricus) *tronſivit Laurentio Duce in locum tobernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei*.

11. Wadingi opus, Joſephi Fonſecæ opera editum, ac Clementi XII. dicatum, tom. VIII. pag. 264., ad annum Chriſti 1371. hæc habet: *Sanctus Gregorius Turonenſis refert, S. Laurentium Martyrem ſingulis ſextis feriis liberare unam animam e purgatorio*: Addita in margine hac adnotatione: *S. Greg. Turon. ſerm. de laudibus S. Laurentii*. Idque confirmant alii ſcriptores, ampliſſimi noſtri Martyris Apparitionem afferentes in hujus rei teſtimonium. Adducunt & Bollandiani Trevirenſis manuſcripti verba ſuper tam admirabilem Sancti potentiam, qua perpetuo fruitur io animarum purgantium liberationem; quod M. S. eſt tenoris ſequentis: „ Sanctum Laurentium, maximum a Deo accepiſſe legimus privilegium, ut omni hebdomada animam unam eripiat de purgatorio igne feria ſexta. Magna profecto gloria, cunctiſque fidelibus pia devotione celebranda. Sed ne forte alicui iocredulum tam idoneum miraculum videatur, qualiter id probatum fuerit expendam. Erat in cœnobio ipſius Martyris quidam Abbas magnæ religionis, & probatæ adeo ſanctitatis, ut quanti eſſet meriti Beatus Laurentius, Deum ſibi oſtendi rogaverit. Et exaudivit Dominus deprecationem ejus. Nam cum Angelico per viſum frueretur colloquio, videre ſibi videtur in quodam terræ loco, quaſi miſerorum cruciatum; ſed Dei miſericordiam quaodoque expectantium. Cum vero, quidnam hoc eſſet, hæſitaret: Ecce Levita quidam ſplendidior, niveque candidior, maxima Augelorum comitatus multitudine, adveniens, animam unam eripiebat de illo igne, eamque ingenti cum tripudio ad ſuperna cælorum gaudia deferebat. Tum vero, quidnam hoc eſſet, Abbas ab Angelo requiſivit. Cui Angelus: *Levita*, inquit, *quem vidiſti, Beatus Laurentius eſt, Mortyr vere ſanctiſſimus, Deoque acceptiſſimus: Cui boc ſingulare dotum eſt privilegium, ut omni bebdomada eruat animam de tormentis feria ſexta, ad laudem & gloriam Filii Dei*. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen „. Auctor igitur Trevirenſis codicis ſe legiſſe teſtatur, Angeli verba ad Abbatem prolata, ea fuiſſe, nimirum quod ſancti privilegium addictum ſit diei feriæ ſextæ in qualibet anni hebdomada; nihilo plus, nihilo minus: quibus poſitis, audiamus ounc, quid Bollandiani de hac Martyris Apparitione, ac revelato ſentiant *privilegio*.

12. Ajunt enim in commentario prævio ad S. Laurentii M. acta §. V. num. 12. & 13. „ Habemus apographum, cui hic prænotatur titulus: *Poſſio S. Laurentii M. & aliorum Martyrum*. Et indicatur ad marginem, quod *ex Ms. S. Maximi Treveris* deſcriptum fuerit. Inter miracula vero S. Laurentii, quæ eidem apographo intexuntur, occurrit mirabilis quædam prærogativa, in eo ſita, ut diebus Veneris ſingulis animam unam eruat Sanctus a piacularibus flammis. Rem deſcribimus, pro ut ibi narratur, quam utinam non innixum falſo ſuppoſito circa diem mortis Martyris noſtri, quæ non iocidit in feriam ſextam, ſed tertiam: anno nempe 258., quo is obiit littera Dominicali C. cum prima menſis Auguſti concurrente. En tibi igitur quale quale hoc privilegium „. Subnectunt deinde quandam auctoris codicis præſatiunculam, in qua hic Hiſtoricus ait: *Beatus Martyr ea die* (ſcilicet feria ſexta) *in quo Salvator noſter mortem ſubiit, cum triumpbo Mortyrii a ſæculo migravit*. Atque hoc eſt falſum ſuppoſitum auctoris, in quo is laborat, ac reprehenditur a Bollandianis. Ipſi poſtea tranſcribunt apographum a nobis ſupra relatum ſub n. 11. Quomodo autem res enarrata, ideſt, ipſa viſio Abbatis, revelatumque Martyris *privilegium* innixum ſit falſo ſuppoſito; & non potius falſum auctoris ſuppoſitum dicendum ſit, perperam affixum veridicæ hiſtoriæ (ut nos conſtantiſſime ſuſtinemus) nullis bonis tabulis doctores Bollandiſtæ demonſtrant. Ut enim in facti narratione perſpeximus, nihil eſt, unde codicis auctor fundare potuit adſertionem, quam in præfatiuncula protulit; nempe quod *Sanctus feria ſexta paſſus fuerit*, niſi vane conjectando; ex quo nimirum in textu viſionis expoſitæ dicitur, *privilegium eſſe Martyri conceſſum pro feria ſexta cujuslibet bebdomadæ*. Inde profecto perſuaſom ſibi fecit, Sanctum ea die foiſſe affectum Martyrio. Quod quidem nec viſio narrata explicat; nec Domini Angelus ad Abbatem

dixit. Vel ſi codicis ſcriptor non a ſe commentus id fuit; non aliud bine inferri poteſt, niſi quod ſequutus ſit quorundam Chronographorum opinionem, ſuſtinentinm, Sanctum Laurentium feciſſe marryrium anno 260., qui biſextilis fuit, juxta ratiooem temporis ſtarutam a C. Julio Cæſare, communiterque in Romano Imperio perpetuo receptam. Et quia anno 259. dies Auguſti x. incidit in feriam quartam, conſequens fuit, ut anno biſextili 260. evenerit in feria ſexta. Quam opinionem ſequutus eſt etiam Sandioos in vita S. Sixti II. Papæ & Martyris. At quodnam inde præjudicium afferri poteſt veritati Apparitionis, & *Privilegii*? Ipſi Bollandiani Patres (ut in Sancti actis obſervavimus lib.2. cap.2. num.2., & loco nuper citato) paſſionem Martyris ponunt ad annum 258., quo littera dominicalis fuit C., concludentes, ejus eveniſſe mortem feria tertia: quorum adſertionem ex allatis ibi a nobis perſpicuis documentis, quæ infirmari numquam poſſunt, uti falſam dict. 2. lib. confutavimus; ſtatuentes, fuiſſe quartam feriam ejus obitus diem, anno 259., currente littera Dominicali b. Numquid propterea ſolide quis pronuntiare poſſet, deſcriptam S. Laurentii paſſionem ab ipſis Bollandiſtis innixam eſſe falſo ſuppoſito, adeoque omnia quæ de illa narrant, eſſe ſubleſtæ fidei? Noone ipſimet temeritatis intolerandæ redarguerent hominem, ita diſputantem? Meliora igitur ſentire poterunt de Martyris Apparitione, ac *Privilegio* iidem Patres Bollandiſtæ; licet codicis auctor erravarit in adſertione diei mattyrii ejus, quæ in revelationis textu nullatenus legitur. Poterunt & ab illis abſtinere verbis: *En tibi igitur quale quale boc privilegium*: vel: *innixum qnod ſit falſo ſuppoſito*. Ipſe auctor male ſuam opinionem fundavit ſuper illa textus verba: *Laurentio datum eſt privilegium, ut omni bebdomada feria ſexta &c.* hinc inferens, diem mortis S. Levitæ. Quam ſcriptores alii ejuſdem viſionis non adſeruerunt fuiſſe ſextam feriam.

13. Quare ergo, dicet aliquis, relatum *privilegium* pro quibuſvis ſextis feriis Sancto Laurentio fuerit conceſſum; & non potius pro quartis; dum quarta feria (ut ipſe revelavit in ſua apud Romanam patriarchalem Baſilicam apparitinne) animam pro Chriſto poſuit? Verum in iis: quæ a Divina voluntate dependent, noſtrum minime eſt quærere rationem. Prima agendorum regula Divina volunras eſt, inobliquabilis regula eſt, rationis directione non indigens; tora ratio facti voluntas eſt facientis. Pro modulo tamen noſtro quippiam ad rem dicemus. Præter communem namque illam rationem, qua omnia Sanctorum merita in mortis Chriſti merito fundantur, peculiaris quædam mihi arridet cauſa, conſiderato, de quo agitur, Sancto. Ipſe enim miro, ſingularique modo amans paſſionis Chriſti fuit; ita ut quotidie verſaretur in meditatione dolorum Domini, ſicut aliquando notavimus lib.2. de virtutibus ejus ex lib. 2. Revelationum S. Birgittæ cap. 26. Unde magnum vigorem hauſit ad tolerandos, immo & ridendos ignis ſubjecti ardores; ideo condecens fuiſſe videtur, ut feria ſexta, in qua paſſus eſt Dominus, ampliſſimo illo donarerur *Privilegio* ad eximendam unam, ſibi placitam animam ex piacularibus flammis pro qualibet cujuſque menſis hebdomada, in remunerationem altiſſimæ ſuæ devotionis erga Dominicæ paſſionis myſteria; ni velimus interroganti reſponſum dare: *Sutor ne ultra crepidam*.

14. Confirmator Apparitionis laudatæ veritas, ſimul & noſtra principalis reſponſio ad objectationem propoſitam roboratur ex ipſo ſancti Maximi Trevirenſis manuſcripto. Quandoquidem auctor ubi viſionis factum exponit; proteſtatur, ſe illud legiſſe in aliis ſcriptoribus. Ioquit enim, *Sanctum Laurentium, maximum boc a Deo accepiſſe, legimus, privilegium, ut omni bebdomada animam unam eripiat a purgatorio igne*. Non item ait, *legimus, obiiſſe feria ſexta*. Sed id aſſeruit, vel ex falſa, ut diximus, conjectatione ſua; vel quod putaverit, migraſſe Sanctum noſtrum anno 260. Nam ſi reapſe in codice, ubi eam legit beati Martyris Laurentii manifeſtationem, legiſſet quoque cauſam, quare feria ſexta contigerit, certe non erat, cur obiruncarer relationem autographi, atque Lectores ſuæ fidei committeret circa determinatum diem Laurentianæ mortis per ea, quæ dixit in præfatiuncula; ſed potius excripſiſſet, quod in eodem autograpbo ſignaretur. Id porro quum non egerit, baud obſcurum indicium eſt, ebibiſſe aliunde ebronologicum erratum. Simulque notare debemus, quantæ vetuſtatis ſit laudatæ viſionis traditio, quæ non metiri debet antiquitate codicis Trevirenſis, dum ipſius auctor ſaterur ex aliis ante ſcriptis excepiſſe. Etiam Jacobus Maſſius in tractatu de Purgatorio, Apparitione 133., ſanctum Gregorium Turonenſem, qui ſexto vixit ſæculo, affert, eam enarrantem manifeſtationem noſtri Martyris, ad præſatum venerabilem Abbatem factam. Et quamvis Bellarminus de ſcriptoribus agens Eccleſiaſticis inter Gregorii Turonici opera non recenſeat ſermonem iſtum, quem *De laudibus S. Laurentii* citant auctores; monet tamen ſuum lectorem, ſeribens. *Alia præterea ſcripſiſſe dicitur, quæ vel non extant, vel certe ad notitiam meam non pervenerunt*. In iis ſecundæ partis diviſionis ſuæ verbis reponendum eſt prædictum de *laudibus* opus, nimirum quod ad ejus noritiam non pervenerit.

15. Sed

Digitized by Google

15. Sed pone, non militaret in adverſarios, idem Turonenſis Antiſtes pro adſertione hujus magnificæ Apparitionis; adhuc tamen non obſcurum iſtius veritatis eſſet teſtimonium Sacramentarium Veronenſe, quod Muratorius, & alii ſancto Leoni magno tribuerunt (licet nos cum Pereſio teneamus, auctorem ejus circa ſæculum octavum, vel nonum floruiſſe, non quintum, ut illi ſuſtinent): In eodem ſiquidem Veronenſi codice plures, ac plures adſignantur Miſſæ recitandæ pro defunctis, cujuſque it conditionis olim fuerint in viventibus: omneſque præſcriptas, juxta temporum varietatem, luſtravimus præfatas Miſſas; in quibus recitandis nullius peculiaris Sancti ſuffraginm imploratur pro quolibet defuncto. Singulare, unicum, & ſine exemplo eſt, quod in Miſſa tv., pro defuncto Epiſcopo menſe Octobris celebranda, nominatim Sancti Laurentii interceſſio imploretur tribus in orationibus, quas lubet heic tranſcribere. Prima oratio: *Beati Martyris tui Laurentii Domine, quæſumus, interceſſione nos protege, & animam famuli tui* (illius) *Epiſcopi Sanctorum tuorum junge conſortiis. Per Dominum.* Item Secreta: *Oblationes noſtras, Domine, quæſumus, propitiatus intende, & ad honorem Sancti Martyris tui Laurentii nomini tuæ Majeſtatis offerimus, & pro requie famuli tui Epiſcopi ſuppliciter imploramus.* Denique ſub num. v. *Adjuva nos, Domine Deus noſter, Beati Laurentii Martyris tui precibus exoramus, & animam famuli tui* (illius) *Epiſcopi beatitudinis ſempiternæ luce conſtitue.* Sane peregrinus iſte olim Eccleſiæ Romanæ ritus (quiſque fuerit Pontifex inſtitutor ejus) pro defunctis Epiſcopis, pro quibus indubitanter eadem Eccleſia efficaciori, quo potuit modo, ſemper orare conſuevit, tamquam pro iis, qui magis inſudarunt in paſceodis Chriſti ovibus, videtur apertiſſime indicare diſtinctam quandam in Martyre noſtro, quam ajunt, *prærogativam* eruendi animas ex igne purgatorio, eaſque deducendi in ſempiteroæ beatitudinis lucem: quam *prærogativam* in nullo Sanctorum aliorum Eccleſiæ ſenſus agnoverit per illa ſaltem uſque tempora, quibus viguit præſcriptus idem ritus; dum non Joannis Baptiſtæ, non Petri, non Pauli, neque alterius cujuſquam imploratio id genus adſignata conſpicitur; ſed unius dumtaxat Laurentii Martyris in toto illo Eccleſiæ Sacramentario, ubi ſermo eſt pro juvandis defunctorum animabus. At privilegium hujuſmodi non aliter Eccleſiæ innoteſcere potuit, niſi per aliquam revelationem, quam aliquando adprobaverit: quum vero nulla alia de Laurentio facta conſtet in hac materie ſub vetuſtis illis diebus, (queis ſunt ejuſmodi pro defunctis Epiſcopis orationes deſignatæ) niſi laudata Apparitio; quam complures ſcriptis mandarunt hiſtorici, ad vetuſtum Abbatem illum, magnæ religionis, probatæque ſanctitatis, virum factam, confectarium hinc eſt, tamquam vera, germana, & ſincera ſuſcipi a cunctis fidelibus mereatur. Ejuſque auctoritate movendi ſuot credentes ad orandum ſiogularem hunc Martyrem in ſuorum, ratione habita, defunctorum utilitatem, pro quibus peculiariter ſe orare debere norunt.

16. Signate diximus, nulla altera S. Laurentii Apparitio, ad animas purgatorii pertinens, facta dignoſcitur ſub illis diebus, queis ſacramentarium, vulgo dictum *Leonianum*, creditur exaratum; nam illa, quæ apud Laurentianam baſilicam extra muros acta eſt, non ad ſæculum octavum, vel nonum, ſed ad undecimum in ſua declinatione ſpectat, ut ſuo vidimus loco, num. v. currentis capitis. Qua in Martyris Apparitione licet Severanus, ibi citatus, oihil explicet geſtum, quod ad liberationem animarum in pœnis detentarum attineat; tamen conſtans traditio eſt, quod non ſolum die feriæ ſextæ, verum etiam quod omni tempore defunctorum animæ, pro quibus in inferiori altari cœmeterii ejuſdem Baſilicæ Miſſæ ſacrificium applicatur, Sancti Laurentii meritis ſolvantur a piacularibus flammis, ex die videlicet, qua Martyr illic apparuit in ſubſidium earundem: uti clare teſtatur inſcriptio marmorea ſuper ſacelli introitum, hæc habens: *D. O. M. Hæc eſt tumba illa tota terrarum orbe celeberrima ex cœmeterio S. Ciriacæ Matronæ, ubi ſacrum ſi quis fecerit pro defunctis, eorum animas* e *purgatorii pœnis Divi Laurentii meritis evocabit*. Quod elogium certe revelationem id genus factam eſſe declarat. Magis, quod in pervetuſta portici Eccleſiæ pictura, nbi exprimitur Pontifex, in altari S. Laurentii celebrans, depicta cernitur ad noſtra uſque tempora una ex animabus purgatorii, ab eodem Martyre liberata, quæ ſurſum in cæleſtia introducitur regna. Eadem ex cauſa privilegium a Romanis Pontificibus illa obtinet Eccleſia celebrandi quotidie miſſas pro animabus defunctorum relato in altari, quantumvis duplex cujnſque claſſis officium agatur, exceptis diebus feſtis de præcepto. Quo & loci poſtulationes accedunt ex remotis etiam mundi partibus, ut Miſſarum ſacrificia in ſuorum, reſpectu habito, defunctorum ſuffragium applicentur, taxata eleemoſina pro celebrante, ſive applicante, unius ſcuti monetæ Romanæ. Sed iſta (repetimus iterum) etſi poteſtatem noſtri myſtici Apocalypſis Angeli ſuper ignem purgatorium oſtendant; tamen molto poſteriora ſont ad illa tempora, quibus vagare per orbem ſama cœpit illius Apparitionis Levitæ ſanctiſſimi, qua mundo is manifeſtam fecit potentiam ſuam in animabus libe-

V v 2 ran-

randis qualibet per annum ſexta ſeria de expiantibus incendiis. Et ecce Bollandianis dubitanribus de una Martyris *prærogativa*, Feriæ ſextæ aſſixa; eorum de medio ablato dubio, acceſſit ad lucem altera ineluctabilis ejuſdem conditionis; determinato quidem affixa ſepulcri Martyris loco, at circa diem penitus illimitata, ſive toties quoties ibidem pro anima defuncti ſacrificium celebretur.

17. Sed ut noſtrum ultra perſequamur Apparitionum S. Levitæ tractatum; ex M. Ss. cujuſdam Eccleſiaſtici viri, ſatis nobis autbenticis, ac plena fide dignis, uti latis in actu ſacramentalis confeſſionis in manus ſui Confeſſarii, currente hoc ſæculo XVIII., admirabilem ſequentem Martyris Apparitionem extraximus. Die 9. Februarii vir quidam ſacris ordinibus jam initiatus, qui a juſtitiæ ſemitis nonnumquam deflectens, Deum graviter offendebat, ſummo mane, dum in ſuo jaceret lectulo vigil, ac recogitaret in quam gravi eſſet diſcrimine amittendæ ſalutis æternæ, cecidit, ſuper eum mentis exceſſus. Dum enim Patrono ſe Laurentio, quem quotidianis venerabatur laudibus, commendaret; quatenus validis apud Deum interceſſionibus impetrare dignaretur, ut ſervulus ſuus a præſatis retraheretur exceſſibus; en ſenſit ſemetipſum intus, & ſoris horrendis obſeſſum timoribus, ac terroribus, ſummiſque in anguſtiis conſtitutum; quamvis in tenebris poſitus, nibil adverſum ſe hoſtilis machinæ præparatum videret. Neſcienſque, unde tali, ac tanto concuteretur borrore, quaſi jam in ſanguinariorum hoſtium incidiſſet manus, ecce lucem videt, & in ipſa luce ſiniſtrum brachium protenſum ſuo ſub capite, manu tenens, ac veluti defendens extremam lectuli partem, reſpicientem ad Aquilonem (erat enim ſtrati ejus caput ad Occaſum ſitum, pedes autem ad Orientem) tum cernens prædictum brachium manica veſtitum ſerici villoſi, rubri coloris, in ore aureis ornamentis inſtructa, unde reliquum apparebat brachii, biſſina indutum alba, manuſque pulcherrima, omnes hujus viſibilis mundi pulcbritudines ſuperans, vir ecſtaſi plenus, oculos ſurſum extulit, ſibique præſentem intuitus eſt Levitam ſanctiſſimum, ſtatura procerum, ineffabili prorſus venuſtate, ac majeſtate præditum. Roſea erat ejus facies, oculi mites ac placidi, quorum pupillæ coloris, ut ajunt, leonini, naſus recta diſpoſitus, labia ſumme compoſita, & ad corallii vergentia colorem, ſrons tranquilla, capillitium breve, coloriſque ſubobſcuræ caſtaneæ; ipſeque ſibi, ac demiranti ſervulo ineffabile quoddam lumen erat, ſervans undique magnificentiam, & majeſtatem: Fixum tenebat ad clientulum intuitum, non terrorem incutientem, ſed reverentiam ac venerationem ſibi conciliantem; nullum promebat verbum, & tamen ſerio vel ipſo intuitu corripiebat miſericorditer ſervum ſuum, propriam iſti aperiens vilitatem. Et licet is nullum in viſo juvene pulcherrimo ſignum diſtinctionis cerneret, niſi ſola indumenta levitica, quæ communia ſunt omnibus Sanctis Levitici ordinis, nibilominus minime auſus eſt illum interrogare: Tu qui es? certo ſciens, eum ſanctum eſſe Laurentium, quanquam antebac lineamenta vultus ejus, vel quid ſimile nunquam vidiſſet. Martyris demum facies præ ſe ſerebat juvenem ſupra ætatem annorum triginta. Quum autem felix vir ille tali bearetur aſpectu, quo ſatiari nequibar, ſed videndo, magis acuebatur in eo deſiderium ulterius intuendi; en vehemens turbo, erumpens extemplo de latere Aquilonis, obſcura complicatus nebula, admirabilis hujus viſionis inſpectorem inceſſit: quare ad inopinatum ejuſmodi caſum ille conturbatus, & exterritus, vocem Marryris, deſuper loquentis, audit, veluti appropinquatos inſernos retundentis hoſtes, ac dicentis ad illos: *Quis ex vobis audebit me provocare, babentem in naribus ſpiritum?* Nimirum ſicut potens iratus dicere vulgo ſolet ſuos in adverſarios: *Chi di voi à da eſſere, che oſerà toccarmi il naſo?* Quam phraſim adhibuit Iſaias Propheta, ne auderent contra omnipotentem Dominum Judæi manum extendere, eos his commonens verbis cap. 2. ℣. 22. *Quieſcite ab homine, cujus ſpiritus in naribus ejus eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.* Quod de Cbriſto intelligunt coram Tirino Origenes, Hieronymus, & alii Sanctis Patres, ac Doctores: cujus virtutis factus eſt particeps Levita Laurentius, de quo dictum in Job. cap. XXXIX. ℣. 20. accipimus: *Gloria narium ejus terror*. Noſtræque huic interpretationi adamuſſim ſavet Thaumaturgus Antonius Patavinus ſerm. alibi cit. de S. Laur. comment. in pſalmos. Ad eam igitur auditam Martyris vocem diſſipata protinus omni caligine, ac evaneſcente turbine, vidit cliens dæmones, in forma ætiopum, humi prope latus ſui lectuli proſtratos, effectoſque immobiles quaſi lapides. Tum averſis a teterrimo illo ſpectaculo luminibus ſuis, conſpexit ſe retractum in Martyris ſinum, quem præſata veſte rubri ſerici villoſi indutum cernebat; oculi aut adſpicientis tenebantur, ne amplius ſurſum ad ejus vultus pulchritudinem intuendam erigerentur.

18. His porro in viſione completis, vir idem conſiderans ſe ab occultis dæmonum technis protectione Martyris liberatum, cogitanſque præſentis viræ pericula, & perpenſa naturæ pronitate ad peccandum, cupiebat, criminibus ſibi a Deo dimiſſis, cito diſſolvi, & eſſe

eſſe cum Chriſto. Prægustata ſiquidem ſupernæ illius viſitationis dulcedine, ac ſuavitate claritatis, quæ refulſerat in magni Levitæ facie coram oculis ſuis, mundana ſpernens, & terrena faſtidiens, gaudio viſionis impletus, illuc quantocius migrare optabat, ubi manifeſta gloria, non per tranſitum, ſed perenniter lætaretur, periculis omnibus jam excluſis. Hæc intra ſemeptiſum animo revolvebat, fotus adhuc Martyris ſinu, quem ſe operientem, atque obumbrantem in illam uſque videbat horam. Veruntamen in ſpiritu reſponſum ab eodem intus accepit Martyre: *Oportet, te per hujus mundi tribulationes tranſire, atque ſtatutas tibi a Domino cruces ferre: mea ſub protectione commoraberis: nec te dimittam, donec ſpiritum in hunc meum emittas ſinum.* His perceptis amabilis præpotentis Patroni ſenſis, viſio diſparuit. Ipſe vero ſibi reſtitutus, ſuique plene compos factus, ſe una ſimul tactum ſenſit dolore cordis intrinſecus de tranſactis exceſſibus, atque adeo ex fundo cordis contritum, ut copioſis illico lacrymis ſtratum ſuum rigaverit, & ad meliorem ſe dederit frugem. Mirum deinde, quot vicibus in ſomnis, & ſi nihil corporeæ videret imaginis, Sanctum Laurentium ſibi loquentem audivit, ſibique fieri præſentem intellexit, tali certitudine ſolidatus, perinde ac ſi eum oculis vidiſſet, ac manibus attrectaſſet, modo ab eodem ſalutaribus inſtructus monitis, modo pro erratis, graviter reprehenſus, modo ad perferendas adverſitates ac tribulationes animatus, modo de nonnullis futuris eventibus inſtructus, ante plures ac plures, quam contingerent, annos; modo in dubiis, rebuſque obſcuris, opportunis conſiliis adjutus, ac potiſſimum in ſpiritu lenitatis edoctus, ut ſuam in omnibus & per omnia relinqueret, Deique ſolum faceret voluntatem: firmiterque perpetuo ſperaret in Domino Jeſu Chriſto, etiam ſi videret omnia ſurſque deque in contrarium ſibi revolvi. De occultis autem nonnullis rebus, ſenſui imperviis, aliquando eruditus, timens ne illuſionem pateretur, conſpexit per ſomnium in caligine Sanctum Laurentium, gradu celeri ad quandam domum pergentem, quem ipſe aliquantulum diſtans ſequebatur; eumque ſubobſcure cernens ingreſſum domum, ſubſtitit ad januam, dicente ſibi ſpiritu: ædem illam eſſe Narciſſi domum, in qua erat cæcus Creſcentius (ſicut in Sancti Levitæ actis legitur) introſpexitque Sanctum Levitam vel confuſe manum imponentem ſuper cæci oculos, ac ſigno crucis eum illuminantem. Tum coram ſe apertum Miſſale vidit, omni penitus diſſipata caligine, ibique perſpicue hæc legit verba: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ: dicit Dominus.* Sicque a ſomno evigilans, eodem illuſtrante ſpiritu, intellexit per viſam caliginem indicari eam, quam patiebatur ſenſuum naturalem obſcuritatem in iis, quæ ad ſupernam ſpectant lucem: verum in ipſa caligine ambulans ſequendo piæ devotionis affectu Sanctum Laurentium, iſte ſequenti ſe lux eſſet, ne in aliquam illuſionum foveam incideret, donec perveniret ad lumen experientiæ revelatæ veritatis, vitæque ſempiternæ.

19. Ita glorioſus hic Martyr per ætates fere ſingulas ſuam oſtendit gloriam frequentibus id genus Apparitionibus, ut in eo impleatur, quod per Job cap. 29. ℣. 20. legitur: *Gloria mea ſemper innovabitur:* Aut etiam illud Ruperti, alio loci productum: *Clamorem magnum tuæ paſſionis nunc, & uſque in finem ſæculi Chriſtus audit.* Quod in ſpecie confirmare videtur prima laudata viſio, ſi animadvertimus, contigiſſe anno illo die Sabbati ante Dominicam ſeptuageſimæ, Beati Laurentii Martyris ſtationi ſacram. Quia nimirum, juxta doctrinam S. Leonis Papæ ſuper ordinationes, quæ tenentur die ſabbati, ipſum ſabbatum pro ſequenti die Dominico reputatur; unde una cenſetur utriuſque diei lux; ſicque habita intelligi poteſt relata viſio ſub luce Dominica, qua canit Eccleſia matutinis in officiis: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Rupertus autem cum lib. de officiis, tum de operib. Spir. S. docet, in Abel Sanctum Laurentium Eccleſia præfiguratum oſtendit; cujus vox ſanguinis melius loquitur quam Abel. Iſtius namque ſanguinis vox clamavit vindictam ad Deum de terra; Laurentii autem ſparſus cruor clamat ad Dominum pro ſervulis miſericordiam. Cavendum quo circa eſt, ne recuſemus loquentem. Et hæc profecto dignoſcuntur geſta in ipſa viſione, mirabili quadam ſuperna diſponente ſapientia; dum ſui ſanguinis merito diſpenſatum agnoſcimus, ut nimirum felix ille cliens ab incurſantium dæmonum liberaretur inſidiis, Dei miſericordia, per manus ſacratiſſimi Martyris operante ipſa die, ut diximus, qua de hac re ponit Eccleſia in laudem noſtri Martyris teſtimonium in IX. Reſponſorio tertii nocturni.

20. Peculiare præterea Beati Laurentii *privilegium* eſſe, complures ajunt, ſe manifeſtare, ſæpe ſæpius, ut ſupra diximus, cultoribus ſuis: unde conjici poteſt innumeras eſſe Apparitiones ejus, hominibus factas tot ſæculorum decurſu. Et in præmiſſis ſiquidem libris ipſius Gloriæ poſthumæ animadvertere licet, quam ſæpe ſe videndum mortalibus exhibuerit, extra morem aliorum Sanctorum; quibus hujuſcemodi apparendi frequentia non videtur a Domino ſic largiter, uti noſtro Martyri, conceſſa. Selectiores quaſdam hoc loci manifeſtationes id genus edidimus, quæ in pertractatis alibi

alibi materiis certam pro ſe non invenere ſedem; ideo in unum, tanquam extravagantes, ſub præſeuti collegimus capite, juxta notitias, ad quas, diligentiis adhibitis, ut fieri potuit, nobis pervenire datum eſt. Reſervavimus tamen ultimo loci apponere ſumme celebrem illam ejuſdem beatiſſimi Levitæ apparitionem, penes ſacros ſcriptores præcipuis admirationis ſignificationibus commendatam, veluti ceterarum complementum & coronam. Ad cujus enarrationem, viſis pluribus libris auctorum, eam deſcribentium, invicemque collatis, uti decrevimus Joannis Stabulenſis manuſcripto, utpote majoris præ ceteris auctoritatis, ſecundum noſtram, qualiſcunque illa ſit, ſententiam. En iccirco Lectori apographum laudati Stabulenſis, rejectis in ejus finem confutandis adverſantium objectationibus.

21. De quodam itaque viro Saxone, valde divite, ac præpotente (cujus brevi meminimus lib. 1. de Glor. Poſth. cap. 2. num. 9.) ſed ſceleſtam agente vitam, qui non ſolum, ut ibi diximus, feſtum Martyris ſollemniter celebrabat, ſed etiam magnum calicem aureum duplici cum manubrio, ac miro elaboratum artificio, cuidam Eccleſiæ ſub ejus invocatione obtulerat, *Henricus* nomine, iſta leguntur; nimirum quod aliquando is infirmatus „ Domino jubente, factum eſt, ut ex hac vita migraret. Quo migrante, ad accipiendam animam ejus infinita dæmonum turba cum ſuis principibus præcipiti curſu, manibus plaudendo, riſibus, & cachinnis garriendo, & quaſi victoriam adepti, per quoddam iter feſtinabant. In ipſo autem itinere quidam ſervus Dei, ſolitariam ducens vitam, in quadam cellula clauſus manebat, orationibus, & jejuniis vacans, Deo & hominibus gratus erat. Turbatus itaque vir ille incluſus pro inſolito illinc tranſeuntium ſtrepitu, aſpiciens per feneſtram, contemplabatur tranſeuntes, & cogitabat, quidnam eſſet multitudo illa, non dico, ambulantium, ſed præciptantium. Et cum diu conſideraret, vidit unum ex eis curſitantem: quem ad ſe vocans, ait: Dic, quis es tu, & qui ſunt iſti, & quo vadunt? Reſpondit dæmon: Non poſſum tibi dicere modo quidquam: quin potius ſequar ſocios meos, ne forte videar abeſſe a victoria, quam de tali amico noſtro, nunc defuncto, habituri ſumus. Intelligens autem Sanctus vir, quod dæmones eſſent; conjuro te, inquit, per judicium æternum, ut quidquid inde factum fuerit, mihi, huc rediens, dicas; alioquin majeſtatem Domini mei Jeſu Chriſti rogabo, & te in abyſſum relegare faciet. Quod audiens dæmon, protinus reſpondit: Faciam, quod jubes: tantummodo, quod minitaris, non contingat mihi. Quo dicto, volucri curſu mox ſe præcipitem dedit ad ſocios. Servus autem Domini ad ſolitum orationis curſum magis, magiſque incubuit, poſtulans a Deo, ut quod a diabolo audierat, ſi verum eſſet, notum ſibi faceret. Poſt unius igitur horæ ſpatium turba ululando, plangendo, *væ*, *væ* clamitando, & quaſi qui vim patitur, conquerendo, vultu in terram demiſſio, nimium triſtis eodem, quo tranſierat, itinere revertebatur. Vir autem Domini de hoc, quod audierat, ſolicitus, ut cominus audivit planctus eorum, per feneſtram perſpectans, vidit eos confuſos, & quaſi verecundiam paſſos, pigro inceſſu reverti, qui paullo ante præcipitanter cum gaudio tranſierant. Is vero, qui adjuratus fuerat, dæmon venit ad hominem Dei, & mæſtus ſtetit ante eum. Ecce, ait, ſicut promiſi, ad te reverſus ſum. Cui vir Dei reſpondit, Dic ergo mihi rei veritatem. Ad quem Demon: Erubeſco, inquit, dicere mei & ſociorum meorum, quam perpeſſi ſumus, verecundiam. Veruntamen, quoniam adjuraſti me, dicam tibi ordinem rei „.

23. „ Homo iſte, qui nunc defunctus eſt, quandiu in ſæculo vixit, publice peccator fuit, & publice vitam lubricam duxit. Propria non largiri, aliena rapere ſtuduit, perjuria innumera, adulteria, fornicationes, ſacrilegia, furta, rapinas, & alia hujuſmodi ſectatus eſt. Quid plura dicam? Omnia bona negligens, omnia mala operari voluit. Poſtquam vero finem vitæ præſentis accepit, ad ſuſcipiendam animam ejus, ſicut ipſe vidiſti, cum magna lætitia properavimus, nobiſcum ad infernum deducendam. Is Angelus, qui ei cuſtos deputatus eſt, cœpit contra nos dicere: Fruſtra veniſtis: meus enim eſt. Cui reſpondimus: Ecce liber, in quo deſcripta ſunt omnia mala, quæ fecit. Et Angelus: Ecce liber, in quo ſcripta ſunt omnia bona, quæ fecit: ergo ambo appendantur in ſtatera, & videamus æquitatem. Appenſus eſt itaque uterque liber in ſtatera. Hic, in quo bona ſcripta videbantur, ſurſum elevatus eſt; & hic, in quo mala ſcripta erant, remanſit deorſum: quapropter ingentem clamorem, quaſi victores, tulimus ad cælos, exultantes. Nobis autem gaudentibus, ecce Laurentius, ille vir igne crematus, ſignum crucis in dextera ferens, ſubito advenit. *Quid eſt*, inquit, *quod video? Adbuc eſt minus juſto, quod trutina perpenditur*. Quo dicto, calicem quendam aureum de ſinu trahens, tam fortiter in ſtateram, quæ ſurſum pendebat, projecit, ut

una

Digitized by Google

„ una ex manicis ipſius illico disjuncta ſepararetur, & ſic ad terram com magno pondere proſiliit. Sicque factum eſt, ut ſtatera, quæ prius deorſum terræ hærebat pondere malorum, ſurſum elevaretur; & illa, quæ ſurſum pendebat levitate bonorum, appoſito calice, deorſum humiliaretur. Quo facto, protinus extenſa manu, prædicti viri animam Laurentius ille ſuſcipiens, ſecum reduxit. Hoc viſo princeps noſter cum omnibus nobis, qui cum eo adveneramus, de magna lætitia ſubito converſi in magnam triſtitiam, cum ingenti mærore & luctu, cum pudore redeuntes, ad loca noſtra revertimur, nimis doleotes. Quod ſi verbis meis credere dubitas, mitte feſtinanter miniſtrum tuum in civitatem, & interroget diligenter: & inveniet illum hac hora defunctum. Et ut citius agnoſcatur, quia verum eſt, quod dixi; vadat ad Eccleſiam, apud quam ſepultus eſt, & dicat clericis ex parte tua, ut oſtendant ſibi calicem aureum, quem ipſe, qui mortuus eſt, in eadem Eccleſia fieri fecerat. Quem dum fractum repererint, incipient iraſci, & maximum inter eos ſchiſma erit; videlicet unus de alios ſuſpicans, & alius de alio, ignorantes, qualiter hoc factum ſit. Et ſic præparabunt ſe ad legem faciendam, ut vel ſic manifeſtetur, quis eorum hoc fecerit. Interea miniſter tuus accedat ad eos, dicatque eis: Ceſſate, Domini, inter vos ita agere; ceſſate, & nolite amplius inaniter inſanire; ſed audite patienter, quod loquor. Mandat vobis Dominus meus, ut ſine mora ad eum veniatis, & ipſe procul dubio indicabit eum, qui hoc operatus eſt. Cumque venerint ad te, indica eis per ordinem cuncta, quæ tibi locutus ſum. Nunc itaque dimitte me, ut revertar ad fratres meos, quoniam ſicut adjuraſti me per judicium Dei venturum, ita tibi in omnibus, quæ audiſti, ego veritatem locutus ſum. Et hæc dicens, dimiſſus eſt ab homine Dei „.

24. „ Vir autem Domini, his auditis, flectens genua ſua, gratias egit Deo Omnipotenti, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis: qoi glorioſum ſuum Martyrem Laurentium in cælo & in terra ſemper mirificare voluit. Surgens igitur ab oratione, cootinuo vocavit miniſtrum ſuum, & dixit ei: Feſtina, & vade ad civitatem, & interroga, qua hora Henricos Comes ex hac vita migraverit. Ad Clericos quoque Eccleſiæ S. Laurentii cum perveneris, roga eos, ut oſtendant tibi calicem aureum, quem cum fractum invenient, maxima inter eos lis erit, & magna dubitatio: cumque videris eos paratos ad jusjurandum, dicito: Quieſcite nunc, Domini, quieſcite enim Dominus meus dicit: Venite ad me, & ego docebo vos hujus rei veritatem. Pergens itaque miniſter hominis Dei, fecit omnia ſicut imperatum ſibi fuit. Venientes autem Clerici cum multis de nobilibus civitatis ad virum Dei, poſt ſalutationis officia, eis ſanctus vir cuncta, quæ ſuperius jam dicta ſunt, diligenter enarravit; atque in fine narrationis adjecit: Nolite, fratres, calicem fractum conſolidare, ſicot prius fuit; ſed ob memoriam taoti miraculi manifeſtandam, atque victoriam, quam de hoſte humani generis victor, & triumphator Levita Laurentius habuit, prædicandam, idem calix, ut eſt fractus, ſemper permaneat. Quod audientes cuncti, qui illuc convenerant, admiratione repleti, ſimul & gaudio, Dominum Jeſum Chriſtum, & Martyrem ſuum beatiſſimum Laurentium conſona voce ladarunt; & *vale* facientes viro Dei, regreſſi ſunt „.

25. „ Cumque ingreſſi eſſent urbem, convenerunt Clerum omnem, & populum cunctum totius civitatis, & facto ſilentio, dixerunt: Audite cives cariſſimi, audite, & cognoſcite mirabilia magna, quæ per Beatum Laurentium Martyrem ſuum Dominus operari dignatus eſt. Tunc miſerunt, & attulerunt calicem aureum cum manica ſeparata a calice, & narraverunt, qua occaſione fractus eſſet idem calix, & qualiter B. Laurentius illius defuncti animam liberaſſet de manibus diaboli, & miniſtrorum ejus; & qualiter unus ex eis, qui ad portandam animam ejus ad infernum feſtinabat, cuidam ſervo Dei nuntiaverit, & eodem ſervo Dei narrante, ipſi hæc omnia ſcirent. Cumque audiſſet uoiverſus populus ſermones hos, elevatis manibus in Cælum, omnes pariter dederunt laudem Deo, qui Martyrem ſuum Laurentium ita triumphare dignatus eſt. Et ſic inde iter facientes cum gaudio magno, & cum jubilo cantantes, *Te Deum laudamus*, & *Kirie eleiſon*, ad eccleſiam ipſius pervenerunt. Ad quam cum pervenissent, tantas Deo, & Beato Laurentio laudes, & gratias egerunt, ut omnes præ gaudio flerent, oblationes quoque auri, & argenti, cereorum, & cottinarum, ſeu ſindonum copioſe offerrent, commendantes ſe orationibus S. Laurentii. Poſthæc habito concilio, eundem calicem fractum Romam miſerunt ad Baſilicam ipſius, ubi ſanctiſſimum ejus corpus una cum Beato Stephano Protomartyre requieſcit; qui calix ſicut erat fractus, uſque ad tempus Hadriani V. Papæ in eodem loco permanſit. Sed Abbas prædicti loci zelum Dei habens, ſed non ſecundum ſcientiam, eundem calicem

„ fre-

„ fregit, atque addito multo auro eundem am- „ pliorem fecit fieri: qui uſque hodie in præ- „ nominata Martyris baſilica oſtenditur. De „ quo nulli dubium eſt, quin cultores, & ve- „ neratores ſuos, & viventes in corpore prote- „ gat, & exeuntes a corpore de pœna inferni, „ de poteſtate diaboli triumpbaliter liberet. Ve- „ neremur nos itaque, fratres, Martyrem Lau- „ rentium, ut ipſius meritis a morte perpetua „ liberemur, præſtante Domino Jeſu Chriſto: „ qui vivit &c. „ Hactenus Joannes Stabulenſis Ordinis S. Benedicti, qui floruit ad annum uſque 1449.

26. Extat manuſcriptum alterum S. Maximi Trevirenſis ſub hoc, ut referunt Bollandiſtæ, titulo: *Miraculum Beati Laurentii de Calice*. Cujus narrationis initium eſt: *Temporibus Domini Alexandri II. Papæ, & Henrici Imperataris fuit quidam Henricus cames, præpotens, & magnus vir in partibus Saxoniæ, dives valde*; ſequiturque ad litteram & apicem factum ex integro enarrare, ſicut reperitur in Joannis Stabulenſis codice, qui hanc notam in fronte præ ſe fert in ſuo apographo: *Ex libro M. S. de S. Laurentio, compilato per Joannem de ſtábulis* 1427. *Monaſterii S. Laurentii Leodii. cap* 62. Quum igitur verbum *compilare* idem ſit, juxta Scaligerum, ac *preſſim colligere*; preſſim vero collectum idem ſonet ac *in compendium redactum*; infertur, vetuſtior ſit codex Leodienſis Trevirenſe; dum in iſto ad litteram compendiatim tranſcriptus legitur Leodienſis codex, a Joanne Stabulenſi primum ita præſtricto prodigio editus; quod anterioribus in ſcriptis longiori methodo eſſet portentum exaratum. Loquimur enim de Leodienſi Authographo, non de Bollandiſtarum apographo, ex illo extracto noviſſimis veriſimiliter temporibus. Quid porro ibidem Bollandiſtæ ſentiant de hoc miraculo (quod nos ex laudato Joanne Stabulenſi retulimus, gratia exponendæ Apparitionis Levitæ ſanctiſſimi, eidem morienti Comiti factæ) nunc ſupereſt expendamus.

27. Repellunt in primis, & quidem jure merito, ſcriptores quoſdam, dicentes, hujuſmodi ſucceſſum contigiſſe ſancto Imperatori Henrico, hujus nominis primo, qui Merſeburgenſi Eccleſiæ inter alia dona calicem aureum donavit. Leviſſimum eſt plane theſis illorum fundamentum: quaſi alii, & alii ejuſdem nominis opulenti principes aureos ſimiliter S. Laurentii Eccleſiis non obtulerint calices. At de pluribus Romanis Pontificibus legitur, id genus dona tradidiſſe cum ejus Baſilicæ foris muros, tum alibi Eccleſiarum ejus intra urbem: ſicut & de altero Henrico, Laurentiano in Germania fano. Neque auditum eſt unquam, ſoleant inter Sanctos adſcribi homines, de quorum virtutibus tam ambiguum eſt judicium. Quocirca recte horum ſcriptorum placitum, velut arbitrarium excogitatum, rejiciunt, & cum iiſdem Bollandiſtis etiam Gretzerus, Crantzius, & Severanus cum aliis auctoribus. Subdunt poſthæc relati Soc. Jeſu Hiſtorici, ſuum theologicum circa facti ſubſtantiam judicium ſcribentes „ Si quæras, an alteri (ab Henrico pri- „ mo) acciderit ſaltem in ſubſtantia? Reſpon- „ demus, nihil nos videre ſive ex parte homi- „ nis, ſive ex parte Dei, ſive ex parte Sancti, „ cur fieri res iſta non potuerit. Nihil inquam, „ ex parte hominis: cur enim eripi is e vita, „ ac iterum vitæ reddi non potuit? Nihil item „ ex parte judicii Divini: nam poteſt Deus ad „ tribunal ſuum evocare, ac ſententiæ adver- „ ſus eum ferendæ executionem ſuſpendere. „ Nihil denique ex parte Sancti, quominus a „ Divina Miſericordia hoc miraculum impetrare „ potuerit. At vero quia illud jam eſt in ſta- „ bili, ut ita dicam, poſſeſſione, neque ita in „ promptu habeo ullum ſolidum argumentum, „ quo apertæ falſitatis id convincam; nihil co- „ git fabuloſitatis cenſuram eidem inurere, ſi „ rei geſtæ ſubſtantiam ſpectes „. Converſi tandem ad facti circumſtantias, nulli ſcribentium, eas expendenti, ſe fidem adhibere declarant; atque hoc pacto rem in medio relinquunt, tanquam ſenſis eorum ſecundum adjacentia reluctantem, ac fere dubiam. Quantum ſatis ad retrahendos fideles, ne ulli præfatæ hiſtoriæ codici mentem apponant, non ſine præjudicio hac ex parte Gloriæ poſthumæ ſacratiſſimi Martyris, ut ſupra num. 12. egerunt in cauſſa liberationis animarum e piacularibus flammis, ſuffragantibus ipſius meritis.

27. Diſcordes, ajunt, eſſe ſcriptores in facti relatione circa perſonam, cui res contigit. Id concedimus: ſed concedere ipſi etiam debent, hiſtorici munus eſſe, inveſtigare inter diſcordes, quis eorum mereatur fidem; deprehenſa falſa confutare: quodque ſanum eſt, complecti: non vero præcipitanter omnes, per diverſos editas, ejuſdem rei narrationes reprobare. *Nan placet*, inquiunt, *longa illa narratio Joannis de Stabulis*. Ita ne vero? At Joannes diffuſiorem accepit narrationem ab aliis vetuſtis codicibus, quos compilavit. Quid Patres optimi dicturi fuiſſent in poſitione, quod amplificatum magis factum perluſtrare coacti eſſent? Quædam ſunt hiſtoriæ, quæ paucis, ſecundum omnes ſui partes, exponi poſſunt verbis; quædam vero non item. Nibil video in relatione Joannis, quod non conciſe ſit expoſitum, niſi velimus eam turpiter obtruncatam. *Quid ſcenicum*, adjiciunt, *ſapit*. Miramur erudiriſſimos viros, in lectione hiſtorica verſatiſſimos,

hiſce

hiſce ſenſis abundare in re, de qua agitur; quum meritis S. Virginis Deiparæ, aliorumque Sanctorum, alia, fide digna, geſta legantur, circumſtantiis magis implexis affecta, piiſque ſcenis etiam nonnunqnam exhibita; nec propterea viri docti de illis bollandiſticum judicium protulerunt, quod de laudato Sancti Laurentii prodigio nunc audimus. An licebit dicere Domino: *Cur ſic feciſti?* Optaſſem erudiri a viris iſtis ſapientibus, non in genere, ſed in ſpecie, qna, vel una, in facti circumſtantia Stabulenſis auctoris opus peccet. Sed minime datum eſt. Solum addunt, quod Joannes narrat, calicem miſſum Romam; alii vero ſervari tradunt Bambergæ; alii delatum in Laurentianam Eccleſiam Merſeburgi. Attamen tertium hoc placitum uti fabellam ſupra exſibilavimus. Alterum vero aſſerens, apud Bambergam eſſe reconditum, gravi laborat æquivoco, ea videlicet ex cauſſa, quod ita ſentientes, exiſtiment caſum hujuſmodi Henrico ſecundo eveniſſe, qui etiam calicem aureum dederat ſancti Laurentii Eccleſiæ, fortaſſe in urbe Bambergenſi erectæ. Sed beatus Laurentius huic diverſo reſpondit miraculo ab illo, de quo egimus; ut infra cap. de ceteris ejus miraculis, patebit. Quare ſcriptores iſti (niſi unus tantum ſit Cuſpianus) quemadmodum propter nominis identitatem errarunt in Henrico II., ſic allucinati ſunt in calicis aurei verbo. Nam calicem aureum forte ſervari in Bambergenſi Eccleſia Sancti Laurentii, nolumus inficiari; ſolumque ſuſtinemus, non illum eſſe, qui in viſione ad ſtateram appenſus fuit cum duabus anſulis, quarum nna confracta inventa eſt; ſed alterum, ab Henrico II. donatum, longe diverſum ab eo, qui Romam translatus eſt, juxta relationem ipſius Joannis Stabulenſis, quam mox confirmabimus.

28. Sed petent Bollandiſtæ, qneis oſtenditur momentis, quod in Cuſpiani relatione irrepſerit error circa perſonam Henrici II. Imperatoris, & non potius apud Joannem Stabuleoſem circa perſonam Henrici Comitis? Quibus reſpondemus: Perperam, & ſine ullo fundamento ſolido affingitur Henrico II. præſatus ſingularis Laurentianus favor a Cuſpiano, ſicut & in Caſſinenſi codice; unde Baronius (quem Severanus ſequitur) rem iſtam in ſuis tranſcripſit annalibus tom. xi. ad annum 1056. Nam etſi multa errata commiſerit Imperii ſui tempore idem Henricus II. cirea uſurpationem eccleſiaſtici juris; utrum autem id egerit ignoranter, ac malo potius quorundam Theologorum conſilio, Imperialem adulantium dignitatem, atque dicentium, id ei licere; an vero ſcienter & ex propria malitia; non tam facile ſecundum poſterius hoc diviſionis membrum definiri poteſt. Præſertim, quod in multis ſuis actis religionis zelum haud vulgare oſtendit pro Eccleſiæ Romanæ honore; ac pro ſupprimenda plurimorum tyrranoide multos exantlavit labores; meruitque in morte Victorem II., Romanum Pontificem, ſanctitate vitæ clarum, adſiſtentem, ac benedicentem habere. His accedit, quod ob ſimoniacam unius Epiſcopatus collationem, a ſe factam, vi puerilis promiſſionis, quam ſervare voluit; graviter quondam a dæmonibus igneis pœnis caſtigatus fuit; & quamvis ob datum Martyri aureum calicem ex Dæmonum torquentium manibus ſit erutus; ſatis tamen eruditus eſt, ne in facinora, quæ noſceret, ſe præcipitem daret; ut ſequenti capite dicemus ex Helinando Ciſtercenſi, qui vixit ſæculo xii. & xiii.. Nec tamen auctor iſte ſerium edens tractatum *de Regimine Principum*, meminit illius viſionis Henrici, quæ in ejus evenerit morte; quum ad inſtitutum ſuum eam exponere conſentaneum eſſet, haud minus quam fuit altera commemorata, de qua ſcripſit. Aſſerit Baronius, vetuſtum eſſe Caſſinenſem codicem: ſed ſi tantæ vetuſtatis ſit, quantæ opus Helinandi, ſua in obſcoritate relinquit. Aliunde nominis *Henrici* æquivocum facillime inducere ſcriptores potuit, ut Henrico II. tribuerent, quod magis indecens videbatur ſancto Henrico primo adjudicare. Atque hoc putamus eſſe totum fundamentum hiſtoricorum, ejuſmodi factum applicantium eidem Henrico II.; ignota qoum eis eſſet epocha temporum, quam M. S. Trevirenſe profert, actæ rei videlicet poſt ſex annos, ex quo Henricus II. obierat; regnaretque Henricus III. Ceteroqui ſicut erroris convincitur Cuſpianus circa relationem aurei calicis, de quo ſermo eſt, ita circa perſonam Henrici.

29. Falſum eſt enim, quod appenſus in ſtatera calix aureus Bambergam translatus fuerit; ſed revera Romam in Sancti Laurentii Patriarchalem tranſmiſſos, uti Stabulenſis affirmat. Quod & a nobis auctoritate relatæ Pontificiæ, Imperialiſque Baſilicæ, nec non Panvinii teſtimonio confirmatur. Nam iſte in tract. de 7. Urb. Eccl. pag. mihi 297. habet, Othonem IV. Imperatorem Saxonem detuliſſe dictum calicem Romam, donoque dediſſe Eccleſiæ Sancti Laurentii extra muros: quod maxime concordat cum Joannis Stabolenſis codice. Nihil enim magis ſimile vero, quam decernentibus illius Urbis Saxoniæ civibus (in qua calix ſervabatur), iſtum Romam ad Sancti Baſilicam mittere; opportunitate data, quod Imperator ſaxo illuc debebat iter facere, pretioſum illud pignus eidem Cæſari, præſentandum relatæ Baſilicæ commendaverint, quo ſecure pervenire poſſet ad deſtinatum ab ipſis locum: quemadmodum reipſa præſtitum eſt anno 1209. Venit enim

 Otho

Otho per id tempus Romam, accepitque ab Ionocentio III. Imperialem coronam. Additque idem Panvinius, Saoctom Joanoem de Ficulnea, rum Abbatem S. Laurentii extra muros, acceptum de Imperatoris manu calicem benedixiſſe. Suademur autem, irrepſerit error typographi circa M.S. Leodienſe a Bollandiſtis in lucem editum, quum legimos: *Calix ſicut erat fractus uſque ad tempus Hadriani IV. Papæ in eodem loco* (ſcilicet in dicta Baſilica) *permanſit*. Ideo mendum correximos, in noſtra ediiione vertentes: *Uſque ad tempus Hadriani Papæ V.* Hadrianus ſiquidem hujus nominis IV. e vivis ſublatus fuerar ante anoos quadragiota, quam Otho IV. veniret Romam anoo 1209. Ex quo Romæ permanere calix potuit cum aoſa fracta uſque ad tempora Hadriani V., nimirum ad aonum 1276. ideſt per annos 67., donec imprudeoti conſilio in ampliorem ſormam, adjecto alio auro, illum, in conflatorio poſitum, redigere voluit Abbas tum temporis; quum videlicer eo loci Cluniaceoſes monacbi pene defecerant. Hinc legitor apud Poſterlam, decem poſt circiter annos, nempe 1286., Honorii quarti diebus, amoris ob hujuſmodi defectum iiſdem Cluniacenſibus, introducti fuerint illuc monacbi Græci, ut notavimus lib. I. Glor. Poſth. cap. III. oum. XVIII. Adhuc tamen renovaius, & ampliatus idem calix oſteodi ſolebat populo tempore, quo vivebat ipſe codicis auctor Joannes Stabulenſis, ſicut ipſemet ait: *Uſque hodie in prænominata Martyris baſilica oſtenditur*. Obiit porro vir iſte ſecundum Oudinum in ſupplem. de ſcript. Eccleſiaſt. anno 1449. quem laudar Aubertus Miræus in Auctario de ſcript. Eccl. pag. 276. & Joannes Chapeaville tom. 3. Rer. Leodien. ubi ſæpiſſime illum citat. cujus eruditio ſatis liquet in lib. de geſtis Epiſcoporum Leodienſium: tantum abeſt, cæcutierit in calicis negotio, quod videlicet ſuis temporibus, etſi ſuſus iterum, Romæ oſtenderetur.

30. Scriptam denique a Stabulenſi auctore veritatem firmat ipſa Patriarchalis Baſilica Laurentiana extra muros non ſola mioiſtrorum ejus traditione (quæ vel ſi unica foret, ſatis eſſet ad fidei plenitudinem ac certitudioem faciendam) ſed etiam perantiquis in porticu picturis, apparitionem, hujuſmodi cum circumſtantiis ab eodem auctore deſcriptis, tenens expreſſam per varias complurium imaginum partitiones. Qua in porticu nihil miraculornm Martyris poſt ipſius mortem geſtorum exprimitur, quod ad eandem Baſilicam non pertineat, peculiari aliqua ex cauſſa. Qua propter expreſſis in portici fronte Sancti Marryris actis præcipuis, ejuſque corpus ibi traditum ſepulturæ; ad larus ſioiſtrum introeuntium per varias ſimiliter diviſiones repræſentatur ejus apparitio, ibidem facta; quum Monacho illiuſmer Baſilicæ reliquir cingulum: ad dexterum vero latus, quæ cootigerunt in Henrici morte; quia oimirom iſtius aureus calix cum fracto manubrio apud laudatam baſilicam ſervabatur. Pictura namque non miooris videtur eſſe antiquitatis quam ſæculi XIII. aut ad minimum initio XIV., quum jam calix in ampliorem eſſer redactus formam. Si autem quæritur, quomodo diſperierit ab eadem Baſilica calix iſte, vel iterum ſuſus; dum Joaoois Stabuleoſis diebus adhuc oſtendebatur, ideſt ſæculo XV., oon item ſæculo XVI., quo Paovinius floruit. Reſpondetur, io ipſius Eccleſiæ cxpilatione, Luteranorum acta manu, in exercitu Caroli V. militantium, periiſſe; anno videlicet 1527. quum Panvioius vel infaos, vel nondum natus eſſet. Obiit enim is in medio ætatis ſuæ anno 1568. oon ſine litterariæ reipublicæ mærore. Quibus expenſis hactenus momentis rationum, non apparer, quid ultra dubii, ſive difficultatis emergat, quominus Leodienſi exſcripto codici a legeotibus certa fides adhibeatur, ac potentis Martyris gloria, ut par eſt, viſione tam admirabili clarificata, ſine ulla ſuſpicionis adverſæ obtenebratione refulgeat. Tantummodo ſubnectere placet oobis Surii monitum ſuper iſtam S. Laurentii apparitionem prolatum, nimitum quod *eadem in viſione tametſi corporaliter geſta narrentur, neceſſe tamen eſt, ut in virtute ſpirituali completa intelligantur. Res enim ſpirituales per corporales exprimuntur imagines*.

CAPUT III.

De ceteris Sancti Laurentii Mirabilibus, quorum vel nihil egimus in præſentis operis decurſu, vel ſolum obiter quicquam tetigimus, diſtincta eorum narratione in hunc locum rejecta, digreſſionis tum longioris vitandæ cauſa in materie, quæ minime ad inſtitutum eo loci pertinebat.

IN præſentis capiris titulum poſuimus *De ceteris S. Laurentii Mirabilibus*, non quaſi denotare voleotes, omnia ſancti Levitæ miranda, quæ Deus omnipotens pro ſui Martyris honore ac gloria in hoc mundo ſenſibili operatus eſt (præter ea, quæ tradidimus in totius operis ſerie) nos heic fore oarraturos. Impoſſibile id etenim eſt multiplici ratione; videlicet quia oec

Digitized by Google

nec omnia ſcripta ſunt, nec cuncta, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram poſſunt perveoire ootitiam. S. Auguſtinus, qui altero a paſsioois ejus ſæculo floruit, ſerm. 303. ſcriptum nobis reliquit: *Beneficia ejus Romæ tam clara ſunt, ut numerari omnino non poſſint*. Quid ſentiendum eſt de Mirabilibos ejus non ſolum Romæ, ſed per univerſum mundum looge lateque patratis? Quid non de patratis ſolnmmodo duorum (ut Auguſtini tempore) ſed quiodecim ſæcolorum ſpatio? Ingeotem adde jacturam deſcriptorum prodigiorum qoorum ſervata volumina in Monaſterio ipſius Patriarchalis Baſilicæ, & quorum in dies illuc advenientium ex diverſis orbis terræ partibus colligebantur (ut in vita Beatæ Herlucæ innuit Paulus Bernriedenſis) prorſus omnia perierint. Quare non inepte dicere poſſumus, veluti poſt actam meſſem vix una, vel altera ſpica nobis colligenda ſuperſit, re comparata ad immeoſam illam portentorum copiam, qua omnipotens Domious omni tempore admirabilem hunc Martyrem glorificavit. Pauca igitur, quæ hic illic diſperſa invenire potuimus (qoorum majorem partem, ut præſens poſtulavit opus, diverſis libris & capitibus inſeruimus) remanent enarranda: propterea reſiduum appellare poſſumus notorum Mirabilium ejus, quod ſub hoc capite, ne ſileotio præterire videremur, duximus reponendum.

2. Sane, quod Heros noſter ſuum poſt triumphum ſingulariter inter omnes Saoctos fuerit gloria miraculorum illuſtris, oon una tantum, quam paullo ſupra edidimus, Auguſtini doctrina probator; verum quoque & altera, quam idem Doctor tradidit ſermone 302. Maurinæ editionis, ubi ait: *Quis ibi oravit, & non impetravit*. Magna plane ac mira ſententia, qua definire non dubitavit, fuiſſe neminem, ad ſepulcrum Martyris oratorem gratiæ impetratione fraudatum; ſed omnes omnioo quicquid poſtularunt, obtinuerint: ſicut ante Auguſtinum cecinerat Vates Prudentius, ſtroph. 142. dicens: *Quod quiſque ſupplex poſtulat, fert impetratum... & triſtis aut nullus redit*. In eadem ſententia ſtetiſſe ſanctum Ambroſium, non obſcure colligitur ex ſermone de fratris ſui Satyri morte num. 17. & 27. editionis pariter Maurinæ: . it enim: *Tuis votis apud ſanctum Laurentium impetratum eſſe nunc cognoſcimus commeatum; atque utinam non ſolum commeatum, ſed etiam prolixum vitæ tempus rogaſſes. Potuiſſet annos plurimos impetrare vivendi, qui potuiſti commeatum impetrare veniendi*. Loquitur Ambroſius de naufragio, a quo ſancti Laurentii beneficio frater ejus ereptus fuerat propter votum eidem Martyri factum: ſicut num. 17. aliud refert, ejuſdem Martyris beneficiom, ipſi fratri ſuo collatum, quo a graviſſima contracta ægritudine, concepto voto Levitæ ſaoctimo, fuit pariter quondam prodigioſe liberatus; quibus concludit idem ſanctus Doctor, pari modo erui potuiſſet a mortis faucibus in ſua poſtrema ioſirmitate Satyrus, ſi voto ſimili præpoteotem Martyrem exoraſſet, ut ſanitati priſtinæ reſtitueretur. Quod argumentatioois genus in ſe inſpectum, videbitur mious aptum ad conclodendum; quum nulla ſit inter extrema connexio; neque teneat illatio, ut ajunt periti, *de caſu ad caſum*. Veruntamen Ambroſii conſecutio irreprehenſibilis fuit; quia neutiqoam fundata erat in connexione intrinſeca extremorum, ſed in altero extrinſeco certo principio, ſeu doctrina ſupra relata, oempe quod nemo aliqoid a Sancto Laureotio peteret ea ſub tempeſtate, quin petitum impetraret. Satyrum autem fuiſſe pluries ad Martyris ſepulcrum, & ibidem oraſſe indubitatom eſt. Explicat Ferrarius ſub die 17. Septembris, quomodo idem Ambroſii frater evaſerit naufragium jam commemoratum dicens: „ Cum illi navigare contigiſſet, naviſque, in qua vehebatur, ſcopulo illiſa, diſſolveretur; ab iis, quos ſacerdotes agnovit, divinum fidelium Sacramentum popoſcit, quod in orario involutum, collo appendir, ſicque in mare dejectus, incolumis ad littus delatus eſt, nihil de rebus, quas amiſerat quærens: ſed ut quam primum pro ſalute Deo gratias ageret, ſollicitus dicebat: *Si homini pro beneficio non referre gratias ſimile eſt homicidio: quantum crimen eſt non referre Deo*? Retulit iccirco Deo, & Martyri ſuo feſtinanter gratias pro indemni hoc ejus commeatu, de quo ſanctus Doctor, frater Satyri loquutus eſt. Quod autem non experiantur recentiores fideles eam felicitatem, quam antiqui experti ſunt, obtinentes, quicquid poſtularent ab hoc magno Levita, in ſignis atque prodigiis potentiſſimo; inde eſt, quia frigeſcente in Chriſtiano populo temporum decurſu vetuſto illo piæ devotionis erga Martyrem fervore, retraxit & is extentum, quod tenebat brachium in cultorum beneficium. Faciant juniores, quæ in ejus gloriam egerunt ſeniores; & ipſe ſicut primis, ita & noviſſimis reſpondebit.

3. Peculiarem laudatus haud multo ante Prudentius ſtropha 131. liberalitatem Martyris refert in exaudiendis illuſtrium perſonarum votis vel pro fecunditate ad procreationem prolis conſequenda, vel pro felici partus expeditione, qnare nobiles utriuſque ſexus, aut partus periculo, aut ſterilitate laborantes, ad Sancti Baſilicam extra muros confluebant; unde præſentiſſimum, vel ejoſdem fecunditatis, vel proſperi partus impetrabaot donum, ſuſceptamque prolem ad altare ipſius Martyris in gratiarum

actionem offerebant. En laudati Prudentii teſtimonium.

Videmus illuſtres domos,
Sexu ex utroque nobiles
Offerre votis pignora
Clariſſimorum liberum.

Unum & alterum de hac re producemus exemplum. Sotius enim ad diem 31. Decembris in vita ſanctæ Melaniæ junioris inſigne refert Sancti Levitæ beneficium, eidem perilluſtri Matronæ Romanæ impenſum, dicens: „ Melania clariſſimo orta genere, parentes cujus fuerant primi Senatus Romanorum, etiam pietate illuſtres, anno decimo quarto nupſit Piniano vel invita. Propoſuerat namque in ſua virginitate permanere, cilicium intra ſplendidam ſumptuoſam veſtem perpetuo ferebat, quoties cum viro non haberet conſuetudinem. Erat autem ei maxime in votis a mundo abrumpi, & ut vult Deus, philoſophari. Eique cum partus ſecundus appeteret, celebrabatur feſtum glorioſi Martyris Laurentii. Illa vero pernoctabat inſomnis genuflectens, & pſalmos canens, naturam ſic ſuperare contendens uſque mane; auctiſque doloribus, violenter peperit maſculum, qui ſtatim baptizatus, deceſſit e vivis. Verum illam non deſeruere dolores, ſed ad mortem accelerabant. Periculum cernens Pinianus, ad Martyris aram acceſſit, eam lacrymis profuſis & oſculis ambiens, ac voces miſerabiles emittens, ut uxori auxilium ferret. Illa vero arbitrata, hoc eſſe tempus, quod finem imponeret ejus deſiderio; ad virum, qui adhuc aſſidebat in templo, prænuncium miſit, dicens, ſe adhuc eſſe victuram, ſi detur jusjurandum, & pactum ineatur, utroſque de cetero victuros eſſe Deo in continentia. Paruit vir uxoris verbis, & voluntati; reſponditque, id ſibi eſſe perſuaſum. Quod cum illa reſcivit, convaluit corpore, & animo lætior evaſit, morbo lætitiæ locum dante „. Auctores alii rem diſtinctius narrantes, ajunt, quod partus dolores apprehenderint eam, quum eſſet in Martyris Eccleſia, ſeſeque in preces effunderet coram eo in noctis vigiliis, ejus feſtum præcedentibus: ſicut alibi diximus, illic mos Romanis erat in magna illa ſollemnitate pernoctare. Itaque reverſa inde domum, paullo poſt ſeſe fetu exoneravit ipſius Martyris beneficio. Neque ſit, qui putet, hoc Sancti datum non ſatis fuiſſe completum, eo quod infans poſt ſibi collatum baptiſmi ſacramentum obierit. Non, inquam, id putet quiſquam, ſed potius conſideret, in uno plura Sanctus beneficia ſupplicanti famulæ profuſe contulerit. Hæc enim petierat amore ſæculi ſpoliari, a periculis partus eximi, virumque ad perfectam adducere continentiam. Horum tertium, quantumvis prius, ut conſequi poſſet, Melania plurimum adlaboraſſet, nullatenus a Piniano impetrare valuerat. Ecce Martyrem rogat, & una ſimul tria conſequitur optata. Velociter partus gravedine ſeſe exonerat; filium cælo dat, ne iſtius teneretur amore: verum in ipſo Martyris templo, ſuæ petitioni de ſervanda pari conſenſu continentia libenter annuentem virum, juxta quod longe deſideraverat, lucratur: inſuper & morti quum eſſet proxima, ſtatim evadit incolumis. Inde ad eam vitæ ſanctimoniam (Piniano monachicum induente habitum) pervenit, ſui Martyris Patroni adjuta præſidiis, ut Sanctorum faſtis adſcribi meruerit. Mira ſunt ejus acta, inter quæ illud præſertim, quod Voluſianum nobiliſſimum patruum ſuum, virumque diſertiſſimum, ſed a Chriſti fide alienum, quem nec Auguſtinus convertere potuerat, feliciter Evangelicæ legi ſubegit. *Vid. Baron. in not. ad Martyrol. Rom. l.b. prop. fin.*

4. In Matronæ clariſſimæ Julianæ perſona ſit alterum exemplum. Hæc ſiquidem illuſtris femina, etiam ſanctitate vitæ conſpicua, ore proprio teſtimonium ponit, apud ſanctum Ambroſium edit. Maurin in exhortatione ad virginitatem num.15., quod nimirum ſterilis quum eſſet, voto Laurentio Martyri facto, filium concepit maſculum: parienſque, *Laurentii* nomen indidit illi. Quem aliquando jam uſu rationis pollentem, hiſce monebat verbis, ab Ambroſio relatis: *Conſidera*, dicebat, *qui te, ut naſcereris, juverit: Filius es votorum magis, quam dolorum meorum. Conſidera, cui te muneri Pater tali nomine deſtinaverit, qui vocavit Laurentium. Ibi vota depoſuimus, unde nomen aſſumpſimus: vota effectus ſecutus eſt. Redde Martyri, quod debes Martyri (Ille te nobis impetravit) quod de te hujuſmodi appellatione promiſimus.* Ipſe autem filius, ita pie educatus, in Clericorum numerum adſcribi voluit, dieſque ſuos in obſequiis S. Laurentii Martyris non abſque vitæ laude concluſit ſæculo v.

5. Sed ad alia properemus mirabilium diverſorum miſcellanea, ut præſens caput poſtulat, exſcribenda. Eodem currente ſæculo v. contigit illud Sancti noſtri miraculum, quod S. Gregorius magnus lib. 3. dialogorum cap. 30. commemorat de quodam presbytero Neurſinæ Provinciæ, qui vocabatur Sanctulus. Quum enim ea in Provincia fames increbuiſſet, & beati Laurentii Eccleſia eſſet a Longobardis incenſa; hanc vir ille Dei reſtaurare cupiens, artifices multos, ac plures ſubminiſtrantes operarios adhibuit, quibus laborantibus neceſſe erat, ut quotidiani ſumtus ſine dilatione præberentur. Sed urgente ejuſdem famis neceſſitate, panis defuit. Cœperunt laborantes inſtanter victum quærere, quia vires ad laborem ſine corporis refocillatio-

tione noo haberent. Quod vir Dei audiens, eos verbis conſolabatur, foris promittendo, quod deerat: ſed ipſe graviter anxiabatur intus, exhibere cibum non valens. Cum vero huc illucque anxius pergeret, devenit ad clibannm, in quo vicinæ mulieres pridie paoes coxerant; ibique incurvatus, aſpexit. Tum repente panem miræ magnitudinis, atque inſoliti eandotis invenit: quem quidem tulit, ſed deferre artificibus noluit, oe fortaſſe alienus eſſet, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque mulieres eum detulit, ac omnibus oſtendit, & ne cui hatum remanſiſſet, inquiſivit. Omnes autem, quæ pridie panem coxerant, ſuum huoc eſſe negavernnt, atque panes ſuos numero integro ſe a clibano retuliſſe, confeſſæ ſunt. Tunc lætus vir Domini perrexit ad multos illos artifices cum uno pane, &, ut omnipotenti Deo gratias agereot, admonuit; qui eis annonam præbuerat, illiſque ad refectionem protinus invitatis, inventum panem appoſuit. Quibus ſufficienter, pleneque ſatiatis; plura ex eo, quam ipſe panis fuerat, fragmenta collegit. Quæ die quoque altero eis ad refectionem intulit. Sed id quod ex ſtagmentis ſupererat, ipſa quoque, quæ appoſita ſueraot fragmenta ſuperabat. Factumque eſt, ut per dies decem omnes illi artifices atque operarii templi S.Laurentii ex illo pane ſatiati, hunc & quotidie edereot, & ex eo quotidie, quod edi poſſet, in craſtinum ſupereſſet; ſicque fragmenta panis illius per eſum ereſcerent, & cibum comedentium ora præparareot. *Ita Greg.*

6. Circa idem ferme, ut conjicitur, temporis mirabile alterum, licet funeſtum, accidit factum, quo zelatus eſt Deus hooorem templi, titulo ſacratiſſimi ſui Martyris conſecrati, eodem ſancto Gregorio Papa teſte lib.IV. dialogorum cap.51., ubi ſic rem narrat de quadam moniali, quæ licet continentiæ legem ſervans, carnis inquinamenta vitaret, non item ſpiritus, ut etiam a detractione parceret linguæ. ,, Fe-
,, lix, ait, Portuenſis Epiſcopus, in Sabinenſi
,, Provincia ortus, & nutritus, quandam ſancti-
,, monialem ſeminam in loco eodem fuiſſe te-
,, ſtatur, quæ carnis quidem continentiam ha-
,, bebat, ſed linguæ procacitatem, atque ſtul-
,, tiloquium non declinavit. Hæc igitur defun-
,, cta, atque in Eccleſia S. Laurentii ſepulta
,, eſt. Eadem nocte cuſtos ejuſdem Eccleſiæ per
,, revelatiooem vidit; quia deducta ante ſa-
,, crum altare ipſius S. Laurentii per medium
,, ſecabatur, & pars una illius igne cremaba-
,, tur, & pars altera intacta remanebat. Cum-
,, que hoc, ſurgens mane, fratribus narraſſet,
,, & locum vellet oſtendere, in quo fuerat igne
,, conſumta, ipſa flammæ combuſtio, ita ante
,, altare io marmoribus apparuit, ac ſi illic ea-
,, dem femina igne corporeo fuiſſet concre-
,, mata ,,. Hæc Gregorius. Miſerrima mulier impœnitens obierat, ut idem S. Doctor infra ſe explicat, ideo non eſt paſſus Dominus, ut reprobæ illius animæ corpus quietem caperet in ſui Martyris pretioſiſſimi templo, iſtudque ſuis cineribus, ibidem humatis, impune pollueret.

7. Affine huic porteoto eſt illud, quod legimus in libris Revelatiooum ſanctæ Birgittæ, notis Joannis Card. de Turrecremata illuſtratis. Nempe lib.*6.* cap.*19.* ſcribit eadem S. Vidua:
,, Quidam monachus Monaſterii S.Laurentii diſ-
,, ſolutus, ab inimicis occiſus, mortuus eſt; &
,, ita in Eccleſia S.Laurentii ſepultus (in illa ſci-
,, licet, quæ extra Urbis mœnia eſt) Sanctus au-
,, tem Laurentius viſus eſt loqui ad Judicem.
,, *Quid agis cum electis meis iſte girovagus,*
,, *quorum corpora ſanguinem ſuderunt pro te?*
,, *Iſte vero monachus nonne dilexit voluptatem*
,, *ſuam?* & ſtatim viſum eſt corpus ſuum projici
,, de ſepulcro cum ſœtore peſſimo & horrore.
,, Deinde Judex dixit ad animam, quæ adſtare
,, videbatur. *Vade miſera ad incircumciſos, &*
,, *abortivos, quos ſequebaris, quia noluiſti audi-*
,, *re vocem Patris tui*. Et ſtatim viſio diſparuit,,.
Quo vero locorum extra Eccleſiam corpus reprobi fuerit projectum, Birgitta non explicat; ſicut aliquis dixerit, ideſt, cadaver illud putrefactum, & inſepultum inventum fortuito fuiſſe in campis aperto ſub aere. Advertendum eſt tamen, quum revelatio iſta facta ſit ad Birgittam, quæ floruit ſæculo XIV. miſerabilis idem monachus eo temporis occiſus, & damnatos, non eſſe potuit Cluniacenſis Ordiois; quia jam a ſæculo XIII. Cluniacenſes Monachi ex eo loci diſceſſerant, & orientales ſubintraverant, ut notavimus lib. I. Glor. Poſth., cap.3., n.18., qui perſeveraverunt ibidem uſque ad dimidium circiter ſæculi XV.

8. Ad eandem ſpectant materiem alia duo facta ſigna ſtupenda, quorum unum reperimus apud Ughellum in Epiſcopis Montis Marani Hirpinorum; alterum in Anecdotis miſcellaneis de Martene. Primum accidit tempore S. Gregorii Papæ VII.. Præſul enim illius loci (exiſtentis in ulteriori Principatu Neapolitani Regni) ſanctus Joannes, quum dedicaſſet quandam Eccleſiam Martyri ſanctiſſimo Epiſcopatus ſui anno primo, ſæcularis presbyter, ibi deputatus ſacellanus, ædes habens ſupra tectum Eccleſiæ, quandam illuc feminam introduxit, quam carnaliter cognovit. Ut vero facinus perpetravit, confeſtim totius Eccleſiæ pavimentum vermibus fœdiſſimis impletum eſt; adeo ut nemo poſſet Eccleſiam ingredi, niſi ſuper vermes incederet. Quod ut pervenit ad Epiſcopi aures, indixit is populo, ut ſecum oraret apud eandem ſancti Laureotii Eccleſiam, quatenus manifeſta fieret a Domino cauſſa occulta ejuſmodi

Digitized by Google

modi portenti. Quibus orantibus, ſacellanus presbyter, confuſione plenus, ſeſe venerando Præſuli exhibuit, confeſſuſque eſt publice peccatum ſuum, quod occultum detinere poſſe deſperabat. Tum ſanctus Epiſcopus pœnitentem reum ſuſpendit a Divinis celebrandis myſteriis, injuncta illi pœnitentia complurium jejuniorum, & eleemoſynarum. Ipſe autem ſanctus Epiſcopus, exacto vitæ curriculo, qui beatiſſimi Martyris cultum promoverat, ejuſque templi decorem zelatus fuerat, octavo die a feſto ſancti Levitæ ad cæleſtia Regna vocatus, migravit.

9. In Miſcellaneis anecdotis de Martene, infra num. 18. citandis, ubi notatur caſus horrendi fulminis, quod cecidit in Leodienſe Martyris templum, Monachus illius temporis ſcriptor eodem in cœnobio hujuſmodi cæleſtis ſagittæ fulgurantis cauſſam ex ſuperna, quæ prius evenerat, viſione didicit, ſcribens: „ Intonuit „ de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem „ ſuam, grando & carbones ignis. Forſitan cum „ Nadab, & Abiud filiis Aaron in thuribulis „ noſtris, ideſt in mentibus, & corporibus noſtris ignem alienum, & incenſum, non bene „ redolens, obtuleramus: quod ferre non potens Levita caſtiſsimus, Martyr puriſsimus, „ qui juxta Jobi dictum: *Probavit me quaſi* „ *aurum, quod per ignem tranſit*, ſe ipſum Deo „ in odorem ſuavitatis obtulerat; atque iccirco „ ante hunc ignem (ideſt ante fulminis caſum) „ flebiles, ut ita dicam, threnas in viſu cuidam advoluto genibus ejus, & ſupplicanti „ dixerat: *O frater, venio iterum aſſari*. Viſuſque eſt etiam idem vigil ſanctus omnia „ Monaſterii noſtri, & Clauſtri diverſoria deambulaſſe noſtanter, & cum lucerna ſcrutatus „ fuiſſe (juxta quod Dominus per Prophetam „ minatur, dicens: *Scrutabor Jeruſalem in lucernis*) & indignatus quoſdam, non ut filios „ diei, & lucis ambulare, virga minaci longius „ eliminaſſe. Hoc autem quibuſdam accidiſſe „ magis eſt commiſerandum, quam aliquem hoc „ vidiſſe inſinuandum. Tum viſa eſt imago Domini e Cruce pendentis, quaſi vivens, fudiſſe „ lacrymas &c. „ Ita profecto zelatur Laurentius terram ſuam, zelator & Dominus. Quid magnum eſt utique ſub præcelſi hujus Martyris auſpiciis vitam degere: tamen niſi vita eadem pie, ac in Dei timore ducatur, periculoſum ſatis erit ignavis militibus ſub tanto Duce inveniri morum fœditate degeneres. Multos novimus peccatores ab illo in miſericordia opportune correptos; multos autem, ſuis in impietatibus ſordeſcentes, ab eodem averſa facie relictos. Quod ergo præpotens eſt Martyr; provocet ſervulos, ſi forte peccaverint, ad emendationem vitæ; ut miſericordiam conſequantur in auxilio opportuno: quod autem Vindex eſt injuriarum; eos terreat, ne iterum anteactæ vitæ ſordibus involvantur. Abuti nam id eſſet protectione ipſius, & Sancto injurium, ejuſque detrahere honori; qui plus amat in dicatis ſibi animatis templis decorem; quam in baſilicis inanimatis, & lapideis gloriam. Contra ſpoliatores ædis ſibi ſacræ manum olim extendit, decorem illius vindicans; multo magis id præſtabit adverſus vel occultos honoris ſui fures, myſticum dum expilant dicatum ſibi templum, etiam in abſcondito delinquentes; quantumvis de illius patrocinio perperam glorientur. Surius nobis ſubminiſtrat exemplum in vita S. Balderici Abbatis de lapideo Martyris templo a latronibus direpto: unaque ſimul vel tacite inſtruit, quid agere oporteat; ſi qui fuerint id genus in myſticis tranſgreſſores; nimirum ut ſpiritali templo illata damna compenſent, illud virtutis actibus, quantocius poſſit fieri, exornantes. Rei ſucceſſum expendamus.

10. Quum Normanni, ſive Dani, in Gallias irrumperent, Monachi Eccleſiæ ſancti Laurentii Montis Falconis, ſublato corpore S. Balderici Abbatis, ut lib. 2. cap. vi. num. 15. notavimus, ſe fugæ dederunt a facie incurſantium inimicorum, atque ita Laurentianam Eccleſiam ejuſque Monaſterium deſolata reliquere. Hanc nacti occaſionem quidam fures, convenientes ſimul, aggreſſi ſunt deprædare Martyris templum derelictum. Ut autem confregerunt ædis ſacræ januas, introeuntes ad expoliandum locum ornamentis ſuis, ecce campanum æs maximum cum ceteris turris tintinnabulis, nulla hominum operante manu, ſponte ſonare cœpit, duoque altaris cerei divinitos cæleſti accenſi ſunt igne. Ad hæc mira, viſa, & audita, prædones nimio terrore perculſi, auſugientes, egreſſique de templo, vident unum ex ſociis, ante portam Monaſterii perventum, ſubitanea morte punitum, humique proſtratum. Quare altiori horrore deterriti, non audentes ultra progredi, ne omnibus ſimile quid accideret, ad S. Laurentii Eccleſiam reverſi ſunt. Ubi Martyris iram placare ſtudentes, ſublatis furto, bonis templi reſtitutis, etiam de ſuis ſubſtantiis munera obtulerunt. Actumque eſt, ut qui S. Laurentii ædem expoliare venerant, coacti ſunt ſe bonis propriis denudare, ac locum ſanctum expenſis ſuis ſuperveſtire. Haud ſecus Normanni graſſatores, qui ſacra loca invadentes per Gallias, diripere, ac incendere conſueverant; ut ad eandem ſupervenerunt Eccleſiam ſancti Levitæ, ſuperiori quodam pavore oppreſſi, nedum ab illius expilatione, ac conflagratione abſtinuere; ſed etiam pretioſis muneribus ejus altaria cumularunt. Ita Martyr auguſtus deſolatam domum ſuam defendere, ac ſervare curavit, ut raptores in benefactores extemplo conver-

converteret. Id oramus, faciat ſuis cum errantibus famulis, ut myſticum ei ſacratum templum minime dilapident peccando; ſed bene agendo potius exorneot; ne perdat aliquando indignatus cum impiis animas eorum, ſuo deſtitutas auxilio. Narrat Crugerius in ſacris pulveribus ad diem x. Auguſti: „ Ultra Auſtam „ S. Laurentius, *Na-Bichan* cognominatus, a „ fugitivis e prælio Catholicis tectum non patitur: quod oſtentum cauſam nondum prodidit ſuam: jacent in eo multi e cæſis Miſnicis Baronibus, & Comitibus, quos Huſſitæ „ hæretici anno 1421. Confecerunt „. Prodigium videtur, Laurentio vindice, patratum ob aliquam ſibi a Miſnicis irreverentiam irrogatam, aut circa ejus templi, aut circa feſti ejus obſervantiam, ſive cultum debitum. Qualitercunque res ſe habuerit, illud certum eſt, Levita Laurentius ultor injuriarom eſt. Audi ab eodem Crugerio loc. cit., quid vel eum hæreticis eum neſcientibus egerit: „ circa Giczinium ultra magnam piſcinam tempellum, ejus nomini ſacrum hæretici verterunt in ovile. „ Mirum! Oves illæ de cælo tactæ, magno „ omnino numero perierunt. Sicque ipſi hæretici gravem temporalis facultatis jacturam „ perpeſſi ſunt „. Quomodo Catholici ſcientes excellentiam ejus, non expaveſcent offenſione vel minima illum ad iracundiam provocare?

11. Pœnam quidem hujuſmodi temeritatis luit iniquus ille judex ſæpe a ſcriptoribus relatus, nomine Stephanus, qui Romæ jus profeſrens, acceptis muneribus, multorum judicia pervertebat. Hic tres domos Eccleſiæ S. Laurentii, & unum S. Agoetis violenter abſtulit, & ablata injuſte poſſedit. Accidit autem ut moreretur, & ante judicium Dei duceretur, In quo tribuoali aderant Beata Virgo, S Laurentius, S. Agnes, & S. Projectus Epiſcopus, quem idem Stephanus, in vita ſua notum, valde dilexerat. Sanctus autem Laureotius reum cernens, nimia cum indignatione appropinquans ad illum diriſſime tribus vicibus ejus brachium ſtrinxit, & dolore nimio cruciavit. Sancta vero Agnes in eum reſpicere noluit, ſed faciem ſuam ab eo avertit. Tum Judex ſuper eum ſententiam dixit: *Quoniam aliena ſubtraxit, & munera accipiens, veritatem vendidit, in locum Judæ proditoris tradatur*. Ad hæc S. Projectus, miſericordia motus, accedeos ad ſanctum Laurentium, & ſanctam Agnetem pro reo veniam deprecabatur. Tum beata Virgioe cum illis orante, conceſſum fuit, ut ejus anima ad corpus rediret. Quare Stephaous reſurgens a mortuis, vidit brachium ſuum taliter aduſtum & lividum, ac ſi reapſe in corpore, & non ſolum viſione ſpirituali conſtrictiooes, per manus ſancti Laurentii actas, paſſus fuiſſet. Quod ſignum in eo remanſit, quandiu vixit. Male igitur ablata reſtituens, & pœnitentiam agens, die trigeſima ex hac vita tranſivit. Placatus eſt itaque Levita ſanctiſſimus ad preces ſancti Projecti, ne judex iſte morte puniretur æterna; ſed iracundiæ ſuæ ſigna, voluit, ut reus in proprio corpore ad mortem uſque portaret, queis intelligeret, quam horrendum ſit in tanti Martyris offenſam incidere.

12. Henricus II., quem Helinandus appellat III., erratum fere commune apud vetuſtos ſcriptores; ex eo procedens, quod connumeraverint inter Imperatores Germaniæ Henricum, dictum *Aucipem*, qui regnavit apud Germanos ab anno *929.* uſque ad *936.* Revera tamen a Berengarii diebus, ideſt, an. *924.* uſque ad Othonem magnum, videlicet ad *962.* ceſſavit Imperium; ſolumque Reges in Germania ſalutabantur; in quibus fuit Henricus Auceps. Hinc eſt, ut a recentioribus, expuncto ab Imperatorum catalogo eodem Henrico Aucipe, primus in Imperatoribus hujus nominis recenleatur ſanctus Heoricus Bavarus, a vetuſtis appellatus II. Filius vero Conradi Cæſaris, qui vocabatur *Henricus III.*; dicatur jam II. Is ergo Conradi *Salici* filius, puerili in ætate, juxta laudatum Helinandum, a quodam Clerico fiſtulam argenteam tulerat (qua pueri ludentes jaculantur) pactus ei Epiſcopatum dare, quum foret Imperator. Adeptus Imperiom, impiger illi fidem liberavit. Et quia peculiarem profitebatur devotionis affectum erga Martyrem ſacratiſſimum; cujus Eccleſiæ tectum, longa carie diſſolutum, compaginari fecerat, multiſque muneribus ſacram illam ædem (in quibus & aureo calice) condecoraverat, amori ejus reſpondit Levita mirificus. Aſpero nam Cæſar poſthæc morbo correptus, decubuit; quo morbo creſcente, ſenſibus deſtitutus, mutus jacuit, Epiſcopi præſentes, triduano indicto jejunio, pro ejus vita Domino ſupplicabant. In ſe demum reverſus, convaleſcens ab eadem infirmitate, accitum Epiſcopum, quem fecerat ob acceptam fiſtulam, ſententia Concilii depoſuit, Confeſſuſque eſt, ſe toto illo triduo dæmones ſibi infeſtos vidiſſe, flammam adverſus ſe per fiſtulam jaculantes; & flammam adeo pertinacem, ut noſter ignis reſpectu illius jocus putaretur. Interim tamen juvenem ſemiuſtulatum advenaſſe, nempe ſanctum Laurentium, ferentem calicem aureum notabilis magnitudinis, aqua plenum, cujus viſione, ob laticis aſperſionem ſuper inflictas a dæmonibus ſibi plagas, extinctis ardoribus, ſanus & liber evaſit. Hic, diximus, erit calix aureus, quem Cuſpianus aſſervari retulit Bambergæ in Eccleſia S. Laurentii;

tii ; quamvis gravi laboraverit æquivoco , ut præcedenti capite obſervavimus in fine num. 28. & initio 29. Accidir iſtud prodigium poſt unum circiter vel alterum annum , ex quo Henricus II. conſtitutus fuerat Imperator , ejus patre defuncto : vixitque annos ſexdecim expletos, Imperii gubernacula tenens, nempe ab anno 1039. ad 1056. Reliquum eſt , ut io relato facto adnotemus, exercuiſſe Martyrem miſericordiam cum juſtitia ; juſtitiam ſinendo per triduum a dæmonibus ſuom torqueri ſervulum ob perpetratum ſimoniæ ſcelus ; miſericordiam , qua illi, correptionis virga caſtigato , tandem medelam plagis afferens , occurrerit. Actum eſt unum , ne videlicet Imperator Henricus II. de Martyris protectione præſumeret ad peccandum ; geſtum eſt alterum , ne caderet in deſperationis abyſſum . Sed jam de cetero ad omnino læta nos vocant reliqua ſancti Levitæ Mirabilia , queis opitulari dignatus eſt in neceſſitatibus & anguſtiis famulos ſuos , aut etiam ſuam mortalibus potentiam declarare.

13. S. Gregorios Turonicus lib. 1. de Glor. Mart. cap.42. narrat, quæ ſequuntur ad verbom. „ Templum erat in quodam loco, bea-
„ ti Laurentii & reliquiis , & nomine conſe-
„ cratum , quod per incuriam longinqoi tem-
„ poris valde detectum erat. Quod cum reno-
„ vare loci incolæ vellent, ſilvas adeunt, inciſis
„ levigatiſque ligois trabes efficiunt, impoſitaſ-
„ que plauſtris ad locum exhibent. Quibus per
„ humum ad ordiendum extenſis, una brevior
„ reperta eſt : ſtatimque Sacerdotis animum ,
„ qui ad hæc inſiſtebat , dolor maximus atti-
„ git , & flens valde, qoid ageret , quo ſe ver-
„ teret , ignorabat . Tunc intuens quercum
„ breviorem , ait: O Laurenti beatiſſime , ap-
„ poſitus igni , glorifica te ; ſemper pauperes
„ ſovens , ac reficiens . Cogita paupertatem
„ meam , quia non eſt exiguitati noſtræ ſacul-
„ tas, qualiter hic alia exhibeatur. Illico, cun-
„ ctis attonitis , trabs crevit in tanto ſpatio
„ longitudinis , ut neceſſe eſſet magnam incidi
„ partem. De qua induſtria plebis beneficia per-
„ dere neſas purans Sacerdos, credens eam ma-
„ nu Martyris tactam , ac prolongatam ; par-
„ tem , quæ ſuperfuerat , fruſtatim diſcerpens,
„ incolis diſtribuit , quæque diverſas infirmita-
„ tes ſæpe ſubmovit , etiam cæcitatem oculo-
„ rum „ Quot in uno miraculo prodigia ! Celebris Venantius Fortuoatus Epiſcopus Pictavienſis, clariſſimuſque vates, cui laus eſt in Eccleſia propter duos maxime hymnos, a ſe compoſitos; quorum unus eſt, *Pange lingua glorioſi* &c. alter, *Vexillo Regis prodeunt* ; quique floruit ante laudatum Gregorium Turonenſem , porreotum iſtud carminibus expoſuit , quorum verſus aliqoos heic principaliores tranſcribimus ex viginti duobus editis, carm. 14. libri 19.

Laurenti merito flammis vitalibus uſte ,
Qui ferventi fide victor ab igne redis ,
Dum tibi templa novant breviori robore plebes ,
Creverunt trabes, crevit & alma fides.
Stipite contracto tua ſe mercede tetendit ,
Quantum parva prius , poſtea cæſa fuit :
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor ,
Et didicit ſicca longior eſſe como ,
Unde reciſa fuit : Populis fert inde ſolutem ,
Si venit intrepidus , lumina cæcus bobet &c.

Acta ſunt hæc apud Brionas Italiæ ; ut quidam volunt ; ſed rectius ad comitatus Tyrolenſis caſtrum . Additque Turonicus relatus Gregorius
„ Vidi ego hominem , qui graviter dentium
„ dolore laborans, accepta de hoc ligno a ſa-
„ cerdote particula, ſtatim, ut dentem attigit ,
„ dolore protinus caruit .

14. S. Bonitus Epiſcopus Arvernenſis in ſumma pluviæ neceſſitate, indicto jejunio , & publica ſupplicatione, peragenda ad Eccleſiam S. Laurentii , quam Victorius Comes erexerat, illuc Epiſcopus cum Clero & populo pervenit (air auctor contemporaoeus & oculatus rei teſtis) *ubi Beati Levitæ eccleſiam ingreſſi ſumus, & ibi , quæ Dei ſunt , ſacerdos peregiſſet ; ſubito pernici curſu , flante auſtro , aeris ſerenitatem nubili conglobatio denſiſſima texit . In tantum aquorum onere tota nocte nubes ſunt ponderatæ , ut vix alio die valuit Epiſcopus cum plebe de Eccleſia recedere . Hinc toto nocte populus cum Clericis pſallentibus manere opus fuit in eadem Eccleſia S. Laurentii .*

15. Et quia patratum hojuſmodi prodigium ad poteſtatem pertinet Martyris ſuper elementum aquæ , ſicut alterum , in capite de ipſius Reliquiis enarratum , commendavit potentiam ejus ſuper aeris elementum , quum ſubito ventum vento contrarium ſpirare fecit, ne periclitaretur navis , portans ejus reliquias verſus Maſſiliam , offendens ad ſcopulum num. 28. ut ei compleamus elogium , Salvatori a ſuis diſcipulis in mari periclitantibus , editum : *Qualis eſt bic , quia venti & mare obediunt ei* ? Iteratum tranquillitatis aquarum maris beneficium adjicimus , quod ſic apud Bollandiſtas in lucem editum reperimus §. 3. num. 30. & 31. „ ſuggerit nobis documentum græcum , cujus titulus eſt : *Domini Demetrii Cydonii bonæ memoriæ ſermo in Sanctum Laurentium* . Ubi laudatus auctor , poſt ejuſdem ſermonis initium , ſanctum Martyrem alloqueos , ejus ſe patrocinio ſalvum & incolumem evaſiſſe a maris graviſſima tempeſtate grati animi memoria teſtatur his ad Matryrem verbis, ſic latine ex græco

Digitized by Google

co exemplari translatis: *Verbis materiem ſubminiſtraſti, ac moviſti nos ad efficacem memoris animi viciſſitudinem, ut grates ordiremur perſolvere, quin nobis ad urbem tuam properantibus, ac tempeſtate, quæ nullum arti, nullumque ſpei locum relinquebat, jactatis; ut ipſe, o Martyrum gloria, invocatus dumtaxat, injurioſum ſtraviſti pelagus, noſque jam ſubſidentes e fluctibus eripuiſti. Tunc quippe æquum non videbatur de ſoſpitatoris tacere laudibus, & ſermone parvo magnitudinem gratiæ non oſtendere: ipſiſque in periculis voto nos obſtrinximus. Siquidem ſupereſſe nos accideret Sancti Martyris Chriſti beneficentiam debitis præconiis celebrare neutiquam ſineremus.* Apud Guillelmum Caveum heterodoxum in Appendice part. 1. edit. Geoeven. 1649. pag. 32. Dicitur, clarui ſſe Cydonium anno Chriſti 1357.

16. Iidem Bollandiani referunt, actum alterum prodigium, ſpectans ad Martyris imperium ſuper infectum aeris elementum, dicentes: In relationibus, ſeu novis publicis Bruxellenſibus anni 1657. Neapoli die 30. Januarii ejuſdem anni ſcriptum fuiſse traditur. Provinciam Lupienſem (vulgo Lecce) ad illud uſque tempus per interceſſionem S. Laurentii (qui ejuſdem eſt Patronus) a peſte immunem extitiſse, quanquam ab iſta lue undequaque fuerit circumdata. Sane, Martyrem ſanctiſſimum peculiarem eſse contra peſtilentiam advocatum & patronum, manifeſte nos docet S. Gregorius Papa, & Eccleſiæ Doctor, perſpicuo exemplo ſuo; dum luis tempore in Urbe ſupplicationem ſollemnem Cleri & populi ad ſanctum Laurentium, *in Lucina* nuncupatum, inſtituit, & abſolvit: quemadmodum in illius baſilicæ porticu cernimus hodie picturis conſignatum. Romam peſte inſici Sanctus permiſit; ut poſtea exoratus, virtutem purgandi aerem oſtenderet: præſervavit Alletii Provinciam, terminum præfigens contamioato aeri; ne io locum, ſuæ tutelæ addictum, ingredi licenter auderet.

17. Ad invocationem ejuſdem nominis terram, vehementibus ſe quatientem motibus, illico quieviſſe; nos ipſi, qui hæc ſcribimos, oculis totiuſque corporis ſenſu percepimus, dum Meſſaoæ moraremur anno 1735., ut non indigeamus, hoc Martyris ſuper elementum terræ dominium expiſcari ab aliorum fide ſcriptorum. Supereſt de ignis elemento, quod eſt ceteris potentius, uberiori exemplorum copia quicquam dicere; ut, quale in iſtud etiam potens Martyr ſuum exerceat imperium, eluceſcat. In vita namque S. Hugonis Abbatis, nec non in quodam ex Bagatæ M. S., Bollandiſtis tranſmiſſo a Cæſarauguſta, tom. 1. lib. 3. cap. 2. nom. 27. legitur, quod Cœnobitæ Monaſterii S. Michaelis Archangeli de Cluſa, Diœceſis Taurinenſis, ad Pyrchiari montis radices ſiti, ideſt, ad alpium fauces, decideotibus eo loci ſæpe fulminibus perhorrendis, quorum ictibus plures peribant, Monaſterium deſerere meditabantur. Contigit autem die quadam tempeſtas fulminum adeo vehemens, ut multi ex iiſdem Cœnobitis igneis ejuſmodi ſagittis tacti, miſerrime interierint; jam jamque toti Monaſterio lacrymabilis e cælo completa deſolatio imminere videbatur. Quocirca fratres ſuperſtites apud, viveotem tum, S. Hugonem Abbatem, cujus alibi meminimus, inſtiterant, ut ſuæ ſuorumque fratrum ſaluti conſuleret, eriperetque omnes de tam claro ac manifeſto periculo, locum illum deſerendo, vitæ cunctorum adeo pernicioſum; & novom eligendo, quo poſſent tranquillam in pietate Divioi cultus agere vitam. Reſpondit eis ſanctus Abbas Cluoiaceoſis, Spiritu ſancto plenus, ne ſe de loco moverent; ſed ut votum voverent ſancto Laurentio facieodi in poſterum quotidie commemorationem ejus. Id exſequuti ſunt fratres; atque ab illo tempore ſancti Laurentii meritis ex illa calamitate, qua deſuper incendebantur, liberati ſunt. Hugo ad Abbatiale illud regimen promotus fuerat anno 1049. uode colligitur poſt dimidium ſæculi undecimi rem adeo mirabilem eveniſse.

18. In Theſauris anecdotis de Martene tom. 1. pag. 914. & 915. de Eccleſia S. Laureotii Monaſterii Leodienſis invenimus ſcriptum, quod „ Anno 1182. xI. ad Kal. Aprilis, feria tum „ ſecunda majoris Hebdomadæ, fulmen ab aqoilonari parte maximo & horribili fragore cadens, ac in ſiniſtrum latus unius ſacræ torris ejuſdem ſani, ingrediens, & circuiens Eccleſiam, nemioem læſit hominum, quamvis „ intus plurimi eſſent; ne cortinas quidem, „ quæ pendebant ſurſum uſque deorſum terræ, „ velantes Crucifixum (ut mos eſt ibi quadrageſimæ diebus apponere) vel modicum afflaverit; ſed nunc ſupra cortinas ſe elevando, „ nunc infra, in modum explorantis, quem „ feriret, ſe deponendo, penetravit uſque ad altare majus, nec quicquam oſtulans, vel tangens; eo taodem modo, quo ierat, reverſum per majus oſtium Eccleſiæ, ac ſuper caput traoſiens cujuſdam muliereulæ adſlantis, „ & ſanctum Laurentium inclamantis, ionocue „ egreſſum eſt: acciditque quaſi miraculum a „ Deo. Pallium altaris ſcidit, ſed non uſſit: „ nec ioter alia miranda, quæ viſa ſunt, ſilendum eſt, quod idem fulgur marmoreum ſigillum altaris in partes ſeptem fregit, at vas „ plumbeom ſubtus poſitum, obi erant reliquiæ, non liquefecit; immo nec cereum „ ſigillum reſolvit, quo reliquiæ claudebaotur. „ Magiſque ſtupori fuit iſta ſcribenti, quod, „ audito fulguris ſtrepitu, dum eſſet in clau-

 ſtro,

Digitized by Google

„ ſtro, currens ad Eccleſiam, obvios habuit poſcentes auxilium, quia combureretur altare; ſuique pius monachus oblitus, & Martyri fidens, ingreſſus in templum, acceſſit ad aram, corripuit altaris mappam, ſuper quam ignis favilla erat ardentiſſima, ut eam excuteret; & ecce videt prædictam mappam omnino incombuſtam, ignemque diſperire, quanquam ab adſtantibus tela eadem viſa prius fuerit ignis flamma comburi „. Hinc ipſemet oculatus teſtis, factum ſcriptis conſignans, adnotavit. „ Adverte, quicunque pietatis es ſpiritu, trium hic puerorum præconiale ſpectaculum, quorum nec capillum quidem ſeptemplicis flammæ valuit vehementia temerare: etiam hic digito Dei Athleta victorioſus (ideſt S. Laurentius) cooperatus eſt, de quo veraciter dictum fuit: *Si tranſieris per ignem flamma non nocebit tibi, & odor ignis non erit in te*. Quandoquidem & ipſe de craticula ſe aſſantibus dixerat: *Infelices, non videtis, quia carbones veſtri non ardorem mihi, ſed refrigerium præſtant* „. Cecidit hac noſtra ætate fulmen alterum in valde nobile Templum S. Laurentii Drepanenſis die feſto ejuſdem Martyris x. Auguſti, quum ingenti populi concurſu Eccleſia frequentaretur, ac preſbyterii tholo perforato, ingreſsum ſacram ædem & circuiens ejus teſtudinem, prohibitum eſt ad Baſilicæ inferiora deſcendere virtute Martyris, ne cuipiam nocere poſset; licet in altis huc illuc diſcurreret, donec e loco ſancto violenter abſceſſit.

19. In Leodienſi *Paſſionali* narratur, quod in pago Waſlinenſi habetur Eccleſia, nomine *Calecta*, tria continens altaria: medium quidem in honorem perpetuæ Virginis, & Genitricis Dei Mariæ poſitum. Duo autem lateralia, alterum in beati Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini memoriam, alterum vero ad S. Laurentii Levitæ Martyris cultum, de hoc tertio deponere ſolent incolæ loci, quoniam quum eadem Eccleſia bis, vel ter fuerit concremata (mirandum multiplici cauſſa portentum!) altare Martyris numquam potuit igne cremari, ne palla quidem, ſive linteamen ejuſdem aræ, ceteris SS. Virginis, & S. Præcurſoris conſumtis altaribus.

20. Refert Franciſcus Ainſa lib. 2. cap. 8. pag. 156., in ſacra æde Oſcenſi, ſub titulo beati Levitæ, anno 1589. accidiſſe, ut accenſus Paſchalis cereus ad vitandam quandam aeris intemperiem, incuria æditui Eccleſiæ non extinctus, facto diei ſero, tota illa nocte arſerit; cujus ignis candelabrum magnum ligneum, ejuſdem cerei ſuſtentaculum, corripuit, & quicquid in eo erat auro oblitum, nec non imaginem S. Orentii depictam abſumſit; extendenſque ſe ignis ad alteram S. Laurentii imaginem, ut eam depaſceretur, ubi ad illius inauratum diadema pervenit, ibi ſtitit, quanquam eſca eſſet ad combuſtionem igni applicata. Evenit ibi etiam, ut pruna quædam ignita delapſa ſuper altare, nemine advertente, operculum ejuſdem coriacum totum combuſſerit, mappam vero lineam ſubterpoſitam, quæ velociſſime devoranda erat, intactam omnino reliquerit?

21. In opere alibi laudato Georgii Crugerii legitur, quod Litomericenſis civitas in Bohemia horrendis incendiorum vaſtationibus erat obnoxia, quare populus, ut tantum iræ Dei flagellum a ſe averteret, ſupplicabundus ſancto Laurentio Martyri votum fecit; cujus interceſſione ac patrocinio factum eſt, ut urbs illa deinceps ab ignis inclementia fuerit liberata: neque viſus eſt amplius ignis vehementer ſævire, ac habitatorum civium domibus detrimentoſus eſſe, uti ſolebat, ex quo civitas fundata fuerat, vim ſuæ virtutis exerens; ſed veluti manſuefactus, ita minor eſt redditus, ut ſuccenſus facili negotio extinguatur. Hinc adeo urbs (vulgo *Litomeritz* dicta) habitatoribus aucta fuit ob idem Martyris beneficium, ut ſæculo XVII. Epiſcopalis effecta ſit ab Alexandro VII. Pontifice Maximo ſub Metropolitana Eccleſia Pragenſi. Jacet civitas ad Albim fluvium, triginta duobus milliaribus Italicis a Praga diſtans: quæ merito dici poteſt, ex cineribus ſuis protectione Sancti Laurentii Martyris miro modo reſurgere. Atque ſatis hæc ſint ad comprobandam noſtri myſtici Apocalypſis Angeli poteſtatem ſuper ignem elementarem cum ſubtiliorem regionis aereæ, tum craſſiorem noſtris in imis, quo manifeſtatum emicat ejus imperium ſuper quatuor mundi hujus ſenſibilis elementa, ne quid deſit amplitudini admirabilis gloriæ ejus.

22. Ad alia proinde narranda Mirabilia ejus intendentes animum, occurrere menti primum experimur beatam Paulam Virginem Abulenſem; cujus rei memorandæ gratia præmittere juvat Albini Alcuini dogma: *De Cœna Domini*, quod aliquando nos edocti, alibi tetigimus, & modo teſtimonium proferimus, nimirum: *Potiſſimum Eccleſia in Pontificali Romano de conſecr. Eccleſiarum, has in honorem unius, vel plurium Sanctorum conſecrat, ut eorum interventu, quotquot ibi orant, exaudiantur a Deo.* Attendamus idcirco, quomodo ſuis ſuffragiis, orante in ſua Eccleſia Virgine Paula, Martyr adfuerit, ut hæc a Chriſto Domino grandi miraculo exaudiretur. Quum enim juvenis quidam inhoneſtus oculos in eam injiciens, ipſius deperiret amore, vim ei ſtatuit inferre. Frequenter ſiquidem adire Paula ſolebat Eccleſiam ſancti Secundi Epiſcopi Abulenſis, ad viſendum iſtius ſacrum corpus, ibi tumulatum. Juvenis au-

autem, opportunitate loci & temporis conſiderata, venatoris indutus habitu, prima occurrente die, per illam greſſus ſuos direxit viam; ut inſidias Virgini tenderet, conſpicatuſque Paulam ante ſe valde progreſſam eo in itinere ad conſueta ſolvenda vota; prædam ſibi ratus oblatam, gradus accelerare contendit. Id ut virgo ſentit, trepidæ columbæ inſtar, celerrime avolat, neſario inſequeote vulture. Quem quum effugere vix jam poſset, in, proximam ſibi, ædiculam, Sancto Laurentio ſacram, foris civitatis illius mœnia ſeſe conjecit. Ubi complexa Crucifixi pedes, non multis verbis, ſed animi ardore prolatis, ut neceſſitas extrema poſtulat; obſecrat, quatenus ſe tueri dignetur, & ſpeciem faciei ſuæ, qua miſer ille captus erat, mutet, atque inſigni aliqua deformitate deturpet, quam inſequotor averſetur, abborreat, & fugiat. Magis, ac magis animatæ ſunt preces ejus, excelſi Martyris patrocinio fultæ. Quare deformata mox fuit divinitus facies ejus. Agreſtis illi enata eſt barba, frons diſtorta, genæ tetrum in modum fœdatæ. Irruit interea inflammatus amoris obſcœni æſtu perditus adoleſcens, nec eam agnoſcir, adeo immutatam. Siſcitatur, quo puella illa, momento aote ingreſsa ædem, evaſerit? Negat Virgo barbata, quemquam hominom præter ſe ibi viſum. Hinc juvenis celer abiit, per viarum & ſepium anfractus ambulaos, nihilque reperiens, incaſsum ſudorem effudit. Ob mirum ejuſmodi portentum ipſa Paula cognomento exinde *Barbata* dicta eſt: cujus antiqua effigies ad perpetuam rei memoriam in eadem pervetuſta Sancti Laurentii Eccleſia in præſenti uſque cernitur. *Bolland. ad* 20. *Febr.*

23. In vita S. Fidelis Epiſcopi Emeritenſis, auctore illius Eccleſiæ Diacono, cui nomen *Paulus*, Fideli coævus, legitur; quod ſanctus Præſul miſericordia ſuper complures pauperes commotus, quia nequibant ii contracta ſolvere debita, ad ſe pertinentia; diſpoſuit illa ipſis debitoribus relaxare; unde chirographa confeſſionis iſtorum, ad ſe accedentium, reſtituebat. Sed quum omnibus ea reddidiſſet, cautio cujuſdam viduæ debitricis in ſuis remanſerat manibus; quæ nec dum ſuerat reddita: quandoquidem præ turbæ inopum denſitate, qua Fidelis circumſeptus fuerat, quum dicta redderet chirographa, relata mulier aditum, quo ad eum accederet, non habebat. Et licet per dies ſingulos illa paupercula veniret ad eom; quum tameo locum ſibi fieri minime reperiret, mæſta nimium & anxia, quod nihil pro ſe agere poſſet ad ſuum obtinendum chirographum, vacuis manibus afflicta mærore, ad proprium remeabat tuguriolum. Quadam autem nocte in viſu ei adſtitit ſanctus Martyr Laurentius cum S. Cypriano Epiſcopo, (quorum ſub nomine templum eo loci erat) dixitque ad illam: *Noſti, quare locum non invenis ad tuum conſequendum chirographum?* Reſpondit illa: Neſcio, Domine. Cui S. Laurentius: *Dic, quare per baſilicas fratrum noſtrorum Martyrum frequenter concurris, & ad nos venire contemnis?* Illa ſtatim conſurgens ad Martyris baſilicam cucurrit, orationem cum lacrymis fudit; pro negligentia præterita veniam imploravit. Eodem tempore, quo mulier ad altare S. Laurentii lacrymabatur, ſanctiſſimus Martyr Fideli Epiſcopo apparuit, ut benigne viduam ad ſe cito venturam exciperet, ejuſque miſericorditer chrirographum debiti redderet. Fuſis ergo precibus coram Martyris ara, ſe vidua erigens, mira celeritate ad Epiſcopi domum pervenit, invenitque nedum locum opportunum, ut a ſancto Antiſtite audiretur, verum etiam illuc introducta vidit, quod ipſe beatus Fidelis præſtolaretur eam, manu tenens debiti ſui chartam, quam illi lætus tradidit. Quapropter mulier eadem Deo, & Martyri ſuo gratias agens, nimio repleta gaudio, quod rem tamdiu deſideratam conſequuta eſſet, in domum ſuam hilaris eſt reverſa. Paullo poſt idem ſanctus Antiſtites, occurrentibus ſanctorum cœtibus (in quibus beatiſſimus Archimartyr ſuerit, perſuaſum habemus) exſpectantibuſque Angelicis choris, ut citatus Diaconus addit, ad æterna Regna tripudiando migravit. *Bolland. ad 7. Februarii*.

24. In capite de Regalibus Martyris Eccleſiis multa retulimus ejus mirabilia, quæ fecit, iovocatus ad præſtandum ſupremis Priocipibus in plurimis bellis opportunum auxilium, uti reſpondir duobus Auguſtis, Othoni magno, & ſancto Henrico primo, nec non Hiſpaniarum Regi Philippo II., Emmanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, magno Melitenſi Jeroſolymitanæ Religionis Magiſtro, Joanni Valetæ, aliiſque Orbis Regnantibus; quare illud ſibi antonomaſticum nomen promeruit, ut diceretor, ſicur alibi notavimus, *Sanctus Victoriarum*, unum id genus triumphum, apud Polonos habitum ſub ejuſdem Martyris auſpiciis, reſervavimus enarrandum hoc peculiari loco de reſiduis Mirabilium ejus, quem refert Joannes Dugloſſius, Cracovienſis Canonicus, in Polonicis hiſtoriis lib. IV. ad annum 1113. opus, quod pluribus diſtributum tomis, edidit Lipſiæ 1711. Res autem ita ſe habet. Magna Polonis inſerebantur damoa, invaſiooes & expoliatiooes patientibus a Pomeranis, ſibi finitimis; quorum metropolis erat urbs *Nakiel*, cujuſque munitis propugnaculis hoſtes fidebant. Ejuſmodi vexationes Boleslaus III. Poloniæ Rex, ſive *Dux* tum appellatus, ferre

non ultra valens, comparato exercitu, ad eandem obſidendam urbem profectus eſt. Dum vero iter faceret, ultima itineris nocte, quum prope Cruſvicenſe oppidum ſtitiſſet, e quodam ejus templi pinnaculo viſus eſt formæ venuſtiſſimæ juvenis, cujus ſplendor admirandus non oppidum tantum, ſed etiam ejus vicina campeſtria illuſtrabat, univerſo idipſum aſpiciente Boleslai exercitu non ſine magno intuentium ſtupore. Qui pulcherrimus Juvenis, ut mota ſunt caſtra, e pinnaculo templi deſiliens, exercitum præcedere cœpit recto itinere, militares ducens copias, quæ illum ſequebantur uſque ad *Nakiel*; quo perventus, pomum aureum, quod manu geſtabat, vibrans, & verſus urbem projiciens, diſparuit; capiendæ urbis certam ſpem exercitui relinquens. Hic fuerit ne S. Laurentius, an Angelus Domini, innoteſcere non potuit inſpectoribus, quamvis ſequuta victoria Laurentio Martyri attributa merito fuerit. Boleslaus itaque urbem obſidiens, vallat, & erebra machinarum projectione in eam uſus, nec non ariete, ceteriſque oppugnationum generibus, omnia caſtri fundamenta vel debilitat, vel diruit. Quocirca urbs convenit pacto; humiliter a Boleslao petens dierum quindecim ſpatium, quo Pomeraniæ Magnates monere poſſet, ſi vellent in urbis defenſionem accedere; ſecus, nullo ulteriori commiſſo prælio, ſe donaſſet Poloniæ Regi. Pactionem admiſit Boleslaus, ſuperſedens ab oppugnatione civitatis.

25. Quum autem ad dies aliquot ceſſaſſent ab armis milites, exſpectantes condictum diem; ecce inopinato ante prædefinitum tempus, ac ſub nocturnis tenebris hoſtilis exercitus adventantis magis ſtrepitum ſentiunt, quam arma vident. Erat nox illa, feſtiviſſimum præcedens diem Sancti Levitæ, qui (ait idem Dugloſſius) *apud Polonos magna colitur veneratione;* ad improviſum hujuſmodi acceſſum hoſtium Boleslaus ejuſque milites locum ſatis ſibi tutum, quo ſe deſcenderent, reſumtis armis, petierunt. Erant enim numero valde inferiores Pomeranis, congregatis ad quinquaginta armatorum millia. Tum Polonorum Princeps conſiderans, noctem eſſe potentiſſimi Martyris, exhortatus eſt ſuos, ut ſtrenue agerent, dicens: *In ſola Divinitate, & Beati Martyris Laurentii, (in cujus honore celebramus ſibi dicatum diem) ſuffragio ſpes omnis, atque in audacia figenda nobis eſt. Ego Deo propitio & Beato Laurentio, vel pulcherrima, & inſigni morte pro vobis bodie defungar; vel ſi vos adniti volueritis, glorioſam victoriam de ſuperbo, & idololatra boſte, apud poſteros etiam famam & nomen babituram*, *reportabo*. Repromittentibus vero eunctis militibus aut vineendum, aut moriendum eſſe, atque invocationem nominis Sancti Laurentii erebra & varia ſupplicatione ingeminantibus, ut eis ſuccurrere in tam arduo prælio dignaretur, Boleslaus ſuos ad hoſtem ducit. Valloque ac foſſato ſuperato, inimicos invadit, & mira prorſus ſtrenuitate Pomeranos, confœderatoſque Prutenos obtruncat, cædit, diſſipat; factaque eſt divinitus mortis conſuſio in hoſtium agminibus, omni eorum ordine perturbato. Quapropter reſiſtere ulterius non valentes, in ignominioſam converſi ſunt fugam. At Poloni a tergo illos inſequentes, etiam per ſilvas, ſeu nemora magnam de hoſtibus, vel fugentibus, ſtragem peregerunt, ad quadraginta nimirum millia cæſis Promeranis & Prutenis; captiſque duobus millibus ex iis, qui effugerant aciem gladii, ac nonnullis ex octo millium reſiduo in paludibus, ſtagnis, limoſiſque locis pereuntibus, qui manus eorundem perſequentium Polonorum evaſerant. Actaque ſunt hæc uno eodemque ſancti Laurentii die, in cujus admirabilis Patroni laudem univerſus Polonici Regis exercitus pro eollato ſibi triumpho ac manifeſto evitato periculo gratiarum actiones celebrans, cum jucunditate reſonabat. Metropolitana porro civitas Pomeraniæ *Nakiel* eum oppidis & caſtellis, quæ viderat omne ſuorum robur excidiſſe, illico in poteſtatem Boleslai ſe dedere feſtinavit: immo ſex alia oppida Pomeranis viciniora, ut audierunt eeleberrimam hanc victoriam, miſſis ad Poloniæ Ducem nuntiis, ſe eum ſuis munitionibus plene in ſimilem deditionem illi conceſſerunt. Hoc ferme modo Levita magnus adverſus Chriſtiani nominis hoſtes mirabiliter dimicavit, ac potentes adverſarios potenter protrivit, atque diſperdidit. Reliquum eſt, videamus, quomodo infirmos ſuos juverit ſervulos.

26. Guillelmus Abbas lib. 1. cap. 6. num. 63. & 64., tamquam de viſu teſtis, in vita ſancti Bernardi Clarævallenſis Abbatis, ſequens narrat miraculum, quod cælitus eidem contigit. „ Infirmabatur homo Dei, & velut rivulus qui-„ dam phlegmatis ineeſſanter ab ejus ore flue-„ bat. Unde exhauſto eorpore deficiens, paulo-„ minus ad extrema devenit. Convenerunt ita-„ que filii, & amici ejus, velut ad exſeqnias „ tanti Patris, & ego ipſe inter ceteros adſui. „ Cumque extremum jam ſpiritum trahere vi-„ deretur, in exceſſu mentis ſuæ ante tribunal „ Domini ſibi viſus eſt præſentari. Adfuit ſa-„ tan, ex adverſo improbis eum accuſationibus „ pulſans; ſed vir Dei meritum paſſionis Chri-„ ſti intelligens ſibi donatum, quo jure non „ confundebatur, abiit confuſus inimicus: & „ homo Dei in ſe reverſus eſt... Contigit au-„ tem, adveſperaſcente jam die, ut ceteris „ fratribus, juxta conſuetudinem, accedentibus ad „ lectionem collationum, ſolus Abbas cum duo-„ bus fratribus ſibi aſſiſtentibus remaneret in di-

„ ver

Digitized by Google

„ verſorio, in quo jacebat; eumque vehemen-
„ ter affligeretur, & dolores infirmitatis exere-
„ ſcerent ſupra vires, advocans alterum ex duo-
„ bus, jubet citius orarum ire ad altaria, quæ
„ tria erant in ecelefia, primum in honorem
„ beatæ Virginis; alterum in honorem ſancti
„ Laurentii Martyris, tertium beati Benedicti
„ Abbatis. Juſſa miſſus peregit: eadem igitur
„ horæ adſuit viro Dei beata virgo duobus illis
„ ſtipata Miniſtris, beato ſcilicet Laurentio,
„ & beato Benedicto. Aderant autem ea ſere-
„ nitate, & ſuavitate, quæ eos decebat; & tam
„ maniſeſte, ut ex ipſo introitu cellæ perſonas
„ quoque diſcerneret ſingulorum. Imponenteſ-
„ que ei manus, & loca doloris arractu piiſ-
„ ſimo lenientes, omnem protinus ægritudinem
„ depulerunt. Siccatus eſt cnim illico phlegma-
„ tis sivus, & dolor omnis abſceſſit. „ De hac ſua infirmitate, a qua miraculo ejuſmodi ſanatus eſt, idem S. Bernardus meminit epiſtola 37. ad Theobaldum campaniæ Comitem. Conrigitque prodigium in Monaſterio Claræ-vallenſi.

27. Ex Bernardino Pezio in Theſauro anecdotorum tom. 4. parr. 3. a col. 5. ſub titulo: *B. Joannis Monachi S. Laurentii Leodii*, *Ord. S. Bened. Viſio & miraculum S. Laurentii M.*, Bollandiſtæ ſequentia exſcripſcrunt §. 1. De Glor. S. Laur. Poſth. Erat in Leodii Laurentiano Cœnobio frater quidam, *Joannes* nomine, Giſſeberri monachi frater, qui de pluribus Sanctis cantus compoſuit: cui ex minus curata phlebotomia accenſus ardentium febrium ſanguis, inflammavit cerebrum. Atqoe ita eum quatriduum languor creſceret, juſſu Abbatis ſui deporratus eſt in cellulam ſecretiorem, concurrentibuſque fratribus ad veſpertinæ laudis officium, Joannes ſolus in lectulo relictus eſt; eo quod deſignati cuſtodes ejuſdem infirmi putaverint eum obdormire. Ille autem in mentis exceſſu vidit ſe quaſi in quodam veſtibulo ſtare, cui ante oculos pictura obtendebatur. Videbat ergo in ſuperiori parte veſtibuli affigentes Dominum cruci, pennicillo expreſſos: inſra vero Sampſonis acta, mortem ejus, & ruinam domus Philiſtinorum. Cumque hæc attenderet, quaſi ſupra verticem ſentiebat ſtare perſonam, tenentem in manu radiom eborneum, & hunc ſermonem cum circumſtantibus quibuſdam habentem: *O quam delectabile, & jucundum Divinis rebus intendere animum? Quoniam proficuum ſapientes quique in talium geſtorum materia poſſent tenere ſtudium, & ad utilitatem animarum ſuarum dare pulcbritudinis eloquium. Hanc intensionem, & boc ſtudium iſte babere debuiſſet, ſi ſuæ animæ ſalutem, ſuorumque fratrum utilitatem cordi babuiſſet.* Audiebat ille hæc, venitque in mentem, quod beatus Laurentius eſſet. Itaque ſtabat attonitus, & exſpectans, quid amplius loqueretur.

28. Beatus ergo Martyr radium eburneum, quem manu tenebat, intentans ejus capiti, ſic ait: *Quis ex omnibus Sanctis majora tibi bona contulit? Sub cujus umbraculo magis profeciſti? Quis te aluit? Quis docuit? Quis Deo ſervire te poſuit? Fatere, inquam, ſi non vis ex præſenti infirmitate finire vitam.* Ad hæc ille intremuit, & quid, ait, reſpondere poſſum, qui tam triſtia incipio audire, quid boni de cetero potero ſperare? Beatus equidem Laurentius patronus meus eſt: ille me pucrum ſuſecpit, ipſe enutrivit, & docuit, & præ omnibus Sanctis gratias debeo illi. Cumque hæ dixiſſet, ſubvenit ei in mentem, ne ſorte illuſio eſſet, quod videbat. Cœpitque frontem ſuam ſigno crucis armare. Cui beatus Martyr Laurentius: *Non, frater, phantaſmate deluderis. Nobis familiare eſt ſignum Crucis. Signo crucis Deus per nos dignatus eſt plura operari.* His aoditis, frarer ille, miſerantibus eum cunctis circumſtantibus Sanctis, Martyrem comitantibus, ad genua ejus eſt proſtratus, clamans, & petens ejus miſericordiam. Tunc benigniſſimus Martyr ad voluntatem circumſtantium flexus eſt, & jacentem eburnea tangens virga: *Spera*, inquit, *& diffidere noli. Quoquomodo hactenus vixeris, aut quid egeris, interim omittetur diſcuti: & tot annis vita in corpore prolongabitur tibi. Ego inſpector, & teſtis adero, quomodo de die in diem tua perficietur correctio, tuæ ſalutis ſollicitudo, negligentiarumque opportuna, & modeſta admonitio. Horum, inquam, omnium teſtis adero, & ſi fruſtra fueris iſta vitæ tuæ dilatio, terribilis negligentiarum & contemtus tui examinator ero.* His verbis Frater in ſpem reductos, jamque præſumens loqui, & levare caput: Ecce, inquit, Domine mi, quanta infirmitate deprimor, & ut dicitur mihi, ardentium febsium dolore inſanabili. *Quid* (bearus patronus Laurentius ait) *de præſensi ſalute dubitas? Ex boc nunc incommodo minime morieris.* Reſpondens autem frater, dixit: Benedictionem da ſuper me, Beatiſſime, poſtqoam dubitare non potero de ſalute. Quam conſequutus, ſanus de ſtrato ſurrexit.

29. Inſigne item prodigium Martyris contigit apud Lilybœtanam Siciliæ urbem currenti ſæculo XVIII., nempe Domini anno 1740., quod typis Paoormi, & Meſſanæ datum legimus. Fuir enim eo loci molier quædam, nomine Catharina ſanctiſſimi Martyris devotioni addicta, quæ non parum contulerat ad ornatum ſacelli ejus in templo S. Franciſci, tom nuper dedicati, largaſque contribuebat eleemoſynas pro Sancti feſtivitate, quotannis ſollemniter

niter peragenda; cujus & altare quotidie viſitabat. Accidit autem die 24. Novembris, quum domi eſſet, repentino quodam ſymptomate, reſolutis corporis nervis, ſiniſtroque diſtorto enormiter pede, in terram prolaberetur, ſenſu in tibiis & plantis deſtituta. Quare a ſuis domeſticis in lectulum deportata, duodecim ibi dierum ſpatio, multis eidem applicatis phyſicorum remediis, nullam ex iis retrahere potuit utilitatem. Illuceſcente porro die ſexta Decembris, quæ tum erat feria quarta hebdomadæ 1. Adventus Domini, dies videlicet, ſicut & aliæ id genus feriæ totius anni, memoriæ Sancti Laurentii ſacra, ut & alibi diximus; quod iſta feria obierit Martyr cujus nonnullæ recitabantur laudes, congregatis in præfato ſacello ejuſdem clientibus, quos inter tali die Catharina numquam deerat. Hæc, inquam, decumbens, & ſecom expendens in ſtrato ſuo, omni humana ſpe inde ſurgendi deſtitutam eſſe, Sancti protectoris ſui auxilium imploravit, ut ad ſanitatem priſtinam revocaretur. Et ecce videt ſe, quaſi foret in relato templo, e regione ad Martyris ſacellum, in quodam ſcamno ſedens ob ſtupiditatem ſuorum membrorum; intuenſque Martyris effigiem, velo tenuiſſimo (quod paullo ante ipſa infirma, dum ſalute vigeret, eidem fecerat Imagini) opertam, per quod tamen icon picta cernebatur, licet minus clare; eam, dico, intuens effigiem, reſpicit prædictum velum ſeſe retrahere, nulla hominis manu adbibita ad ſuniculum, quo trahi poterat. Tum perſpicue develatam cernens iconem, vultum Martyris quaſi ſolem radiare conſpicit, eaque venuſtate decorum, ut poſtea dicere non dubitaverit, ſi optio ſibi daretur, mallet ſe graviſſima ſui morbi incommoda per annum integrum libenter ſubire, dumtaxat concederetur ſibi videre iterum, ut prius ad breve tempus, eam inenarrabilem ſancti Laurentii pulchritudinem. Ad viſum igitur hujuſmodi in magnam erecta ſpem evadendi ab illa, quam contraxerat, infirmitate; rogavit iterum vehementi cordis ardore Martyrem præpotentem, ut ſibi fieret in ſalutem: cui oranti reſpondit ex imagine Levita clemens: *Sciſne tu, quæ dies hæc eſt? Surge, & ambula*. Ad iſtius vocis imperium protinus ægra ſenſit in ſuis genibus ac tibiis ſe ab importabili velut quodam pondere ſublevari, reſtitutoque membris iiſdem ſenſu, ac motu, conſolidatas intelligens ſibi baſes & plantas, illico de ſcamno ſurrexit (ut ſibi videbatur adhuc in eodem eſſe templo ſua cum ſorore) ad quam, non longe a ſe diſtantem, accedens, plena gaudio inquit, clamans: Cerne, ſoror: en jam ego libere ambulo.

30. Sedebant in anteriori habitationis æde per id tempus propinqui ejus, ſive conſanguinei, portis cubiculi, ubi erat infirma jacens, fere clauſis; ut autem Catharinæ vocem audierunt, extemplo ad ejus cubiculum accurrunt, portas aperiunt, mulierem inveniunt extra lectulum, ſolo, ut ibi jacuerat, induſio amictam, ſuis ſtantem nudis pedibus, ac deambulantem; ecſtaticis apertis oculis; quum paullo ante vidiſſent eam, ut initio infirmitatis, oppreſſam, ſenſu & motu in læſis membris deſtitutam. Quare tantum conſpicientes portentum, pleni ſtupore, Catharinam interrogabant, quærentes, elevatis ſatis vocibus, quid ſibi contigiſſet; unde multi vicinorum ad tale ſpectaculum cucurrere. Tum illa, ſuis reſtituta ſenſibus, videns ſe non in templo, ſed domi; non conſuetis exterioribus opertam veſtibus, ſed unico telæ induſio; non ſolos circa ſe ſtantes domeſticos, ſed & vicinos; ad rei novitatem adventantes, exiſtimabat ſe viſum videre, oculiſque (quos confricare cœpit) allucinari. Quocirca parentes ſuis eam veſtibus induentes, denuo ſciſcitati ſunt, quid ſibi eveniſſet; & quomodo factum ſit, ut de ſtrato ſurgeret, ac libere ambularet; quum paucis antea momentis decumberet ſine ulla convaleſcentiæ ſpe. Rem illa per ordinem enarravit, ut ſupra expoſuimus: ſurgenſque de ſede (in qua conſanguinei eam locaverant, ut veſtirent) coram ipſis iterum ambulavit, exiit de cubiculo, ceteras domus luſtravit ædes, ac petiit veſtem alteram, qua eo loci mulieres ſolent incedere per vias publicas, volens ad templum pergere, ut ſine mora gratias Martyri ageret pro tam inſigni collato ſibi beneficio. At illam ſui detinuerunt, ne id ſic cito perficeret; ſed ad ſequentem differret diem, ut reapſe die 7. Decembris votum exſolvit. Sane me calamus, dieſque deficeret, ſi omnia enarrare vellem mirabilia, quæ potens hic Martyr operatus eſt in ſalutem populi urbis ejuſdem, anno relato 1740. & ſequentibus, queis proclamatus fuit inter Lilybæi Patronos; ſalus & medela factus numeroſis ægrotis, invocantibus ſe, quocumque morborum genere detentis. Unde in populo ingens devotio & fides erga eum eſt communiter excitata: teſtanturque votivæ tabulæ, in parvo illic regio ſacello appenſæ circa ipſius aram, multitudinem magnalium ſuorum; licet monumenta illa a receptorum beneficiorum multitudine ſuperentur.

31. Horum dumtaxat unum reticere non patiar, tabulis minime conſignatum, cujus & ipſe oculatus ſui teſtis cum aliis. Graveſcentis ætatis femina erat, quæ inuſitato correpta morbo, medicis prorſus ignoto, nulla poterat ratione curari; licet ii ad menſes circiter quatuor variis tentaſſent modis, ut eam ab ægritudine liberarent. Quare, humanis deſperatis remediis, videntes phyſici mulierem de die in diem defice-

ficere, ac dubitantes, num occulto diaboli opificio traheretur ad mortem, neceſſariis ejus declararunt, Divinum unice ſupereſſe implorandum auxilium in ſalutem ægrotæ. Et quia per urbem inclareſcere cœperat Martyris gloria; quæſitus eſt ſacerdos, ut Sancti Reliquiam ſuper ægram applicaret. Acceſſit Miniſter Eccleſiæ, videnſque illam ægram, ſupine jacentem in lectulo, mutam, ſine motu, ac veluti ſupremum ſpiritum emittere volentem, ut Martyris pignore ſigno crucis eam tetigit, illico ſurrexit mulier de ſtrato ſuo, cunctis, qui aderant obſtupeſcentibus ad viſum prodigium. Venit ad Eccleſiam, Deo, & ſancto Levitæ gratias agens, & laudem dicens: ſuamque, pro adepta incolumitate ab illo inextricabili morbo, læta reddidit oblationem.

32. Sed qui perſpeximus Sancti potentiam in ægrorum ſanitatem, qua virtute liberati ſunt homines a corporis vitiatis fluidis vel ſolidis; æquum eſt pariter videamus, quomodo ab externis quoque impedimentis, ſive vinculis, queis tenebantur, ne libere agerent, minori haud potentia eos Martyr eruerit. Quidam etenim vir (ut legitur in M. S. *paſſionali* S. Laurentii Leodienſis *pro menſe Junii & Julii* apud Bollandiſtas) ab iniquis captus, atque in compedem conjectus; ab illo ligamine ſolvendus neutiquam, niſi daret, quod injuſte exigebatur: ſpopondit tandem ſe daturum, ſed ea conditione abſolutus, ut vice ſui daret uxorem vadem. Id præſtitit; unde mulier pro marito in compedem conjecta eſt. Aderat feſtum S. Laurentii; quamobrem miſera lacrymoſo dolore ac queſtubus per totam noctem, Sanctum inclamabat, & obteſtabatur, ut eam de tantis eriperet miſeriis. Quum ſubito diſſiluiſſe vinculum mirata eſt: animoque induta virili, humero compedem impoſuit, eoque profugit: quem compedem per maritum, gratias agentem Sancto Laurentio, quod ſolviſſet compeditam, ad ejus direxit aram. Neque aliter quidam puer, cum compede deductus a patre ad prædictum Laurentianum cœnobium Leodienſe, confeſſus eſt, qualiter vinculatus ab inimicis; ad Martyris invocationem miraculo ſolutus, de illorum manibus fugiens cum ipſo compede, incunctanter ereptus eſt. Innotuit prodigium populo, qui dedit in beato Laurentio laudem Deo: quandoquidem validis Sancti ſui meritis, & interceſſionibus vinctos ſic educeret in fortitudine.

33. Idem *Paſſionale* habet: ſcriptum eſt in Tobia: *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum eſt*. Referebat igitur juvenis quidam (qui captus fuerat a quibuſdam raptoribus, ſubſtantiæ domus ſuæ inhiantibus, ut, gravem pecuniæ ſummam ab illo exigerent) quod iidem prædones eum vinculis & inedia per aliquot dies confecerant, ac poſtremo concluſerunt in ſatis alta turri, pedes illius arctiſſime in cippo conſtringentes. Jacebat itaque miſerrime affectus, & pervigil. Sciens vero vigiliam paſſionis tunc eſſe ſancti Laurentii, in confractione cordis Martyrem, ut ſibi eſſet auxilio, enixe deprecabatur. Quum repente ſenſit concuti cippum, atque laxari: *cujus erat tam vaſta moles*, Paſſionale citatum inquit, *ut illud Dædali quodam labyrintho deſtinatum ſuffeciſſet minotaurum cohibere*: ita exactis pedibus, acceſſit ad feneſtram turris, circumſpiciebatque, utrum potuiſſet ſine periculo deſilire. Diffidebat quidem præcipitio; ſed plus confidebat Martyri. Itaque ab alto ſe miſit deorſum, virtute ſubvectus Martyris: ejuſque directus ducatu, quanquam eſſet viarum ignarus, tamen tuto ad cœnobium S. Laurentii Leodienſe pervenit; & quæ ſibi acciderant, enarravit: atque ad altare majus accedens, vovit, quoad vixerit, ſuam annuam oblationem Sancto ſe in gratiarum actionem ſoluturum fore. *Vide Bolland. ad x. Auguſti*.

34. Duo denique quum ſint auxiliatricis manus genera, unum eruendo a miſeriis, hominem invadentibus; alterum præſervando, ne mala videlicet is incurrat; miranda quædam poſterioris hujus ſpeciei Franciſcus Aynſa nuper. de Urbe Oſcenſi lib. 2. cap. 28. ad laudem noſtri Martyris refert, quæ contigere in novo ædificio Laurentiani templi præfata in urbe. Ait enim: Quum deſtrueretur quidam arcus, chorum ſuſtentans, eique in morem equitis inſideret cæmentarius, illum demoliens; inopinato pene totus corruit, & una cum illo juvenis operarius, in eodem corporis ſitu manens; nihilque prorſus damni paſſus eſt: unde ſine mora redire ad ſuum potuit laborem. Eodemque temporis momento duæ operæ transferebant feretro ſaxum, ut illud ſeponerent, ac fabris ſpatia facerent operandi, tranſibatque ſubtus arcum, quando is decidebat, qui per medios homines lapſus, feretrum quidem & funes, quibus illud e collo appenſum portabant, confregit; ſed nullatenus vectoribus nocuit; ita ut ſtatim ad ſuum ſint reverſi opus magna cum circumſtantium admiratione. Præterea, quum fundamenta ejuſdem Eccleſiæ (quæ admodum profunda, & ſpatioſa erant) effoderentur, contigit præ humiditate magnos terræ acervos pluries excidiſſe, operariis, qui occupabantur in profundo ad humi effoſſionem, ſalvis omnino relictis: quin immo ploſtellis, terra e fundamentis eruta, onuſtis, pueros, alioſque de populo fortuito conculcantibus, quaſi vehicula ipſa, & terra eadem ſuæ forent gravitatis oblita, compreſſos homines ſine ulla

Digitized by Google

ulla vel minima læſione reliquerunt. Item die martis, quæ fuit xxx. Maji 1617. deorſum e coronide prolapſus eſt medius later, & in conſpectu omnium videbatur debere in caput delabi operarii cujuſdam, qui inferius vacabat rei ſuæ mercenariæ: at medius later ab eo delinans, veſtimentom ejus ſolummodo tetigit, illæſa omnino illius perſona manente. Paucis ante diebus Juveoculus quidam deſuper cecidit ex arcu ſacelli catbedralis, quod in cornu epiſtolæ ſitum eſt: creditufque fuit ab omnibus, quotquot intendebant operi, deorſum labi; ſed remanſit, non fine miraculo, illæſus in tabula (quam ſuper coronidem poſuerat) quæque latitudinis erat unius aſſeris.

35. Anno 1738. die VIII. Maji moniti nos quoque ſumus, conſimile contigiſſe præſervationis ejuſmodi beneficium, quod prodigioſus idem Martyr cuidam ſibi devincto ſervulo patenter impendit. Longum ſiquidem is iter, equitans, faciebat, nonnullis ſe comitantibus. Accidit autem, ut equus parumper a via declinans ſatis anguſta, ſuper planum fere lapidem greſſus poſuit; hærens lapis erat ex hac parte ſemitæ relictæ; ex altera vero magnum ac proximum conterminans præcipitium. Illic beſtia errans veſtigio, & propter aliqualem lapidis obliquitatem pede fluens, jam jam ſeſſor ipſo cum equo ex ore voraginis in præceps ruere videbatur. Unde comites, qui eum ſequebantur, levaverunt vocem, virum cernentes omnino perditum. Mirum factum! Cliens Martyris, perinde ac ſi haberet ad latus inviſibilem robuſtum juvenem a loco voraginis, urgentem pene prolapſum equum, ne caderet, ſed retrocederet viam verſus, vidit illud brutum animal mirabiliter reſumtum, ſeſeque a præcipitio retractum, ſtupentibus itineris ſociis ad hujuſmodi prodigii novitatem. Intellexit tum equitans, clementiſſimum fuiſſe Martyrem, qui urgens equum, in rectam compulit redire ſemitam, præſervans a ruina famulum ſuum, qui quotidianis eum obſequiis colebat. Eidem Martyris ſervulo contigit etiam anno 1719. die 24. Novembris, dum iter marinum, conſcenſa navi, faceret, piratis inſequentibus; nautæ, ut ab hoſtibus ſeſe eriperent, cymbam ad ſcopulum prope littus appli- cuerunt, ſeſe proiicientes in mare, lembo relicto. Quapropter & ipſe viator hoſtilem cupiens evadere manum, ſiſus littoris propinquitati, ſuper ſcopulum ſe conjecit, natandi artis ignarus; ſed quia parvus ille ſcopulus aqua madidus, & graminoſus erat, conjectus illuc juvenis, retrorſum in mare cecidit, & ita ſupinus in aquarum medio diſtentus, ac ſi eſſet in lectulo hinc atque illinc ferebatur ab undis. Suppoſuerat quippe Martyr brachium ſuum, ne clientulus ſubmergeretur aquis; donec una ſuperveniens tumidior maris unda, tradidit leniter adoleſcentem ſuper ipſum, unde ceciderat, ſcopulum. Ex quo per alteram partem, quæ littori propinquior erat, minuſque profundum mare, ille deſcendens, ſalvus & incolumis ad littus ſe recepit: effugitque appropinquantium piratarum manus, accelerans greſſus ad turris latera, globos igneos explodentis e tormentis bellicis adverſus prædictæ navis aggreſſores. Sicque Martyri præſervatori beneficium acceptum retulit; non minus in mari quam in terra mirabili, ad viatorum etiam incolumitatem. Et ſane venerabilis doctrina Ruperti ea eſt, quam tradit Commeot. in Nahum Prophetam cap. 2. dicens: *Pulchri viri exercitus Aſcenſoris cœli in Coccineis, etſi mundo mortui ſunt, Deo vivunt, & in caſtris Regis ſui, Regis viventium nunc quoque militant; plane & indubitanter miro modo cum, depoſita carne, ſint in alio ſæculo; præſentes nobis ſunt, & meritis regunt, virtutibus augent reſiduum exercitum peregrinantem adhuc in hoc ſæculo*. Quanto magis præſtat idipſum, quod omnibus convenit Martyribus, intelligamus de illo præſertim qui, juxta ipſum Rupertum, ejuſdem exercitus in coccineis *Dux maximus eſt*, nimirum quod præſens ſit, peculiariter ſervulis ſuis, eoſque meritis regat in ſpiritualibus, & corporeis indigentiis? Hæc quidem expertus eſt in ſe ille, de quo noviſſime loquuti ſumus: experientur & ceteri, qui fiduciam ponunt in hoc Martyre ſingulari, qui *potens eſt omnem gratiam abundare facere in nobis*, donec ipſo Duce perveniamus ad patriam perpetuæ felicitatis. Amen.

CAPUT IV.

De Anecdotis veterum Patrum ſermonibus, Sanctum Laurentium tangentibus, qui hodie primam lucem prælo vident.

AD poſthumam denique Gloriam ſacratiſſimi noſtri Martyris, quum pertineant laudes omnes, quas ei præſertim Patres & Doctores Eccleſiæ conſecrarunt; procul dubio conſentaneum heic foret apponere ipſorum id genus ſcripta, Laurentianum exaltantia meritum & magnitudinem. Veruntamen, quia, ut liquet ex citatis a nobis, libro ſecundo hujus tertiæ Par-

Partis operis noſtri, Auctoribus ejuſmodi magni nominis, ingens valde illorum eſt numerus; ne in immenſum idem opus excreſcat, ab eorundem integris homiliis ſive ſermonibus producendis, conſultius ducimus abſtinendum. Magis, quod laudatorum Sapientum documenta, poſt typographicam inventam artem, ubique gentium proſtant in lucem edita, & in bibliothecis, publicæ utilitati apertis, ad manus omnium eſſe poſſunt ſine ullo inquirentium diſpendio. Vel ſi tædet Lectorem, tot revolvere ad rem noſtram volumina, quot ſunt Patrum opera; veſtigatori ſatis eſſe poterit duo luſtrare, typis data, unum videlicet, quod eſt ſanctorum Patrum prædicantium collectaneum ſub die Auguſti decima; alterum, cui titulus Bibliotheca magna, per ſingula diſpoſitum ſæcula copioſoque locupletatum indice. Quare Laurentianos hujuſmodi ſermones heic extendere non aliud profecto foret, quam chartam ſupervacue noſtro ultra tingere atramento. Unum quocirca inveſtigandum mihi ſupererat, nimirum ſi forte in bibliothecis primæ claſſis aliqua ſervarentur eorundem Patrum Anecdota in ejuſdem ſancti Martyris laudem. Quod, ut potui, lubenter præſtiti, maxime ſciens, earum nonnullas pretioſis ditatas eſſe manuſcriptis. Adhoc tamen, poſt plurimam in iis diligentiam adhibitam, meo pene deſiderio me omnino fraudatum inveni; quod experimento didicerim, eas id genus eruditionibus expoliatas. Nam & ſi divites manuſcriptis obſervaverim, ad Sanctum etiam Laurentium ſpectantibus, ſed iſta prælo jam data fuiſſe animadverti. Quo circa vix relictum eſt mihi, poſt aliorum, qui nos præceſſerunt, vindemiam, quin immo & racemationem, quippiam eorum capere, quod votum aliqualiter expleret meum, quodque vel ipſos fugerit racemorum collectores. Deprehenſa igitur, quæcunque illa fuerint, juris publici facere non omittimus: quantumvis pauca ſint, uti præſens & ultimum iſtius operis caput incunctanter oſtendet.

I.

Ex membraneo Codice Vaticano, ſignato num. 3836., qui exaratus ex vetuſtiori alio creditur circa ſæculum IX. *aut* X., *juxta peritorum dignoſcendæ antiquitatis ſenſum. Hujuſque ſermonis, quem de S. Laurentio proferimus, nonnullum citat teſtimonium unicus, ut novimus, Vivienius in opere, quod edidit ſub titulo Tertulliani prædicantis. Reperitur autem eadem Homilia in pagina 46. ejuſdem Codicis.*

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi de Natali Sancti Laurentii Martyris.

INter laurigeros Confeſſores, quos ad cælum provexit perennis gloria triumphorum, Sanctus Laurentius variati decoris fulgore coruſcat, qui & Leviticam candidam, & martyrialem fortitus eſt in paſſione coronam. Quoſdam enim ſanguis roſeus cruentavit, alios flamma tamquam in fornace ſuccendit; in his rutilus, in illis purpureus color effulſit; inter omnes beatus Laurentius palmis verſicoloribus radiavit. Sicque verbera, ignis, & gladius, & omnis officina ſævitiæ laudis titulos Martyribus pepererunt. Quoniam non ſunt in certamine victi, ſed aſcenderunt de ſæculo coronati. Quid igitur dolor, quid pœna, quid mors? Vicit vos fides: ſuperavit Martyrum fortitudo: Martyres non viciſtis: evanuit virtus veſtra: facta ſunt de vobis lucrativa commercia; ut per vos irent ad gloriam, quia tenuerunt Martyres in paſſione conſtantiam. En, ubi eſt mors victoria tua? Ubi eſt mors aculeus tuus? Totum frangit, qui mori non timet: totum ſuperat, qui ad Chriſtum moriendo feſtinat. Non enim poteſt formidare pœnam, qui ſe ſcit a morte tranſiturum ad vitam. Quomodo igitur beatus Laurentius illa ſupplicia, illa incendia toleraret, niſi cuperet ad cælorum palatia læta migrare? ſed quia noverat victurum ſe eſſe poſt funus; poſt ignes refrigeria reperturum; ſuſtinebat, dum ſolvebatur corpus ejus, & defluebat, ardentibus prunis, hauſtumque, ibat in cineres & favillas. Quod de terra fuerat procreatum, reddebat miſeræ genitrici partum ſuum; refundebat limoſæ matri paſculum ſuum. Quod de terra acceperat, terræ reddebat. Quod de humo increbuerat, flamma conflabat. Quid ergo inter hæc tormenta ſpiritus faciebat, niſi ad cælum ſubvolabat? Non enim poterat anima igne torreri, quia in carne non poterat ſuperari. Vox igitur omnium Martyrum eſt illa, quæ canitur in pſalmo: *Anima noſtra ſicut paſſer liberata eſt, de muſcipula venantium. Muſcipula contrita eſt, & nos liberati ſumus.* Cremata eſt, anguſta & fragilis corporis cavea, & ſicut paſſer de vinculis evaſit Martyris anima: receptura in fine corpus ſuum. Quia Deus artifex, qui di-

Digitized by Google

gnatus eſt hominis enomerare capillum, ſpopondit, nihil ei de ipſo corpore periturum. *Capillus*, inquit, *de capite veſtro non peribit*. Erubeſce jam, incredule Manichæe, qui reſurrectionem futoram eſſe diffidis. Chriſtus veritas dixit; qoi mentiri non potuit, hominis nec quidem capillom eſſe peritorum. Non poteſt diſcoti, quod Omniporens voluit polliceri. Nec eſt animarum, ut Plato putavit, in alia corpora tranſitus. Quia non poteſt quis eſſe homo & camelus. Sed erit unuſquiſque hominum in ſuo corpore judicandus. Ut video, perfide, non vis credere: times ſurgere: ſed velis, nolis, neceſſe eſt, ut reſorgas: & agnoſcas verum eſſe, quod negas. Verum, opace, hojus præteri contradictionis vetuſtiſſimam fæcem. Seu velis enim, ſeu nolis, eris in iſto ſæculo moriturus. Quid igitur dubitas pati pro Chriſto, qui te noſti minime duraturom in mundo? Laudemus ergo, fratres chariſſimi, & honoremus Laurentium ſanctum, qui pretioſum fidei margaritum etiam inter fumiſeras flammas ſervavit illæſum. Omnes divitiæ, omnis ſenſus, gemmarumque decor, & lapidum multicolor pulchritudo aut ante mortem eripitur, aut certe, ſi uſque ad mortem ſervatur, tamen in ipſa morte penitus non tenetur. Theſaurus vero fidei, cui nullæ opes poterunt comparari, in baptiſmo adqoiritur, in paſſione ſervatur, poſt paſſionem immortaliter poſſidetur. Aurum inter tormenta ſi confeſſus fueris, perdis: ſi negaveris, ſervas. Chriſtum autem inter oncatos, torvoſque carnifices tunc perdis, ſi negaveris: ſi vero confiteris adquiris.

I I.

*Ex Codice Bibliothecæ Mediceæ Magnorum Ducum Etruriæ num.*XXXIX. *Plut.*XVII. *in fol. max. membran., Charact. prope finem ſæcul.*XIII., *vel init.*XIV., *tranſcripto ex antiquiori MS. Oper. S. Maximi Taurinenſis, qui ſæculo ſalutis* V. *floruit: cujuſque homiliæ tres de S. Laurentio prælo datæ ſunt, quarta ſubſequens nunc primum lucem videt, extracta ex pag.*168. *ejuſdem Codicis.*

In feſtivitate S. Laurentii Martyris
Homilia IV. S. Maximi Epiſcopi.

QUamvis, Frattes cariſſimi, beati Laurentii paſſionem, quæ in præſenti die perfidia ſæculi triumphavit, univerſum nobiſcum ſtupeat mundus, præcipuo tamen gaudio virtutem nutriti ſui Eccleſia Romana miratur. Debet enim gaudere præ ceteris, quæ, tanto nobilitata ſanguine, peculiarem quodam modo indigenæ Martyris poſſidet dignitatem. Hic igitur, dum in Sede Apoſtolica Archidiaconatus ſungeretur officio, & prodere eum vaſa cæleſtibus dicata myſteriis avarus perſecutor urgeret; egenorum multitudine congregata, diviſit miſericorditer vir fideliſſimus, quod redigere in prædam ſacrilegus ambiebat: maluitque vir ſingularis imperii motus, atque impetus excipere poteſtatum, quam veneranda miniſteria impiis per eum oculis proderentur. Quo religioſiſſimo facto ejus, immoderata mox crudelitate furor gentilis incanduit, raptumque, continuo craticulæ, ſubjectis, jubet, ignibus, ſuperponi; ut vigorem devotæ mentis uſtio corporis approbaret. Neſcit enim fideliſſimum pectus mortali incendio cedere, quod in omnem fortitudinem ſæculi jam ſpiritus fervor accenderat. Quid fruſtra, pagane, deſævis? quid meditaris inania? Ignis tuus non eſt Laurentii pœna, ſed lumen. Flamma tua, qua eum cruciare putas, examinatio veritatis eſt, non miſeratio Chriſtiani. Nam quod, Fratres cariſſimi, talia perpeti famulos ſuos poteſtas Divina permittit, Majeſtatis hoc æternæ cæleſte eſt, arcanumque conſilium; quatenus omnis infidelitas recognoſcat fidem noſtram omni veritati ſubnixam: cujus tam ſecura profeſſio eſt, ut furentem rideat mundum, & de ipſis corporis ſui ſuppliciis glorietur. Exuritur pro veri Dei aſſertione Laurentius, & dum mundanas patienter ſuſtinet flammas, perpetuum ſibi gehennæ reſtinguit incendium. O cunctis fidelibus optabilis cruciatus, quo illa omnis tremendi judicii pœna diſſolvitur! O ignis deſiderabilis, quo piis mentibus ſempiternum refrigerium comparatur! Labefactatur corpus, ſed ſpiritus convaleſcit, & membrorum corruptio lætantem animam tranſmittit ad Dominum; ut corpus, quod tormentis pro veritate non ceſſit, privilegio victricis animæ glorioſius reformaret. Sed videamus nunc, qua fidei patientia Sanctus Laurentius flammarum pertulerit cruciatus. Hic igitur dum multiplicato igne & candentis ferri aduſtione perfrigitur, & tam diro actus ſupplicio, deficere jam putatur, ſubito indignantis, ridentiſque prorupit in vocem. *Verſate me*, inquit;

Rex

Rex, manduca, jam coctum eſt. Quam, quæſo, crudeliſſimus tortor pudore confuſus eſt, cum inter ſupplicia conſtituti hominis non ſolum nulla honoratus eſt prece, ſed corraprione inſultantis eſt increparus? & quanto aum Laurentius ludibrio depuiavir, ur cum ſibi eſcam opima ſubtraxerat prædæ, cibum aduſti ſui corporis exhibuerit? Hæc ſunt ergo, Fratres, Laurentii merita: hæc martyrii ejus gloria. Ditavir pauperes, ſacramenta non prodidit, inſultavir ignibus, & mundum victor relinquens, perſequentis inſaniam triumphali voce damnavit.

III.

Ex Codice Vaticano num.6158. in fol. max. membran.. Opus exaratum putatur ſæculo circiter XI. *pag.*155. *a tergo: In Natali S. Laurentii Martyris.*

Homilia v. Sancti Maximi Epiſcopi.

CUm innumerabilium virtutibus Martyrum, Fratres cariſſimi, gentilis ſæpe victa fuiſſet impietas, cunctiſque pœnarum generibus exhauſtos videret, populos Dei non ſolum non poſſe ſuperari, ſed ſuis effici ſuppliciis fortiores; furoris ſui facibus accenſa, flammis aggreditur beatiſſimum vexare Martyrem Laurentium. Sed invenit in eo ignem duriſſimus perſecutor, quem mortalis vincere flamma non poſſet. Illa enim ignis fideliſſimi Martyris pectus accenderat, de quo dicebat Dominus: *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi ut accendatur?* Uſque adeo autem vir fortiſſimus flammas illas patienter ſuſtinuit, & fortiter vicit, ut, inſaniente carnifice, totis aduſtus membris, nec Chriſtum negaverit; nec cæleſtibus ſacrata myſteriis vaſa prodiderit. Qua in re, quæ mentis ejus confidentia, qui vigor animi fuerit, æſtimare quis valeat? Qui in tanta acerbitate ſupplicii nec impiis oculis Sanctæ Eccleſiæ publicavit ſecretum, nec Redemptoris ſui nomen coactus eſt diffiteri. Proſpicite autem, in quam execrabilem crudelis animi feritatem perſecutor exarſerit: qui, quaſi humani corporis uſtioni ſola ſufficere flamma non poſſit, craticulam parat, quæ, ſubjectis ignibus, inardeſcens, Miniſtrum Dei vehementer cruciaret; ut ſub unius tormenti ſpecie, geminato quodam ſupplicio beatiſſimum Martyrem & ignis torqueret & ferrum. Sed ferreum penitus tabeſcit incendium, ubi fervore ſancti Spiritus cæleſtis animus incaleſcit. Nec candenti vincitur ferro, qui in adjutorium agonis ſui ferri invocat Creatorem. Atque ita contigit, ut de inuſitatis tormentis nova Chriſtiano militi victoria naſceretur. Nec vos movent, fratres, quod tantum in Sanctos Dei gentilibus licet; quibus ob hoc poteſtas iſta permittitur, ut dum crudelius ſæviunt, glorioſius in Martyribus triumphentur.

IV.

*Ex Codice Caſſinenſi, ſignato num.*361. *characteribus latinis ſæculi circiter* XIII., *in quo conſcripti ſunt ſermones Petri Diaconi Caſſinenſis, qui floruit ſæculo* XII., *Imperialis Aulæ plurimis ſub Lothario II. condecoratus officiis: deceſſitque anno* 1140.. *Cujus & peculiaris Homiliæ ineditæ de Sancto Laurentio complures Auctores typis teſtimonium ponunt, ac præſertim Gielzebaver.*

Sermo in Sancti Laurentii feſtivitate.

DIvini muneris ſacratiſſimum hodie ſplenduit, ac refulſit exemplum, cum Laurentius Levita ſanctiſſimus, diabolicis deſtructis ac ſuperatis verſutiis, aſcendit in altum. Hodie enim, ſicut in ejus paſſione legitur, a ſæviſſimo perſecutore in craticula ferrea aſſatus eſt. Hodie remunerationem laboris ſui a Domino Jeſu Chriſto accepit. Hodie evangelizandi officium ſibi commiſſum Redemptori ſuo fideliter aſſignavit. Hodie Dominus Jeſus Chriſtus Patrem poſtulat, dicens: Pater volo, ut ubi ego ſum, ibi ſit & Laurentius miniſter meus. Hodie ſalutem, quam exquiſierunt, & ſcrutati ſunt Prophetæ, & videre, & accipere meruit. Hodie illud, quod ſub umbra & figura Prophetæ proſpexarant, Laurentius aperta videre promeruit. Hodie Evangeliſtarum in choro prædicator Evangelii locatur. Hodie percipere meruit ea, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ Adam primus parens ob vetiti ligni guſtum amiſit: propter quem Chriſtus de cælis ad terram veniens,

niens, & peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum Crucis affigens, priſtinam humano generi gloriam reddidit, & ſalutem (quam nobis Protoplaſtus non merebatur) donavit. De hac ſiquidem ſalute, quam hodierna die Laurentius Levita ſanctiſſimus accipere meruit, ab initio, ut Petrus ait, *exquiſierunt, & ſcrutati ſunt Prophetæ, ſcrutantes in quod, vel quale tempus declararet in eis ſpiritus Chriſti*. Sed ſi ipſi ea, quæ ventura videbant, poſteris ſcripto relinquebant, quomodo exquirebant, quando declararetur? Scriptum namque eſt: Sapiens intelligit, quæ a ſuo ſunt ore. Sed ſciendum eſt, quia revelationem viſionum tanto quis evidentius accipere concupiſcit, quanto ſe hanc habere jam vel ex parte cognoſcit. Quod autem ſupra relatum eſt, quia *ſcrutati ſunt, & exquiſierunt*, quando declararetur, manifeſtum eſt, multoties pro uno omnes, & pro omnibus unum ſæpiſſime poni. Daniel namque non ſolum adventum Chriſti, ſed & tempus veniendi prædixit, dicens: Cum venerit Sanctus Sanctorum, ceſſabit unctio. Patriarcha quoque Judaici generis Jacob ait: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium*. Quia vero non omnia ita ad plenum omnes adſecuti ſunt, ſolius Nathan & Eliſæi ſufficit teſtimonium. Nathan namque David Regem prius conſtruere templum laudavit, & poſtmodum prohibuit: Eliſæus autem de vidua ad diſcipulum ſuum ait: *Dimitte illam, anima ejus in amaritudine eſt, & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi*. Unde & Paulus ait: *Unicuique datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ per eundem ſpiritum, alteri autem Fides in eodem ſpiritu, alii donationes ſanitatum*: & reliqua. Et paullo poſt: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis, prout vult*. Quæ omnia in beato Laurentio fuiſſe, perſpicuum eſt. Spiritum ſapientiæ habuit, qui plenus Spiritu ſancto prædicatoris officium ſibi commiſſum ſtrenue adimplevit. Organum autem iſtius ſapientiæ animus ipſius fuit. Spiritum habuit ſcientiæ; cum ea, quæ legebat, mente retinebat, & opere adimplebat. Scientiæ, cum vitia, & peccata ob vitæ æternæ amorem a ſe repellebat. Fidem, cum chriſtianæ ob fidei amorem vivus in craticula ferrea aſſatus eſt. Donationes ſanitatum cum claudos erexit, cæcos ſigno tantum crucis curavit, & non ſolum corporibus, verum etiam animabus ſalutem donavit. Et vere in eo Spiritus ſanctus ſpecioſiſſimum ſibi templum conſtruxit, qui nec blanditiis ceſſit, nec tormentis a fidei rigore mentem mutavit. Nam cum traheretur, ligaretur, verberibus afficeretur, ſcorpionibus cæderetur, in cataſta extenderetur, in craticula ureretur, omne gaudium preſſuras tales exiſtimabat; illud Apoſtoli Jacobi ſecum replicans: *Omne gaudium exiſtimate, dum in tentationes varias incideritis; ſcientes, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur*. De Apoſtolis vero legitur: Quia *ibant gaudentes a conſpectu Concilii quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati*. Et hoc quare? Quia præſciebant per illa ſupplicia perventuros ſe eſſe ad æternam Regni felicitatem. Ad quam ille nos ducat, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

V.

Ex membraneo Vaticano Codice num.6442. pag.123., characteribus exarato Gothicis ſæculo circiter XIV.*, exhibente apparatum Anonymi ad habendam ſecundam de Sancto Laurentio concionem: unde conciſo, quoad fieri potuit, miſſis nonnullis ejus moralibus ſenſis, quæ ad ſancti Martyris laudem minime pertinent; ea potiſſimum, quæ conducebant ad iſtius commendationem, juxta materiem, & mentem Auctoris ita digeſſimus.*

Anonymi Sermo in feſto S. Laurentii M.

Erit lumen Iſrael in igne*: Iſaiæ cap.x. ℣.17. Communiter dicitur: Opus oſtendit artificem: & in Proverbiis legimus: *Laudent eum in portis opera ejus*. Laudando artificem attende opera, non verba illius; quia factum non verbum commendat eum. Sic ſcriptura opus attendit, dum ſanctum virum comparat thuri in igne ardenti, ubi ait: *Quaſi thus ardens in igne*. Quia thus nonniſi poſitus in igne, bonum reddit odorem & candidum mittit fumum, aſcendentem in altum. Certior ſane modus probandi hominem eſt, ut per tribulationis tranſeat ignem. Malus ſiquidem tribulatione vexatus, fœtidum, ac tetrum emittit impatientiæ vaporem contra Deum, quaſi pix in igne. Bonus vero, quaſi thus electum, exhalat odorem patientiæ & gratiarum actionis Deo. Et ſi ignis tribulationis tantus erit, ut ſpiritum e corpore com-

Digitized by Google

compellat exire, ideſt, animam in cælum avolare; ipſi, qui taliter probati, non commoventur contra tribulantes ſemetipſos, ſed potius tribulationem corporeæ corruptionis excipiunt cum gratiarum actione, thus profecto ſunt boni odoris, ſecundum Apoſtolum, ad Corinthios ſcribentem: *Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco*. Habemus igitur, quod vir Sanctus eſt, ſicut thus ardens in igne; quia dum ignis tribulationis incipit in illum agere; oſtendit, quid virtutis in eo lateat. Ita contigit Sancto Laurentio. Quando enim in igne aſſatus, & combuſtus fuit, tum patientiæ & gratiarum præcipue ſpiravit odorem, dicens: *Aſſatus gratias ago*. Et hunc odorem tota ſenſit Eccleſia, atque uſque hodie ſentit. Fumus autem, qui exivit de ipſo, nempe ſpiritus, ſeu anima de corpore ejus, aſcendit in cælum. Id plane præſe ferunt verba propoſita: *Erit lumen Iſrael in igne*: quia nimirum cum beati Laurentii caro pro Deo creata eſt, talem ac tantum dedit odorem ſuavitatis, ut mundus totus circa fidei veritatem ea fragrantia fuerit illuminatus. Tria ſunt itaque bona, quæ toleratus tribulationis ignis parit in nobis, videlicet Deo dignos & acceptos reddit: gratos & humiles in conſpectu ejus: pulchros & lucidos in oblectationem ipſius.

Efficit dignos & acceptos Deo, quod ſine tribulationis igne in nobis fieri nullatenus poteſt. Sumus enim (nondum in camino afflictionis probati) veluti metallum informe, ad nullum apti uſum. Accepti autem ut ſimus Domino; neceſſe eſt, applicemur ad ignem; quo inſtar metalli ad artificis placitum ductiles evadamus, ejuſque mallei plicemur ictibus; nec frangamur, donec in opus perfectum, pulchrum, & pretioſum redacti, quaſi vas nobile coram Deo ſiſti merito poſſimus; quemadmodum monemur in ſcripturis ſanctis: *Suſtine ſuſtentationes Dei: Conjungere Deo, & ſuſtine*. Sic enim, velut vaſa perfecta & integra, pretioſo Divinæ gratiæ liquore in cæleſtis Regis menſa replebimur. Haud aliter beatiſſimus Martyr Laurentius modo invenitur in cælo vas gratia plenum, vas aureum, pretioſum & aptum, dignum & acceptum Deo, qoia fuit in hoc ſæculo graviſſime tribulatus: tantoque pretioſior in cæleſtibus apparuit, quanto amplius in his infimis tribulari & exerceri viſus eſt ad libitum ſuperni Opificis. De quo ipſe Martyr ore Job inquit: *Probavit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit*.

Sed jam videndum præſtat, quomodo gratus & humilis apparuit in oculis Domini: quandoquidem requiſitum hoc humilitatis maximum eſt ad inveniendam gratiæ plenitatem in conſpectu Altiſſimi: cujus effectus eſt particeps Levita hic celebris. Sciebat is equidem, quod ſcriptum eſt: *Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*: Unde concludit Apoſtolus Petrus: *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis*. Ideo, ut gratus fieret coram Deo, ad veram aſſequendam humilitatem, totis viribus vel a puero feſtinavit; cogitans mortalitatis propriæ conditionem, & quod diu durare non poſſet in hoc ſæculo. Tempus etenim noſtrum, dilectiſſimi, velut umbra tranſit. Opus eſt, ut corruptibile putreſcat corpus, ac in pulverem, unde ſumptum eſt, neceſſario redigatur. Prudens autem diſpenſator, ubi previdet bladum, quod poſſidet, diu durare non poſſe, illud ponit ad expenſam. Melius eſt enim ipſum expendere, dum aliquid valet; quam omnino perdere jam corruptum. Bladum, quod a putredine ſervari non poteſt, corpus eſt noſtrum. Propterea, ſi vis prudenter te regere, corpus iſtud, dum valet aliquid, quamdiu vivis, in Dei ſervitium libenter expende. Si enim modo ſervare vis, & expectare uſque ad mortem, donec putreſcat; totum perdes, corpus videlicet & animam tuam. Hæc mente revolvens in humilitatis ſpiritu Levita Laurentius, hilariter, prompte, ac lubenter corpus ſuum tradidit, & expendit in Dei obſequium & honorem; optime ſciens, quod non poterat diu durare. Et ſi probatus per ignem minime fuiſſet, per aliam certe minus utilem tranſiſſet viam. Poſteriorem idcirco exitum ſibi cavens, factum eſt, ut humili cognitione ſui ipſius, animos ad tolerantiam quarumlibet paſſionum aſſumeret, juxta Divinæ voluntatis beneplacitum: in cujus plena reſignatione, ſumma, plena, & perfecta hominis conſtat humilitas. Unde David ait: *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo* enim *patientia mea*. Probata quocirca eſt tanti Martyris humilitas coram Deo, dum quidquid ſubjectionis, exhibendæ illi, mente conceperat; re ipſa præſtitit uſque ad ſui corporis conſumptionem in igne, non verbo tenus ſe humilem confitens (ut multi faciunt, uſque dum ignis myſticus non eos tangit) ſed opere & veritate. Quam veram humilitatem ſuique exinanitionem reſpiciens Dominus, veluti pretioſum vas omni voluntate propria ac ſui æſtimatione vacuum, abundanter replevit eum & ſuperefluenter cunctis gratiæ benedictionibus, quaſi liquore pretioſiſſimo ad exhilarandam cum militantem, tum etiam triumphantem Eccleſiam, ſeu quæ in terris, & quæ pariter in cælis eſt. Ejus, propterea æquum eſt, nos ſectemur veſtigia, conſtanter ac patienter tolerando tribulationis ignem, ut vere grati & humiles inveniri poſſi-

poſſimus in conſpectu Dei, ac cæleſti gratia repleri.

In ipſa demum tribulatione poſiti, patientiam ſervantes, efficiemur pulchriores & lucidiores, ſicut aurum in igne rutilans, ſecundum Auguſtini effatum, ab omnibus terrenis affectibus perpurgati. *Interrogate*, ajebat olim vates Iſaias, *de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea & invenietis refrigerium animabus veſtris*. Interrogemus Chriſti Apoſtolos ac diſcipulos Domini, ſanctos interrogemus Sacerdotes Dei, ſanctos & Levitas ejus, quæ ſit via bona, per quam ambulaverunt; per quam & refrigerium invenerunt. Omnes una reſpondebunt: *Tranſivimus per ignem, & aquam, & inducti ſumus in refrigerium*. Quod non eſt plane aliud, quam dicere, in igne afflictionum, perſecutionum, tribulationum, ac tormentorum pulchriores, ac lucidiores evaſimus, educti, quaſi aurum de fornace, in refrigerium. Inter hos autem tanto pulchrior ac lucidior emicuit beatus Laurentius, quanto diutius pro Chriſti amore commoratus eſt in camino illo ignis ardentis. Veruntamen pulchritudinem & ſplendorem iſtum perverſi ac ſcelerati carnifices non videbant, oculos carnis habentes, quibus cernerent corpus Martyris denigratum & extinctum. Involuti namque tenebris mundi hujus, aciem non habebant, qua perſpicerent fulgorem illum, quo Martyr beatiſſimus rutilabat, vocatus à Domino in admirabile lumen vitæ, uti filius lucis, filius diei, haud noctis & tenebrarum; juxta quod veritas in Evangelio illi promiſerat, dicens: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*. Ideo ſubter cratem miniſtrantibus ei prunas, ajebat: *Miſeri, non videtis, quia carbones iſti refrigerium mihi præſtant?* Dicet aliquis, ecquodnam illi refrigerium afferre poterant urentes prunæ? quid blandimento eſſe calcanti viam, ignibus ſtratam, & longam quidem ſemitam dilatæ mortis? Sic interroganti reſpondemus: Refrigerium illi pariebant conſcientiæ victricis, Deumque indicantes ad ipſius januam eſſe perventum, ſibique dicentem: *Non vocaberis ultra Jacob, ſed Iſrael erit nomen tuum*: ideſt, videns Deum. Quod, ſuffragantibus meritis ejuſdem Levitæ ſanctiſſimi, concedat & nobis Omnipotens & miſericors Dominus in ſæcula ſæculorum. Amen.

V.

Trium Hymnorum Poema, quod in Sacratiſſimi Martyris laudem præſentis Operis Auctor cecinit.

POEMA PRIMUM JAMBICUM DIMETRUM.

I

JAM lux refulget aurea,
Qua Martyrem Laurentium
Nova triumphi gloria
Urbs alma cælis edidit.
Hæc mater olim Cæſarum
Mundi ſubegit principes;
Summi parens nunc Martyris
Duces averni conterit.
Levita quod fortiſſimus,
Flammis aduſtus impiis,
Succendit aras dæmonum,
Horumque templa perdidit.
Stetere tunc altaria
Vero dicata Numini:
Signum Crucis reſplenduit
Ad orbis uſque limites.
Jeſu, tibi ſit gloria,
Qui Martyri das lauream,
Cum Patre & almo Spiritu
In ſempiterna ſæcula.

II

HIC ordinis Levitici
Princeps, ad aram proximus,
Chriſti replebat ſanguine,
Quos carne paſtos noverat.
Quum Præſulem ſacrarii,
Greges alentem pauperum,
Præfectus Urbis aurea
Jubet talenta prodere.
Reſpondet ille perfido,
Egena ſiſtens agmina:
Hoc eſt monile Eccleſiæ,
His illa gemmis emicat.
Eluſus hoſtis infremit;
Laurentium, craticulæ
Vinctum catenis ferreis,
Flammis vorandum deſtinat.
Altiſſimo, qui ſufficit
Vires fideli militi,
Ne cadat in certamine,
Honor ſit, atque gloria.

Len-

III

L Entis crematur ignibus
Heros, ſed ignes deſpicit:
Feſtivus inquit judici:
Aſſata membra devora.
Tum Numen orat fervidus,
Fidelis ut ſit Civitas:
Id & futnrum præcinens,
In aſtra mittit ſpiritum.
O digna Chriſto victima,
Flamma ſacrata duplici,
Quo tu flagras incendio
Amoris, ure pectora.
En te coronant ſidera
Cæleſtis aulæ Principem:
Ab inferis ardoribus
Serva clientes ſupplices.
Uni Deo ſit gloria,
Patri ſimul cum Filio,
Ac ſpiritu Paraclito,
Pro Martyris victoria.

POEMA SECUNDUM JAMBICUM TRIMETRUM.

I

B Eata nox, quæ conſecrata Martyris
Cruore, ſplendet glorioſa ſæculis,
In qua triumphans, ſubjugatis hoſtibus,
Levita magnus ſcandit orbes ſiderum.
Timere quod neſcivit Heros inclytus
Flammas vnrantes membra ſacri corporis;
Quin concrematos artus eſcam judici
Tormenta ſpernens, ludibundus obtulit.
Huic triumpho juncta ſumma caſtitas,
Decora virtus omnis, atque dignitas,
Laudant virum per Orbis amplitudinem
Apoſtolorum muneratum gloria.
Cujus liquore purpurata ſanguinis,
Romana fulgens inter omnes Civitas
A ſolis ortu ad uſque terræ limitem,
Nulli ſcit urbi principatum cedere.
Deo Parenti ſit per ævum gloria,
Ejuſque nato, comparique Flamini,
Virtute cujus, deſpicatis ignibus,
Lauri coronam victor ignis obtinet.

II

O Singularis caritatis victima,
Foris aduſta ſegniori incendio
Præ ſpiritali, quo flagraſti in intimis,
Hoc igne dulci corda noſtra concrema.
Tu lumen Orbi veritatis afferens,
Incenſus, aras diruiſti gentium:
Divinitatis commoratu ſplendida,
Fac, templa ſimus, labe terſa criminum.
Nati, Patriſque, te precamur, Spiritus,
Quo roborante, Martyr ignes pertulit,
Hujus triumphos proſequentes laudibus,
Ab inferorum liberes ardoribus.

POEMA TERTIUM SAPPHICUM.

I

Q UI polo ſplendes, rutilante palma,
Sume, Laurenti, meritos honores,
Quos tuis geſtit renovare miris
Roma triumphis.
Dum mari terræ dominans, relaxat
Ora præ cunctis populis in hymnos,
Quos tibi pangit, reſonante mundo
Laudibus amplis.
Urbs enim tantis locuples trophæis,
Sic tuis erevit decorata lauris,
Ut triumphantes alias in Orbe
Vicerit Urbes.
Quod diu flammis agitatus atris,
Martyrum ſummus dederis eruorem,
Quo coronatus premeres ſuperba
Fana deorum.
Spiritus Patris, genitæque Prolis,
Ure, delictis maculata, corda
Igne, qui flammas ſuperare novit
Martyris almi.

II

C Œtibus ſanctis Domini cruorem
Tu miniſtrabas, vigilans ad aram:
Cujus impenſis inopes fovebas
Corde flagranti.
Quum novis actus ſtimulis amoris,
Dira pro Chriſto tolerare quærens:
Te manent, audis, potiora noſtris
Serta coronis.
Firmat hæc Cælum tibi, dum tyrannus
Urget adſtantes adhibere cratem;
Quam ſuper vivus traheris cremandus.
Cæde pavenda.
Tu ſed, abſomtus facibus rogorum,
Spernis ardores comedentis ignis:
Judicem rides: Epulare, dicens,
Artubus aſſis.
Canticis lætis modulemur illi,
Qui Ducem miſit populo fideli,
Nulla quem virtus ſuperaret ignis,
Nullaque pœna.

Ecce

III

Ecce, ſublatis oculis, ſerenus
Migrat in cælum, meritis onuſtus,
Victor æternum redimita moſtrans
Tempora lauro.

Quem ſtola clarum, niveiſque linis,
Cingulo flavo, tunica rubente,
Plurimo nexu, Dominator ornat,
Luce coruſco.

Sancte Laurenti, decus & corona
Militum Chriſti, famulos tuere,
Ne rapax ignis voret inferorum
Te venerantes.

Eja nunc mentis tenebras repelle:
Pectoris duram glaciem reſolve:
Da, tuis celſis facnlis amoris
Corda caleſcant.

Ut Deo dignos numeros canamus,
Qui tibi reddit pretium laborum
Aureas palmas, ſimul & coronas
Laude perenni.

TRACTATUS GLORIÆ POSTHUMÆ SANCTI LAURENTII MARTYRIS,
TOTIUSQUE OPERIS FINIS.

Digitized by Google